DECIMAS.] CASVS. Quæsitum fuit à Paschali, vtrũ monachi vel clerici communiter viuẽtes decimas debeant dare. Et videt, sacerdotes & leuitæ à populo decimas percipere debent. Sed à monachis & clericis communiter viuentib. nullus. de prædijs, quæ suis sumptibus colunt, & nutrimentis proprijs decimas audeat extorquere. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Gre.

f ¶ Monachis.] Duplici ratione: tum quia non habent populum: tum quia non ministrant eis spiritualia.

a ¶ Con-

auctoritatem eiusdem concilij, & Paschalis a Papæ detinẽt: à quibus definitum est, vt monachi de proprijs prædijs decimas non soluant.

Sic enim in Moguntinensi concilio statutum est.

In Cabilonensi sub Carolo magno, c. 19.

¶ Non persoluant de proprijs prædijs abbates, & episcopi decimas. C. XLVI.

QVESTI sunt præterea quidam fratres, quòd essent alii qui episcopi, & abbates, qui decimas non sinerent dari ad † ecclesiam, vbi illorum coloni b Missas audiunt. Proinde decreuit sacer iste conuentus, vt episcopi c, & abbates de agris, & vineis, quæ ad suum, vel fratrum stipendium habent, decimas ad ecclesias suas α deferri d faciant: familiæ † vero eorum ibi dent decimas c suas, vbi infantes eorum baptizantur, & vbi per totum anni circulum Missas audiunt.

Ansel. l. 5. c. 57. Burc. l. 3. c. 132. Iuo p. 3. c. 198. Pann. l. 2. c. 59.

† al. ecclesijs vbi coloni.

† al. familiæ des

¶ *Caput hoc in nullo concilio Moguntino, quod extet, habetur, sed in Cabilonensi, vnde citant Burchardus, & Iuo. In libro Vaticanæ bibliothecæ, in quo sunt duo concilia Vrbani secundi, Placentinum, & Melphiense, hæc etiam leguntur.* Perlatum est ad sanctum synodum, quòd sint quidam episcopi, & abbates, qui colonos ad se pertinentes non sinant decimas dare ad ecclesias, ubi Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decreuit sacer iste conuentus, vt episcopi, & abbates de uineis, uel agris, ac frugibus, quæ ad suum, uel fratrum usum laborant, decimas sibi pro benedictione, uel hospitum susceptione habeant: familiæ uero ibi dent decimas suas, vbi per totũ anni circulum Missas audiunt, & infantes eorum baptizanẽ. α ¶ Suas.] *Vox ista abest ab ipso concilio, & cæteris collectoribus, sunt etiam nonnullę aliæ varietates, quę indicatæ sunt in margine.*

Item Paschalis secundus.

¶ De proprijs laboribus monachi, & canonici decimas minime soluere cogantur. C. XLVII.

DECIMAS à populo sacerdotibus, ac Leuitis esseredendas diuinę legis sanxit auctoritas. Cæterũ à monachis f, siue clericis communiter uiuentibus & nulla ratio finit, vt milites h, aut episcopi, aut personæ quælibet decimas de laboribus, seu nutrimentis suis proprijs extorquere debeant. Vnde beatus Gregorius sic ait: [Cõmuni † vita uiuentib. iam de faciendis portionibus, vel exhibendę 2 ad gustum Clerici ter viue & mona habẽt ꝓ priuilegiu

Deus dedit p. 3. *Num.* 18

† *cõiter autẽ viuentibus*]

in orig. Gregorij cum alijs ẽt verborum varietatibus.

g ¶ Communiter viuentibus.] Ecce q aliud habẽt privilegium clerici communiter viuentes, scilicet quàm qui separatim: & q idem habent quod monachi, simi liter in absolutione petenda habent idem priuilegium cum monachis, vt extra de vi. & hon. cler. quoniam. in fi. & ext. qui cle. vel vouen. c. 1 & ext. de sent. excom. monachi. & ex tenore. in fi. contra. ext. de sent. excom cum non ab homine.

h ¶ Milites.] An milites possint habere decimas, dicetur. inf. q. 7. c. 1.

QVOD

QVOD AVTEM. Hæc est quinta pars quæstionis. in qua probat Grat. q Papa potest episcopatus diuidere & vnire, & quosdam eximere archiepiscopis suis incon sultis. Ioan

CASVS. Dictum est su. in c. ecclesię. & cap. quicũque. q anti.

da hospitalitate, & adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum? cum omne, quod superest, in causis pijs, ac religiosis erogandũ sit, dicente Domino: [Quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.]

Luc. 11.

5 *Quod autem dicitur, quod antiquiores ecclesiæ propter nouas, nec decimis, nec vlla possessione priuentur; non ita intelligendum est, vt nullo modo credatur licere episcopo quam partem possessionum, vel decimationum vnius ecclesiæ alteri pro tempore tribuere: Sicut enim Papa duos episcopatus in vnum potest redigere; ita & vnus proprio consentiente episcopo in duos potest diuidi, vel etiam metropolitano inuito quælibet ecclesia ab eius iurisdictione Apostolica eximi auctoritate.*

Vnde Gregorius Papa scribit Benenato episcopo, lib. 2. epistola 31.

¶ Duos episcopatus in vnum redigere Apostolica potest auctoritas: C. XLVIII.

Anst. l. 6. c. 108. Poly. l. 3. tit. 30.

ET temporis qualitas, & vicinitas a nos locorum inuitat, vt Cumanam, atque Misenatem α vnire b debeamus ecclesias: quoniam nec longo itineris spatio à se seiũ ctę sunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, vt singulos, sicut olim fuit, habere debeant sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitę huius expleuit c vtrasque nos ecclesias prẽsentis auctoritatis pagina uniſſe, tibique commisisse cognosce: propriumque utrarumque d ecclesiarum scitote esse pontificem. Et ideo te, quęcunque tibi de earum patrimonio, uel cleri ordinatione, siue promotione, iuxta canonum sta tuta uisa fuerint ordinare, atque disponere; habebis ut proprius reuera sacerdos liberam ex nostrę auctoritatis

1 Varijs.] gl. c. vni. ex. ut eccl. benef. conf. Pet. de Perus. in tra ca. de unione.

Ecclesię unirijs modis uniuntur.

antiquiores ecclesiæ propter nouas ecclesias suo iure priuari non debent: Nunc vero dicit Grat. q hoc non ita stricte est intelligendũ, q episcopo non liceat vnius ecclesiæ possessionem vel decimas alij tribuere: quia sicut Papa potest duos episcopatus redigere in vnum, ita vnum in duos diuidere. maxime episcopo consentiente, & quælibet ecclesia ab Apostolico eximi potest, etiam inuito metropolitano. ita sapple episcopus potest vnius ecclesiæ possessionem, &c. sed certe male, argumentatur G. de Apostolico ad episcopum cum Apostolicus habeat plenitudinem potestatis, quam nullus alius habet. & quod auctoritas Papæ duo episcopatus in unum redigi possint, probatur per duo sequentia capitu.

ET temporis.] CASVS. Cumana ciuitas pastore carebat, quæ vicina erat ciuitati Misenatæ: sed quia pauci erãt ibi homines, ideo Papa Benenato episcopo Misenati utramque ecclesiam gubernandam commisit, ita vt habitaret ubi utilius & commodius habitare prospexerit dum tamen in illa ecclesia in qua corpora liter non erit, ministeria diuina solenniter peragantur [Cumani castri.] Id est, modicæ urbi. [Sacerdos,] id est episcopus.

a ¶ Et vicinitas.] Arg q propter remotionem uel incommoditatem multa fiunt licite, quæ aliàs non licebit.

b ¶ Vnire.] Sicut Papa potest vnire plures episcopatus sic episcopus plures ecclesias, vt extra. de excess. prælato. sicut vnire. Si quras apud quã istarũ ecclesiarum resideat dignitas episcopalis, vel an vtræque retineant dignitatẽ prio rem? Dico quòd variis 1. modis possunt vniri ecclesiæ: vel hoc modo, ut vna su bjiciatur alteri: & secundũ hoc dignitas episcopalis erit in una tantũ. Vel hoc modo possunt vniri, ut ex duobus dignitatibus vna fiat dignitas & secundũ hoc nõ dicentur esse duę ecclesię, sed vna tantum. & secundum hoc illi qui sunt canonici in vna, erũt canonici in altera. & tam illi q alij canonici intererũt electioni epi, & alijs cõmunibus negocijs. In tali vnione distinguendũ credo, quod aut ecclesię simul vniuntur, aut vna earum vnitur reliquæ: quę duo sunt penitus diuersa. Si vna unię alteri. secundum hoc illius naturã, & cõsuetudinẽ & priuilegiũ assumit cui vnit & pibũt iura illius ecclesiæ quæ vnitur vt ext. de statu mon. recolẽtes. circa fi. Si autem neutra alteri vnitur, sed illę simul vniuntur tũc di-

c ¶ Expleuit.] Ergo si esset viuus, non vniretur, vt infra ead multis. & extra de eccle. ædifi. ad audientiam immo potius eo mortuo non debent vniri, vt extra ne sede vacan. c. 1.

d ¶ Vtrarumque.] In vtraque ergo erit sedes episcopalis, vt 21. q. 1. relato. Vel forte vbi ipse elegerit habitare & alia erit sibi subiecta.

POstquam.] CASVS. Multæ ciuitates, inter quas erat Trium tabernarum ciuitas, intantũ erant populis desolatæ, ꝙ proprios prælatos habere non poterant, nec erat spes illas ecclesias reparãdi, immo timebatur ne illarum ecclesiarũ reliquiæ asportarentur. & ideo Ioanni episcopo Velternẽ. ciuitatem committit eam suæ ecclesiæ vniendo: & dat sibi liberam potestatem, quatenus prout melius visum fuerit sibi, vigilanti cura cuncta disponat.

FOelix.] CASVS. In concilio Carthaginensi Fœlix episcopus Selemselitanꝰ dixit, vt in illius plebibus ponantur episcopi, vbi quondam fuerũt: in alijs vero nõ. cuius dictũ concilium approbauit.

a ¶ Vt diœceses.] Supra dist. 80. episcopi. & c. illud.

b ¶ Non habeãt] Nisi in casu, vt infra e. præcipimus. 99. dist. nulli.

c ¶ Proprium.] Nisi in duobus casibus. supra ead & temporis 25. q. 2. ita nos. licet ergo ciuitas per mille annos sine episcopo fuerit, dum tamẽ episcopalis limes posit probari, non obstat præscriptio. infra q. 3. licet.

MVltis.] CASVS. Quæsitũ fuit ĩ cõci. Africano an plebes, consensu, atque permissione licentiam. Vbi uero commodius, atq; vtilius esse perspexeris, ibi habitato: ita sanè, vt alteram ecclesiã, cui corporaliter præsens non es, solicita, prouidentiq; cura disponas: quatenus diuina illic mysteria† solenniter auxiliante Domino peragantur.

† *al. ministeria.*

a ¶ Misenatem.] *Sic emendatum est ex vetusto codice B. Gregorij: quamuis in vulgatis sicut etiam apud Gratianum, esset,* Musitanam.

Idem Ioanni episcopo Veliterno, lib. 2. epist. 35.

Ioannes diaconus l. 3. c. 15.

¶ Duos episcopatus in vnum redigere Apostolica valet auctoritas. C. XLIX.

POstquam hostilis impietas diuersarum ciuitatum ita (peccatis facientibus) desolauit ecclesias, ut reparandi eas, spes nulla, populo deficiente, remanserit; maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus reliquiæ plebis nullo pastoris moderamine gubernatæ, per inuia fidei hostis callidi rapiantur (quod absit) insidijs. Huius ergo rei solicitudine sæpè commoti, hoc nostro sedit cordi consilium, vt vicinis eas mãdaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuę curam gubernationemque Triumtabernensium ß ecclesię prouidimus committendam: quam tuę ecclesiæ aggregari, vnirique necesse est: quatenus vtrarumque ecclesiarum sacerdos rectè, Christo adiutore, possis existere: quæque tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione, seu promotione vigilãti ac canonica visa fuerint cura disponere. Quippe vt pontifex proprius liberam habeas† ex præsenti permissione licentiam.

7. q 1. temporis qualitas. Ans. l. 5. c. 24. Poly. l. 1. tit. 9.

† *al. habebis*

ß ¶ Triumtabernensium.] *In vulgatis legebatur.* Treuerensiũ. *Emendatum est ex aliquot vetustis, & originali, & Ioanne diacono. Nam, vt is testatur, hæc epistolæ scripta est Ioanni episcopo Veliterno. Oppidum autem Triumtabernarum Velitris vicinum est.*

Item ex concilio Carthaginensi 2. c. 5.

Et in Toletano 12. c. 4.

¶ Non habeant episcopum diœceses, quę nunquam habuerunt. C. L.

Burc. l. 1. c. 33.

FOElix episcopus Selemselitanus dixit. Etiam si hoc placet, sanctitati vestrę insinuo, vt diœceses [a], quę nũquam episcopos habuerunt †non habeant [b]; & illa diœcesis, quę aliquando habuit, habeat proprium γ [c]. Secundum autem hanc prosecutionem [d] sanctitas vestra ęstimet, quid fieri debeat. Ab vniuersis dictum est, Placet.

† *al. acceperit.*

γ ¶ Proprium.] *In concilio ipso sequuntur hæc.* Et si accedente tempore, crescẽte fide Dei populus multiplicatus desiderauerit proprium habere rectorem; eius videlicet voluntate, in cuius potestate est diœcesis constituta, habeat episcopum.

d ¶ Prosecutionem.] *Emendatus est hic locus ex originali impresso, & manuscripto. Nã antea legebatur;* Secundum hanc persecutionem sanctitatis uestræ est æstimare.

Item ex Africano concilio, c. 20.

Et in Carthaginen. 3. c. 42.

¶ Nisi cum voluntate epscopi diœceses, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprios episcopos. C. LI.

MVltis concilijs hoc statutum est à cętu sacerdotali, vt plebes, quę in

Burch. ibidem.

bes, q̃ sunt in episcopatu alicuius, possint hꝛe proprios episcopos, quæ scilicet nunquam episcopos habuerunt. & respondet ꝙ non, sine voluntate illius episcopi à quo retinentur. Et scias ꝙ hæc duo ca. inducuntur ad probandum, ꝙ vnus episcopatus potest in duos diuidi, diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores. [a] ∝.

∝ ¶ Rectores.] *In concilio Africano, & Chartaginensi sequitur* id est episcopos: *quod additur etiam in glossa.*

Item Gregorius Ioanni episcopo [b] *Lariszæo, lib. 2. indict. 11. epist. 7. seu c. 46.*

Ans. l. 6. c. 125. Poly. l. 1. tit. 7.

¶ Apostolica auctoritas à iurisdictione archiepiscopi episcopos valet eximere. C. LII.

† *al. Iustiniæ vrbis.*

FRater noster Hadrianus Thebanę ciuitatis episcopus ad Romanam vrbẽ venieus lacrymabiliter est conquestus de quibusdam capitulis se à fraternitate tua, necnon à Ioanne [c] primæ Iustinianæ † episcopo non legitimè, neque canonicè condemnatum. *& infra.* ¶ De nequissimo autem, damnandoque eius [d] iudicio alias sumus, iuuante Domino, tractaturi. Hadrianum vero episcopum reperimus, & tuo contra sacerdotales mores odio laborasse, & nullo iure pecuniarijs in causis eum fraternitatis tuę condemnatum fuisse sententia. Quia igitur & ab antefato Ioã ne primæ Iustinianæ episcopo cõtra ius, canonesq; depositus [e], honoris sui gradu carere non potuit; in sua eum reformari ecclesia, atque in propriæ dignitatis ordinem decreuimus reuocari. Et cum oportuisset te ex eo Dominici corporis communione priuari, quòd admonitione† sanctę memorię decessoris nostri contempta (per quam eũ ecclesiamque eius de tuę iurisdictione potestatis exemit) rursus in eis aliquid [f] tibi iurisdictionis seruare præsumpseris; tamen nos humanius decernentes, communionisque tibi sacramentum interim conseruantes, decernimus vt fraternitas tua ab eo, ecclesiaque eius omnem ante habitę suę potestatem iurisdictionis abstineat: & secundum scripta decessoris nostri g, si qua causa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria aduersus prefatum Hadrianum consacerdotem nostrum potuerit euenire; vel per eos, qui nostri sũt, vel fuerint in vrbe regia respõsales, si mediocris [h] di ępo cõsentiente: aliter non licet, qđ non est verum quantum ad Papam: sed potest dici, ꝙ quædam concilia impetrauerant priuilegiũ à Papa diuidendi vnũ epatum in duos, de consensu, tamen epi cuius erat epatus.

al. post admonitionẽ contẽptam.

Epo inuito an possit in sua diœcesi nouus epatus fieri.

1 De hoc inf. c. ex. in gl. arg. & su 99. dist. ca. 2. in glo. si.

a ¶ Rectores.] Id est, episcopos. Videtur ergo ꝙ Papa nõ possit inuito episcopo nouum facere 1. episcopatum in diœcesi sua vt su. ea. & temporis. Hu. dicit hunc esse tenorem huius cap. ꝙ nullus sacerdos potest iustitui sine voluntate diœcesani episcopi.

b ¶ Ioanni episcopo.] Supple & Ioanni patriarchę: quia archiepiscopo Lariszeo scribit pro Hadriano.

FRater noster] CASVS. Anteecessor Greg. exemerat Hadrianum episcopum Thebanæ ciuitatis à iurisdictione Lariszęi archiepi. & Ioanis patriarchę primę Iustinianę post quã exemptionẽ ꝑfati archiepiscopus & patriarcha eum grauiter & iniuste in quibusdã causis condemnauerunt. Nã archiepiscopus in causis pecuniarijs eũ iniuste spoliauit, patriarcha vero in causa criminali ipsum inique deposuit. Super quo cum querelam apud Greg. deposuit, honori suo & loco est restitutus, & præcipit Lariszęo archiepo. vt de cætero nihil iuris super eo vel eius ecclesia præsumeret vsurpare: sed si qua causa fidei vel criminalis vel pecuniaria inter eos vertitur, per delegatos domini Papæ, si mediocris est; vel per sedẽ Apostolicã, si ardua est decidatur: contra quod si fecerit, sciat se communione priuatum. Item præcipit ei, vt sine dilatione omnes res sacras vel aliàs mobiles vel immobiles ei restituat. de quibus si quæstio vertit inter eos, in regia vrbe coram responsali ventiletur. Quæ autem sequuntur plana sunt vsque ad §. [Sicut.]

c ¶ Nec non à Ioanne.] Sub quo erat Lariszæus metropolitanus. de cuius diœcesi fuit exemptus.

d ¶ Eius.] S. Ioannis.

e ¶ Depositus.] Etiã de facto. fic. 24. q. 1. audiuimus.

f ¶ Aliquid.] Arg. ex eo ꝙ quis eximitur, vt exemptus vniuersaliter etiam cũ suis ecclesijs. in auth. vt eccl. Ro. cen. an. gau. præscrip. in prin. col. 2. qa beneficia principum large sunt interpretanda, vt ff. de constit. princ. beneficium. extra de donat. cum dilectus. 12. q. 2. qui manumittitur. & 24 q. 1. rogamus. & in authẽ. vt li. de cęr. §. si quis. coll. 6. inf. e. q. 2. visis. arg. contra. extra de relig. do. cõstitutus. in fi. ext. de do. pastoralis. extra

Exemptio simpliciter an eximat vniuersaliter.

g ¶ Nostri.] Vł ꝙ per legatum vel etiam delegatum q̃stio fidei fit tractanda: cum tantum ad Petrum sit referenda qõ fidei, 24 q. 1. quoties. Sed dic ꝙ mediocres cãs possunt episcopi tractare, vt extra de hære. ad abolendam. sed magnas non vt, extra de hęre. cum Christus.

Causas mediocres tractant epi.

h ¶ Si mediocris.] Videtur ergo quòd delegatus crimi nales causas possit audire, vt 2. q. 6 decreto. C. de offi pro con. l. 1. Arg. contra. ff. de off procon. solẽt. extra de offi. leg quod translationem. Sed dic quòd mediocres causas appellat, cum tale est crimen quod non inducit depositionem: in quo põt interuenire procurator ut ff. an per alium causæ appel. ꝙ. posl l. 1. & vbi non est opus inscriptione, vt ff. de accus. leuia. Vel dic ꝙ cognoscere potest legatus de crimine episcopi: sed non deponere.

Delegatus vtrũ criminales cãs audire possit. Mediocres causæ quæ sunt.

Vel huc ℘ potest pronunciare aliquem deponendum: sed cum condemnare nō potest. sic 2.q.6. biduum. versi. si quem insulam.

a ¶ Vel huc.] Hic arg. delegatum non posse omnia quę delegans quod verum est, nisi ei specialiter aliquid fuerit permissum, vt 25. q.2. in Galliarum.

b PRæcipimus.] Arg. ℘ sine auctoritate Papę episcopatus non fiunt. & arg. 7.q.1. mutationes.

c ¶ Debeas.] Vt tamen habeatur cōsensus episcopi, si regio illa esset intra diœcesim alicuius episcopi: quia quidquid excrescit, spectat ad episcopum, vt ext. de ci. quoniam Ioan.

SICVT DVO EPISCOPATVS. CASVS. Supradictū est in ea. & tēporis qualitas. & capitu. postquam. & cap. Fœlix. quod duo episcopatus in vnum redigi possunt: & vnus in duos potest diuidi. Nūc dicit Gratia ℘ episcopus potest simi liter vnam ecclesiam sibi subiectā in duas diuidere, & econuerso cū consensu suorū clericorum: & facta diuisione, noua ecclesia soluta erit à iure prioris ecclesię: & nisi hoc fieret: multitudo ecclesiarū ad paucitatem reduceretur: plures tamen baptismales ecclesias i vna terminatione facere non potest episcopus.

PLures.] CASVS. Statutum, est in cōcilio Toletano, vt intra vnam terminationem non sint plures ecclesiæ baptismales, & si contentio fuerit de terminatione duarum matricū ecclesiarum, populi vtrumque amicabiliter componāt, sin autem, lis Dei iudicio discernatur.

d ¶ In vna.] Et intra eosdem limites.

e ¶ Non possunt.] Ita quod habeāt eosdē limites. ex quo enim sunt baptismales, debent habere limites distinctos, vt 13.q.1.c.1. vnus enim tantum debet esse prąceps. 7. q. 1. in apibus.

f ¶ Plebes vtrarumq;.] Arg. ℘ quārem melius nouerunt, siue sint domestici, siue extranei, potius debēt esse testes quàm alij, licet sint domestici vel consanguinei, vt extra qui mat. accusa. possit. videtur. in fi. & extra de testi. veniens. in fi. C. de repud. consensu 1.

g ¶ Discernant.] Vel per arbitrium, vel per amicabilem compositionē: superioris tñ auctoritas est necessaria. extra de transa. de cætero. &c. statuimus. & extra de arbi. per prudentia.

1 Hoc no. 3. q. 5. in summa. & ca. 1. & 14. q. 2. sū.

est quæstio, cognoscatur: vel huc [a] ad Apostolicam sedem si ardua est deducatur: quatenus nostrę audientię sententia decidatur. Quòd si contra hęc quæ statuimus, quolibet tempore, seu qualibet occasione, vel surreptione venire tentaueris, sacra scias te communione priuatum: nec eā te, excepto vltimo vitę tuę tempore, nisi concessa Romani Pontificis decernimus iussione percipere « *& paulo post.* ¶ Res autem siue sacras, siue aliàs mobiles, immobilesque eius ecclesię, quę hactenus diceris retinere (quarum notitiam nobis oblatam præsentibus annectimus litteris) sine aliqua ei dilatione fraternitas tua restituat. De quibus si qua inter vos quęstio vertitur; volumus, vt apud responsalem nostrum in vrbe regia ventiletur.

Iuo p. 4. c. 265.

« ¶ Percipere.] *Hic in epistola interijcitur, c. hac* † *consona. infra 25 q. 1.*

† *al hæc*

Si autem nec dum in diœcesi alicuius episcopi illa loca signata fuerint, ex vigore Apostolicæ sedis proprium episcopum accipiant.

Unde Gregorius iunior scribit Bonifacio episcopo, epi. vlti.

¶ Vbi multitudo fidelium excreuit, ibi episcopi sunt ordinandi. C. LIII.

PRæcipimus [b], vt iuxta sacrorum canonum statuta, vbi multitudo excreuit fidelium, vt vigore Apostolicæ sedis debeas [c] ordinare episcopos: pia tamē contemplatione, vt non vilescat dignitas episcopatus.

Sicut duo episcopatus suprascripto modo in vnum possūt redigi, & vnus in duos valet diuidi; sic etiā episcopus de baptismalibus, & parochianis ecclesiis facere potest cum consēsu suorum clericorum. Quod cū factum fuerit; illa pars populi, quæ nouis ecclesiis supponitur, à iure prioris ecclesiæ absoluitur. Hoc nisi fieri posset, multitudo ecclesiarū ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptismales ecclesias in vna terminatione facere non potest.

Unde in Toletano concilio legitur.

¶ In vna terminatione plures baptismales ecclesię esse non possunt. C. LIIII.

PLures baptismales ecclesię in vna [d] terminatione esse non possunt [e]: sed vna tantummodo cum suis † capellis. Et si contentio fuerit de terminatione duarum matricum; plebes vtrarumque [f] discernant g: & si non conuenerint, lis Dei iudicio [h] discernatur.

Burc. l. 3. c. 22. Iuo p. 3. c. 27. † *al. sic hdit*

h ¶ Iudicio.] Id est, iuramento. vel etiā sortibus 2. qui bus Dei voluntas ostenditur 26. q. 2. §. 1. & ca. sors. Vel Dei iudicio, id est, ecclesiastico. 3. q. 5. quia suspecti. ver. veniat. 12. q. 1. futuram.

2 Scilicet honestis, & hoc tenet. Hug.

IVS ERGO. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probare intendit, ℘ omnes ecclesiæ cum rebus suis sint in episcopi potestate, nec decimæ sine eius licentia alibi

¶ *Caput hoc in nullo Toletano est inuentum. Burchardus & Iuo cuant ex concilio Aquisgranensi.*

6 Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, vt nisi episcopo disponente aliis ecclesijs fuerit assignatum, in nullorum redituum diminutionem patiantur.

Unde Anastasius Papa.

Capi. l. 6. c. 285. & l. 7. c. 7.

¶ Communione priuetur, qui decimas, vel oblationes extra episcopi conscientiam tenere voluerit. C. LV.

Anſ. l. 5. ca. 45.

STatuimus, ut si quis oblationes [a] ecclesiæ, vel decimas, quas populus dare debet tenere contenderit, vel extra baptismalem [b] ecclesiam dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius, cui huiusmodi officia commissa sunt, nec cum eorum voluerit agere consilio; bannum [c] nostrum componat, & communione priuetur.

Cum addit: [Extra cōscientiam episcopi,] intelligendū relinquit, quòd episcopo consentiente alijs ecclesiis dari possunt. Item.

In conc. Ticinensi. c. 11.

¶ Iuxta dispositionem episcopi decimæ distribuantur. C. LVI.

Anſ. l. 5. c. 46.

IN sacris canonibus præfixum est, ut decimæ iuxta episcopi dispositionem distribuantur. Quidam autem laici, qui vel in proprijs, vel in beneficijs [d] suas habent basilicas contempta episcopi dispositione, non ad ecclesias, vbi baptismum, & prædicationem, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant: sed vel propriis basilicis, vel aliis ecclesiis « pro suo libitu tribuunt: quod omnimodis diuinæ legi, & sacris canonibus constat esse contrarium. Vnde vestram ♭ potestatem, vt eos corrigatis, expetimus.

« ¶ Aliis ecclesiis.] *In concilio Ticinensi, vnde hoc capitulum videtur acceptum, legitur*, suis clericis: *Apud Anselmum vero*, suis ecclesiis.

♭ ¶ Vnde uestram.] *Verba hæc referuntur ad Imperatorem Ludouicum II. qui illi synodi interfuit. Quare in ea sequuntur*, sacra docet, &c.

a ¶ Oblationes.] Arg. ℘ excōicari possunt laici, qui non dant sacerdotibus oblationes (scilicet debitas) vt inf. de conſ. dist. 1. omnis Christianus. quod Hu. intelligit etiam de gratuitis oblationibus, si clericus non habet vnde sustentetur. arg. ext. de simo. cum sit. arg. contra 91. d. clericus. 12. q. 2 charitatem.

b ¶ Baptismalem.] Decimæ ergo soluendæ sunt baptismalib. ecclesijs. arg. sup. ea. de decimis. & inf. ea. in sacris. quod verū est de pdialibus, sed personales debentur parochialibus ecclesijs, vt su. ea q. & dixi sup. ead. quicumque. Item patet, ℘ episcopus potest auferre decimas vni ecclesię. & dare alteri, vt dixi su. ea. ecclesiæ. Decimæ cuī ecclesiæ sūt soluendæ.

c ¶ Bannum.] 60. solidorū, vt in Lombarda continetur. & sic semper intelligit vbi non determinatur. & est hic. arg. pœnā pecuniariam ab ecclesia posse infligi. 18. d. quoniā. extra de rap. in archiepiscopatu. ar. 23. q. 5. quid ergo. argu. contra extra de pœ. licet 1. Item argum. quòd iudex possit aliquem contumacem excommunicare, & aliter punire, quod non est verum, vt extra vt lit. non cont. quoniam. in fin. Ecclesia pōt pœnam pecuniariam infligere.

CVM ADDIT, CASVS. Dictum est sup. qđ præter consentiam episcopi decimæ aliis dari non debent. Nunc vero à sensu contrario (vt dicit Grat.) datur intelligi, quòd episcopo, consentiente alijs dari possunt.

IN sacris.] CASVS. Conquesti sunt quidā archipsbyteri de quibusdā laicis, qui decimas ecclesijs baptismalibus subtrahentes episcopi dispositione contempta dabant eas illis ecclesiis, quas ædificauerant in proprijs prædijs, vel in feudis, vel aliis ecclesiis. & ideo prohibet Anastasius ne hoc de cætero fiat.

d ¶ In beneficijs.] Id est, feudo. Et est arg. ius patronatus cū feudo tranſire, nisi fuerit exceptum: vt extra de iure patro. ex litteris. arg. contra inf. ea. q. 7. nemini 2.

CVM AVTEM. CASVS. Dictū est su. in proxi. c. ℘ reprehenduntur, qui contempta episcopi dispositione decimæ aliis dari non debent. Nunc vero à sensu contrario (vt dicit Grat.) datur intelligi, quòd episcopo, consentiente alijs dari possunt.

2 Et illud verū est singulariter. sed cum vniuersitate bene. ff. de cōtrah. emp. in medicis sēcundū. Iuo.

Cū autem reprehenduntur, quia cōtempta episcopi di-

bi possint dari, & quod episcopus debet illas dispensare secundum Deum, prout sibi videbitur melius expedire. Io. de Fant.

CASVS. In c. sup. quicunque. dictum est, vt antiquiores ecclesiæ ius suum non perdant propter nouas, quod est (sicut Grat. hic interpretatur, nisi auctoritate episcopi alijs ecclesijs fuerit assignatum: & ad hoc inducit episcopum spectant. de alijs non potest sine consensu clericorum.

STatuimus.] CASVS. Statuitur in hoc c. ℘ si quis sua auctoritate decimas, vel oblationes, quas debet populus dare, contenderit retinere, vt extra baptismalem ecclesiam præter conscientiam epi, vel eius cui huiusmodi officia sunt commissa, decimas dare voluerit: pœna pecuniaria, & excommunicatione puniat. [Oblationes,] In testamento relictas. Vel potest dici, ℘ oblationes debitæ sunt, & homines ad hoc compelluntur, vt inf. ea. q. in canonibus.

decimas alijs ecclesijs tribuunt. Nunc vero à sensu contrario colligit Gra. quòd si eo disponente hoc faciunt, irreprehensibiles inueniuntur.

IN canonibus]CASVS. Hoc capitu. diuiditur in tres partes. in prima parte anathematizantur quicumq; oblationes alterius ecclesię, quas vel accipere, vel alteri dare volunt, prćter conscientiă episcopi, vel alteri[9] ad quē huiusmodi spectăt officia: cum iniquum sit ab aliquibus vsurpari quod relictum est p remedio animarum, & maxime à Christianis, & principibus, à quibus res ecclesiasticas conuenit custodiri. In secunda parte dicitur, quòd quicumque res ecclesię sua auctoritate, vel auctoritate principis inuaserit: nisi commonitus resipiscat, debet excommunicari. In tertia parte ostendit hominem inobedientem excōmunicandum. & hoc probat auctoritate Domini. Secunda pars incipit ibi, [Generaliter.] Tertia ibi. [Similiter, & illi.] Et nota quod in principio sūt verba Symmachi. ibi, [Si quis oblationes:] Sunt verba cōcilij, & caute considera, quę sūt verba concilij legendo. & loquitur istud cap. de immunitate rerum ecclesię: sequens vero c. de immunitate rerum clericorum.

a ¶ Maxime.] Quem qs tenet defedere cōtra alios, multo fortius cōtra se. ff. si ser. vend. altius. 19. d. nulli fas. inf. e. nulli episcoporū. extr. de nat. ex. lib. ven. c. vnico.

b ¶ A principibus.] quibus Christus ecclesiam commisit. 23. q. 5. principes.

c ¶ Confiscare.] Secūdum leges veteres bona damnatorū cō fiscabantur. hodie secus, vt C. de bo. dam. aucto. bona. Res autem ecclesię nō possunt confiscari, vt sup. ead. placet, arg. contra extra de prescrip. si diligenti.

d ¶ Potentum.] Nota auctoritatem maioris in illicitis non excusare. 12. q. 2. quicumque. & c. de rebus. 11. q. 3. si dominus. & infra ea. q 7. decimas. 25. q. 1. omne quod. 36. q. 2. nullus. arg. contra 63. dist. Salonitanę. 14. q. 5. dixit.

e ¶ Nisi cito.] Primo tamen videtur citandus princeps cuius auctoritate res ecclesiastica tenetur, vt 12. quęst. 2. de

Ecclesię res confiscari nō possunt.

spositione hoc faciunt, intelligitur, quòd si episcopo disponente hoc fecerint, irreprehensibiles inueniantur.

Item Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit in synodo sexta Romana.

& i Aquisgran. sub Pipino. ca. 26.

¶ Anathema sit, qui prćter episcopi conscientiam decimas, & oblationes dispensare voluerit. C. LVII.

Deusdedit p. 4. Anst. l. 5. c. 44.

IN canonibus in Gangrensi ecclesia Apostolica auctoritate conditis de fructuum oblationibus, quæ ministris ecclesiæ debentur, & de his, quæ in vsus pauperum conferuntur, scriptum habetur: [Si quis oblationes α ecclesiæ accipere, vel dare voluerit prćter episcopi conscientiam, vel eius, cui huiuscemodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio; anathema sit.] Et iterum in eodem concilio Gangrensi: [Si quis oblata Deo dederit, vel acceperit prćter episcopum, vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus; & qui dat, & qui accipit, anathema sit.] Valde iniquum † ergo, & ingens sacrilegium est, vt quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit; ab his, à quibus hæc maxime [a] seruari conuenit, id est Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à principibus [b], & primis regionum in aliud transferri, vel conuerti. *& infra.* ¶ Generaliter vero, quicumque res ecclesiæ confiscare [c], aut competere, aut peruadere periculosa sua infestatione præsumpserit; nisi se ß citissime per ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem correxerit; perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi, qui res ecclesiæ, iussu, vel largitione principum, vel quorundam potentum [d], aut quadam inuasione, aut tyrannica potestate retinuerint, & filijs, vel hæredibus suis (vt à quibusdam iam factum audiuimus) quasi hæreditarias reliquerint; nisi cito [e] res Dei admoniti à pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, vt custodes potius chartarum [f], quàm defensores rerū creditarum (vt præceptum est) iudicemur. *& infra.* ¶ Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quę fomenta non sentiunt.] Similiter & illi extores debent fieri ab ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: [Auferte malum ex vobis.] Vniuersa synodus surgens acclamauit. Vt ita fiat, rogamus, Dictum est octies. Ista seruentur precamur, Dictum est decies. Vt in perpetuum maneant, & vestra auctoritate firmentur, Dictum est duodecies. Exaudi Christe, Symmacho Papæ vita, Dictum est duodecies.

In Gan. c. 8. Burc. l. 3. c. 144. & 145.

Iuo p. 3. c. 209. & 210.

12. q. 2. indigne

† Hoc & habes sup. 96 dist. c. 1.

Iuo p. 3. c. 148.

Deuter. 13. & 1. *Cor.* 5.

de reb. sed illud ob scandalum principis. sed non est ita.

f ¶ Chartarum.] Id est, librorum. quia episcopus non debet semper libris insistere, vt 86. dist. fratrem.

Si-

SImiliter.]CASVS. In hoc c. dicitur, q̄ res episcoporū patrimoniales esse ecclesiæ non dubitantur: & ideo simili debent priuilegio gaudere: vnde si quis eas inuaserit, nisi admonitus resipiscat, sicuti propter res ecclesiæ, ita propter res episcoporum excommunicari debet. & nota, quòd dicitur de rebus episcoporum, est intelligendum de rebus omnium clericorum.

a ¶ Ecclesiæ.] Quia episcopus est in ipsa ecclesia, vt 7. q. 1. scire. Ex hoc c. consueuit dici quod res clericorum eodem gaudent priuilegio quo res ecclesię. 12. q. 2. ecclesiarum. & 87. dist. eos. vnde videtur q̄ æquè committatur sacrilegium in rebus clericorum, sicut in rebus ecclesiæ. Vel dic q̄ sunt res ecclesiæ quo ad defensionem: quia ecclesia debet eas defendere. 1. sicut suas. 12. q. 2. de laicis & 87. dist. eos. Vel dicūtur ecclesiæ quo ad hoc: quia si damnificat ecclesiā eps ecclesia habet recursum ad res suas vt 12. q. 4. quicunque: vn de dico q̄ omnes res clerici sunt obligatę fuæ ecclesiæ: sicut res mariti vxori, vt ext. de pi. ex litteris. & C. q pot. in pig. l. vlt. sicut. & res tutoris pupillo. vnde qui minor est xxv. annis, non debet esse prælatus, cum res ipsius non possint obligari ecclesię, vt C. de leg. tut. l. vlt. Nec obstant contraria hic signata supra 12. quæst. 3. episcopus & quęst. 2. sint manifestæ. vbi dicitur, quód aliæ sunt res ecclesię; alię episcopi: & hoc fateor: sed dicuntur esse ecclesię quo ad ea quæ dixi 12. quęst. 5. si episcopus.

Ecclesiæ & clericorum bona eodē potiunē priuilegio.

b ¶ Simili.] Quam præmisimus circa res ecclesiasticas.

Minor xxv. annis cur ſi. debeat esse prælatus.

QVia iuxta.]CASVS. Ludouicus & Carolus legē sanxerunt in perpetuū valiturā, vt ga res ecclesię sunt vota fidelium: & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperū, nulli liceat ea ab ecclesia remouere sub pęna excōmunicationis.

c ¶ Diuidendis.] Id est separandis ab ecclesia. consueuit tamen hoc capi. induci ad probandū, q̄ res ecclesiarum non possunt diuidi per præbendas, vt dixi 12. q. 1. c. vlt.

d ¶ Neque filiorum.] Arg. aliquem suo successori legem posse indi-

α ¶ Oblationes ecclesię.] *In concilio ipso Gangrensi legitur*: si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere, &c.

ß ¶ Nisi se.] *Hæc vsque ad vers.* Similiter *sunt addita ex Symmachi synodo.*

γ ¶ Ista seruentur.] *Item hæc vsque ad vers.* Exaudi.

Item in eadem synodo.

¶ Eadem plectuntur pœna, qui ecclesiæ res, & bona episcoporum inuadunt. C. LVIII.

Iuo p. 3. c. 142.

SImiliter & hoc ad omnium ecclesiarum notitiam vestra cunctorum exhortatione, & iudicio censemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri; quia episcoporum res ecclesiæ [a] nō dubitantur esse; si in eorum facultatibus simili [b] fuerit crudelitate grassatum; peruasores rerū memoratarum, prædictæ canonum districtionis feriatur vindicta: vt qui moribus proprijs, ac nulla conscientiæ castigatione corriguntur; saltem ecclesiasticæ, & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis.

Item ex libro primo capitulorum Caroli, & Ludouici Imperatorum, c. 85.

¶ Res ecclesię, principum auctoritate distribui non possunt. C. LIX.

Deusdedit p. 5. Anst. l. 4. c. 43.

† *al. tamen vt*

QVia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res ecclesię vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum; cuique non solum habita conseruare; verum etiam multa, Deo opitulāte, conferre optamus. Vt † autem ab ecclesiasticis α de diuidendis ß crebus ecclesię suspicionem dudum cōceptam amoueremus; statuimus, vt neque nostris, neque filiorum [d], & Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostrorum vel progenitorum nostrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, vllam penitus diuisionem, aut iacturam patiatur.

α ¶ Ecclesiasticis.] *Sequebatur*, officijs, *quæ vox neque in vetustis, neque in ipso capitulari est. Refertur enim ad homines, non ad officia.*

ß ¶ Diuidendis.] *In capitulari impresso legitur*, non diuidendis. *In capitulis autem manuscriptis quæ ab episcopis prouinciarum Rhemensis, ac Rothomagensis Ludouico regi missa fuerunt hæc habentur ad hunc locum pertinentia.* Quia vero Carolus princeps Pipini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges ac principes, res ecclesiarum ab eis separauit, atq; diuisit, pro hoc solo maxime est æternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianensis episcopus, qui in monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum sæculum raptus, & inter cætera, quæ Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo eius ductore responsum est, quia sanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cū Dño iudicabunt, quorumque res abstulit, & diuisit, ante illud iudicium ani-

indicere, vt 12. q.2. nō liceat. 63. dist. ergo. arg. contra 2 quę stio. 5. mandatis. vbi de hoc 1.

1 Contrario standū est: & ideo cautè hic dicit, Deo dispensante.

CVM ERGO. CASVS. Dictum est ꝙ cum episcopi consensu oblationes vnius ecclesię alij distribui possunt, innuit à contrario sensu: sed Gratia. nunc vult ꝓbare contrarium.

CONstitutū.] CASVS. Episcopi ecclesiarum auferebant. & ideo cōstitutum fuit in concilio Toletano, vt nihil de rebus earum præsumant auferre: tertiā tamen partem de ecclesiarum obuentionibus consequantur & si contra hoc fecerint, per conciliū re, staurentur conditoribus ecclesiarum, vel eorū hæredibus sup hoc appellantibus.

a ¶ Auferre.] Nisi in casibus. 12. q.2. bonæ rei. & 10.q.1. hoc ius extra de ecle. ędi. ad audientiam.

b ¶ Tertiam.] Alibi dicitur

ma & corpore sempiternis pœnis est deputatus: & recipit simul cum peccatis suis pœnas propter peccata omnium, qui res suas, & facultates in honore & amore Domini ad sanctorum loca in luminaribus diuini cultus, & alimonijs seruorum Christi, ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderant. Qui in se reuersus S. Bonifacium, & Fuldradum abbatem monasterij S. Dionysij, & summum capellanum regis Pipini ad se vocauit, eisque talia dicens in signū dedit, vt ad sepulchrum illius irent, & si corpus eius ibidem non reperissent, ea quæ dicebat, uera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum monasterium, ubi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumq; ipsius aperiētes, uisus est subito exisse Draco, & totum illud sepulcrum interius inuentum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos uidimus, qui usque ad nostram ætatem duraueruṅt, qui huic rei interfuerunt, & nobis uiua uoce ueraciter sunt testati, quæ audierunt, atq; uiderunt. Quod cognoscens filius eius Pipinus synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum S. Bonifacio legatus Apostolicæ sedis Gregorius nomine. Nam & synodum ipsam habemus, & quantumcūque de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, ecclesijs reddere procurauit. Et quoniam res ecclesijs, à quibus ablatæ erant, restituere propter concertationem, quam cum VVaifaro Aquitanorum principe habebat, non-prævaluit; precarias fieri ab episcopis exinde petij, & nonas, ac decimas ad restaurationes terrarum, & de unaquaque casata duodecim denarios ac ecclesiam unde res erant beneficiatæ (sicut in libro capitulorum regum habetur) dari constituit, vsque dum ipsæ res ad ecclesiam reuenirent. Vnde & Dominus Carolus Imperator adhuc in regio nomine constitutus edictum fecit, ut nec ipse, nec filii eius, neq; successores, huiusmodi res agere attentarent. Quod manu sua firmaui, cur plenitudinem habemus, & de quo capitulum exceptum in libro capitulorum eius, qui cunq; librum illum habet, & legere uoluerit, inuenire ualebit. Hanc etiam relationem & in scripturis habemus, & quidam nostrum etiam viua uoce Dominū Ludouicum Imperatorem patrem uestrum referre audiuimus. *Huius historię mētio etiam est in uita B. Eucherij episcopi Aurelianensis, & B. Rhigoberti archiepiscopi Rhemensis. Qualis uero esset huiusmodi ecclesiasticorum bonorum diuisio, quam Carolus Martellus induxit, Pipinus autem, & Carolus Imperator prohibuerunt, eodem libro primo capitularium ante capitulum istud 85. sic exponitur:* Tempore Hadriani Papæ, & Caroli magni Imperatoris, quando Paulinus episcopus tenuit vices Apostolicæ sedis in Aquis fuit factum istud capitulum propter hoc, quia laici homines solebant diuidere episcopia, & monasteria ad illorum opus: & non remansissent ulli episcopo, nec abbati, nec abbatissæ, nisi tantum, vt velut canonici, & monachi viuerent

Cum ergo præter conscientiam episcopi, vel eius, cui officia huiusmodi cōmissa sunt, quilibet prohibetur oblationes ecclesiæ distribuere; liquido apparet, quod cum episcopi consensu, quibuslibet ecclesiis possint distribui.

Huic interpretationi videtur contraire auctoritas illa Toletani concilii 4. capi. 32.

¶ Nihil de iure suę diœcesis episcopi prę sumant auferre.
C. LX.

CONstitutum est à presenti concilio, episcopos diœceses suas ita regere vt nihil ex earū iure prę sumant auferre[a]: sed iuxta priorū auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quàm de tributis †, ac frugibus, tertiam [b]

† *al. decimis tributis.* Burc. l.3.c. 203. Iuo p.3.c.255.

dicitur, quòd quartam. 12. quæst. 2. conceſſo. alibi, quòd medietatem. 10. quæst. 1. antiquos. sed loci consuetudo est obseruanda 1, vt dicit Grat. in seq. §. & 10. quæst 3. cathedraticum, Vel dic, diuersitas temporum soluit contrarium. 2. quæst. 1. si peccauerit.

1 De hoc satis not. 10.q. 1. de his. ibi videas. Arc.

a ¶ Quòd

consequantur. Quòd si amplius[a] quidpiam ab eis præsumptum extiterit, per concilium restauretur: appellantibus aut ipsis conditoribus [b], aut certe propinquis [c] eorum, si iam illi à sæculo discesserunt.

Item Symmachus Papa ad Cæsarium fratrem, c.1.

¶ Possessiones ecclesiæ derelictas nulli sit alienandi licentia. C. LXI.

Poly. l.4. tit.21. Ans. l.6. c.166.

POssessiones, quas vnusquisq; ecclesiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis, atque distractionibus, vel sub quocumque argumento non patimur: nisi forte aut clericis bonorum †meritorum, aut monasterijs religionis intuitu, aut certe peregrinis, si necessitas largiri suaserit; sic tamen, vt hæc ipsa non perpetuo [d], sed temporaliter perfruantur.

† *al. honorum meritis*

Sed illud Toletani concilij ita intelligendum est, vt episcopi præter quartam, vel tertiam, quæ secundum locorum diuersitates eis debetur, nihil contingant.

Vnde in concilio Leonis Papæ III. c.26. statutum est.

Poly. l.3.tit.12 (3) Ans. l.5. c.47.

¶ A clericis, & pijs locis vltra statutum patrū aliquid episcopus non exigat. C. LXII.

NVlli episcoporū liceat à subiecto sacerdote, vel alio quolibet clerico, & pijs locis dationes vltra statuta[e] patrum exigere, aut super † posita in angarijs inferre. Sed cum optimus sit perspector, ita prospiciat †, vt vniuersæ sibi oues commissæ à se maximè alantur, atque in necessitatibus [f] adiuuentur, non illicitis exactionibus † opprimantur: quia Dominus pascere, & docere nos docuit, & omnibus ministrare, non terrenis lucris, vel auaritijs delectari.

† *al. perspiciat* † in uulgatis grat [*suppositā*]

† *al. exactionibus*

Item Gregorius Leoni episcopo Catanensium †, libr. 7. epist. 8.

† *al. Catinensi*

a ¶ Quòd si amplius.] Et & si fecerint, quasi concussores sunt in quadruplum puniendi. ar. 13. dist. quoniam quidem. 24. q 1. militare. C. de assesso. l 3.

b ¶ Conditoribus.] Id est patronis, qui possunt male alienata repetere, vt infra. eod. q. 7. filijs. immo quilibet de populo hic admittitur. 12 q 2. non liceat. Sed nunquid patronus laicus potest criminaliter clericum accusare de dilapidatione, cum suam iniuriam persequatur, arg ꝙ fic. inf. q. 7. filijs & argu. 22. dist. illud. Nā ipsorum interest, vt inf. eod q. 7 quicunque. Simili ratione videtur ꝙ quilibet de populo: ga publice interest ne res ecclesiæ male tractentur, vt 2. q. 1. prohibentur. in fi sed tamen secus est, vt notaui 2. q 7. in summa. & cap. præsumunt. Et est ad hoc 28. d consulendum.

Patronus laicus, an possit clericum de dilapidatione criminaliter accusare.

c ¶ Propinquis.] Ius enim patronatus transit ad filios, vt inf. ea. q. 7. filijs. etiam quamuis hęredes nō sint. arg. ff. de iure pat. filij. ff. de religio. quod patet. & ad hæredes extraneos, vt inf. quæst. 7. si plures. ff. de ope. lib. fabriles. & argu. contra. ff. eo. si operarum. & C. eo. liberti. Ioan.

POssessiones.] CASVS. Episcopi alienabant possessiones ecclesiarum, quas quis dederat in vita, vel in morte reliquerat: sed Papa Symmachus prohibuit, vt

secus fit in concessionibus ecclesiarū: quæ licet temporales sint, tamen solis non concedet, nisi hoc habuerit ex consuetudine, vt extra de his quæ fiū. à præla. ea nescitur. ar. tamen contra. 12. quæst. 1. episcopus. vbi nec fructus potest episcopus dare sine conscientia cleri sui. Ioan.

SED ILLVD. CASVS. Quia sup. in cap. constitutum. facta est mentio de tertia, quàm episcopus debet percipere de rebus ecclesiarum: ideo idem nunc ostendit, & de quarta: scilicet, vt episcopi præter tertiam, vel quartam secundum diuersas consuetudines nihil auferre præsumant.

NVlli episcoporum.] CASVS. Quidam episcopi vltra quā eis à canone permittebatur clericos sibi subiectos multis angarijs fatigabant, exactiones plurimas faciendo in eos: & ideo statuit Leo, vt hoc de cętero non faciant: sed proprias oues alant tanquam boni pastores. & hoc probat auctoritate Domini, qui nos docuit pascere, & docere.

e ¶ Statuta.] Si ergo eps aliqnid exigit à subdito suo, negari potest ei, nisi ostendat hoc à canone ei concessum esse, vt 18. q. 2. hoc tantum. & 9. q. 3. conquestus 3.

f ¶ Necessitatibus.] à pauperibus enim nihil petet, vt

1. q.

2 Ad idē extra lib. 6. de reb. eccl. nō alien. dudū vbi de hoc.

3 Et arg. 10. q. 3. quia cognouimus. vbi de hoc. & extra de pœnis, in quibus. in glo. permissum, &c.

Vsus fructus tantum vsum rei, nō ecclesiæ tribuit proprietatem: in hoc casu vtitur ecclesia cētū annis. re illa vsque ad centum annos: quia hęc ætas longæui hominis est. ff. de vsufruc. an vsus fructus, & C. de sacrof. eccl. l. vt inter. Sed nunquid episcopus sine canonicis temporalem dorationem facere potest? Dico ꝙ sic. quia tantum perpetuę cōcessiones spectant ad alienationem, vt extra de his quæ fiūt à præla. sine consensu

Patria, si tenuis sit, potius est iuuanda, quàm spolianda, vt C. noua vectig. instit. non pos. l. 1.

3. q. 2. placuit. sic dicit lex, q si patria tenuis est, potius

AD hoc locorum.] CASVS Leo episcopus reditibus, vel oblationibus ecclesię integram quartã canonicis suis non distribuebat. & ꝛõ Greg. præcepit, vt illam quartã sine diminutione prout sibi visũ fuerit cum discretione iter canonicos distribuat: quia ad hoc sunt ordinati gradus locorũ & distincti, ne prælati opprimãt iniuste subiectos; nec subiecti contra prælatos superbiant effrænate.

¶De reditibus ecclesiæ quarta pars clericis est distribuenda. C. LXIII.

AD hoc [a] locorum gradus rationis ordo distinxit, & iudicia [b] esse constituit; vt nec præpositi in opprimendos se frustra valeant occupare subiectos; nec subiectis iterum contra suos præpositos effrænata sit resultandi licentia. *& infra.* ¶Volumus igitur, vt quidquid ecclesiæ tuæ ex reditu, vel quolibet [c] alio titulo fortassis accesserit, quartam exinde portionem sine diminutione aliqua debeas segregare, atque eam secundum Dei timorem presbyteris, diaconis, ac clero (vt tibi visum [d] fuerit) discrete diuidere.

Anſl.5.c.67.

Item ex septima synodo, c. 4.

¶Episcopus turpis lucri gratia nihil à monachis, vel clericis sui is exigere debet. C. LXIIII.

PRædicator [e] veritatis Paulus diuinus [f] Apostolus, ac si canonem ponens Ephesiorum presbyteris, immo vero [g] & omni sacratæ multitudini† [h] ita fiducialiter perhibuit; [Argentum, & aurum [i], aut vestem nullius concupiui. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, beatius existimans † [k] dare, quàm accipere.] Propter quod & nos edocti ab eo definimus episcopum nullatenus turpis lucri gratia excogitare [α] ad excusandas excusationes in peccatis expetere aurum, vel argentum, aut aliam speciem ab episcopis, vel clericis, vel monachis, qui sub ipso sunt. Ait enim [l] Apostolus: [Iniqui regnum Dei non possidebunt: nec debent filij thesaurizare [m] parentibus [n], sed parentes filijs.] *& infra.* Præcepit enim & Petrus Apostolorum summus. [Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, non coacte [o], sed spontanee secundum Deum; non turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque vt dominantes in clericis, sed forma facti gregis. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.]

Anſl.6.c.167. Poly.l.4.tit.21.

† *al. plenitudini* πληρώματι

† *existimantes* Hieron.

Act.20

1. *Cor.* 6.

2. *Cor.* 12.

1. *Pet.* 5.

¶ Caput hoc antea citabatur ex sexta synodo. Est autem in septima ex versione Anastasii, ex qua nonnulla hic sunt addita, empta, emendata.

Prælatus à subditis aurũ, vel argentum nõ exigat.

e ¶ Prædicator.] Probat sexta synodus auctoritate Petri & Pauli, quòd prælatus à subditis non debet exigere aurum, vel argentum: sed potius eos erudire: nam beatius est dare quàm accipere. extra de cele. misc. cum Marthę.

f ¶ Diuinus.] Quandoque ponitur in mala significatione, vt 1. q. 1. nunquam.

g ¶Immo vero.] Si iudex dicit, condemno te: immo absoluo te: vltimo verbo standum est 1. de pœnit. dist.

1 Ar. ad hoc ff. de manu. test. Stichus. ff. de her. instit. si ita scriptum.

2. si enim.

h ¶ Multitudini.] Arg. quòd vbi præcipitur, ad omnes extenditur. 61. dist. miramur 38. dist. ignorantia. & sup. dist. 5. ad eius vero.

i ¶ Aurum.] Verba Pauli.

k ¶ Existimans.] Verba synodi: immo verba fuerunt Domini, vt extra de cele. Miss. cum Marthę.

l ¶ Ait enim.] In secunda epistola ad Corinthios.

m ¶ Thesaurizare.] Superficialis est ista argumentatio, quia & filij thesaurizant parentibus: quia parentes succedunt eis si aliquid habent, vt su. 3. q. 4. hi qui. & infr. 35. q. 8. hæc salubriter. Non est superficialis: ga non succedunt parentes filijs, nisi in defectu aliorum.

n ¶ Parentibus.] Etiam spiritualibus, & respexit Apostolus naturam, & votum parentum, prout voto parentum hęreditas filijs debetur, sed filiorum hęreditas sola pietatis causa parentibus debetur, vt ff. vnde lib. scripto hęrede §. vlti. & ff. de inoffi. test. nam & si iuxta illud: Ordine turbato succedis Bulgare nato. Item dicit lex, q omnia quę nostra sunt, ex voto filijs paramus, vt ff. de bo. lib. l. pen. 1. respon. & hęreditas parentum quasi debita obuenit nobis, vt ff. pro soc. l. & quia. & filij pene ad propria bona veniunt. ff. de succ. edi. l. 3. §. pen. Et dicit Imperator, cogitare debent parentes, q & ipsi fuerant filij, & ea quę à suis parentibus sperabant, suis filiis facere debent. in Auth. vt cum. de app. cognos. § considerare. coll. 8.

Hęredes parentes debent succedere.

o ¶Non coacte.] Id est, pro lucro terreno.

ILLVD AVTEM. CASVS. Iste §. respicit illud cap. possessiones. & dicit q illud verbum temporaliter perfruatur, non refertur ad monachos, qui perpetuo possessiones illas poterant possidere, sed refertur tantum ad clericos pauperes. Postea probat, quòd graue peccatum effusionis. verba tamen interponuntur, quæ sunt Hieronymi, scilicet nunc sequamur ordinem prophetæ, deinde exponit verba prophetæ secundum litteram, vsque ad illud verbum: Si qs doctus, exinde ea mortaliter exponit vsq ad fin. c & ita si velles casum breuiter ponere, incipies ibi. [Procedit ergo.] Hieronymus.

α ¶ Excogitare.] *Verba Græca, ὁ ἐλάχιστος μόλυβος αἰσχροκερδὴς ἐπινοείσθω καὶ ἐπίσκοπον περὶ φασιζέσθω μὴ προφάσεις ἀμαρτίας, ἀπαιτεῖν χρυσόν, sic clarius verterentur,* statuimus ne vllo modo turpis lucri gratia in mentem veniat episcopo excusanti excusationes in peccatis poscere aurum, &c.

Illud autem, quod in fine capituli [a] *Symmachi ponitur.* [Hæc ipsa non perpetuo, sed temporaliter perfruantur.] *ad personales tãtum possessiones, clericorum videlicet & pauperum, non ad monasteriales referendum est.*

7 Quàm vero sit graue apud Deum decimas, & oblationes, ac primitias sacerdotibus non soluere, auctoritate Hieronymi & Augustini apparet.

Ait namque Hieronymus in comment. ad c. 3. ad Malachiæ.

Mal. 3.

¶Reus apud Deum habetur, qui decimas sacerdotibus non soluerit. C. LXV.

RVertimini [b] ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum: & dixistis, in quo reuertemur [c]? Si affiget homo Deum: quia vos configitis me: & dixistis, in quo configimus te? In decimis [d], & primitijs. In penuria vos maledicti estis: & me configitis gens tota [e]. [Nunc sequamur ordinem prophetiæ. [Quia mihi non reddidistis decimas, & primitias; idcirco in fame, & penuria maledicti estis: & vos me supplantatis [f], siue fraudatis, atque priuatis gens tota.] Pro α gente, quæ in hebraico scribitur, ץגה à nnũ, lxx. transtulerunt, ἔθνος pro ἔθνος, & est sensus. Ecce annus expletus est [g], & nihil in meos thesauros, sed in vestra horrea comportastis; & pro decimis, & primitijs †, quæ parua erant, si à vobis darentur, vbertatem possessionum vestrarum, & omnem frugum abundantiam perdidistis [h]. Vt autem sciatis me hoc irascente perfectum, quia fraudastis me parte mea; hortor vos, atque cõmoneo, vt inferatis decimas in horrea † [i], hoc est in thesauros templi: & habeant sacerdotes, atque leuitæ, qui mi-

† *al. primitiuis*

α *al. horrea mea.*

a ¶ Capituli.] Sup. ea possessiones.

QVAM VERO. Hæc est 7. pars q. in qua probat magister, q decimæ sunt dandæ clericis pro labore suo: & qui eas non dat, peccat mortaliter, clerici autem debent eas diuidere iuxta modo cum pauperibus & religiosis & hospitibus, & hoc probat per 4. cap. Ioan. de Kant.

RVertimini.] CASVS. Casum hunc sic attende. Iuxta decimas sacerdotibus & leuitis non tribuebat, propter quod penuria & sterilitate sunt puniti. nam in pœnam eorum cataractæ cęli clausæ sunt, nec pluuias effundebant, & locustæ, brucus, & ærugo labores suos deuastabant. Hortatur itaque Malachias prophęta Iudæos, vt reuertantur ad dominum, quia si soluant decimas & primitias, cataractæ cęli aperientur, & vsque ad abundantiam benedictio super eos effundetur. Procedit ergo Hiero. hoc ordine in hoc c. Primo ponit verba Malachiæ prophetæ, vsque ad locum illum, verbum

Deo nihil nocet.

1 Arg. ext. de hoc proprium. & 3. prob. licet. q. 1. nullam si. fine.

2 Ad hoc ſe. 1. q. 1. q qui dã. iuxta fin. & ca. multi. circa fin.

Decimę quo tẽpore fiat dandæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Effusio duo notat.
Aerugo.
Eruca.

a ¶ Ad abundantiam.] Inf q.7.maiores.
b ¶ Verbum.] Hæc sunt verba Hieronymi.
c ¶ Ostendit.] Hic, & C.de inoff.don.l.v. Quandoque etiam notat vitium, 4.r.d.sæpe.
d ¶ Aut ærugo.] Ærugo est ros, qui cadit super teneras spicas, & propter hoc sole veniente marcescunt. Eruca est vermis, qui ibi nascitur. ff.loca. ex conducto.
e ¶ Ex Dei ira.] Homo enim proper peccata sua affligitur, vt 7.q.1. scisciteris. 56. dist. si gens. inf. 23.q.4. si quos.
f ¶ Suas.] Si ergo suæ sunt, rei vendicatio intentabitur pro eis. C.de sacrosan.ecc. ut inter.
g ¶ Interpretari.] Id est, moraliter exponere.
h ¶ A quib.] Arg q discipuli debet referre gratias magistro, non tantum verbis, sed etiam reb. vt 99. dist. ecce.
i ¶ Vendicauerit.] i. sibi adscripserit.
k ¶ Cataractæ.] Id est, feneitræ.
l ¶ Nubibus.] Id est, prædicatoribus.
m ¶ Imbrem.] Gratiæ, & scientiæ, quæ in eo augebitur, de pe.dist. 3. si sermo. Io.

Negotiatio vix potest esse sine peccato.

a ¶ De militia.] Licita. ergo & clerici si militent 23.q.1. militare. tenentur dare decimas.
b ¶ Negotio.] Dummodo licita sit negotiatio, vt extra eo. ex trammissa. & tamen vix aliqua negotiatio sine peccato potest expediri, vt de pe.dist.5. qualitas. dicitur tamen

DECIMÆ] CASVS. Hoc dividitur in duas partes. In prima parte docet Aug decimas esse tribuendas de militia, negotio, & artificio, & sine tarditate, & ostendit ex hoc triplicem sequi commoditatem. s. abundantiam fructuum, corporis sanitatem, & præmij cœlestis retributionem, quas si quis non dederit, ad decimam partem revocabitur, & quod Christus non accipit; impis⁹ miles vsurpabit. In secunda parte dicitur, quod decimæ ex debito requirantur, & qui eas non dederit, tot homicidiorū in die iudicij reus apparebit, quot Pauperes in locis illis fame perierunt quorum pœnam si vult euitare, decimam reddat, & de nouem partibus faciat eleemosynam. Seq.c.patet.

Decimæ sūt tributa egentium.

n ¶ Tributa.] Idest, debita animabus agentibus vt diuina gratia. Vel melius dicas, quòd datur agentibus clericis, non tamen ideo minus dandæ sunt etsi diuites sunt, non enim intuitu personarum dantur ecclesijs,

Secundum hoc accipi-

hi ministrant, cibos, & probate me, si non tantas pluuias effudero, vt cataractæ cęli apertæ esse credantur: [Et effundam vobis benedictionem vsque ad abundantiam a.] Verbum b effusionis, nomen largitatis ostendit c. Sed fieri potest, vt agros irrogantibus pluuijs sit quidem fertilitas, verū aut locusta, aut brucus, aut ęrugo d, aut eruca destruant, & labores hominum pereant. Propterea iungit, & dicit: Et increpabo pro vobis deuorantem.] locustam videlicet, & reliqua, quæ diximus: [Et non corrumpet fructum terræ vestræ.] *& infra.* ¶ Si quando fames, & penuria, & rerum omnium egestas opprimunt mundum; sciamus hoc ex Dei ira e descendere: qui in pauperibus si non accipiant eleemosynam, fraudari se loquitur: & suas β f possessiones possumus decimas, & primitias interpretari g. ¶ Si quis doctus, & eruditus legem Dei, potest cæteros erudire; non debet suæ assignare prudentiæ, ingenioque, quod possidet, sed gratias agat primum Deo, qui cuncta largitur: deinde sacerdotibus eius, ac magistris, à quibus h doctus est. Si enim non egerit gratias; sed sibi scientiam vendicauerit i, in penuria maledicetur. Quod si intelligēs largitorem Deū; & agens his gratias per quos à Deo eruditus est, humiliauerit se, & in horreum Dei intulerit cibos, hoc est, scripturæ sanctæ alimenta in ecclesia populis ministrauerit; statim aperientur super eum cataractæ k cęli & effundetur pluuia spiritalis: & mandabit Deus nubibus l suis, vt pluāt super eum imbrem m: & abundantia rerum omnium perfruetur.

α ¶ Pro gente.] *Hæc vsque ad vers.* Ecce annus, *addita sunt ex B.Hieronymo ad sententię integritatem.*

β ¶ Et suas.] *In originali sic legitur.* fraudari se loquitur, & sua portione priuari. Possumus decimas, & primitias & sic interpretari. *Sed ob glossam non est mutatum. Alia vero quędam emendata sunt.*

Item Augustinus serm.19.de tempore.

¶ Quòd decimæ sacerdotibus sunt tradendæ.
C. LXVI.

DEcimæ tributa n sunt egentium animarum. Quòd si decimas dederis; non solum abundantiā fructuū recipies, sed etiam sanitatem corporis & animæ consequeris. Non igitur Dominus Deus præmium o postulat, sed honorem. Deus enim noster, qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam: sed si tardius dare peccatum est;

Anſl.l.3.c.34. Poly.l.3.tit.18.

lat vt eas retineat, non auditur, vt 2.q.6 quoties fiscalis. & est expressum extra de decim.tua, in fi.

o ¶ Præmium.] i. gratis vult beneficium suum concedere, non pro pretio, sed tamen in honorem vult haberi, arg ff.man.si remunerandi & est si.1.q.1.iudices. vbi dicit q̄ non sunt dicenda munera, sed sumptus. & facit ad hoc quod dixi 32.q.2. honorantur.

a ¶ De

quanto peius est non dedisse? De militia a, de negotio b, de artificio redde decimas. Cum enim decimas dando & terrena, & cœlestia possis præmia promereri; quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? Hæc est enim Dei iustissima consuetudo: vt si tu illi decimam non dederis; tu ad decimam c reuoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Benefacere semper Deus paratus est: sed hominum malitia prohibetur d. Decimæ enim ex debito c requirantur: & qui eas dare noluerit; res alienas f inuasit g. Et quanti pauperes in locis, vbi ipse habitat: illo decimas non dante, fame mortui fuerint; tantorum homicidiorum h reus ante tribunal æterni iudicis apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmium i comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimā: etiam de nouem partibus studeat eleemosynam dare pauperibus.

¶ *Caput hoc confectum est ex locis B. Augustini in sermone. 219. (qui est primus Dominicæ 12. post festum Trinitatis) & serie verborum, & verbis ipsis sæpe mutatis, eodemque modo apud Anselmum habetur.*

Item Hieronymus in comm.ad c.3.epistolæ ad Titum, in fine.

¶ Seipsum condemnat, qui Euangelizantibus necessaria subtrahit. C. LXVII.

APostolicis viris, & Euangelizantibus Christi in necessarijs k vsibus nolle tribuere, sterilitatis seipsum est condemnare.

Quòd autem decimę, episcoporum consensu monachis licite tribuantur, beatus Hieronymus Damaso Papæ scribit dicens.

¶ Liberum est clericis decimas monachis concedere. C. LXVIII.

QVoniam

Decimę an sint de illicite acquisitis dandę.

Iudęi tenentur ad decimas personales.

tamen licita quo ad laicos in quibusdā rebus, vt 88.d. fornicari. Sed numquid de illicite acquisitis debēt dare decimas, no. 14.q.5.in princ. Sed nunquid de furto, vel latrocinio dandę sunt decimę? Dicūt quidam quòd sic, ne apud eos ita remaneant. ar.ad hoc 22.q.1. considera, alij negant, ne ecclesia videatur approbare delictum. Sed dico, q̄ à ure, vel à fraptore bene petitur decima, nō rōne negotiationis suę, cū illa sit reprobata. sed quia inuenitur in possessione: quia decima sequitur quemlibet possessorem, siue Iudęum, siue excōicatum, vt extra de deci. de terris. extra de vsu. quanto. extra de sen. exc. si vero alioquin esset p̄do melioris conditionis, quàm bonę fidei possessor: quod esse non debet, vt ff de peti.hęre. fi à dño. §. vl. Item, nunquid Iudei personales decimas dabunt? Vī q̄ sic, vt extra de vsur. quanto. circa fi. de deci. ad audientiam, quia dī ibi, q̄ de omnibus prouentibus dabunt: quod concedo. Tā.

q.2. indigne.

h ¶ Homicidiorum.] su.11.q.3 præcipue. & su.86.d.pasce.

i ¶ Præmium.] Infr.27.q.2 sunt qui.

k Apostolicis.] ¶ Necessariis.] Idest, in victu & vestitu, vt 10.q.2. episcopus. Ioan.

QVOD AVTEM. CASVS Supra dictum est in §. de his, monachos de propriis prędiis, quę ad proprium vsum colunt, non debere decimas dare: nunc ostendit Gratianus. q̄ episcopus consentientib. recipere possūt.

QVoniam quidquid.] CASVS. Hoc cap. dividitur in tres partes. In prima parte quęsiuit Damasus à Hierony. an. clerici intuitu pietatis partem decimarum suarum, & oblationum possunt concedere cœnobiis, & xenodochiis ad sui sustentationē, & an possessiones aliquas suas in dñiū eorū trāsferre possint? & rīdet q̄ sic. In secūda parte q̄siuit vtrū laici possint vsum decimarum, & oblationum habere. Et respōdet, q̄ non, sed

1 Alii cōtra, & melius secundum B. prout no. extra de deci. patronalis, quę inia cōiter approbatur, sed dctū Ioan. est iustius. & ibi no. Ho. Aduocatus an teneatur ad decimas de patrocinio.

Universidad de Deusto Biblioteca

si aliquando decimæ ab eis fuerunt detentæ, & consentiente episcopo loci transierunt in vsum monachorum, constabunt eis firmitate perpetua. In tertia parte quæsiuit qui clerici de bonis ecclesiæ sint sustentandi. Et rñdet ꝙ pauperes, & qui parentum opibus sustentari non pñt. si vero sunt diuites, & quod pauperum est, accipiunt; sacrilegium committunt, & per abusũ talium bonorum iudicium sibi manducãt, & bibunt. Secunda pars ibi, [Quòd aũt.] Tertia ibi, [Clericos.] Sequẽs §. patet.

Ecclesiasticę res sunt pauperum.

a ¶ Quidquid.] Res ecclesiæ sunt pauperum, vt 23. q. 7. ꝙ autem. Similiter res clericorum sunt pauperum, vt 23. q. 8. conuenior. & dicuntur esse pauperum quia tempore necessitatis sunt pauperibus communicandæ, vt 47. dist. sicut hi.

b ¶ Omnibus.] Not. quæ ecclesia dicatur sufficiens ad hoc vt quis debeat esse contentus vna, idest, quę posset omnes recipere, vt 42. dist. quiescamus extra de præbẽ. de monachis. arg. cõtra. 10. q. 2. episcopus. vbi dicitur quod erit contentus victu, & vestitu.

c ¶ Cõcedere.] Cum consensu episcopi. alias si prælatus p̃ter auctoritatẽ episcopi concederet, post eius mortẽ reuocaretur. ext. de transl. decreto.

d ¶ Non licere.] Hoc est certum, ꝙ ius decimarum laicus possidere non potest cum sit spirituale, vt extra de præscrip. causam extra de deci. prohibemus. Sed nũ-

confirmat illud quod per se inualidum erat 2. arg. extra de iure patro. cura pastoralis inf. e. q. 7. decimas. arg. contra extra de electio. auditis.

h ¶ Bonis.] Supra 1. q. 2. clericos. & cap. pastor. ecclesiæ. & c. sacerdos.

2 Ad hoc q. 2. ca. 1. consec. d. 2. tunc.

quidquid[a] habent clerici, pauperum est, & domus illorum omnibus[b] debent esse communes, susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent; maximè curandum est illis, vt de decimis, & oblationibus, cęnobijs, & xenodochijs, qualem voluerint, & potuerint, sustentationem impendant. Liberum est enim monachis, & spiritualibus viris Deum timentibus, & colentibus decimas, & oblationes, cunctaque remedia concedere[c], & de iure suo in dominium illorum, & vsum transferre; nec tam in pauperibus paupertatem, quàm religionem attendere. Quod autem beatitudo tua quæsiuit, vtrum vsus decimarũ, & oblationum sæcularibus prouenire possit; nouit vestra sanctitas omnino non licere[d], protestantibus hoc diuinis[e] auctoritatibus paternorum canonũ: Quamobrem, si aliquãdo fuerint ab his male detenta, quæ diuini iuris esse noscuntur, & in vsum transierint monachorum, & seruorum Dei; episcopo[f] tamen loci illius præbente consensum[g], cõstabunt eis omnia perpetua firmitate, & stabilitate subnixa. ¶ Clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur. Qui autem bonis[h] parentum[i], & opibus sustentari possunt: si quod pauperum est, accipiunt; sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant & bibunt.

1. q. 2. clericos. In regula monachorũ. ca. de paupertate hñr quædã similia.

¶ Supra etiã 1. q. 2. clericos pars huius capitis citatur ex B. Hieronymo, in cuius quæ extant scriptis nihil huiusmodi inuentum est.

De prædijs autem, quæ à colonis eorum coluntur, sic definitum est in Moguntino concilio [Questi sunt præterea, & c.] supra. ead.

QVAESTIO II.

DE capellis[k] vero, quæ ab eis possidentur, quòd per eorum institutionem à sacerdotibus sint gubernandæ, Ioannes Papa probat scribens Isaac Syracusano episcopo.

Decimę an possint concedi laicis.

nunquid fructus decimarum possunt concedi laicis? sic ad tempus, vt extra de præla. vices suas. querelam. & vsq; ad finem vitæ ipsorum 1. arg. extra de ijs quę fiunt à præla. cum Apostolica. in si. ar. contra. 10. q. 1. hanc.

1 Ad hoc facit quod no. infra ead. q. 3. § sic ẽt. & supra 1. q. 3. peruenit ad nos. extr. de decim. quãuis. ibi videas. & inf. ea. q. 7. c. 1. in prin.

e ¶ Diuinis.] No generalem sermonem non generaliter intelligendũ. 88. d. fornicari. 75. dist. ꝙ die. 76. d. scire. 75. d. c. 1. inf. ea. q. 3. dilectio. & q. 7. decimas Deo. 12. q. 2. fine. 14. q. 2. super. de consec. dist. 2. reuera. dist. 95. ecce. arg. 19. d. li. c. 1 contra. dist. 18. propter r.

f ¶ Episcopo.] Et sufficit auctoritas solius epi ad talem alienationem, vt extra de ijs, quæ fiunt à præla. cũ Apostolica contra. 12. q. 2. fine. Non. n. vr̃ ꝙ solus eps possit concedere sine capitulo. Sed hoc soluitur extra de ijs q̃ fiunt à præla. cum Apostolica. Hic ergo laicus, qui capax non est, facit locum capaci. ar. C. de natu. lib. Auth. licet. ff de iniusto rup. test. l. penul. & ꝙ nullus religiosus debeat recipere ecclesiam de manu laici, est expressum extra de priuil. cum, & plantare. & 1. q. 7 si quis.

Ecclesia de manu laici non potest recipi.

g ¶ Consensum.] Arg ꝙ ratihabitio epi retrahitur: &

i ¶ Parentum.] Videtur loqui de illis clericis, qui ecclesiæ non seruiunt. sup 10. q. 3. cauendum supra 12. q. 1. illi autem, infra 31. q. 1. quomodo.

DE capellis.] Hæc q. diuiditur in duas partes. In prima probatur per c. sequens, ꝙ si monachi habent ecclesias pleno iure, possunt in eis capellanos instituere, & destituere. Scda ibi, [Hac auctoritate.] Io. de F.

CASVS. Hic intitulatur 2 q. qua quæritur, an capellæ, quæ conceduntur monachis ab epis, sint per monachos instituendæ. Et respondetur, si pleno iure, scilicet quantum ad temporalia, & spiritualia capellæ pertinẽt ad monachos, per ipsos sunt instituendæ, vt inf. c. visis. Si vero ad ipsos pleno iure non pertinent, sed tantum quantum ad temporalia, per episcopos sunt instituendæ. ita tamen vt monachis respondeant in temporalibus, episcopo vero in spiritualibus, vt inf. ead. sanè. De hoc plenius notatur in summa huius quæstionis.

K ¶ De capellis.] Hęc est secunda quęstio, an in capellis

Monachi qd iuris habent in suis capellis.

pellis monachorum presbyteri sint instituendi per monachos, quod vt melius pateat, videndum est quid iuris habent religiosi in suis capellis. Et not. quòd duob. modis fiunt capellæ religiosorum; ædificatione. s. & collatione. Si ædificatione, habent institutionem temporalium laicum, cum institutio sit temporalis. suppositio vero perpetua. Item est contra eum 10. q. 1. nouerint. vbi dicitur, quòd postquam Deo dederit, quòd nihil habet iuris in re illa patronus. Io.

Visis litteris.] CASVS. Beneuen. hunc casum sic ponit, & bene. Quidam episcopus pleno iure quo ad spiritualia & temporalia monachis dedit quasdam capellas: postea instigante diabolo humani generis inimico, inter monachos & clericos est orta seditio propter inuestituram illarum ecclesiarum, & ad suggestionem clericorum episcopi nitebantur inuestituras reuocare. Propter hanc ergo altercationem Isaac Syracusan. eps consuluit Papam Io. vtrum præfatæ capellæ monachorum debeant gubernari p̃ presbyteros à monachis inuestitos? & respondet ꝙ sic. & hoc probatur quattuor rationibus: quarum prima est, quia diuinæ leges & sæculares pręcipiũt, vt cuius possessio est, eius fiat institutio. Secunda est: quia sicut charitas epõrum fuit facilis in dando, quod maius est. s. possessiones sic & facilior erit in concedendo, quod minus est, scilicet inuestituram. Tertia est: quia sua iura vel tributa monasterio non redderentur. si inuestitura per alterum daretur. Quarta est: quia episcopus priuatur mercede, quam fuerat consecutus, ex quo facta charitate vult reuocare quod dederit, monachis; tamen si ea quæ sunt episcoporũ, vsurpare præsumpserint: epõrum fęlici mucrone puniantur. [Institui,] i. regi & gubernari. [Instituantur.] i. regantur & gubernentur. Vel potest dici, ꝙ Isaac quærebat (vt dixit Hu.) vtrum capellæ tales debeant institui per monachos.

¶ Presbyteri in monasteriorum ecclesijs per abbates instituantur. C. I.

VIsis litteris charitatis vestræ, quibus satis pepẽditur quanto studio huic sanctæ sedi reuerentiam exhibetis, non modice grauisi sumus. Nunc itaque super ea, quæ consuluistis, vt charissimo fratri benigne discretum consilium damus. Delegauit[a] enim nobis pia mansuetudo vestra, vtrum ecclesiæ pro quiete[b] monachorum à sanctis concilijs, catholicisque episcopis eis traditæ, per sacerdotes ab eis ordinatos, & inuestitos debeant institui. Addidit quoque fraternitas tuas, litem, & seditionem inter clericos, monachosque ex hac causa non modicam esse ortam: quod instigatione versuti hostis esse factum nemo ambigat. Habet enim mille nocendi modos; nec ignoramus astutias eius. Conatur namque à principio ruinæ suæ vnitatem ecclesiæ rescindere, charitatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanũ genus euertere, & perturbare. Dolet enim satis, & erubescit charitatem, quam in cœlo nequiuit habere, homines constantes[c] ex lutea materia tenere in terra. Vnde oportet (quantum fragilitati nostræ conceditur) vt omnes aditus nocendi eius versutiæ diligentissime muniamus: ne mors ingrediatur per portas[d] nostras. Consilio itaque multorum fratrum diligẽter exquisito decreuimus, vt amodo ecclesiæ monachis traditæ[e] per

2. Cor. 2.

ium, & episcopus spiritualium, vt infra eadem sane, & capitu. vlt. Si autem collatione: aut collatæ sunt eis ab episcopo: aut à patrono. Si ab episcopo, aut sub certa forma, aut cum omni iure, aut simpliciter. Si sub certa forma, non habent ibi plus iuris quàm forma contineat. Si vero cum omni iure, tunc habent, & temporalem & spiritualem institutionem. inf ead. visis. Et sic intelligitur illud: cuius est possessio, eius est & institutio 1. In hoc casu loquitur extra de capel mon. in ecclesijs. remanet tamen ius episcopale in ordinatione clericorum, iudicio, altarium consecratione, & visitatione. 9 q. 3. per singulas. Si autem concessit episcopus simpliciter, quid iuris sit, habetur extra de dona. pastoralis. Si vero patronus concessit capellam domui religiosæ, non plus iuris habet acceptor, quàm dator. arg. su ea. q. 1. si quis laicus. extra de dona. inter vir. & vxor. nuper. ff. de re. iu. nemo plus. nisi hoc factum sit de consensu diœcesani episcopi, in quo casu cedit in dominium religiosorum. ext. de iurepat. quod autem. ext de do. pastoralis. Quæ autem dicta sunt, intelligas de monasterijs nõ exemptis. In exemptis enim & eorum capellis qđ Principi placet legis habet vigorem. Et no. ꝙ Io. de Fant. dixit ꝙ ecclesia nondum est consecrata: tantã in ea hẽt patronus ptãtem, ꝙ præter epi licentiam potest religioso loco concedere non solũ iuspatronatus, sed etiam ipsam ecclesiam. argu inf. ea. q. vl. nemini. Sed hæc opinio corrigenda est, cum religiosus locus iam sit, maxime ꝓpter solennitates, quæ ibi fiunt ab episcopo. de consecr. dist. 1. nemo. Et quòd religiosus locus sit, habes extra de reli. do ad hæc vnde iam in episcopi potestate cõsistit, cum lapis benedictus ibi iam sit positus. inf. ea. q 7. omnes. nam à laico potest aliquis institui. inf. ead. q. vlt. si plures, multo minus supponi potest loco religioso per

1 Intelligit L. cuius fuit tota ista gl. ꝙ epo seruatur, vt sacerdos ibi instituendus cuiã ab eo recipiat aĩarũ, & in hoc casu, & c vt sequit. sed forte non sine causa. Ioan. hoc remouit. Arch.

a ¶ Delegauit.] Idest, insinuauit. Vel dic melius, idest, quæsiuit.

b ¶ Pro quiete.] A curis temporalibus, vt sup. ea. q. 1. de præsentium.

c ¶ Cõstãtes.] Inf. de pę. d. 2. princi ium. §. si vero. inf. 27. q. 2. §. ex his omnibus. contra. Sed dic, ꝙ non potuit habere charitatem perseuerantem. arg extra de verb. sign. nam & ego.

d ¶ Per portas.] i. per sensus corporeos, quibus mediantibus peccatum transit ad nos.

e ¶ Traditæ.] Pleno iure. Idem intelligunt quidam vbi episcopus simpliciter concedit. arg ff. de ser. si cui. & ff. de vsu. & hab. si ita. Sed contra extra de do. pastoralis & 1. q. 1. sunt nonnulli. cum autem monasterio priuilegiato cum capellis suis habitis, & habendis cõcedit eps ecclesiam, etiam plenissimo iure secundum plerosque peruenit ad monasterium, etiam quo ad correctionem excessuum. sed tamen abbas ille nõ deponet aliquẽ, nec suspendet in perpetuum, nisi hoc haberet ex priuilegio aliquo, vt inf. in fi. cap. Sed nunquid episcopus ita potest eximere ecclesiam aliquam, ꝙ nihil retineat in ea? Dico ꝙ non; quia episcopus non põt alium iudicem facere

EPs eccle-
sia à se non
potest totaliter
eximere.

1 Licet epś concedat in uestituram: non tñ cor-rectionem, ar. ff. de ser. vrb. pred. l. si dom⁹. ẽm L.

ordinarium in diœcesi sua: nec ita plene posset episcopus remittere ius episcopale, vt hic, in fi. quia sic posset à se reijcere iurisdictionem episcopalem. nam quãtum cunq; generaliter epś eximat aliquam ecclesiam, semper retinet correctionem 1, visitationẽ procurationem, & cathedraticum, vt ext. de censi. cum venerabilis. & de don. pastoralis. nec etiam in præiudicium archidiaconi potest episcopus aliqua iura remittere ecclesiæ, vt ext. de excess. præl. c. 1. & 2. Si obijcis id quod est extra de relig. dom. constitutus. vbi dr, q̃ episcopus possit plene eximere aliquam ecclesiã, dicas q̃ illa exẽptio fuit confirmata à Papa, sicut patronus quantumcunque generaliter remittat ius patronatus, tamẽ quædam iura retinet in libello. C. de bon. lib. l. fi.

a ¶ Per suos.] Inf. q. 1. c. 3 inf. 18. q. 2. cel lulas. su. d. 54. abbati.

b ¶ Possessio.] i. res possessa. ar. ff. de ver. sig. interdum.

c ¶ Institutio.] i. ordinatio. nam cuique est res sua committenda. C. de Iudæ. l. nemo.

d ¶ Quod maiꝰ est.] Arg. q̃ cui conceditur maius, & minus, vt 12. q. 1. præcipimꝰ. & extra de decim. ex parte. Item cui plus conceditur maius, & minus, vt 14. q. 5. pœnale. & 44. d. nulli. & su. eo. q. 1. & tpis. & ca. postquam. ff. de adu. nec in ead. maius enim est dare id ad quòd quis non tenetur, quam permittere vti datis, ad quod quidlibet tenetur.

e ¶ Concedere.] Id est, permittere concessa vti.

f ¶ Moris.] Arg. q̃ aliquid solet fieri, vt 28. distin. de Siracusanæ.

g ¶ Iudicio.] Sup. 8. q. 2. c. 1.

h ¶ Ad se trahat.] Su. 1. q. 3. quæsitum. sup. 12. q. 2. sacrorum. sic C. de don. si quis argentum. §. vlt.

1 ¶ Credulus.] Arg. q̃ imputatur alicui q̃ nimis est credulus, 11. q. 3. non solum. 86. si quid. & 23. q. 4. quàm magnum. arg. contra. 22. q. 4. innotens.

K ¶ Fraude.] Immo donator cauere debet donari de

CASVS. Dictum est sup. in præcedenti ca. q̃ inuestitura suarum capellarum pertinet ad monachos. Nunc Grat. vult probare contrarium. s. q̃ capellæ monachorum per episcopos sunt instituendæ.

Sane

suos [a] sacerdotes instituantur. Diuinæ enim leges habẽt, & seculares, vt cuius est possessio [b], eius fiat institutio [c]: & si in dando, quod maius est [d], facilis fuit charitas; sit facilior in concedendo, quod minus est, sancta largitas. Maius enim fuit possessionem dare, quàm sit inuestituram concedere [e]. Quomodo possessoris iura cognoscentur, & suarum †rerum sibi tributa reddentur, ubi quod suum est, per alterum datur; & cum uoluerit, aufertur? Humani moris [f] est illum uereri, cuius iudicio [g] & uoluntate nunc eri gitur, nunc deprimitur. Vnde fit, ut in partem episcopi ad seruiendũ sacerdos procliuior fiat: & sic episcopus, qđ sancte, & religiose dederat, quadam simulata auctoritate ad se trahat † [h]. Sic itaque priuatur mercede, quam consecutus fuerat: tum quia ficta charitate aufert quod dederat; tum quia prauorum sacerdotum discordias, & scissuras amantium, lites, & dissensiones inter episcopos seminantium verbis nimis factus credulus [1], quod prius fucate moliebatur lucrari, post detecta fraude [k] conatur quadam vsurpatione ex toto auferre. Quorum auertentes † calliditates, & hostis versuti suasiones, deinceps omnibus licentiam monachis damus suarum ecclesiarum inuestito res fieri: ita tamen vt iudicio synodi, si contra sacerdotium agere præsumpserint, multentur, & fęlici mucrone episcopi sacerdotium piacula resecentur.

†al. suorũ sibi

†al. retrahat.

†al. aduersẽtes

¶ *Caput hoc est cum aliꝰ, quæ ex antiquo codice monasterij Populeti sunt habita: ex cuius codicis exemplo, & vetustis Gratiani alĳqua sunt emendata.*

2 *Hac auctoritate monachis conceditur inuestitura suarum ecclesiarum. Sed videtur contrarius Vrbanus Papa secundus dicens.*

¶ *Post hæc verba in exemplaribus, in quibus non sunt palea sequitur c. sane. In quattuor autem his interpositis paleis nihil de monachis agitur, & hæc prior est in concilio Moguntino primo, c. 38. & sententia repetitur in 2. c. 10. & in 3 c. 17.*

PALEA. C. II.

ADmonemus, atque præcipimus, vt decimas omnino dari Deo non negligatur, quas ipse Deus dari cõstituit: quia timendum est, vt quisquis Deo debitum suum subtrahit †, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

Burc. l. 3. c. 131. Iuo p. 3. c. 197. Pann. l. 2. c. 57.

†al. abstrahit.

[*Item Nicolaus Papa ij. epist. vnica, c. 5.*]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

PRæcipimus, vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes † viuorum, & mortuorũ ecclesijs Dei, fideliter reddantur à laicis: & vt in dispositione episcoporum sint: quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione separẽtur.

dist. 32 propter hoc. §. deinde. ¶

†al. quęcunq; oblationes

SAne quia.] CASVS. Quidã. monachi vsurpabant inuestituras ecclesiarum, quę ad eos pleno iure non pertinebant. & ideo quidam episcopi de hoc conquesti fuerunt Papæ Vrbano. quare Vrbanus statuit, vt ecclesiæ monachorum, quæ ad eos pleno iure non spectant,

a ¶ Episcoporum.] Sup. ea. q. 1. pernenit.

b ¶ Temporalibus.] Si quæras in quo sacerdos teneatur respondere monachis de temporalibus, dico in hoc q̃ si ecclesiæ monachorum non sit aliquis census impositus, eum possint monachi imponere. sed si est impositus ab antiquo, ipsi eum non possunt augere, vt extra de censi. prohibemus. Item nõ solũ monachis sacerdos rñdebit in tẽporalibus 1, sed etiã epo: si ecclesia illa ab antiquo præstitit cẽsum epo, vt 1. q. 3. q̃situm. & c. peruenit. & 18. q. 3. c. vlt. & pe. Ioãnes. sed certe decre. dicit, quòd census nouis imponi nõ potest etiam auctoritate epi, vt extra de censi. significauit. nisi fuerit ab initio impositus, vt habes extra eod. tit. ecclesias. 18. q. 2. Eleutherius. etiã auctoritate episcopi à principio, vt extra de censi. præterea & etiam postea si nunquam furtim positus, põt imponi, vt extra de censi. cũ venerabilis. & hoc cum ecclesia eximitur. B.

Sacerdos parochialis cui debit cẽsum.

1 Sed ecce monasteriũ ædificat ecclesiã in suo solo, sed nõ dotat, dotat tamen ab alio. Hẽ it ne monasteriũ potestatem ibi quo ad oĩa spũalia? non H. ĩf. q. prox. in sum ma q̃ sic. & rõ est: quia quidqd illi ecclesiæ cõfertur, datur & monasterio, ẽm eundem. Arch.

c ¶ Sua cuiq;.] Su. 12. q. 2 cũ deuotissima.

STatuendum-] d ¶ Regimini. Abbates enim corrigũtur ab episcopis, vt inf. 18. q. 2. abbates.

e ¶ Obsequia.] Sic 1. q. 3. quæsitum. & 18. q. 2. c. vlt. & pen. Io.

e ¶ Obsequia.] Idest, vt in cathedratico & synodatico, & in annuo censu. si qua solita sunt præstare, vel si qua alia seruitia consueuerunt eis exhibere, vt in concor. hic alleg. secundum Hug.

ECCE VRBANVS. CASVS. Soluit nunc Gratian. supradictã contrarietatẽ, dicens quòd illud cap. visis. intelligitur de illis capellis monachorũ, quæ pleno iure: temporali scilicet, & spirituali sunt eis concessæ. Capitula vero contraria loquuntur de illis in quibus abbates habent temporalia tantum.

Pinguiusius hẽnt monachum ecclesijs fundatis in solo suo, q̃ laici.

[*Item Leo Papa.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

NVllus decimas ad alium pertinentes accipiat.

[*Item Ambrosius serm. 1. de Quadragesima.*]

PALEA. C. V.

NAm qui Deo non vult reddere decimas, quas retinuit, & homini non studet reddere, quod iniuste ab eo abstulit; non timet adhuc Deum, & ignorat, quid sit vera pœnitentia, veraque confessio. Iste talis homo non potest veram † facere eleemosynam.

†al. bonam

¶ *Habetur in sermone primo de Quadragesima, cuius initium,* Ecce nunc *qui cum aliꝰ B. Ambrosii nomen præferentibus seruatur in bibliotheca Vaticana, ac monasterij Mediolanensis eiusdem B. Ambrosii.*

Item Vrbanus II.

¶ Abbates absque episcopi consilio in parochialibus ecclesijs presbyteros non ordinent. C. VI.

SAne quia monachorum quidam episcopis ius suum auferre contendunt, statuimus, ne in parochialibus ecclesijs, quas tenent, absque episcoporum [a] consilio presbyteros collocent: sed episcopi parochiæ curam cum abbatũ consensu sacerdoti committant: vt eiusmodi sacerdotes de populi quidem cura episcopis rationem reddant: abbati vero pro rebus temporalibus [b] ad monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant: & sic sua cuique [c] iura seruentur. *Idem.* ¶ In parochialibus ecclesijs presbyteri per episcopos instituantur †, qui eis respondeant de animarum cura, & his, quæ ad episcopum pertinent.

†al. conflituã tur

Item ex concilio apud Fauentiam habito.

¶ Quorumcumque monachorum ecclesiæ episcoporum subdantur regimini. C. VII.

STatuendũ nobis est, quatenus ecclesiæ quorumcumq; monachorum in singulis parochijs sitæ, episcoporum, vt decet diuinitus subdantur regimini [d], eiusque debita obsequia [e] exhibeant.

Ecce Vrbanus Papa prohibet inuestituras parochialiũ ecclesiarum per monachos fieri, quas Ioannes Papa eis concessit. Sed illud [f] Ioannis Papæ intelligendum est de illis capellis, quæ cum omni iure suo ab episcopis, monachis conceduntur. Istud autem Vrbani intelligitur de illis, quas abbates in propriꝰ prædijs ædificant [g] in villis, vel in castellis suis.

cant, cum abbatum consensu per epos instituantur. sed sic instituti abbatibus de temporalibus respondeant: epi s vero respondeant de cura animarum. & de eadem materia loquitur sequens cap. cuius casus patet.

f ¶ Sed illud.] Sup. ead. visis.

g ¶ Ædificant.] Et ita pinguius ius habent monachi. In ecclesijs fundatis in solo suo, quàm laici in ecclesijs fundatis in suo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tales.] CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, qua quæritur, an abbates ecclesias in suo territorio ædificatas iure territorij sibi valeant vendicare; Et respondetur q̃ nõ quoad spiritualia, vt infra eadem possessio. Idem est intelligendum de epõ, qui in aliena dioecesi ecclesiam ædificat, sed in fundo suo.

a ¶ De episcopo.] Scilicet qui ædificat ecclesias in alienis dioecesibus, & in proprijs prędijs. Et quia continuatur hęc materia cum præcedenti. Ideo tractatur hic quæstio quinta. Sed quare non ita fecit magister i themate? quia ortè non ita cõpetenter posset poni thema. Nota ergo q̃ si episcopus fundat ecclesiam in suo proprio solo, idest, in patrimoniali loco, & in alterius dioecesi: non habet ibi potestatẽ, nec quo ad temporalia, nec quo ad spiritualia. Si vero in solo eccl'się cui prędest, & in alterius dioecesi, habet potestatem ibi quo ad temporalia, non autem quo ad spiritualia, sicut & monachi: licet quidam hoc negent, dicentes episcopum, vel clericos non habere nisi ius patronatus in ecclesia, quam fundant in prædio propriæ ecclesiæ, & in aliena dioecesi. Si ergo legatur hoc capitu. de ecclesia fundata in proprio prædio: verbum illud circa finem, scilicet, omnis gubernatio: intelligitur quo ad temporalia, & spiritualia. Si vero de ecclesia fundata in fundo ecclesiæ, & in alio episcopatu: dic, omnis gubernatio quo ad spiritualia tantum. nam qua ratione concederetur hoc monachis in prædijs monasterij, ea ratione, & episcopis, & clericis in prædijs ecclesiæ suæ: hoc modo intelligitur extra de iure patron. significasti.

Eps quod iuris het in ecclesia, q̃ fundau.t.

S I quis episcoporum.] CASVS. Episcopus Bonon. villam habebat in dioecesi Muti. in qua ecclesiam volebat ædificare. quærebatur vtrum dedicatio illius ecclesiæ, & alia iura ad ipsum debeant spectare? & respondet q̃ non: sed hoc de gratia sibi tanquam patrono reseruatur, vt possit ibidem clericos vndecunque voluerit repræsentare. Inuestitura autem, & dedicatio, & omnia iura spiritualia ad epm pertinebunt, in cuius dioecesi est ecclesia illa. [Territorij,] i. dioecesis episcopalis, vel iurisdictio: & ita sumas semper in hoc cap. Territorium

b ¶ Territorio.] Id est, dioecesi. Quandoque accipitur pro ipsa terra, & possessione, & proprietate, vt sup. prox. §. 1. inf q. 7. licet. Quid autem sit territorium, habes ff. de verb. signifi. pupillus. §. territorium. Territorium enim est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, vt ibi dicitur.

quid sit.

QVAESTIO V.

¶ Videtur contra ordinis rationem, vt inter secundam & tertiam quæstionem quinta sit posita. Et in omnibus antiquis exemplaribus, exceptis duobus perperam scriptis, in secunda quæstione sunt omnes hi canones, quibus constat quinta quæstio: deinceps sequitur tertia, & quarta cum suis capitulis, vt in vulgatis codicibus: tum verba Gratiani, quę in vulgatis habentur initio sextę quæstionis, &c. consuetudo faciunt quintam quæstionem: reliquę vero sextam. Verum hanc, quę nunc tractatur, esse quintam quæstionem ex prępositione nunc mutare, quia argumentum quintę quæstionis valde coniunctum est ijs, quę in fine secundę allata erant. Quam ob causam, ac præterea ob auctoritatem illorum duorum codicum, & receptum vsum citandi hos canones sub quinta quæstione, visum est nihil esse mutandum.

Tales, etsi ius territorij habeant; tamen potestatem gubernandi populum, & spiritualia ministrandi non habent. Quod etiã de episcopo a intelligendum est.

Unde Nicolaus Papa ait.

¶ Anselmus citat ex Arausico, in cuius 10. capite fere idem legitur.

¶ Episcopus, qui in alterius dioecesi ecclesiam ædificat, eius consecrationem sibi vendicare non valet. C. I.

S I quis episcoporũ in alienæ ciuitatis territorio pro quacunq; suorum opportunitate ecclesiam ædificare a disponit; non præsumat dedicationem facere, quæ illius est, in cuius territorio b ecclesia assurgit. Aedificatori vero episcopo hæc gratia reseruetur, vt quos desiderat c clericos d in re sua ordinari; ipsos ordinet e is, cuius territoriũ est; vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat: & omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum, in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexit, pertinebit. Anſl.5.c.9.

Item ex concilio Toletano 4. c. 34.

a ¶ Episcopo.] Et dicit Hug. q̃ priuilegium est episcopi, vt vndecunque velit possit clericum pręsentare, contra illud 71. distinct. hortamur. Hic tamen non dicitur hoc.

b ¶ Desiderat.] Et dicit Hug. q̃ priuilegium est episcopi, vt vndecunque velit possit clericum pręsentare, contra illud 71. distinct. hortamur. Hic tamen non dicitur hoc.

c ¶ Clericos.] Argu. q̃ plures potest præsentare patronus ad vnam ecclesiam. argu 73. dist c. de principali.

Patronus plures p̃sentare potest ad vnam ecclesiam.

d ¶ Ordinet.] Id est, instituat. Si autem sunt ordinati. quid iuris sit, sequitur in littera.

e ¶ Ordinet.] Etiam sine examinatione: quia sufficit testimonium episcopi præsentantis 7. q. 1. eps de loco. sic & in monacho abbatis sup. eod. q. 1. monachi. si tamẽ sit de suo episcopatu cui testimonium fert. Ioan.

Possessio.]

POssessio.] CASVS. Statuitur in hoc c. per concilium Toletan. q̃ si quis episcopus habeat villam in episcopatu alterius, in qua ecclesiam de nouo ædificauerit, licet populus illius loci illuc ad officium vadat, propter hoc nec populum, nec ecclesiam quo ad spiritualia

¶ Basilicę nouiter conditæ ad episcopum pertinent, cuius conuentus esse constiterit. C. II.

inf. ea. q. 3. sicut dioecesim. Burc. l. 3. c. 147. Iuo p. 3. c. 212.

POssessio a territorij conuentum b non adimit: ideoq; basilicæ, quæ nouæ conditæ fuerint, ad eum proculdubio pertinebunt c episcopum, cuius conuentus esse constiterit.

¶ *Canon 34. concilii quarti Toletani sic habet* Sicut dioecesim alienam tricennalis possessio tollit: ita territorij conuentum non adimit, &c.

Item Gregorius lib. 11. epist. 19. ad Ioannem subdiaconum.

¶ Aedificatori episcopo in dioecesi alterius ecclesiam consecrare non licet. C. III.

Anſl. 5. c. 27. Poly. l. 1. tit. 13.

LAtor præsentium d Ioannes frater, & coepiscopus noster a indicauit nobis, quòd quidam Exuperãtius episcopus ausu temerario in dioecesi ipsius oratorium cõstruxerit; idque sine præcepti auctoritate contra morem præsumpserit dedicare e: Missasque illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum summa te celeritate †, ac districtione conuenit emendare f: nec vlterius tale aliquid attentare permittas.

† celebritate] orig.

a ¶ Nostер.] *Hoc loco in epistola ipsa interiiciuntur multa.*

Quod de iure ordinandi, non possidendi intelligendum est. His auctoritatibus facile perpẽdi potest, quòd siue abbates, siue episcopi in suis castellis, vel villis ecclesias ædificauerint; non ideo episcopo, in cuius dioecesi fuerint, conuentus adimitur: & ideo sacerdotes iuxta illud Vrbani, & Nicolai in eis non nisi per episcopos, cum consensu tamen & electione ædificantium ordinari possunt.

QVAESTIO VI.

Vòd autem præscriptione h temporis

1 Sub. sed erit transeũdũ ad interdictũ q̃ vi, vt ff. de no. oper. nun l. 1. §. 1. Ioan. de Fant.

lia ædificator eps sibi poterit vendicare i: quia proprietas territorij non adimit populum à iurisdictione episcopi, in cuius dioecesi est ecclesia. Hunc tamen casum Hugo sic breuiter ponit. Episcopus Bonon. ædificauit ecclesiam in episcopatu Mutinen. populus illius loci illuc ad officium vadit. episcopus Bonon. vult sibi vendicare populum illum, dicitur. quòd non potest.

a ¶ Possessio.] Id est, prædij proprietas. arg. ff. de verb. sign. interdum.

b ¶ Conuentum.] Id est, populum, vel iurisdictionem: ita populus facit conuentum.

c ¶ Pertinebunt.] Infra ea. q. 7. omnes.

LAtor, præsentium.] CASVS Exuperantius episcopus temere construxit oratorium in episcopatu Io. episcopi. & ipsum cum Missæ celebratione dedicauit: super quo cum Ioannes episcopus conquereretur, præcipit Gregorius cuidam vt faceret illum pleniter emendare nec vlterius quid tale fieri permittat.

d ¶ Lator præsentium.] Infra de consec distin. 1. præcepta, supra 7 q. 1. episcopus in dioecesi.

e ¶ Dedicare.] Sed nunquid fecit locum religiosum dedicando ecclesiam sine consensu proprij episcopi? Videtur q̃ nõ. ar. instit. de re. diu. § sacræ. de consec. dist. 1 nemo. Credo tamen contrarium, vt 7. q. 1. episcopus in dioecesi.

f ¶ Emendare.] Non dicit qualiter. Sednũ quid destrui faciet ecclesiam? Non: arg. 17. q. 4. quæsti. 14. q 6. cõperim. sup. 7. q. 2. eps in dioecesi. arg contra extra de no. ope. nun. cum ex iniuncto. Dico q̃ si denunciatio præcesserit, destrui dẽt illud quod factũ est: aliter non. vt in cap. prædicto 1.

QVOD DE IVRE. CASVS. Dictum est supra in trib. proximis c. q̃ ecclesia ædificata subesse dẽt episcopo, in cuius dioecesi est ædificata. Nunc vero dicit Grati. hoc esse intelligendum quo ad spiritualia tãtum: & ideo siue abbas, siue episcopus in suo castello, vel villa ecclesiam ædificauerit, non poterit eam subtrahere epo, in cuius dioecesi est. Vnde sacerdotes iuxta Vrbanum, & Nicolaũ, non poterunt ibi ordinari, & inuestiri, nisi per episcopum cuius est dioecesis, cum consensu tamen ædificatoris.

g ¶ Qđ de iure.] Respicit. c. possessio sup.

¶ Vòd aũt.] Hæc qõ diuidit ĩ x. partes. in prima quarum probat per quatuor auctoritates, q̃ præscriptio tricennalis currit aduersus ecclesias, quod hodie correctum est infra ea. quas actiones. Secunda ibi, [Ecce his.] Tertia ibi, [Potest etiam aliter.] Quarta ibi, [Item si de rebus.] Quinta ibi, [Item ea q̃.] Sexta ibi, [Prima actione.] Septima ibi, [Tolluntur.] Octaua ibi, [Præscriptionum.] Nona ibi, [De præscriptionib.] Decima ibi, [Sed sola.] Io. de Fã. CASVS. Hic intitulatur 3. q qua quæritur, an omnia iura ecclesiastica temporis præscriptione tollantur? Et respondetur quòd sic quadragenaria, vt infra eadem, quas actiones, nisi in his, quę sunt in limine, vel limiti cohærent, vt infra eadem, inter memoratos. antiquitus tamen currebat præscriptio tricennalis, vt infra ead. c. 1. 2. 3 & 4 quę capitula sunt abrogata.

h ¶ Quod autem præscriptione.] Hic describitur tertia q. an omnia iura præscriptione tollantur. Ad euidentiam ergo dicendorum, videndum est prius de vsucapionibus,

Universidad de Deusto Biblioteca

Vsucapio quid sit, & quot in ea exigantur.

pionibus, post de præscriptione. Videndum ergo quid sit vsucapio, & qd in ea exigatur, & quæ res possit vsucapi. Vsucapio est acquisitio dominij per continuam possessionem temporis lege diffiniti. argu. ff. de vsuca. l. 3. Exiguntur autem in ea quinque, bona fides ab vtraque parte. argu. ff. pro emp. l. 2. § fi eam. C. de pscrip. long. temp. Auth. malæ fidei possessor. Item iustus titulus, & cõtinua possessio, & quòd res sit mobilis, & q̃ non sit vitiosa: & quod dixi, ab vtraq; parte, verũ est quo ad initiũ contractus, non quo ad contractum medij tẽporis. infra eod. §. protest. secundum canones: tamen exigitur bona fides continua, extra de præscr. vigilanti. & c. vlt. Titulus autem est iusta causa possidendi quod nostrum non est, & exigitur titulus, vt C. de vsucap. pro empt. l. vlt. & extra de præscrip. si diligenti. qñque tamen vsucapio procedit sine titulo iusto errore interueniente 1. C. de vsuc. ℘ do. l. 1. ff. pro emp. quod vulgo. ff. pro legato, l. 4. & vlt. Iuris ti error non prodest in vsucapionibus. ff. de iuris & fac. igno. l. iuris. ff. de vsuc. nunquam. 1. responso. Exigitur etiam continua possessio. hoc planum est. Et q̃ res sit mobilis, quia in immobilibus non habet locum vsucapio. Quæ autem res vitiosa dicatur, habes inst. de vsuc. §. 1. & 2. ff. de acqui. rer. do. bonæ fidei. Item vsucapio non interrumpitur lit. contes. ff. de rei ven. si quis post acceptum. & ff. pro emp. l. 2. §. rem alienam. ar. C. de an. exce. vt perfectius. inf. ead §. tolluntur. Illi tamen quatuor casus sunt speciales. vnde versus:

Non vsucapies, nisi sint tibi talia quinque,
Recta fides, iustus titulus, res non vitiosa:
Quod res tradatur, possessio continuetur.

Sequitur de præscriptione quid fit, quæ eius species', & quæ ad eam exigantur, & quæ præscriptio currat contra ecclesiam, & qualiter interrumpatur, & quis sit eius effectus. Præscriptio est exceptio ex tempore subsitãtiam capiens, & quę actioni personali, vel in rem opponitur: est autem quædam longi temporis præscriptio, de qua nihil ad præsens: cum contra ecclesiam nõ currat 2. quę contra præsentes, spatio x. ann. contra absentes, spatio. xx. an. completur. C. de præscri x. vel xx. an l. vlt. nec curit nisi cum bona fide. Alia est longissimi temporis, id est xxx. vel xl. ann. in qua, secundum leges non exigitur bona fides, vel titulus. C. de ann. exce. l. 1. & in canones. hoc rõ ꝓcedit, nisi quis bonam fidẽ habuit. ext. de pśc. vigilanti. & in conili. Inn. qñ omne. & 34. q. 2. si virgo. nec etiam illa, quę est xxx. ann. currit cõtra ecclesiam, sed tantum xl. inf. ea quas actiones. Item secundum canones titulus requiritur in longissima præscriptione, vt extra de præscrip. si diligenti. Io. quod T. negat, nisi ratione præsumptionis B. quandoque tamen minus iustus titulus parit cãm præscribendi, vt extra de emp. & ven. peruenit. & ext. de iu. pat. cura. Interrumpitur aut

Præscriptio duplicit interrumpit

naturaliter, & ciuiliter. Si naturaliter interrumpitur, ℘ desit omnibus ius habentibus in re. ff. de vsuca. l. naturaliter. Si ciuiliter, prodest interrumpenti tantum, & eius hæredi, vt ff. de diuer. & tem. præscrip. inter quatuor. Est autem effectus eius, vt acquiratur tantum exceptio

omnia iura [a] *tollantur, probatur auctoritate Chalcedonensis concilij, & Gelasij Papæ, & Toletani concilij. Prima est hæc.*

¶ Rusticanæ parochiæ apud episcopos, qui eas possident, triginta annis sine violentia permaneant immobiles. C. I.

In Chal. c. 17. & in sexta syn. ca. 25.

PEr singulas ecclesias ✻ parochias rusticanas, siue in possessionibus §, manere immobiles apud eos, qui eas retinent, episcopos decernimus, & maximè [b] si sine violentia eas iam per triginta [c] annos tenentes gubernauerunt. Si vero intra triginta annos facta fuerit, aut fiat de his dubitario † [d]; liceat eis, qui se dixerunt læsos propter eas, mouere apud synodum prouinciæ certamen.

Poly. l. 3. tit. 22. Ansl. l. 5. c. 26. Bur. l. 3. c. 148. Iuo p. 3. c. 106. Pann. l. 2. c. 64.

† *al. altercatio*

¶ *Caput hoc est ex prisca versione, quæ in collectione Isidori: atque ex ea cum duobus Vaticanis eiusdem collectionis codicibus collata est emendatum.*

✻ ¶ Ecclesias.] *Apud Balsamonem in codicibus manuscriptis legitur,* καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, *id est*, in unaquaq; prouincia. *sed in Græco canone vulgato,* καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν.

§ ¶ Siue in possessionibus.] *Græce est.* ἀγροικικὰς παροικίας, ἤτοι κατὰ χωρίους, *id est*, patochias, quæ in ruribus, aut quæ in vicis, & pagis sunt.

Item Gelasius epist. 2. ad Siculos, c. 1.

Præscriptionis effectus

PEr singulas.] CASVS. Quidam epi tenuerunt parochias aliorum eorum per xxx. ann. quiete, & sine violentia quęsitum est in Toletano. concil. vtrum sint tuti, & respondet ꝓ fic. Si vero intra xxx. an. quęsitio. super hoc fuerit mota, liceat super his parochijs mouere certamen, vel litigium.

b ¶ Maximè.] Id est, tantum. fic 11. q. 1. si quis episcopus. nam violentus detentor, non præscribit. extra de præscr. vlt.

c ¶ Triginta.] Hodie non statur huic numero. extra de præscr. de quarta, in fra ea quas actiones.

d ¶ Dubitatio.] Per lit. contest. fic enim res efficitur dubia. arg. extra de offic. deleg. relatum. C. quib. ad li. procla. l. 3 vel per libellum oblatum principi secuta conuentione, vt C. de pręscrip. xxx. ann. l. 3 vel per synodalem proclamationem extra de præscript. sanctorum. nam simplex denunciatio habetur pro lit. contest. vt extra vt lit. non contest. quoniam, in fi Et dico quod ex quo semel facta est lit contest. post secundũ canones nõ currit præscriptio, quia præsumitur possidens iam habere malam fidem, & de iure suo iam titubare. C. de acqu. poss. nemo. vnde nõ præscribit vsq; ad mille annos, vt ext. de pscr. qm. sed leges, q̃ non curãt de mala fide dãt quadraginta annos exigendos 3. C. de an. excep. l. 1. Io.

3 Vt C. & exce. l. de præscr 30 an. l.

Præscriptio quę & quoplex est.

2 Dãt quidã, ꝓ nec ét pro ecclesia. inf. e. c. placuit. ibi de hoc glos. argu. quod, &c.

1 Secus si nõ esset iustus error, C. de vsu. l. fi. ff. de vsu. ℘ emp. l. 2. § fi à pupillo.

PRæsulum. CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd episcopi habent potestatem regendi ecclesię facultates, ita vt de duab. partibus prouideant clericis & pauperibus; reliquas vero duas partes pro se & captiuis & peregrinis. In secunda parte

¶ Triginta annis ab episcopis possessæ, immobiles permanent dioeceses. C. II.

Poly. l. 3. tit. 12. Iuo p. 3. c. 147.

PRæsulum nostrorum auctoritas emanauit, vt facultates ecclesiæ episcopi ad regendum [a] habeant potestatem; ita tamen, vt viduarum, pupillorum, atque pauperũ, necnon & clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiam statuimus dari, quod hactenus decretum est [b]: reliquum sibi episcopi vendicent, vt, sicut antea diximus, peregrinorum, atque captiuorum largitores esse possint.

13. q. 2. c. 1. Iuo p. 3. c. 144. Burc. l. 3. c. 149. Pann. l. 2. c. 65.

Idem ibidem, c. 2. ¶ Illud etiam anuecti placuit, vt si, quod absit, facultates [c] ecclesiæ, nec non dioeceses ab aliquibus possidentur episcopis; iure sibi vendicent, quod tricennalis lex conclusit; quia & filiorum nostrorum principum ita emanauit auctoritas.

Item ex concilio Toletano 4. c. 34.

¶ Territorij possessio conuentum non adimit. C. III.

sup. ea. q. 5. possessio. Poly. l. 3. tit. 12. Ansel. l. 5. c. 27. Burc. l. 3. c. 147. Iuo p. 3. c. 212.

SIcut dięcesim [d] alienam tricennalis possessio tollit; ita territorij ✻ conuentum [e] non adimit [f] §.

✻ ¶ Territorii.] *In vulgatis sequebatur*, possessio, *quæ abest à vetustis, à Burchardo, & Pannormia, & codicibus conciliorum impressis, & manuscriptis.*

§ ¶ Non adimit.] *Sic in editionibus conciliorum Colonien sibus, & codice regio, & vetustis Gratiani exemplaribus, & in Pannormia. Verum in duabus editionibus conciliorum Parisiensibus & apud Iuonem habetur*, non amittit. *& in duobus codicibus Vaticanis, & apud Burchardum*, non admittit.

Item ex eodem, c. 33.

¶ Tricennalis possessio intra vnam prouinciam seruari debet. C. IIII.

Poly. l. 3. tit. 12. Ansl. l. 5. c. 28. Burc. l. 1. c. 67. Iuo p. 3. c. 131. & p. 5 c. 175. Pann. l. 2. c. 67.

QVicumque episcopus alterius episcopi dięcesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit; quamuis ɣ secundum ius legis g, eius non videatur esse dioecesis; admittenda non est contra eum actio reposcendi. Sed hoc intra vnam prouinciam [h] ♂: extra

d ¶ Sicut dioecesim.] Idest, ecclesiam dioecesis. Et dic sicut, idest, quamuis.

e ¶ Conuentum.] Idest, ius episcopale.

f ¶ Non adimit.] Idest, non ideo adimit.

QVicunq;.] CASVS. Quidam episcopus possedit dioecesim alterius episcopi sine interpellatione per triginta annos: quęsitum fuit in concilio Tolet. vtrum sit tutus aduersus alium episcopũ? & respondit, si est intra eandem prouinciam vel episcopatũ, idest, in inferiori parte prouinciæ, vel episcopatus, licet secundum ius legis naturalis eius non videatur dioecesis esse, tamen contra eum actio nõ est admittenda: si vero est extra prouinciam, vel epatũ. i. in exteriori, parte prouincię val episcopatus, idest, in limite vel iuxta, non est tutus præscriptione, ne prouinciarũ, vel episcopatũ termini confundantur. Ita intelligo ca. & si aliquis melius intellexerit, gaudium erit mihi.

g ¶ Legis.] naturalis: nã de iure naturali non sunt præscriptiones inductæ. nam de iure naturali iniquũ est aliquem ditari cũ alienatura, vt extra de pœn. suam. & ff. de cond. inde. nam hoc. Sed ideo inuẽta est præscriptio, ne dominia rerum semper sint in in certo. ff. de vsu. l. 1. vel dic secundum ius legis ciuilis, & hoc secundum opinionem dicentium

Præscriptio ad qđ est inuenta.

r Qui sunt not. in. c. 1. in fum. de hoc etiã no. inf. c. §. põt. 2. in gl. ar. ℘, &c.

præscriptione dominium non acquiri, sed tantum exceptione. Sed contra eos est. inf. ea. q clerici, in fi. C. de bo. mat. auth. nisi. & res præscriptione temporis mutant dominium. ff. de vsucap. eum qui ædes. ver. & vniuersitas.

h ¶ Prouinciam.] Idest, dioecesim. quandoq; enim prouincia sumitur pro dioecesi, vt 50. dist. studeat. quandoque econuerso, vt 9. q. v. episcopi. Quidam tamen in loco isto dixerunt, quòd intra aliam prouinciam non posset præscribi licet intra aliam dioecesim possit. Quid autem præscribat alterius episcopi ecclesiam vel populum per triginta annos, non tamen acquirit populum vel iurisdictionem in eo, quo ad spiritualia, & si præscribat terram aliquam. Tu tamen prudens lector, si melius intellexeris, me de insufficientia excusabis. H. tamẽ & glosę hanc litteram sic intelligunt: licet aliquis præscribat ecclesiam quo ad temporalia & parochialia iura, non

Præscribi qđ põt in alterius dioecesi.

parte dicitur, ꝓ episcopi iure sibi vendicent possessiones vel parochias, quas triginta an. pacifice possederint, quia sic placuit legibus Imperatorum. Secunda pars incipit ibi, [Illud etiam.]

a ¶ Ad regendum.] Arg. ff. pro empt. qui fundum. §. fi tutor.

b ¶ Decretum est.] Ab eodem Gelasio 12. q. 1. quatuor.

c ¶ Facultates.] Hoc habes. 13. q. 2 facultates.

Sicut dioecesim.] CASVS. Ego Barthol. Brix. hunc ca sum sic intelligo. Dicitur enim ꝓ licet episcopus præscribat alterius episcopi ecclesiam vel populum per triginta annos, non tamen acquirit populum vel iurisdictionem in eo, quo ad spiritualia, & si præscribat terram aliquam. Tu tamen prudens lector, si melius intellexeris, me de insufficientia excusabis. H. tamẽ & glosę hanc litteram sic intelligunt: licet aliquis præscribat ecclesiam quo ad temporalia & parochialia iura, non

lia iura res alterius episcopi præscribitur, vt inf.ead.licet.extra de deci.cum sint homines. Sed illis vehementer obst.extra de præscr.ad aures, & c.auditis, & c.cura ex officij.& de relig.do ca.1.in quibus non solum res, sed iura episcopalia præscribuntur. Similiter hic dicitur

LIcet in regulis.] CASVS. Beneuen. sic ponit casum Iittum. Anconitanus episcopus habebat quasdam villas intra terminos episcopatus Anuscani episcopi, occasione possessionum & villarum inuasit ibi spiritualia. Super hoc cum episcopus Anuscanus conqueretur,

gui pōt inter iura parochialia,& iura episcopalia, vt iura parochialia possint p̄scribi, siue diœceses sint limitatæ, siue non, vt ius decimarum, vt baptismata, oblationes. & procurationes dummodo res illæ non sint coniunctę limiti: sed iura episcopalia non, vt consecratio: imò vlterius procedi pōt, q̄ similiter iura episcopalia, quæ consistunt in lege iurisdictionis episcopalis præscribi possunt ab alio episcopo: quia taliter præscribitur exemptio,non tñ vnus intrahit terminos alterius:sed intra terminos proprios vtetur iure illo,nisi in casu, vt inf.ea.placuit. Sed tamen dicunt quidā, q̄ quodlibet ius episcopale potest præscribi,dummodo nō fit vicinum limiti. Sed quātum ad proprietatem,satis vī, q̄ siue siti in limite, siue alibi, q̄ res alterius præscribi possit, vt extra de prob. ex litteris.Si queras, quare limes nō possit p̄scribi,dico iō, ne confundantur termini prouinciarū, vel ideo, quia limes communis est,vt p̄bat, ff.de acq.re.do. adeo, § vlt. & l.seq. sed si rem, quæ mihi est communis cum alio,ille possederit:ergo per ipsum retineo possessionē, vt ff.quem.ad ser.amit.si communem. Vel ideo non præscribitur, quia non præsumitur, q̄ aliquis communi re vitiose vtatur,vt ff.pro soc.merito. & sic præsumitur, q̄ quantocumque tempore alter possideat, quòd non tantum nomine suo,sed nomine meo possederit. Sed certe hæc ratio non videtur sufficiens : quia eadem ratione, nec fines prædiorum possent p̄scribi:quod falsum est, vt inf.ead.q.4. volumus. vt extra de præscript.quia. & C. fin.regun.l.vlt. Alij dicunt q̄ limes bene potest præscribi:sed non manēs limes:quia quàm cito est præscriptus, definit esse limes.

Limes diœcesis est imp̄scriptibilis

a ¶ Extra vero.] Nullo modo, quantum ad omnia episcopalia iura.

ECCE HIS. Hæc est secunda pars quæst.in qua probat per tria c. q̄ limites & ei adhærentia , non p̄scribuntur. Io.de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis cap. q̄ ecclesiastica iura præscriptione tolluntur: postea probat cōtrarium per c.sequentia.

vero [a],nullo modo;ne dum diœcesis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

γ ¶ Quamuis.] *In concilio impresso cum manuscriptis collato legitur*,quia secundum ius legis, eius videtur esse diœcesis, admittenda non est, &c. *Iuo autem in cætera parte etiam clarius post ver.* possederit.*sic habet*,eam teneat: quia secundum ius legis,eius videtur esse diœcesis,& admittenda non est,&c. *Burchardus autem*,quamuis secundum ius legis, eius videtur esse diœcesis. *In Pannormia vero quemadmodum apud Gratianum.*

δ ¶ Prouinciam.] *Auctor glossæ interpretatur*, ideſt, diœcesim : *& in varijs conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, parochiam. *qua voce sæpe diœceſis significatur,vt in Canone Apostolor.* 14.episcopo non liceat alienam parochiam propria relicta peruadere:*& in concilio Antiocheno*,c.21. *vocem παροικίας, alii verterunt parochiam, alii diœcesim omninoque in Toletanis hæ voces confunduntur,vt Toletano* 3.c.20.*& Toletano* 4.c.32.*&* 35.*& Bracharensi* 2.c. 2. *Et in huius capitis initio vox*, diœcesis,*partem quandam, ideſt, parochiam significat*: *Verum in codice conciliorum Lucensi regio,& vetustis exemplaribus Gratiani,& Pannormia,& apud Iuonem par.*5.*in margine est*. prouinciam.

2 *Ecce his auctoritatibus probatur,quòd possessionis, & gubernationis iura præscriptione tolluntur.*

Sed idem Gelasius contra testatur scribens Maximo,& Eusebio episcopis.

¶ Status parochiarum nec præsumptione,nec temporis præscriptione mutari potest. C. V.

LIcet in regulis contineatur antiquis, parochias [b] vnicuique ecclesiæ pristina dispositione [c] deputatas nulla posse ratione conuelli, ne per consuetudinem pessimā, exempli [d] mali temeritate crescente, vniuersalis confusio nasceretur; tamen etiam decretis nostris ante nō multum

Iuo p.3.c.97.

tur,decreuit Gelasius inuasa restitui Anuscano episcopo:& præcepit Maximo, & Eusebio episcopis, vt ipsum mitterent in possessionem. H. vero hunc casum fecit, cuius positionem magis approbo. Inter Anconitanum episcopum , & Constantinum Anuscanæ ciuitatis episcopum,controuersia erat de quadam ecclesia posita in limite alterius,puta Constantini;alter,scilicet Anconitanus episcopus diu possederat eam de qua conuentus coram Gelasio per nuncios respondebat,quam controuersiam sic decidit Gelasius, vt ecclesia restitueretur petenti episcopo:quia limites nulla ratione possunt p̄scribi, sicut & in antiquis regulis . & in suis asserit contineri decretis. quapropter scribit Maximo , & Eusebio episcopis,vt hanc sententiam mandēt executioni. Et similem formam in omnibus similibus casibus dicit fore seruandam.

b ¶ Parochias.] i.intra limitem vnius diœcesis.

c ¶ Dispositione.] Ideſt,terminatione.sup.13.q.1.c.1.

d ¶ Exempli.] Supra distin.96.bene quidem . sup.1.q.1. principatus.

a ¶ Inuasa.] Nam inuasores non præscribunt.Cde prescrip.xxx.an.si quis emptionis.& 93 distt. illud.

b ¶ Putat.] Nam diuturnitas temporis, &c. extra de fi. non satis.

c ¶ Formam.] Arg. quod certis personis mandatur,ad alios

Qđ in vno negocio statuit, ad oīa similia extēditur.

temporis destinatis omnia iussimus, quæ taliter fuerant inuasa [a],restitui.Sed quia temeritas peruadentium legem sibi posse putat [b] generari,si sceleri suo pertinaciam retētionis adiungat;ea,quę inter fratrem,& coepiscopum nostrum Constantinum Anuscanæ ecclesiæ sacerdotem,&† inter nuncios directos ab Anconitano Pontifice decreuimus, per vos impleri cupimus; tunc formam [c] in cæteris cognitionibus, quæ fit sequenda, præscripsimus. Nulla igitur præsumptione statim parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate durauit, patimur immutari: quia nec negligentia pontificis,nec temporalis obiectio (quæ per incuriam fortè generatur)neque ignauia faciente consensus adhibitus, nec subrepente † supplicatione præceptio diuellere potest semel diœcesim constitutam: ex qua semper ad regenerationem, atque consignationem plebs deuota conuenit [d]. Territorium β etiam non facere diœcesim olim nosci tur ordinatum.

† *al.et directos*

Anſ.l.5 c.15.

† *al.subripiēte*

α ¶ Anuscanæ.] *In vetustis codicibus varie legitur,id est*,Canuscanæ,Camuscanæ,Tamiscanæ.

β ¶ Territorium.] *Hęc referuntur etiam ab Anselmo, licet non ab Iuone.*

Hoc multipliciter distinguitur. Sunt quædam diœceses, quæ certis limitibus distinctæ sunt: hæ nullo modo p̄scribi possunt. Aliæ vero, quæ non sunt certis limitibus distinctæ, & de quibus certa definitio non olim præcessit, præscriptione tolluntur.

Vnde Innocentius Papa.

¶ Limitis possessio præscribi non potest. C. VI.

In cōc. Hispalē ſi 2.c.2. Poly.l.6. tit.10. Burc.l.1.c 69. Iuo p. 3.c.99.

INter memoratos fratres nostros Fulgentiū Astigitanū, & Honoriū Cordubensem episcopos discussio [e] agitata est propter parochiam basilicæ cuiusdam, quam horum alter Cellanensem α [f], alter Rhegiensem asseruit. Et quia inter vtrasq; partes hactenus limitis actio vētilata †elt,cuius quamuis vetusta retentio, nullum ſiuris præiudicium affert †:ideo ne in dubium vltra inter eos nostra deuocaretur sententia [h], prolatis canonibus synodalia decreta perlecta sunt. Quorum auctoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatem, vt ne quis terminos alienos vsurpet, ob hoc placuit inter alternas partes inspectores † viros mittendos [i], ita vt diœcesis β [k] possidentis (si ta-

† *al. vendicata*

† *al. afferret: ideoque*

† *al.inspectionis*

Ecclesia in limite diœcesis posita cuius est.

: Pōt dici,q̄ ecclesia erit illius solius, in cuius limite caput positus est. arg. de acq. rerum don. adeo. §. vlt. ſm Lau.

alios extendi:& quod in vno negocio statuitur, ad omnia similia extendi su.2 q.1. multi.14 q.2.super 32.q.7. Apostolus.arg. dist 61. miramur. dist.38.ignorantia,extra de re iud in causis.

d ¶ Conuenit.] Pone q̄ aliquis episcopus possideat ecclesiam intra diœcesim alterius episcopi remotam à limite: & fluuius quidam erat limes: sed fluuius paulatim accedit ad illam ecclesiam, ita q̄ efficitur vicina limiti . Dic q̄ interrumpitur præscriptio naturaliter, nec præscribitur. Vel dic q̄ nihilo minus procedit prescriptio,nec termini episcopales variantur propter hoc, vt ff.de contrah. emp. Rutilia Polla. Quid dices de electione.

e ¶ Discussio.] Id est,quæstio discutiendi.

f ¶ Alter Cellanensem.] Quę ecclesia erat subiecta sibi .

g ¶ Nullum.] Arg. q̄ limitis manifestatio rem iudicatam reuocet 2.Argu.supra ead.q.1. Fœlix.

h ¶ Sententia.] Quam super hoc sentimus .

i ¶ Mittendos.] Vbi enim agitur de finibus agriculis sunt ipsa loca considerāda. extra de prescript.quia. ff fi.re.l. fi irruptione. & vtriusque parti testes audiuntur.vt extra de prob.ex litteris.

K ¶ Ita vt diœcesis.] Sic construē,id est,vt determinatio

2 Nam vī q̄ alterā iā deberat sniam: cū dicat vltra q̄ reuocata erat p̄ter manifestationem limitis ſm Lau. dic vltra, id est, de cætero.

minium diœcesis: scilicet de qua est cõtrouersia, sit possidentis ecclesiæ, cuius est ius retentionis.

a ¶ Ius retentionis.] Id est, quæ in possessione.

b ¶ Quòd si limes.] Potest esse sensus, i. si limes ipsius possidentis eam non concludit 1. & tamen ipse præscripsit, habeat ecclesiã. Vel aliter, si diœcesis non est limitata, & eam præscribit, habeat eam.

c ¶ Appellatio.] Id est, interpellatio.

d ¶ Præsentis.] Id est, petentis.

e ¶ Extra alienos.] .i. illius contra quẽ ius præscribitur. Ioan.

Dilectio tua.] CASVS. Inter quosdam episcopos erat contentio de limitibus episcopatuũ: delegat ergo Gelasius Iusto episcopo casũ sub hac forma, vt si aliqua certa diuisio de limitibus quondã inter eos processerit, intemerata seruetur. Si vero nihil fuerit terminatum, recipiat testes, & sacramẽtum partis, quæ de præscriptione confidit: & etiam alterius partis, si vult exceptionẽ suã probare. [Si qua pars confidit,] scilicet quæ agit.

f ¶ De spatijs.] Prædiorum, non limitũ. inf. q. 4. c. 2. Vel intellige de limitibus.

g ¶ Intemerata.] Sup. 6. q. 4. qđ bene. inf. q 2. Eleutherius.

h ¶ Sacramentum.] Scilicet testium, per quos probat præscriptionem. sic 31. q. 2. si verum.

i ¶ Offerre.] Alteri parti. Vel dic q illi parti quæ probauit præscriptionẽ, si non potest probare titulum, & bonam fidẽ, permittendum est ei iurare q bona fide possederit rem illã, & quòd iusto titulo habuerit eam, non tamẽ dico q cogitur probare titulum, sed si probat cursum tẽporis, & allegat titulum, præsumo rõne tpis ipsum hẽre titulum, vt 12. dist illa. ff. de vsur. cum de in rẽ verso. Nec obstat, quod dicitur extra de præscrip. si diligenti & extra de proba. licet vbi videtur dici, quòd debeat constare de titulo. Intelligo. n. tunc q̃ est præsumptio contra eum, vt ibi fuit, & sic intelligo quod est extra de deci. dudũ, sed fatuus est, qui allegat titulum quẽ probare non potest. sed dicat, præscripsi 2.

2 De not. 19 quia cõtinuus.

POTEST. Hæc est tertia pars quæstio. in qua dicitur quòd res vi possessa non præscribitur. Io. de Fan.

CASVS. Secundo modo exponit illud c. licet. vt non intelligatur de limitibus: sed de rebus inuasis, quæ nullo titulo

1 Vt quia est in epatu alterius longè tñ à limite s.n H.

men basilicam veris signis limes præfixus monstrauerit) ecclesiæ, cuius est ius † retentionis a, sit æternum dominium. Quòd si limes b legitimus eandem basilicam non concludit †, & tam longi temporis probatur obiecta præscriptio; appellatio c præsentis † d episcopi non valebit: quia illi tricennalis obiectio silẽtium imponit. Hoc enim & sæcularium principum edicta præcipiunt, & præsulum Romanorum decreuit auctoritas. Sin vero intra metas tricennalis temporis extra alienos e terminos basilicæ iniusta retentio reperitur, repetentis episcopi iuri sine mora restituetur.

† al. iusta retẽtio
† al. concluſit
† al. repetenti.

¶ *Caput hoc extat in concilio Hispalensi 2. c. 2. & ex eo Burchardus citat.*

α ¶ Cellanensem.] *In concilio impresso, ac manuscripto legitur Celticensem: & Plinius lib. 3. cap. 1. inter oppida conuentus Hispalensis numerat Celticam.*

β ¶ Ita vt diœcesis.] *In conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, ita vt si in diœcesi possidentis suam basilicam vetustis signis limes præuisus (al peruisus) monstrauerit, ecclesiæ, &c. *itemque in codice Lucensi regio, nisi quod loco dictionis*, præuisus, *habetur*, præfixus.

Item Gelasius Papa Iusto episcopo.

¶ Spatia, quæ definita fuerint, tempore præscribi non possunt. C. VII.

Dilectio tua studeat, quæsita omnium fideliter rerum veritate, vt si de spatijs f de quibus memoratur orta contentio, definitio dudum certa processerit, intemerata g seruetur: aliohui si nihil vnquam constiterit terminatum, tunc de præscriptione temporũ, si qua pars confidit, præbeat sacramentum h: vt tamen, de ijs, quæ hactenus possedisse probatur †, iusiurandum sinatur offerre i.

Iuo p. 3. c. 135. & p. 6 c. 105. Pann. l. 2. c. 63.

† al. phibetur

3 *Potest etiam aliter distingui. Quæ quisque sua auctoritate vsurpat; quia nullo titulo possidere incipit, præscribere non potest: & in hoc casu intelligenda est illa auctoritas Gelasij: [Temporalis obiectio, quæ per incuriam fortè generatur, non potest diuellere diœcesim semel constitutam.] Intelligendum est, si nullo titulo, sed sola vsurpatione eam possidere cœpit. Si vero iudicis auctoritate, & priuilegiorum longa consuetudine possidere cœperit; tunc temporalis obiectio actori silentium imponit.*

Vnde Gelasius Papa ait.

In Syno. 8. sub Hadriano 11. c. 18.

¶ Debent priuilegia triginta annis possessa immobiliter obseruari. C. VIII.

Placuit huic sanctæ, magnæque synodo, vt res, & priuilegia a, quæ Dei ecclesijs ex longa consuetudine b pertinent, & siue à diuæ recordationis Imperatoribus c, siue ab alijs Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos triginta d possessa sunt; nequaquam à potestate præsulum eorum † quæcumque persona sæcularis per potestatem subtrahat, aut per argumẽta quælibet auferat: sed sint omnia in potestate, ac iussu † præsulis ecclesiæ; quæcumq; intra triginta annorum spatium ab ecclesijs possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo sæcularium x contra præsentem definitionem egerit; tanquam sacrilegus iudicetur: & donec se correxerit, & ecclesiæ propria priuilegia, seu res restituerit; anathema sit.

Poly l. 3 tit. 12. Ans. l. 4. c. 20.

† abest ab orig.
† al. vsu

¶ *Quod hic tribuitur Gelasio, habetur in synodo octaua habita ab Hadriano II. c. 18. & ex ea citatur apud Anselmum, & Polycarpum. Sed manuscripti codices Gratiani concordant cum vulgatis.*

x ¶ Sæcularium.] *In vulgatis legebatur*, Quisquis ergo clericorum, vel sæcularium. *Sed absunt illæ duæ voces*, clericorum, vel *ab aliquot vetustis, & ab ipso concilio manuscripto. In concilio impresso legitur.* Qui contra fecerit, vt sacrilegus iudicetur, & donec talia priuilegia, &c.

Idem episcopis Dardaniæ inter cætera e *inquit.*

¶ Repeti non possunt, quæ triginta annis quiete possidentur. C. IX.

Anſl 4. c. 27. Deusdedit p. 1.

Post quingentos annos constituta Christi f quosdam audio velle subuertere: cum triginta annorum lex g hominum non possit abrumpi.

¶ *Caput hoc non legitur in epistola Gelasij, quæ extat, ad episcopos per Dardaniam. Nicolaus primas in epistola ad episcopos Galliæ, cuius initium est.* Quamuis singularum *nuper, vt dictum est, impressa in appendice bibliothecæ, citat ex epistola Gelasij ad orientales. Deusdedit Cardinalis, & Anselmus absolute Gelasium citant.*

4 *Item si de rebus ecclesiæ controuersia mota est, & definitio subsecuta; etsi iniusta sit, tamen quia non sua, sed definientis auctoritate h possidere cœpit, tricennalis i præscriptio petitori silentium imponit: ita tamen, vt supputatio præscriptionis non à tempore definitionis, sed à decessu † definientis exordium sumat.*

Vnde in Toletano concilio 9. c. 8 statutum est.

ecclesiam ex longa consuetudine pertinebant, vel quæ donata fuerant ecclesiæ ab Imperatoribus, vel ælijs, & ab ecclesia per triginta annos possessa. & ideo præcipit Gelasius, vt omnia sint in potestate episcoporum, nec ab eius subtrahantur potestate: & quicumque laicus, vel

Sed nonne contrarium est. C. de quadr. præscrip. l. bene à Zenone? nam ibi dicitur, q si imperator rem priuati conferat alij, tutus est donatarius. & hic dicitur necessariam esse præscriptionem. Sed dic maxime: vel dic, & pro vel. C. de verb. sign. l. pen. Vel dic q sicut ecclesia noluit hoc recipere cõtra se, vt 12. q. 2. quicumque militum. ita nec pro se 1. Vel ibi loquitur cum dedit Imperator rem alienam tanquam alienam, hic tanquã suã. Vel hoc quod dicit de triginta annis, refertur ad proximum, scilicet ad alios, & non ad Imperatorẽ, vt ex. de sen. & re iu. cum inter. in fi.

1 Vide sup. q. 2. c. quũq.

e ¶ Inter cætera.] verba sunt Gratiani.

f Post quingentos.] ¶ Constituta Christi.] Idest, ecclesiæ alicuius.

g ¶ Lex.] Idest, præscriptio à lege introducta. lex enim processu temporis non potest confirmari: quia si est iusta, statim valet & cõfirmatur 2. si est iniusta nũquam valet, sup. d. 4. erit autem lex. videtur tamen quod contra legem potest præscribi spatio xx. annorum, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis.

2 Sed cõtra 3. di. in illis. §. sequen.

ITEM SI DE REBVS. Hæc est quarta pars qõ. in qua dicitur, q tempore prælati male alienantis non currit præscriptio, sed post ei⁹ mortẽ incipit currere: & hoc probat per c. sequens. Io. de Fant.

CASVS. Obtẽdit Gra. in hoc §. q si super rebus ecclesiæ mota fit controuersia, & iniusta fit diffinitio subsecuta: ille qui cœperit possidere auctoritate definientis, poterit præscribere xxx. annis. sed hæc præscriptio non incipit, nisi a decessu male definientis. Et nota q definitio tripliciter põt hic sumi vel pro alienatione, vel transactione, vel definitiua sententia, vnde iuxta hãc triplicem significationem, tripliciter potest poni casus sequentis cap.

h ¶ Auctoritate.] Nam iuste possidet qui auctore prætore possidet. 14. q. 5. dixit. extra qui filij sint legi. cum inter. ff de acquir. poss. arg. contra, de pœn. dist. 2. si quis semel.

i ¶ Tricennalis.] Immo præscriptio decem dierum tũc sufficeret: nam plus facit sententia, licet iniusta, quam aliquod priuilegium, vt extra de sent. & re iud. cum inter. in fi. Io. Sed non loquitur de tali sententia, sed de cõcordia, quæ definitio vocatur. B.

† Adde, q ã ponitur hic pro. ex. simile in l. 1. §. aleo. ff. de aerum do.

Ecclesia quã ro tpe põt rẽ priuati præscribere.

Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI sacerdotes.] CASVS. Quidam prælati iniuste alienauerunt possessiones ecclesiarum in vita prælatorum: receptores retinuerunt possessiones illarum per triginta annos: quæritum fuit in concilio Toletano virum detentores tuti sint præscriptione illa? Et respondetur & non: quia præscriptio non currit in vita prælati male alienantis, sed post mortem: quia contractus non sumpsit initium ab origine æquitatis.

a ¶ Si sacerdotes.] Casus triplici-ter ponit.

Triplex casus solet hic poni. Prius sic: ecce episcopus alienauit res ecclesiæ in casu illicito: dicitur hic, q̃ viuente episcopo, nulla præscriptio currit contra ecclesiam in rebus illis: sed eo mortuo incipit currere. & secundum hoc expone definitum, & idem sua definitione & auctoritate alienasse. ar. 20. q. 2. episcopus q̃ mancipia. & dic scribendo decreuerunt, id est, decreto scripturæ interposito alienauerunt. Vel, ſm aliũ casum, expone, scripto decreuerunt, id est, scripto transegerunt, & in fraudem: cum enim non poterat dare ne potibus suis, fingebat se hæredem cũ eis de illo, & transigebãt cũ eis. Tertius casus est, episcopus tulit definitiuam sententiam cõtra aliquã ecclesiam super aliqua possessione ecclesiæ, & cõtra ius scriptum dicitur hic, q̃ ipso viuente non currit contra eam præscriptio. Sed cum ista sententia lata fuerit contra leges scriptas, vt hic innuit, & ita nulla actio, vel exceptio ex ea competit, vt arg. 2. q. 6. § diffinitiua. ver. tem si sententia qualiter etiam iste poterit præscribere post mortem? Dico q̃ iste non, sed eius successor: & sic intelligitur extra de iure patr. cura pastoralis. Vel dic, q̃ iste bona fide possedit: quia ignorauit illam sententiam non tenere: & sic sententia, quæ nulla est, dat alicui causam præscribendi, sicut titulus, qui non valet, dat causam præscribendi, vt ext. de emp. peruenit, ff. pro empto. q̃ vulgo. & ff. pro leg. l. 3. & 4. nec cõtradicit ext. de ijs quæ fi. à prælato. c. 2. quia ibi sciente capitulo, alienatio fuit facta possessionum: vnde ibi possessor statim tutus est, sed hic capitulo contradicente, vel forte iste non erat malæ fidei possessor, quia ignorabat sententiam iniquam: videtur tamen q̃ de illicite alienatis non possit currere præscriptio. C. de bo. mater. l. 1. & in hoc est deterioris conditionis ecclesia, quam minor, siue filius familias: quia non potius contra eum præscribitur, quam suæ potestatis esse incipiat, vt C. de bonis quæ lib. quæcunq.

Casus triplici-ter ponit.

b ¶ Non ex die.] si. extra de transa. de cætero. extra de censi. præterea. ii. 2. q. 2. si quos. ii. ff. de diuer. temp. præscri. cum hæres. in si.

c ¶ Moriendo.] ideo, quia licet quilibet possit male alienata reuocare, vt 12. q. 2. non liceat. non tamen ita de facili admitteretur, cum episcopus semper cõtradiceret, non habet iustum initium. hoc ideo dico, quia præscripio non est contractus.

d ¶ Supputationis.] Idest, reputationis.

e ¶ Substabit.] Idest, incipiet numerari.

f ¶ Contractuum.] i. contractus, quem fecit episcopus, non

g ¶ Ab origine.] Arg initium spectandum, vt 61. d. miramur. 1. q. 1. principatus. extra de elec. duduum. ff. pro emp. qui fundum. & ff. de diuer. & temp. præscrip. cum hæres. in fine.

¶ Vita irrite disponentis non poterit pertinere ad tricennium temporis. C. X.

SI sacerdotes† [a], vel ministri, dum gubernacula ecclesiarum administrare videntur, cõtra patrum sanctissimas sãctiones de rebus ecclesiæ definisse aliqua dignoscuntur; non ex die [b], quo talia scribendo decreuerunt, sed ex quo talia moriendo [c] definita reliquerunt, supputationis [d] ordo substabit [e]. Nunquam enim « poterit ad tricennium† temporis pertinere vita irrite hoc iudicantrs: quia status contractuum [f] initia non sumpsit ab origine [g] æquitatis.

sacerdos, vel minister] ori. & sic consequenter.

† *al. triennii.]* orig.

« ¶ Nunquam enim.] *Sic in vetustis etiam codicibus Gratiani, & in codice conciliorum Lucensi regio. In duobus Vaticanis est quidam dictio*, tricennium, *sed in cæteris verbis aliqua varietas. In concilijs vero impressis legitur*. Nunquam enim ad triennium temporis pertinebit potestas irritum (al. irrite) hoc iudicantis. *& ab aliquibus editionibus abest vox*, potestas.

§ Item ea, quæ beneficijs possidentur, siue quæ metu hostilitatis interueniente diutius possessa fuerint, præscribi nõ possunt.

Vnde in Agathensi concilio, c. 59. definitum est. Et in Epaunensi, c. 18.

¶ Quæ in beneficijs possidentur, præscribi non possunt. C. XI.

CLerici quilibet quantacunque diuturnitate temporis de ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, in ius Iuo p. 3. c. 168.

1 Patet exẽplum ext. de re iu. cum cã & hic intellectus ex eo perpenditur: quia dicit cõtra patrũ sãctiones, secũdum H.

præscriptio habet locũ in multis ebus.

Præscribere non possunt aliquę personę.

1 Ad idẽ qđ leg. & not. 12. q. 2. sepe fit. ibi videat.

a ¶ In ius proprium.] Hic patet, & in seq. c. q̃ coloni & precario possidentes nullo tempore præscribunt 1, vt 10. q. 3. quia cognouimus, ext. de postu. bonæ 2. Ita nec aliquis, qui alieno nomine possidet, vt ext. de præscrip. si diligenti. Item nec vsurructuarius, vt instit. per quas per-

† *al. vocentur*

proprium [a] præscriptione temporis non reuocentur † b; dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse: ne uideãtur« etiam episcopi tempore administrationis polixæ aut precarias, cum ordinati sint, facere non debuisse [c], aut diu retentas facultates in ius suæ proprietatis posse transcribere.

« Ne uideantur.] *In concilio impresso, & apud Iuonem legitur*, ne uideantur episcopi administrationes prolixas, aut precatorias, cum ordinati sunt facere debuisse †. *In Epaunensi autẽ locus manifesto corruptus est.*

† *al. nõ debuisse*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 25.

¶ Quę humanitatis intuitu aliquibus præstantur, præscribi non possunt. C. XII.

Anſ l. 5. c. 87.

SI episcopus humanitatis intuitu mancipiola, uineolas uel terrulas clericis, aut monachis, uel quibuslibet ß p̃ stiterit excolendas [d], uel pro tempore tenendas; etiam si longa tranſisse annorum spatia comprobentur, nullum ecclesia prejudiciũ patiatur: nec sæcularis legis præscriptio, quæ ecclesiæ aliquid impediat, opponatur.

ß Vel quibuslibet.] *Hæ voces sunt etiam apud Anſelmum, sed absunt à concilio impresso, & manuscripto.*

Item ex concilio Hispalẽsi 2. cui interfuit Isidorus, c. 1.

¶ Temporalis præscriptio non objicitur, ubi hostilitatis metus interuenerit. C. XIII.

6 PRima actione [e] Theodulphi Malacitanæ ecclesiæ antistitis ad nos oblata precatio est; asserentis antiquã eiusdem urbis parochiam militaris quondam † hostilitatis discrimine fuisse decisam, & ex parte aliqua ab ecclesijs Astignitanę, Eliberitanæ, atque Aegabrensis urbium esse retentam. Pro qua re placuit, ut omnis parochia, quã antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam quisque comprobaret; eius priuilegio restitueretur. Sicut enim p̃ legem mundialem ijs, quos barbarica feritas † captiua necessitate transuexit, postliminio [f]

† *al. quodam*

† *al. seueritas.*

perſo. no. acqui. §. fructuarius. Item nec creditor. ff. de vlucap. non solum. §. qui pignori. & hoc ideo, quia omnes isti alieno nomine possident, vnde illi tantum dicuntur possidere, quorum nomine possidetur, ut extra de restit. spo. cum uenissent. Si ergo vlq; ad centũ annos posses probare initium possessionis, id est, q̃ tuo nomine possessum est, non obstat tibi aliqua præscriptio, ut hic patet, & C. de pig. act. nec creditores. & C. de præsc. xxx. an. male. & hoc verum est, nisi uelis dicere, q̃ per longam obliuionem aliquis perdet possessionem, per id quod est ff. de vsuc. furtũ. vel si tantũ tempus effluxit, q̃ ignorat dominus vbi sit possessio illa sita, ut ff. de acquir. pos. si id quod. in princ. Vel illa persona, quę possedit nomine alieno, alij postea tradat possessionem, vt ff. de acquir. poss. possideri. §. quod si seruus. aliter nunquam præscribunt tales, nisi forte domino repetenti non reddiderint possessionem: tunc possunt res tales

d ¶ Excolendas.] Supra ead. q. 1. possessiones.

PRima.] Hæc est 6. pars quæst. in qua probatur, q̃ tẽpore hostilitatis non currit præscriptio. & hoc probat per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Theodulphus Malacitanę ecclesię episcopus de suo episcopatu per Sarracenos est expulsus vel captiuatus: cuius episcopatu parochiam Astigitauus, & Eliberitanus, & Egabrensis episcopi inter se diuiserunt, cum vero redisset hostilitate repulsa, iura sua sibi reddere cõtradicebant statuit ergo conc. Hispalen. vt omnia sibi reddantur iure postliminij. sicut per legem ciuilem restituuntur vniuersa de captiuitate reuersis. Nam nõ est objicienda præscriptio, vbi necessitas interfuit hostilitatis.

e ¶ Prima actione.] Id est, in tractatu primi diei ipsius concilij sup. dist. 1. ius gentium. & 34. q. 1. c. 1.

f ¶ Postliminio.] Postliminium est ius amissę rei recuperandę ab extraneo, & in statum pristinum restaurãdę. ff. de cap.

Postliminij diffinitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſt.de cap.& poſtli.reuer. ſundum leges poſtliminio reuertentibus reſciſſoria intra quadriennum inſti. de ac.§. ruſſus. C. de integ. reſti.l.vl.ſi tamen non potuerit agere in hoc quadriēnio per aliquod dies, reſtituitur ad eos.ff.ex quib.cau.ma. ſed & ſi per prætorē.. §.ſi ſeriē ſecundū canones, cum non currat in hoc caſu præſcriptio:nondabitur reciſſoria. Hic eſt ergo vnus caſus. ſ. hoſtilitas, in quo non currit præſcriptio. Alius dū viuit iniquus alienator. ſu.ea ſi ſacerdotes. Tertius cū vacat eccleſia.ex.de præſcrip. de quarta. Vel cum qua ſi vacat eccleſia,prælato.ſ.lapſo in hæreſim. ext. de præſcrip. c 1.Ali⁹ eſt in pupillari ætate. C.quib. ex cau.in integ. reſ.non eſt ne l. vlt. Alius eſt cum quis eſt in poteſtate patris, vt C.de bo. q̄ lib.quicumque. Ali⁹ eſt cum mulier eſt i matrimonio quoad dotem.C.de iure do. in rebus. quia non præſcribitur contra mulierem in dote repetenda niſi ſoluto matrimonio, ut ibi dicitur.Septimus,cū quid debetur ad diē, vel ſub conditione: tunc enim non currit præſcriptio, niſi a tempore diei, vel extātis conditionis. C.de præſcr.xxx.an. cum notiſſimi, §. illud. Item & tempore excommunicationis non currit præſcriptio. extr.de conſ.præb & cap.non ſua.quia diuerſitatem.

Præſcriptio non currit in aliquibus caſibus.

Et in Mileuit.c. 24.& in Carth. Græco ρκϐ.

Burc l.1.c.68. Iuo p.8 c.176.

reuertentibus [a] redditur antiqua poſſeſſio; non aliter & eccleſia receptura [b] eſt parochiam, quam ante tenuit cum rebus ſuis ſiue ab alijs eccleſijs poſſideatur, ſiue in cuiuslibet poſſeſſionem transfuſa ſit. Non enim erit obijcienda præſcriptio temporis, ubi neceſitas [c] intereſt hoſtilitatis.

Item Ioannes Papa VIII. Paulo epiſcopo fungenti legatione in Germania, & Pannonia.

¶Temporis non currit præſcriptio, ubi furor hoſtilitatis incumbit. C. XIIII.

Poly.l.1.ti.11. Deusdedit p.1. Anſ.l.2.c.73.

PORro,ſi de annorum numero forte quis cauſatur,ſciat quia inter Chriſtianos, & eos,qui unius fidei ſunt;numerus certus affixus eſt. Cæterum vbi paganorum, & incredulorum furor in cauſa [d] eſt; quantalibet prætereant tempora, iuri non præiudicant eccleſiarum: quæ corporalia neſcientes arma [e] ſolum Dominum,& propugnatorem ſuum quando ei placuerit miſereri, patienter expectant. Verum ſi annorum prolixitas in talibus impediat; Deus ipſe reprehendendus eſt, qui poſt quadringētos,& triginta annos filios Iſrael de duriſſima ſeruitute [f] Pharaonis, & fornace ferrea liberauit: ſed ipſe per ſe noſter redēptor fuit, qui humanum genus poſt tot annorum millia de inferni clauſtris eripuit.

Deut.4.

7 *Tollūtur etiam præſcriptione illę dięceſes,quas proprijs epiſcopis negligentibus alii ab hęreſi ad fidei integritatem reuocauerunt.*

Vnde in Africano concilio,c.88.legitur.

¶Si qui epiſcopi dioeceſes ſuas lucrari Deo negligunt, poſt triennium eis conſtabunt epiſcopis quorum ſtudio fidei ſunt reconciliatæ. C. XV.

Burc l.1.c.68. Iuo p.8 c.176.

PLacuit, ut quicumque epiſcopi negligunt [a] loca ad ſuam cathedram pertinētia in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur [b] a diligentibus vicinis epiſcopis, vt id agere non morentur. Quod ſi intra ſex menſes [c] à die conuentionis non effecerint;qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant [d]: ita ſane *, vt ſi ille, ad quem pertinuiſſe videbantur,probare potuerit [e], magis illius electam negligentiam, ab hæreticis, vt impune ibi ſint, & ſuam diligentiam [f] fuiſſe præuentam, vt eo modo eius cura ſolicitior† vitaretur†,cum hoc iudices epiſcopi cognouerint,ſuæ cathedræ loca reſtituantur†.

† *al.ſolertior*
† *al.vetaretur*
† *al.reſtituāt.*

a ¶ Reuertentibus.] Sup.3.q.1.redintegranda, ſup.7.q.1.paſtoralis,C.de poſtli.re.l.ab hoſtibus.

b ¶ Receptura.] Nam ius redit vt pridem, cum reddatur ſtatus idem,vt extra de elect. quia diligentia, ſi ſi ſer.vend. & ſi forte,1.reſpon.ff.de ſeru. ruſt prædio.l.& Attilicinus.

c ¶ Neceſſitas.] Arg. q̄ non præiudicat patrono inuenti tura tempore hoſtilitatis facta,34.q.1.cum per bellicā, ſup.7.q.1.pontifices.

PORro.] CASVS. In Germania & Pannonia hoſtilitate Sarracenorum interueniente,per centum,uel forte per plures annos,alliqui poſſeſſiones eccleſiarū,detinuerunt: quas cum prælati reddita tranquillitate repeterent,tutos ſe præſcriptione dicebāt:mittit ergo Ioānes Papa Paulinum,qui legatus erat in patrib. illis, vt de cauſis illis cognoſcat,inſtruēs eum, quòd inter Chriſtianos, certus annorum numerus eſt præfixus ad præſcribendum,ſi vero furor interuenit paganorum, nulla tempora currunt. vnde omnia præfatis eccleſijs ſunt reſtituenda:& hoc probat duobus exemplis domini, q̄ poſt ccc.& xxx.an. Iudæos de ſeruitute Pharaonis liberauit & genus humanum, de inferni clauſtris poſt annorum millia redemit.

d ¶ In cauſa.] Secus ſi manſueti ſunt Iudæi vel Sarracenicales bene præſcriberent,arg 23.q.vlt.diſpar. Quidā tamen dicunt eſſe eccleſiæ priuilegium, q̄ etiam domini non poſſunt præſcribere:cum nec in lege eccleſiaſtica regantur, licet poſſint rem priuati præſcribere dūmodo legibus Romanis regantur.

e ¶ Arma.] Ar.clericos non debere mouere arma corporalia,etiam contra hoſtes,argu 23.q.8.quicumque. nam lachrymę & orationes ſunt arma clericorum, vt 23.q.8.conuenior.

f ¶ Seruitute.] Ar.contra libertatem non præſcribi.inſ. ead §.poteſt.

TOLLVNTVR. Hæc eſt 7.pars q.in qua probatur, q̄ ſi aliquis negligit loca ſua,& alius epiſcopus ea liberat ad hæretica fœditate,poſt triennium præſcribit: & hoc probat c.ſeq.Io.de Fan.

CASVS.Ponit adhuc Gra.alium caſum,in quo res eccleſiæ præſcriptione tolluntur. ſ. cum aliquis epiſcopus negligit populum ſuum ab hęreſi reuocare, & alius epiſcopus eum reuocat, præſcriptione contra alium tutus erit.

PLacuit.] CASVS. Quidam epiſcopi intra ſuas dięceſes parochias hæreticorum conuertere negligebāt,

vnde quæſitum fuit in cōcilio Africano quid eſſet de hoc faciendum. & reſponſum fuit vt à vicinis epiſcopis eum moneantur:& ſi intra ſex menſes à die cōuentionis non effecerint, pertineant ad ipſum q̄ eas lucrari poterit: ita tamen vt ſi epiſcopus, in cuius erant dięceſi,

Ad idem extra de do. ap.2.vbi de oc.& extra e præſcri.c. in gl. vlt.

nem? Poteſt dici quòd ſic. niſi fuerint negligentes clerici & epiſcopus.argumen.ff.de mino. verum. §. item quæritur. vel ſi vult, ipſum negligētē conueniat. 12.q.2.mouemus. & conſequitur ab eo indemnitatem. C. de arbi.tu. quidquid alienauit enim qui vſucapere permiſit.ff.de ver. ſigni. alienationis.

e ¶ Potuerit.] Intra 30.annos à ſentētia.

f ¶ Diligentiā.] ſ.domini.ſi.ad ſe.cō.Tertu. l.2. §.ſi mater. & extra de appell.oblatę.

POTEST ETIAM ALITER.CASVS.Iſte §. diuidit in tres partes. In prima parte exponit G. tertio modo illud c.licet in regulis: dicēs ipſum poſſe intelligi de p̄ſcriptione longi temporis: ſcilicet decem vel viginti annorū, quæ eccleſijs obijci nō poteſt.poſtea ponit diſtinctionem de præſcriptione,dicēs: q̄ præſcriptio decennij vel vicennij introducta eſt odio parentis, & fauore poſſidentis.vnde ſi quis rem præſentis bona fide & iuſto titulo per decennium, abſentis vero per vicēnium tenuerit, tutus eſt aduerſus omnes.ſi in aliquo caſu rem amiſerit, poteſt eam ab omnib. vendicare. Idem erit ſi per xxx. annos rē alterius ſine titulo,bona tamen fide poſſe

Poteſt etiā aliter intelligi præſcriptio illa lōgi tēporis,qua

dięceſi, probare potuerit ſuam diligentiam fuiſſe prę uentam, & alterius negligentiā electā, vt apud alium impuni remanerent: ſuæ cathedræ loca reſtituantur.

a ¶ Negligunt.] Arg.q̄ delictum perſonæ, quod eſt in ommittendo, redundat in damnum eccleſiæ. Illud autem quod conſiſtit in faciendo, non nocet eccleſię, vt inſ.q.6.ſi epiſcopum 1.arg.cont.ſup.ea.licet ſup.diſt. 35. eccleſiæ. Sed ibi nocet delictum quod cōſiſtit in omittendo.Argu. contra. C. de acquir. poſſ l.vlt. ibi n. non nocet delictum etiam quod conſiſtit in faciendo.

b ¶ Conueniantur.] Auctoritate huius canonis.ſi.65. diſt. cap.vlt.

c ¶ Sex méſes.] Deputatos ad admonitionē faciēdā 2. ca & extra de præſcrip. ca.1.vnde illud trienuium eſt hic intelligendum, ſicut ibi intelligēdi ſunt iſti ſex mēſes, qui dantur ad admonitionē faciēdam dicit tñ H. q̄ perueniant ſtatim. tamen vſque ad triennium poteſt epiſcopus ſuus locum illum repetere, vt extra de præſcri.c.1. & eſt hic ſpeciale fauore fidei, vt per triennium cont.eccleſiam p̄ſcribatur ius epiſcopale.& etiā limes & excuſatur præſcribens hic auctoritate canonis,licet habeat conſcientiam rei alienæ. argumen.ff. de noxa & generaliter. & ſi rem pro derelicto habitam mihi vendas: licet ſciam eam in bonis tuis non fuiſſe: ipſam vſucapio,ff. pro derelic.l. vltima. argum. ff. de fundo dot. ſeg. prima. Sed nunquid eccleſia læſa in hoc caſu poteſt petere in integrum reſtitutio-

d ¶ Pertineant.] Expleto triennio, vt hic in hac rubrica & extra de præſcrip. ca.1.vnde illud trienuium eſt hic intelligendum, ſicut ibi intelligēdi ſunt iſti ſex mēſes, qui dantur ad admonitionē faciēdam dicit tñ H. q̄ perueniant ſtatim. tamen vſque ad triennium poteſt epiſcopus ſuus locum illum repetere, vt extra de præſcri.c.1. & eſt hic ſpeciale fauore fidei, vt per triennium cont.eccleſiam p̄ſcribatur ius epiſcopale.& etiā limes & excuſatur præſcribens hic auctoritate canonis,licet habeat conſcientiam rei alienæ. argumen.ff. de noxa & generaliter. & ſi rem pro derelicto habitam mihi vendas: licet ſciam eam in bonis tuis non fuiſſe: ipſam vſucapio,ff. pro derelic.l. vltima. argum. ff. de fundo dot. ſeg. prima. Sed nunquid eccleſia læſa in hoc caſu poteſt petere in integrum reſtitutio-

Universidad de Deusto Biblioteca

quas actiones. & in nouellis, auth.neq; vicẽnij.Sed si laicus decimas, vel primitias, siue cũ titulo, siue sine titulo possederit: nũquam præscriptione tutus erit.qđ enim ab initio de iure non habet effectum, tractu temporis non conualescit. & hoc probatur ad instar liberi hominis, qui si pro seruo detinetur, etiam xl.annis, sibi nõ obest: nã primitiæ & decimationes pręscribi non possunt, sicut nec ciuiles sanctiones, quarũ instar obtinẽt: sic vt ecclesia obtineat ad instar Reipublicæ. Secũda pars icipit ibi, [Hęc de pręscriptionib.] Tertiapars ibi, [Hęc de præscriptionibus inter priuatos. [Libellum.] conuentionalem. [Quod dicitur,] in canonib. antiqs: q̃a sec⁹ hodie.

a ¶ Decenniũ.] C.de pscr. decẽ vel viginti annorum. l.vl.Io.

b ¶ Nõ potest.] Post hoc statim lege illũ §. sed sola. cũ ca.seq. nemo. ad hoc postea reuersurus dr .n. ꝙ dñs Iacobus interposuit istas leges qđ ẽt conuincitur ex eo, ꝙ illæ concordantiæ bis ponuntur.

PRAESCRIPTIONUM. Hæc est octaua pars quæst. i qua ponit mentes legum de præscriptionibus: quas tamen ecclesia non recipit cõtra se. Io.de Fant.

& ẽ potest vendicare: quia secundum eum dominium acquiritur præscriptione. vnde illud aduerbium, vtiliter, non est de textu, vel si est de textu, expone, vtilitas id est, indubitanter, vel efficaciter.

h ¶ Initio.] Hoc non tenet secundũ canones: q̃a oporter ex omni parte pręscriptionis habere bonam fidem vt extra de præscr. quoniam.

Gelasius negat statum parochiarũ posse mutari. Longum enim tempus, sicut ex legibus habetur, decennium[a]*, vel vicennium intelligitur. Huius ergo longi temporis præscriptio auctoritate Gelasij, & sæcularium legũ ecclesijs obiici non potest*[b].

8 *Præscriptionum aliæ sunt introductæ odio petentis, & fauore possidentis: aliæ tantum odio petentis. Qui .n. bona fide, & iusto titulo rem præsentis*[c] *per decennium*[d]*, absentis vero per vicennium tenuerit; perpetua*[e] *exceptione tutus erit non solum aduersus alios, sed etiam aduersus creditores*[f]*, quibus res ipsa obligata fuerat, etiã aduersus verum dominum. Si vero aliquo casu à possessione ceciderit; etiam aduersus verum dominum utiliter*[g] *rem vendicare poterit. Si autem nullo titulo, bona tamen fide per tricẽnium rem alicuius possederit; simili gaudebit præsidio. Bona vero fides non ad tractũ medii temptoris, sed ad initiũ possessionis refertur. Sufficit enim in initio*[h] *cuique bona fide posidere cœpisse, etiam si medio tempore scientiam † rei alienæ habuerit.* († al. conscientiã) *¶ Hæ præscriptiones introductæ sunt fauore posidentis, & odio petentis: quia lex fauet his, qui bona fide, & iusto titulo, vel bona fide tãtũ posident: odit autem, & punit circa rem suam negligentes*[i]*, & desides. ¶ Quòd si mala fide rem alienã quis posidere cęperit, post triginta annos aduersus omnem petentem exceptione tutus erit. Si uero aliquo casu à possessione ceciderit; actionẽ nõ habebit: quia hæc præscriptio non fauore malę fidei possessoris, sed odio tantum rem suam prosequi negligentis introducta est. Si aũt res ad creditorẽ suum, uel ad dominum peruenerit: detẽtionis commodum*[k] *habebit: Si uero ad aliũ; creditor, uel* [x] *alius dominus aduersus eum experiri poterit: nec sibi proderit exceptio medii tẽporis posessoris: quia non ab eo habuit causam posidendi. Quòd si uiolẽter posessio ad eos puenerit; malæ fidei possessor indistinctæ possessionis*[l] *commodum recipiet. ¶ Hæc de præscriptionibus decennii, uel uicennii, uel tricennii intelligendæ sunt, si sine interruptione possessa probentur. Quod si per naturalem detentionem possessio interrupta*[m] *fuerit;*

Præsens & absens qui dicuntur.

c ¶ Præsentis.] Præsens dicitur, qui in eadem prouincia est. Absens, qui in alia. C.de præscript. decem vel viginti anno. l. vlt. tamen absens dicitur quandoque, qui in iure non apparet. ff. de dam. infect.l.4.§.abesse. præsens etiam dicitur quãdoque qui in hortis est.ff de de procura.præsens.

d ¶ Per decennium.] Fit etiã alio modo interruptio, vt ff. de vsuc. ei à quo ff.de dona. qui pro donato. & C.vbi in rem ac.l.vlt.& C.de præscri.xxx.ann.cum notissimi.

e ¶ Perpetua exceptione.] Hoc habes.C.de præsc.xxx. ann.si quis emptionis.

f ¶ Creditores.] Hoc si fuerit alius à debitore, aut eius hærede: vel de facto viuente debitore, debitor.n. vel eius hæredes non possunt se defendere contra creditorẽ, nisi lx.an. vt C.si aduer.credi.l.1. & C. de præscript.xxx.an.cum notissimi. Vsucapio autem nunquã currit contra creditores, quia causa dominij semota est à quæstione pignoris.C.de pigno.vsucapio.

Vsucapio non currit contra creditores.

g ¶ Vtiliter.] Arg. pro Io.& alijs, qui dicunt ꝙ per præscriptionem acquiritur dominium secundum M. dire

i] Negligentes.] Vigilantibus enim, non dormientibus subueniunt iura. vt.ff.ex qui cau. ma. l.non enim. ff.de ijs quæ in frau.cre.l.pupillus.

K ¶ Commodum.] Quia ab eo rem illam non poterit euocare, qui mala fide eam possedit.

K ¶ Commodum.] Non ꝙ volendo detentori vel malæ fidei possessori, res violenter auferenda nõ est: nisi incontinenti. arg.3.q.1.§.vlt. nec ei tunc dicitur interrumpi præscriptio.ff.de vi,& vi ar.qui possessionem.

l ¶ Possessionis.] Arg. aliqua ex quo coniunguntur valida esse quorum quodlibet per se separatim inualidum est. r.vt fama & testimoniũ vnius testis.arg.contra 23.dist.quorundam.

m ¶ Interrupta.] Fit aũt interruptio dupliciter naturaliter, & ciuiliter 1. Naturaliter fit occupatione aquæ, & alijs.

& alijs modis, vt ff.de acquiren.possess.qui vniuersas.§. 1.& 2. Item si longo tempore omittitur possessio. ff. de vsucap.furtum.Item per corporalem compulsionem: & hoc nocet, vel prodest omnibus. ff. de vsucap. naturaliter. Ciuiliter fit libelli oblatione, & hoc habet locum in anna non interponitur præscriptio: sed dormitat, vacante, scilicet ecclesia: & in pupillari ætate, & in alij casib. quos dixi: supra ead. prima actione.

a ¶ Triginta.] Ergo naturalis interruptio non valet tantum, quantum litis contestatio: quia litis contestatione perpetuatur actio vsque ad quadraginta ann. vt C.de præscri. triginta an.l. vlt. sed in naturali interruptione non, vt hic. Similiter dico ꝙ nec illa conuentio, quæ fit per executionẽ, perpetuatur ad quadraginta an. cum generaliter dicatur, quod omne ius & oĩs actio tollitur spatio triginta ann. nisi vbi speciale aliquid reperitur, vt C. de præscri. trigita ann. cum notissimi.

Actio perpetuatẽ litis cõtestatione.

DEcimas, quas [c] in vsum pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstrat, à laicis possideri Apostolica auctoritate prohibemus. Siue enim ab episcopis, vel regibus, uel quibuslibet personis eas acceperint, nisi ecclesiæ reddiderint, sciant se sacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. Opportet α autem congruentius, non decimas, & primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere: quas

Poly. l. 3. tit. 11. Ansl. 5. c. 55. Pann. l. 8. c. 145.

Deusdedit. li. 3.

sine auctoritate ẽpi conferre possunt loco religioso, vt dicebatur in extrauagan. de iure patrona. quamuis. & c. consolationibus. Postea ostendit quid iuris sit in ecclesijs ab eis fundatis, vtrum sibi possunt vendicare.

a ¶ Ecclesias.] Hęc est 7. qõ s. an abbas possit retinere ecclesiam, quam accepit de manu laici interueniente Postmodum consensu episcopi: Et dic ꝙ sic, vt inf. ead. nullus. & c. decimas. Et extendit eam magister etiam ad decimas, & omnes res ecclesiasticas, & in hunc modum eam tractat. Primo ostendit ꝙ laici ecclesias vel decimas nec etiam ẽporũ auctoritate habere, vel possidere possunt: ergo nec alicui eas conferre possunt. si tñ post consensus ẽpi interueniat, tenet donatio: inf. ead. §. sicut ergo. & c. decimas. ius autem patronatus etiam sine auctoritate ipsius conferre possunt loco religioso. extra de iure pat. illud. & c. consultionibus. Ostendit postea Gratianus 1. quid iuris in ecclesijs ab eis fundatis laici sibi valeant vendicare. Dic ergo quod qui ecclesiã cõsequitur à laico, ipso iure suspẽsus est. Arg. infra ead. decimas & c. constitutiones. & c. si quis deinceps. nisi auctoritate Papæ hẽat laicus inuestituras sicut Dux Apulię tũc p̃t dare cui vult p̃ter auctoritatẽ ẽpi. inf. e. nemini.

Laici ecclesias aut decimas hẽre non pñt.

i Scilicet infra ea. c. piæ mẽtis, cum c. seq.

b ¶ Laicorum.] su. 63. distin. Hadrianus 2. contra. sed illud c. abrogatum est, vt d. ea §. verum. Ioan.

DEcimas.] CASVS. Hoc capitu. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod laici decimas possidere non possunt; & si receptas à quibuscunque personis ecclesiæ cui competunt, non reddiderint, pœnam æternæ damnationis incurrent: & quod clerici tantum decimas & primitias habere debeant, probatur auctoritate prophetæ dicentis: Inferte &c. In secunda parte dicitur, quod decimæ debent esse in potestate episcopi, ita ut omnibus clericis fideliter distribuat: nec quid quã alicui personæ exhibeat: ne alij propter hoc scrupuloso corde moueantur, uel possint pati detrimentum. [In horreum,] .i. ecclesiam. Secunda pars incipit ibi, [Has uero.]

c ¶ Quas.] Videtur ergo ex hoc c. & extra de deci. cap. quamuis. & c. prohibemus. & extra de præscr. causam. quod laici peccant si decimas possideant. H dicit quod eps bene potest conferre laico decimas, sicut etiam posset pignori supponere uel uẽdere, ut extra de pigno. c. 1. sed ius spirituale non potest conferre. Alij uero dicunt, quod quocũq; modo accipiunt, peccant, per prædicta cap. & extra de deci. ad hęc. quia etiam fructibus uti prohibentur: ut 10. quęs. 1. hanc consuetudinẽ. Ego credo quod temporalia non potest habere laicus iure feudi; ut ad hęredes descendant, ut extra de deci. ad hęc quia ius spirituale quod residet apud ecclesiam, sine temporali consistere non potest, sicut corpus sine animo, ut 1. q. 3. si quis. Itẽ quia inutile esset illud ius ecclesiæ,

Laici ... sint ... cato ... mas p... pere.

siæ, vt dicit lex de vsufruct. vt inst. de vsufruct. §. 2. Nec ob. extra de ijs, quæ fiunt a pręla. cum Apostolica. quia ibi potius factum quàm ius tangitur. extra de appel. ad pœnitentiam.

a ¶ In horreum.] Arg. quod non solum dare, sed etiam ad domum deferre decimam debent, arg. sup. ea q. 1. reuertimini.

b ¶ Sub manu ẽpi.] Inf. q. nemini. contra, sed ibide iure patronatus agitur, quod laicus potest dare, & ab eo recipi, sup dist. 32. præter, sup. 10. q. 1. decretum est.

fideles Domino præcipiente offerunt, iuxta illud uaticiniũ Malachiæ prophetæ: [Inferte omnem decimationem in horreum [a] meum, ut sit cibus in domo mea.] ¶ Has uero decimas sub manu episcopi [b] fore censemns: vt ille, qui cęteris præest, omnibus iuste distribuat, nec cuiquam personæ honorabilius [c] exhibeat, vnde alij scrupuloso corde moueantur. sed sint omnia communia: quia in honestum uidetur, vt alij sacerdotes habeant, alij uero ditrimentum patiantur; sed sicut una est fides catholica, ita ncesse est, ut ille, qui prouisor est loci, quamuis multę sint ecclesię, omnibus [e] tamen fideliter distribuat.

Mal. 3.

¶ Est canon septimus concilij à Gregorio VII. Romę in Laterano habiti anno Domini 1078. quod habitur libro. 6. regesti eiusdem Gregorij. Eundem canonem repetiuit Innocentius II. in concilio à se Romę habito, c. 9. Vtrumque concilium extat in bibliotheca Vaticana.

α ¶ Oportet autem. .] Quę sequuntur vsque ad finem, in neutro concilio, neque in Polycarpo, aut Pannormia, neque apud Anselmum habentur.

[Vnde Vrbanus II.]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

In collect. 1. ca. de capel. mona.

COngregato apud Claramontẽsem urbem multorum episcoporum synodali conuentu, proposita nobis est à quibusdam eorum quæstio de ecclesijs, uel de ecclesiasticis possessionibus à clericis, uel monachis usque in præsentiarum, inconsultis episcopis, acquisitis. Nos autem usi saniori concilio eorundem episcoporum, condescẽdentes pro tempore, prouidentesque ecclesiasticæ paci, uel quia aliter absque ineuitabilis scandali periculo huiusmodi quæstio non poterat procedere? Apostolica auctoritate decreuimus, ut ea, quæ à clericis, uel monachis, uel à quibuscumque personis, prout potuerint, usque hodie fuerint acquisita, rata perenniter, & inconcussa permaneant: hoc tamen tenore, ne in posterum in consultis episcopis: talia pręsumant.

¶ Caput hoc in concilijs Vrbani non est inuentum. Habetur autem in prima collectione Decretalium Bernardi Papiensis, titu. de capellis monachorum ex eodem Vrbano citatum.

Vnde Gregorius VII.

¶ De eodem. C. III.

su. 1. q. 3. peruenit. Poly. li. 3. tit. 11.

PEruenit ad nos fama sinistra, quòd quidam episcoporum non sacerdotibus proprię diœcesis, decimas, atq; Cristianorum oblationes conferant; sed potius laicalibus personis, militum uidelicet, siue seruitorum, uel (quod grauius est) etiam consanguineis. Vnde si quis amodo episcopus inuentus fuerit huius diuini pręcepti transgressor; inter maximos hęreticos, & antichristos non minimus habeatur. Et sicut Nicęna synodus de simoniacis censuit, & qui dat episcopus, & qui recipiunt ab eo laici, siue pretio, siue beneficio, ęterni incendij ignibus deputentur.

c ¶ Honorabilius.] sup. ead. q. 1. ad hoc. Contra, sup. 73. dist. consuluit, sup. q 2. c. vlt. sup. 12. q. 2. Vulterranę, in illis omnib. dicitur, ꝙ secundum merita personarum potest res ecclesiasticas diuidere. Solut. hoc c. loquitur de illis clericis, quorum prębendæ non sunt distinctę. Vel dico, ꝙ loquitur de decimis & oblationibus, quę æqualiter sunt diuidendę. pares ergo erunt reditus omniũ, qui sunt in eadẽ ecclesia quo ad prebẽdam, vt extra de consti. cum oẽs, & c. cũ M. & ext. de præbẽ. relatum. sed secundũ Apostolum unus nõ debet esurire, & aliꝰ ebrius esse: & quorundam remissio alijs non debet esse tribulatio: ut 25. q. 1. § his ita. i ff. sicut iniquum est inter socios, quòd unus consequatur plus quam alter, ut ff. pro socio. uerum. §. si cũ tres. Vel dic quod non negãt hic quin secundũ merita personarum possit diuidere res: sed secundum carnalem effectum non debet eos diuidere. Ioannes.

Reditus eorum q sunt in eadem ecclesia, dẽnt esse pares.

d ¶ Multæ.] Quoad membra: quia ipsa ecclesia est una, ut 7. q. 1. Nouatianus. 24. q. 1. loquitur.

e ¶ Omnibus.] Arg. pro capellis ut cõcẽtur eis decimę, ut 70. dist. sanctorum, su. e. q. 1. c. decimas. sup. 12. q. 1. uidentes.

PEruẽit.] CASVS. Quidam ẽpi decimas & oblationes non dabant sacerdotib. sed potius militibus, uel seruitoribus, vel cõsãguineis: quod cũ significatũ fuisset Gregorioꝰ statuit, ut ẽps qui talia fecerit, inter maximos hęreticos, & antichristos compararetur: & episcopus dator

Universidad de Deusto
Biblioteca

tor & laicus receptor deputentur pœnis æternis.

QVicunque.]CASVS. Statuitur in hoc c. quòd si qs cognouerit se decimas non fideliter persoluisse, modo soluat ad plenum, scilicet de omnibus fructibus & fœtibus, & de negotio, & etiam de venatione sua.

a ¶ Quod minus fecit.] Sed pone qꝫ aliquis diu non soluit decimas; nec modo posset soluere nisi vēderet omnia quę habet: nunquid tenetur ea vendere? Sic, sed ecclesia debet ei dimittere vnde viuat: cū hoc idem esset ei datura. res em ecclesiæ omnib. sunt communicandę. ar. sup. ea q. 1. quoniam quidquid. nec enim ita auare sūt omnia extorquenda: quia habenda est eius ratio, ne egeat, arg. ff. de re iud. inter. §. vl. Item patet hic qꝫ sicut laicus non potest præscribere in decimis, sic nec in quantitate decimarum: licet sit ar. contra, extra de deci. in aliquibus. vbi dicit qꝫ decimæ, quædam ex longa consuetudine debētur: sed istud potest intelligi secūdum decr. ext. eod. ad Apostolicæ. Vel loquitur de decimis personalib. quæ reddi bene debent ecclesiæ in qua recipit sacram ēctum. sed certe istæ & illæ similiter lege diuina debētur 1, vt 23. q. 5. dicat. Et not. quòd licet nō currat præscriptio in quātitate decimę, tamen currit in quāti tate cathedratici 2, ut ext de cens. olim. quod mirū uidetur: cum clericus possit præscribere in decimis, & non in cathedratico 3. cum cathedraticum non possit episcopꝰ à se abdicare, ut extra de dona. pastoralis.

Res ecclesię o nib. sunt communicā dę.

Decimarū ī quantitate vtiū possit prędscribi.

1 Hoc vī In no. tenere. qād dic vt ple nę no. de de ci sup rubr.
2 Quātitate. idem Card. Florē. in cle. 1. col. 2. de iu re patrona.
3 Arg. cōtra 13 quęs. 2. in prin.

b ¶ De negotio.] De hoc dixi sup. ea. q. 1. ca. reuertimini.

c ¶ Aut de ipsa.] Su. 86. dist. & sau. contra. &c. qui uenatoribus sup. distin. 32. quorundam contra. Solu. ibi de arenaria uenatione, quę prohibita est: hic de saltuosa, quę quibusdam est concessa: de qua decimatio dari præcipitur. argum. 23. q. 1. nisi bella. &c. noli.

OMnes decimę]CASVS. Statuit concilium Rothomagen. ut omnes decimę, siue de fructibus, siue de pomis arborum sacerdotibus dentur; & si quis tertio commonitus eas dare noluerit, donec satisfaciat, anathematizetur. Quæ sequuntur plana sunt vsque ad c. & hoc diximus.

d ¶ Sanctificantur.] i. ministerijs sanctis. i. sanctæ Dei ec-

¶ *In vulgatis codicibus huic capiti erat præpositum nomen Paleę: sed habetur in omnibus manuscriptis. Refertur autem plane eisdē verbis supra 1. q. 3. peruenit & de eo ibi notatum est. In Polycarpo est longe copiosius, & citatur ex concilio Africano.*

Item Ambrosius in sermone Quadragesimæ, cuius initium: [Ecce nunc tempus.]

¶ Fideliter decimas dat, qui omnium suorum decimas soluit. C. IIII.

QVicumque recognouerit † in se, quòd fideliter non dederit decimas suas; modo emendet, quod minus fecit [a]. Quod est fideliter decimas dare? nisi ut nec peius, nec minus aliquando Deo offerat aut de grano suo, aut de vino suo, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio [b], aut de ipsa [c] uenatione sua.

† *al. recognouit.*

¶ *In sermonibus sæpe citatis, qui B. Ambrosio in scripti in bibliotheca Vaticana, & monasterij Mediolanensis seruantur sermone primo de Quadragesima habetur hoc capitulum.*

Item ex concilio Rothomagensi.

¶ Excommunicentur qui sacerdotibus decimas dare nolunt. C. V.

OMnes decimæ terræ siue de frugibus, siue de pomis arborū, Domini sunt; & illi sanctificant [d] boues α †, & oues, & caprę, quę sub pastoris uirga transeunt: quidquid decimum uenerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod † mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur.] Sed quia modo multi inueniūtur decimas dare nolentes; statuimus, ut secundum Domini nostri præceptum admoneantur [e] semel, & secundo, & tertio. Qui si non emendauerint; anathematis uinculo feriantur usque ad satisfactionem, & emendationem congruam.

Burc. l. 3. c. 130. Iuo. p. 3. ca. 196. Pann. l. 2. c. 58. *Lenit.*

† *omnium decimarū bouis, et ouis, &c.*]ori. † *al.* ☞ *quod mutat, & qđ mutatum est.*

Hic etiam auctoritate veterum codicum inductum est nomen Paleæ.

α ¶ Boues.] *Hæc usque ad vers. sed quia. in aliquot vetustis codicib. non habentur. Sunt tamen etiam apud cæteros collectores.*

Item ex concilio Moguntinensi.

¶ Veterum exemplo decimæ soluantur. C. VI.

DEcimas Deo, & sacerdotibus Dei dādas, Abraham [f] factis, & Iacob [g] ꝓmissis insinuat: deinde lex statuit, Burc. l. 3. c. 133 Iuo p. 3. c. 199. Pann. l. 2. c. 60.

Non quia i laicus nō ebeat pri- ari iuſ suo, res iā con errata pote t ipſi laico eddi. Arch.

ecclesię, scilicet deputatis conferuntur, ut 12. q. 2. nullus. sup. eod. q. 1. reuertimini.

e ¶ Admoneantur.] Trina enim admonitio debet præcedere uindictam: arg. 12. q. 2. indigne. sup. 5. q. 2. præsenti. infr. proxi. q. 4. de presbyterorum.

f DEcimas. [¶ Abraham.] Vt 24. q. 9. dicat.

¶ Iacob.] Cū iret in Mesopotamiā, dixit qꝫ si ei be-

bene succederet, decimas Deo daret.

a DEcimas.] Ex hoc c. & illo. 1. q. nullus, & 7 q. 1. sancitum. dicunt quidam, qꝫ non licet mihi ius meum spirituale redimere. & exponunt finem huius c. prohibendum est. ſ. ęps ne fiat ab eis. ſ. vt redimant, qa

Ius spūale n possit redimi.

simo-

& omnes sancti Doctores commemorant.

Non autem decimæ sunt redimendæ à populo, si aliter dare eas noluerint.

Vnde in eodem concilio legitur.

¶ Decimæ non sunt à populo redimendæ. C. VII.

li. 5. capitu c. 46. & in leg. Long. l. 3. c. titu. de decimis. Burc. l. 3. c. 134. Iuo p. 3. c. 200. Pann. l. 2. c. 62.

ij DEcimas [a], quas populus dare non vult, nisi quolibet munere ab eo redimantur; ab episcopis prohibendum est ne fiat [b].

¶ *Burchardus & Iuo citant ex concilio Mediomatricis. Habetur in capitularibus, lib. 5. c. 46. & in legibus Longobardicis, lib. 3. titu. de decimis.*

Item Augustl. lib. 50. homiliarum, homil. 48.

¶ Quia decimæ Deo non redduntur, indictio fisci accessit. C. VIII.

MAiores nostri ideo copijs omnibus abundabant [c], quia Deo decimas dabant, & Cæsari [d] censum reddebant. Modo autem, quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Noluimus partiri [e] cum Deo decimas: modo autem totum tollitur. Hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.

Item Origenes homil. 15. ad c. 21. Matthæi.

¶ Columbas vendit, qui ecclesiam indisciplinatis committit. C. IX.

Esa. 56. Mat. 21

ET hoc diximus secundum simplicem intellectum. Iusta moralem autem talia dicemus: & primum quidem de templo, de quo per prophetā dixit Deus: [Domus mea, domus orationis vocabitur.] Ergo secundum corporalem circumcisionem carnis, & secundum corporales legis festiuitates & sacrificia consequenter & templum Dei æstimabatur, quod ex lapidibus insensatis erat constructū; primum quidem à Salomone [f], deinde reparatū ab Esdra [g], postea vero post Christi aduentū a Romanis [h] destructū; & illa æstimabatur domus orationis: qua destructa [i]

a ¶ Ne fiat.] Supple redemptio decimarum, & c. sicut dicit lex, qꝫ faber non potest dare pecuniā pro specie, vt C. de fabr. l. 1. lib. 11. ar. contra. 14. q. 6. comperimus 1, vbi precium recipitur pro re spirituali.

b ¶ Ne fiat.] Supple redemptio decimarum, & c. sicut dicit lex, qꝫ faber non potest dare pecuniā pro specie, vt C. de fabr. l. 1. lib. 11. ar. contra. 14. q. 6. comperimus 1, vbi precium recipitur pro re spirituali.

c Maiores.] ¶ Abundabant.] Sup. ead. q. 1. decimæ.

d ¶ Cæsari.] Su. 11. q. 1. si tributum. inf. 23. q. 8. cōuenior.

e ¶ Partiri.] Idest, decimam partem dare, & ita aliud est partiri, & aliud partem dare, ff. de vsufruc. etiam partis. ff. de ver. sig. l. nomen. §. portionis.

ET hoc diximus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte exponit Origenes litteram illam Euangelij. Intrauit Iesus in templum, & eiecitoēs vendentes & ementes de tēplo, & ostendit qꝫ templum dictum est illud qđ fecit Salomon de lapidib. insensatis. de quo visibiliter eiecit Iesus vendentes & ementes: quia fecerūt ipsum domum negotiationis, & spelunca latronum. In secunda parte dicit, qꝫ Dominus hoc fecit in figura spiritualiū actuū: ne ſ. populus cum debebat facere festiuitates ad honorem Dei, & oratiouibus vacare, intenderet mundanis negotiationibus. In 2. parte ostendit quod iuxta tropologiam templum Dei dicitur ecclesia, vel congregatio fidelium, vbi vēdentes & emētes sūt mali prælati, qui spiritualia pro pecunia donāt, & ostendit qꝫ Christꝰ dolet de peccatis eorum: & hoc probat duabus auctoritatibus, scilicet Osęæ, & Euangelij. In quarta parte ostēdit, qꝫ p venditores columbarum intelliguntur prælati, q ordinant indignos, & irreligiosos ep̄os vel presbyteros ad prælaturā ecclesiarum, qui Deo nesciunt reuerētiam exhibere. qđ probat auctoritate Hier. [Sccm simplicem,] i. litteralē. Pro mādanis,] negotiationibus. Secunda pars scipit ibi, [Hoc ergo facto.] Tertia ibi, [Nunc autem ar

bitror.] Quarta ibi, [Et arbitror conuenire.]

ET HOC DIXIMVS. CASVS. Ponit Origenes auctoritatem illam, Intrauit Iesus in templum eijciēs vendentes, &c. dupliciter eam exponens ad litteram, vsque ad locum illum, [Nunc autem.] deinde moraliter vsq; in finem. Sic ergo ordina litteram, incipe ibi, [Et primum.] Et cum veneris ad illum locum. [Nunc autē,] resintellectum. Iuxta moralem autem alia dicemus.

f ¶ Salomone.] Inf. de const. 1. c. i.

g ¶ Ab Esdra.] Reuerso à captiuitate Babylonica; quia Nabuchodonosor destruxerat templum.

h ¶ A Romanis.] Idest, à Tito Vespasiano. 23. q. 5. §. hinc. 76. d. ieiunium.

i ¶ Destructa.] Ar. qꝫ ecclesia destructa, non remanet locus priuilegiatus. ar. ad hoc. ext. de ver. fig. abbate. in fi. sup.

Universidad de Deusto Biblioteca

su.e. q.1. generaliter. Argumentum contra 19. q.3. quæ semel.ff de contrah.emp.l.adem. Sed dicimus hoc verũ esse cum superioris auctoritate ecclesia destruitur. arg. contra.de conse.d.1.placuit.

a ¶ Speculationis.] Ideſt, cognitionis & culturæ vnius Dei, & sicut olim dicũ est 1. Notus in Iudæa Deus, &c. nã modo vbique colitur.

b ¶ Secundũ legẽ.] Eam sequendo ad literã quo ad cæremonialia, vt ext. de consti. translato.

c ¶ Eiecit.] i. ostendit officia turpia & immunda esse ejicienda.

d ¶ Festiuitate.] Nõ ideo reprehenduntur, quia ad festiuitates veniunt, sed quia non diuinis institũt officijs, sed turpibus cantilenis. de consec. dist. 3. c. 2.

e ¶ Pietatem.] Sup. 3. q. 5. accusatores.

f ¶ Quæ vtilitas.] Cũ videt, q̃ non põt pro ſicere ei eis, dicit, qua re fundo sanguinem meum? vnde dicit, in sanguine meo effusa propter peccata redimenda.

g ¶ Dum descendo.] Per eos in corruptionem, ideſt, si iterum corrumpitur ecclesia nec eam dabis sanctum tuum, ideſt, Christum, videre corruptionem, scilicet quantum ad mẽbra, quia omnes corrumpuntur & inficiũtur peccatis. Vel in corruptionem. i. puttefactionem. s. corporis vt detineret in morte sicut cæteri. qõ. d. nulla, si hoc est, quia nulli annunciabor: nullum lucrabor.

g ¶ Dum descendo.] Per varios gradꝰ tormentorum, scilicet vulnerationem, verberationem, & colaphizationem.

h ¶ Per Oseæ.] In li. 12. prophetarũ, quorũ primus est Oseæ, nam hoc in Michea. c. 7 dicitur.

i ¶ Factus.] i. pauper & inops, paucos acquirens. s. ad modum illorum, qui pauca colligunt.

K ¶ Si cognouisses.] Sub ſicut ſupple fieres, vel conuersa esses ad fidem per prædicationem, & est ibi defectus locutionis. Et est argu. quod cõuersæ, &c. nec esses, nec instrumenta vitiantur propter defectũ lo

1 Idem dicit L. cuius fuit hæc gl. & idẽ Io. de Fant.

necesse est, vt Iudæi, quasi non iam habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium speculationis [a] Dei; nec possint ſm legẽ [b] Deo seruire. ¶ Hoc ergo facto oĩa Christus eiecit [c] in mysterio spiritualium actuum suorũ; & tunc visibiliter fecit, quod semper inuisibiliter agit, eijciens vendentes, & ementes de templo, & mensas nummulariorum euertens, & cathedras vendentium columbas ad corruptionem populi: vt non pro ∝ mũdanis festiuitates [d] in nomine Dei celebrent, nec emptionibus, & venditionibus vacent in loco non competenti, in quo nõ debent emere, & vendere: sed orationibus vacare, qui congregantur quasi in domo orationis. ¶ Nunc autem arbitror templum Dei ex lapidib. viuis constructum esse ecclesiam Christi. Sant autem multi in ea, non, sicut decet, viuentes spiritualiter, sed secundum carnem militantes: & qui domum orationis de lapidibus viuis constructam faciunt spelunca esse latronum actibus suis, non ecclesia Dei dignis, sed spelunca latronum. Qui enim considerat in multis ecclesijs talium Christianorum peccata, qui arbitrantur quæstũ esse pietatem [e], & cum deberent de Euãgelio viuere, ſm quod viuere decet seruos Dei, hoc non faciunt, sed diuitias, & multas possessiones acquirunt, nonne dicet spelunca latronum factã esse sub illis ecclesiã? vt recte dicat Christus ad eos propter dissipationẽ ecclesiæ suæ: [Quæ vtilitas [f] in sanguine meo, dum descendo [g] in corruptionẽ?] Item ipse per Oseæ † [h] tali modo: [Væ mihi quoniã factus [i] sũ sicut qui colligit stipulam in messe; & sicut qui racemum in vindemia, cum nõ sunt † botri ad manducandũ, primogenita. Væ animæ meæ: quia perij timoratus à terra: & qui corrigat, in hominib. non est.] Et cũ intellexeris Iesum dicentẽ talia, & lugentẽ peccata nostra; aspice simul & illud, quod in Euangelio scribitur: [Cum vidisset Hierusalem, fleuit super eam, & dixit, quia si cognouisses [k] & tu.] Et si rationabiliter fleuit super Hierusalem, & rationabilius flebit super ecclesiam, ædificatã quidem, vt esset domus orationis, factam aũt non esset) principium populi, spelunca latronum. *& infra.* ¶ Et arbitror cõuenire verbum de venditoribus columbarũ eis, qui tradunt [l] ecclesias auaris [m], & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligiosis episcopis, aut presbyteris. Propter quod & cathedras tantũmodo appellauit Euangelista euersas esse ab Iesu. Et vtinã audirẽt hæc cũ dicentis † admonitione scripturæ, qui gloriãtur de cathedris Moysi in quibus sedent, & vendunt omnes ecclesias columbarum, & tradunt eas talibus præpositis, ad quos recte dicatur à Domino per Hieremiã prophetam: [Principes populi mei me non cognouerunt. Filij enim

Ps. 29. † *Michæam*] orig. *& est. Mich. 7.* † *al. sit botrio*] orig.

Luc. 19.

Matt. 23. † *decẽti*] orig.

Hier. 4.

de simoniaco loquitur: sed hic extendit eam etiam ad alios. Ioan.

m ¶ Auaris.] Sup. d. 85. Florentium.

CVM

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, dicens, q̃ cum ecclesiæ, & oblationes sint in potestate episcoporum, tantum de manu eorum sunt recipiendæ, quod probat per sequentia capitu. quorum primum planum est.

a Omnes.]

sunt insipientes, & non intelligentes: sapientes sunt ad malefaciendum, bene autem facere nesciunt.]

∝ ¶ Pro mundanis.] *Apud Origenem legitur,* vt non pro mundi festiuitatibus in nomine Dei emptionibus, & vẽditionibus vacent. *Et hoc quidem propter glossam mutatum non est. Simulta vero alia partim ex originali, partim ex vetustis codicibus sunt & emendata, & locupletata.*

Cum ergo ecclesiæ, & oblationes earum nõ consistant, nisi in potestate episcoporum; patet profecto, quòd non sunt ab alio recipiendæ, quàm de manu eorum.

Vnde in Aurelianensi concilio 1. c. 19. Statutum est.

¶ Omnes basilicæ ad eum pertinent episcopum, in cuius territorio positæ sunt. C. X.

Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 8. Iuo p. 3. c. 10.

OMnes basilicæ, quæ per diuersa loca cõstructæ sunt, vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, vt in eius episcopi potestate [a] consistant, in cuius territorio positæ sunt.

† *al. ex concilio Rothomagensi*

Item Calixtus † Papa.

¶ Archidiaconus, archipresbyter, præpositus, vel decanus, nec officia, nec beneficia ecclesiastica sine consensu episcopi tribuat. C. XI.

NVllus omnino archidiaconus, aut archipresbyter [b], siue præpositus, vel decanus animarum curam, vel præbendas ecclesiæ sine iudicio, vel consensu episcopi [c] alicui tribuat: immo, sicut sanctis canonibus constitutum est, animarum cura, & pecuniarum ecclasiasticarum dispensatio in episcopi iudicio, & potestate permaneat. Si quis vero contra hoc facere, aut potestatem, quæ ad episcopum pertinet, sibi vendicare præsumpserit, ab ecclesiæ hominibus arceatur.

L. 6. regesti eiusdem.

Item Gregorius [d] septimus in generali synodo præsidens dixit, c. 1. & 2.

¶ De manu laici episcopatus, vel abbatia susci pi non debet. C. XII.

Anſl. 6. c. 73. Deusdedit p. 1.

SI quis deinceps [e] epilcopatum, vel abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit; nullatenus inter episcopos, vel abbates habeatur; nec vlla ei vt episcopo, seu abbati audientia [f] concedatur. Insuper ei & gratiam beati Petri, & introitum eccleſiæ interdicimus [g]; quousq; lo-

a ¶ Omnes.] ¶ Potestate.] Supra distin. 61. obitum. supra decima q. 1. c. 3. supra eadem quæst. 5. cap. 1. & 2. supra 9. quæst. 3. cap. 3. supra eod. q. 1. qui verè, supra 10. q. 2. episcopus, nisi in aliquo speciali priuilegio ab eius iurisdictione sint exemptæ. extra de priuil. cum & plantare.

b ¶ Archipresbyter.] Extra de offi. Arch. cum satis. ar. dist. 63. ii in plebibus. Ar. contra 25. dist. c. 1. Illud c. mul

Archidiaconus an possit instituere.

tum facit contra archidiaconum. Sed illi qui dicunt q̃ archidiaconus, vel alij prælati ex officio suo possunt dare præbendas, & cæt. intelligunt hoc sine licentia generali. Qui dicunt, contra per hoc c. intelligunt illud, si in plebibus de speciali licentia: quando scilicet episcop⁹ specialiter ei concedit, vt aliquem instituat de concess. præb constitutus. hoc enim de legati potest, vt ext. de præben. cum secundum nisi hoc habeat ex generali consuetudine, vel speciali. dum esset præscripta. argu. tamen pro eis extra de elec. cum in cunctis. extra de offic. delega. super eo. Sed illud c. si in plebibus. intelligitur de custodia, vt extra de appel. bonæ.

c ¶ Episcopi.] Vel capituli, cum ecclesia vacat. argu. extra de hære. ab abolendam. immo vniuersitas bene potest conferre curam animarum. arg. extra de concess. præbend. nulla.

d ¶ Item Gregorius.] Hic mutat Gratian. materiam.

SI quis deinceps.] CASVS. Præcipit Gre. in hoc c. vt nullus clericus recipiat inuestituram episcopatus, vel alicuius ecclesiasticę dignitatis de manu laici. & si fecerit, inuestitura non valeat: nec ei audientia præbeatur, si causam aliquã voluerit prætẽdere, vel si voluerit appellare: sed introitus ecclesię ei interdicatur, donec deferat quod male accepit. Laicus vesimili sententia puniatur.

e ¶ Deinceps.] Supra dist. 63. si per ordinationem.

f ¶ Audientia.] Hic excommunicato non datur audientia. sic supra 6. q. 1 §. verum. & 23. q. 5. non vos. sup. dist. 23. in nomine. infra 24. q. 3. de illicita Ioan. Hæc gl. per hoc c. non probatur. B.

g ¶ Interdicimus.] Ex hoc videtur, q̃ tales ipso iure

Ecclesiã recipiẽs à laico vitium sit suspensus. s Scilicet à iacris, ẽm id quod no. 63.dist. si qs ordinatio nem. ibi videas.

sunt suspensi. Sed contra videtur extra de iure patro. pręterea 1.vbi dicitur ꝙ tales sunt excommunicandi. Ad hoc quidam dicunt, ꝙ non sunt suspensi 1. sed sunt suspendendi & exponunt interdicimus, ideſt, interdicendum dicimus. Tu potes dicere, ꝙ sunt suspensi à canone: & sic suspensus à suo prælato potest absolui: cum conditor canonis sibi non reseruauerit absolutionem. extr.de sent. excom. nuper. Si autem aliquis sub tali conditione suspenditur donec pœniteat: tunc quàm cito pœnitet, statim est absolutus, vt 15. q.6.nos sanctorum. & 1.distin. si quis amodo. H. tamen excipit duos casus, in quibus talis q recepit ecclesiam a laico, non est ipso iure priuatus, scilicet cum accedit postea consensus episcopi, vt supra ea. q.1.quoniam, & cũ clericus præscripsit, vt extra de iure patron. cura pastoralis. Melius potest dici, ꝙ tunc demum est priuatus qñ recipit ecclesiam tanquam volens esse prælatus: sed si recipit eam quasi proprietatem aliquam, non vt ibi sit prælatus: tunc non est suspensus ipso iure. & sic loquit illud capitu. cura pastoralis. hodie tamen non videtur quòd talis possit absolui ab episcopo: quia ineligibilis factus est, vt extra de electio. quisquis.

a ¶ Inuestituram.] Sed nunquid per inuestituram receptam à laico factus est qs possessor? Arg.ꝙ nõ, extra de dona. per tuas & extra de ijs q fi.à maior.parte c.exore. & extr.de sent.& re iudic. cum aliquibus. Arg.contra extr. de consue. cap. 2. in fi. 2. & extra de suc. ab intest. cum dilectus.ff.de contrahẽn. emp.clauibus. & inf. ead. contra.in fi.

a De hoc in gl.vlt. de renunc. sanè. & extra vt lite penden. ecclesia. in glo. eo ipso. &c.

Quoniã inuestituras.] CASVS. Significatũ fuit Greg. ꝙ quidam clerici recipiebant de manu laicorum inuestituram dignitatum, vel ecclesiarum. quare præcipit Gregorius, ne hoc de cætero fiat, & si quis præsumpserit, nec inuestitura valebit: & ipse vsque ad dignam satisfactionem subiacebit excommunicationi.

b ¶ Vel fœminæ.] Ar.ꝙ ad ꝓfitationẽ fœminæ pot quis inuestiturã consequi, vt extra de iure patro. ex litteris.

SAnè Thessalonicensi.] CASVS. Hocc diuiditur in duas partes in prima parte dicitur, ꝙ Thessalonicenses episcopi metu Anastasij Imperatoris consenserunt Timo-

cum, quem sub crimine × tam ambitionis, quàm inobedientiæ (quod est scelus idololatriæ) cæpit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. *Item.c.2.* ¶ Si quis Imperatorũ, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet sæcularium potestatum, aut personarum inuestituram † [a] episcopatuum, vel alicuius ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit; eiusdem sententiæ vinculo se esse sciat obstrictum.

1. *Reg.*15.

† *inuestituras*] orig.

× ¶Sub crimine.] *Antea legebatur*, sub crimine tam inobedientiæ, quàm ambitionis, ex qua scelus idololatriæ cæpit. *Emendatum est ex concilio ipso & Anselmo. Et est loquntio valde familiaris Gregorio septimo ex primo Reg.c.15.*

Idem ibidem, cap.3.

¶Excommunicationi subiaceat, nec inuestituræ sumat fructum, qui de manu laici ecclesiam suscepe-rit. C. XIII.

Poly.l.2.tit.4. Ans.l.6.c.73.

OVoniam inuestituras ecclesiarum contra statuta sanctorum patrũ à laicis personis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in ecclesia (immo ruinam sanctæ religionis) oriri, ex quibus Christiana religio conculcatur; decernimus, vt nullus clericorum inuestituram episcopatus, vel abbatiæ, vel ecclesiæ de manu Imperatoris, vel regis, vel alicuius laicæ personæ, viri, vel fœminæ [b] suscipiat. Quod si præsumpserit; recognoscat inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam esse, & se vsque ad condignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

Item ex canone Apostolorum 32.

¶De eodem. C. XIIII.

Dist.63. omnis electio. Deusdedit p. 1. Burc.l.3. c.109. Iuo p.3. c.85.& p.5. c.119.

SI quis episcopus sæcularibus potestatibus vsus, ecclesiam per ipsos obtineat; deponatur & segregetur, omnesque, qui illi communicant.

¶ *De hoc canone notatum est, supra dist.63. c.omnis electio. in ver. segregatur.*

Item ex Chronica Anastasii bibliothecarij.

¶De eodem. C. XV.

SAnè Thessalonicensi episcopo communicante ob metum Imperatoris Anastasij Timotheo Constantinopolitano episcopo, quem † concilium Chalcedonense anathematizauerat, quadraginta episcopi Illyrici, & Græciæ conuenientes in vnum per professionem in scriptis factã,

† *qui*] orig.

Timotheo hæretico patriarchæ Constantinopolitano, quem concilũ Chalcedonense anathematizauerat, sed xl. epi Illyrici, & Græciæ facta ꝓfessione in scriptis discedentes ab eo adhæserunt Papę. In secta parte dicitur, ꝙ Dioscorus minor per manum regis factus est epꝰ, & ideo

Deusdedit p. 1. † *al.rusticorũ*] orig.

vt à poprio metropolitano, discesserũt [a] ab eo, & Romã mittentes Romano cõmunicare in scriptis professi sunt. *& paulo post.* ¶ Cum Dioscorus × (*iunior*) manus impositionem accepisset; recesserunt multitudines populorum. † dicentes, quia nisi secundum quòd sanctorum continent Apostolorum canones fiat, non recipietur episcopus. Principes [b] enim inthronizauerant eum.

¶ Caput hoc acceptũ est ex Chronico Anastasii bibliothecarij in ijs quæ de Anastasio Imperatore narrat: multaque ex ipso originali sunt emendata.

× ¶ Cum Dioscorus.] *Hæc est altera electio à priore, & ipsa facta non canonice, & potestate laicali: nam prior est Timothei ad sedẽ Constantinopolitanam: hæc vero posterior Discori iunioris ad Alexandrinam. Vtraque vero à bibliothecario copiosè exponitur.*

Item Paschalis Papa ij.

¶ Excommunicetur, qui per laicos ecclesias obtinet. C. XVI.

Can. Apost.31.

iij SI quis clericus, abbas, vel monachus per laicos ecclesias obtinuerit; secundum sanctorum Apostolorũ canones, & Antiocheni ß concilij capitulum, excommunicationi subiaceat.

¶ Capitis huius & sequentis sensus est in fragmento manuscripto eccly apud Guardastallum, à Paschali habiti anno Domini 1116. quod in bibliotheca Vaticana seruatur. Nauclerius etiam gen. 36. narrat Paschalem apud Trecas concilium habuisse: vbi inter multa semẽtiam de libera pastorum electione, & de coercenda laicorum in ecclesiasticas dignitates præsumptione iuxta prædecessorum suorum decreta promulganit.

ß ¶ Antiocheni.] *In concilio Antiocheno nihil expresse statuitur contra eos, qui per laicos obtinent ecclesiasticas dignitates. Verum c.23. præcipitur, vt in episcopo eligendo seruetur ius ecclesiasticum: nempe, vt non eligatur episcopus, nisi cum synodo, & iudicio episcoporum: quibus verbis laicis videntur excludi. In synodo autem Nycæna secunda, c.3. repetitur, & confirmatur canon Apostolorum.*

Idem.

¶ Qui per laicos ecclesias obtinet, & qui manus imponit, communione priuetur. C. XVII.

COnstitutiones sanctorum canonũ sequentes statuimus, vt quicumque clericorum ab hac hora in antea inuestituram ecclesię, vel ecclesiasticę dignitatis de manu laica acceperit; & ipse, & qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat, & communione priuetur.

Idem.

Poly.l.2.tit.4.

¶ De eodem. C. XVIII.

NVllus laicorum ecclesias, vel ecclesiarum bona occupet, vel disponat. Qui vero secus egerit; iuxta beati Alexandri γ capitulum ab ecclesiæ liminibus arceatur.

γ ¶ Alexandri.] *In epistolis Alexandri Papæ primi nihil legitur, quod ad hanc rem pertineat. Verum in epistola Alexandri II. in qua synodum à se habitum repetit (quę epistola ex vetusto codice descripta Romam ex Hispania missa est) hęc inter alia habẽtur.* De cimæ, & primitiæ, seu viuorum & mortuorum oblationes ecclesijs Dei fideliter reddantur à laicis: & ut in dispositione episcoporum sint: quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione separentur. *quod fere est idem cum c. præcipimus, sup. ea. q.2. ex Nicolao II.*

Idem.

¶ De eodem. C. XIX.

SIcut Domini vestimentum scissum non est, sed de eo sortiti sunt; ita

a ¶ Discesserunt.] *Supra 8 q.4. nonne contra. Solu. ille inciderat in hæresim iam damnatam: & sic ista canonis erat lata in ipsum, vt 24. q.1. Achatius. item talis cõiuratio non fuit vitiosa: & sic nõ obstat 11.q.1. si quis clerico rum.*

b ¶ Principes.] *Ergo canonici possunt recadere ab episcopo, quẽ Rex inuestiuit. 79.dist. si quis per pecuniam.*

SIcut domini.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ sicut vestimentum domini nõ fuit diuisum: ita ecclesia scindi non debet, quæ tota est in vnitate & potestate episcopi, à quo ecclesiæ debent ordinari: & si contra fiat, clerici & ecclesiæ interdicantur.

a ¶ Scin-

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Scindi.] Diuidi tamen potest ecclesia, vt de vna fiãt duæ: sed non ita diuidi, vt vna permaneat, sup. ead. q. 1. plures. Idem est in præbenda, vt ext. de præben. maioribus. similiter in prouincijs, vt 100. dist. c. 1. ff. de off. accesso. si eadem.

b ¶ Et ecclesiæ.] Sic ergo pp delictum vnius hominis subijcitur tota terra interdicto, vt extra de desp. non est vobis.

PEr laicos.] CASVS. Tria prohibet in hoc c. Alexander, Primum est, vt nullus clericus retineat ecclesiam per laicos pretio vel gratis. Secundũ, vt nullus fiat monach[a] sub hac spe vt ipse abbas fiat. Tertium est, vt nullus p̃sbyter duas habeat ecclesias.

c ¶ Spem.] Hoc c. intelligit Hug nisi aliqua p omissio prẽcesserit spẽ suam alias (vt dicit) posũt monachi conuenire in aliquẽ, & dicere ei, sumas habitum, volumus te eligere in abbatem cum fueris factus monachus, & sp taliter possint conuenire in aliquem, est ar. 61. dist. c bene. nã & laicus sic potest postulari in episcopum, vt 61. distin. Omnes. licite enim potest quis habere spẽ dignitatẽ, vt 61. distin. quid proderit. 74 dist. consuluit. 8. q. 1. qui cpatum. 77 dist. c. 2. 59 dist. si officia. Io. Sed hoc non credo: quia nec phytus non potest esse abbas, vt extra de elect. cum causam. & melius. extra de elect. officij. & ca. cum ad nostram 8.

d ¶ Duas.] Intricatas nisi fiat pauper, vt ext. de æta. & qualit. cum re. & 10. q. 3. vnio 1.

Laicus in epm postulatur.

nec ecclesia scindi [a] debet: quia in vnitate tota consistit. In potestatem ergo proprij episcopi ecclesiæ reducantur: & ab ipso (sicut sacris canonibus cautum est) ordinentur. Alioquin & ecclesiæ [b] ipsæ, & clerici earundem diuinis destituantur officijs.

Item Alexander Papa II.

¶ Nullus clericus per laicos ecclesiam obtineat. C. XX.

PEr laicos nullo modo quilibet clericus, vel presbyter obtineat ecclesiam, nec gratis, nec pretio. Nullus habitum monachi suscipiat, spem [c], aut promissionem habens, vt abbas fiat. Nullus presbyter duas [d] habeat ecclesias.

¶ *Habetur in eadem epistola Alexandri ij. paulo superius in c nullus laicorum citata. Nam statim post ver. separentur. sequitur*, & vt per laicos. &c.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 26.

¶ Singuli episcopi suos habeant œconomos. C. XXI.

Dist. 89. quia in quibusdam. Anl. 16. c. 133. † *al. non per*] *διχα οἰκονόμων. sine œconomis.*

2 QVoniam in quibusdam ecclesijs, vt rumore [e] cõperimus, præter † œconomos episcopi facultates ecclesiasticas tractant; placuit omnem ecclesiam habentẽ episcopum [f] habere œconomum de clero proprio [g], qui dispensset res ecclesiasticas secundum sententiam proprij episcopi: ita vt ecclesiæ dispensatio præter testimoniũ [α] non fit: & ex hoc dispergantur ecclesiasticæ facultates, & sacerdotio maledictionis [β] derogatio procuretur. Quòd si hoc minime fecerit, diuinis constitutionibus subiacebit.

α ¶ Testimonium.] *In vulgatis sequebatur*, episcopi, *quæ vox inducta est auctoritate manuscriptorum, & originalis ex versione Dionysij, quæ concordat cum prisca, & Græcis verbis. Alia etiam nonnulla sunt emendata.*

β ¶ Maledictionis.] *Græce est*, κατὰ τοῦ ἱερωσύνη προσβεβλῆσθαι. *Quod in priscæ versione est*, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur.

Item ex concilio Hispalensi 2. cui interfuit Isidorus, cap. 7.

a Ad idẽ 21. q. 1. c. 1. & c. relatio, H.

QVoniam.] Hæc est secunda pars q. in qua dicitur, quòd nullus episcopus gubernare debet res ecclesiæ sine œconomo. i. clerico. & hoc probat per 5. c. 16. de Fant.

CASVS. Dictum fuit in Calcedonen. concilio, q episcopi sine œconomis facultates ecclesiæ gubernabant: & ideo statutum fuit, vt omnis episcopus de proprio clero habeat œconomum, qui res ecclesiæ dispenset ẽm voluntatem epi & ad hoc vt res ecclesiæ non dispergãtur, & episcopus propter hoc non infametur. & qui contra fecerit, canonicis constitutionibus subiacebit: quia (vt dicit Pene.) deponetur.

e ¶ Vt rumore.] Si tamen non creditur, vt ext. de eo qui cognouit. consan g. vxo suæ, super eo.

f ¶ Episcopum.] Similiter & aliæ conuentuales ecclesiæ habebunt œconomum, vt 9. q. 4. cum scimus. & qui que parochiales ecclesiæ, vt extra de offi. ord. cum vos. & regulariter debet œconomus eligi per epm, vt 9. q. 3. cum scimus. C. de epis. & cler omnes §. sed nihilominus. nisi consuetudo sit q capitulum eligat. de electio. cum ecclesia.

Oecon. à quo el.

Dicitur autem œconomus, cui res ecclesiæ gubernandæ mandantur C. de sacrosanct. eccles. iubemus. Vicedominus autem dicitur, qui administrat res episcopi, vt 89. distinct. volumus 2. Syndici appellantur, qui ad syndicum vniuersitatem causarum constituuntur. Actor vero ad Bart. & vnam causam, & ab vna persona potest constitui, vt ff. l. actor. quod cuiusque vniuer l. item, § 2. inst de cura § vlt. Nec ratam habitat quod est, ff. de mune & hono. l. munerum § defen 1 De fores. vbi dicitur q syndicus est, qui ad certam causam constituitur. quia ibi largè sumitur nomen syndici pro quolibet defensore.

Vicedo quis dic 2 Adde fit dict œcono ne in

g ¶ De clero proprio.] Arg contra, extra de iura. calu. Imperatorum, vbi dicitur, quod œconomus non erit aut vnus de collegio 3. sed ibi ponitur œconomus pro ipso syndico.

syndi ibi vi

h ¶ Testimonium.] Sup. 2. q. pen. cum pastoris.

In

IN nona actione.] CASVS. In concilio Hispalen. fuit relatum, q episcopi in rebus ecclesiæ dispensandis laicos habeant œconomos. Et ideo statutum fuit, vt iuxta Chalcedon. concilium vniusquisq; episcopus de proprio clero œconomũ constituat clericũ, & nõ laicũ. Et hoc

Burc. l. 1. c. 89. Iuo p 5. c. 195.

¶ Laici non sunt constituendi œconomi, sed ex proprio clero eligendi. C. XXII.

IN nona actione [a] didicimus quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos, laicos habere in rebus diuinis constitutos œconomos. Proinde pariter tractãtes eligimus, vt vnusquisque nostrum secundum Chalcedonensium patrum decreta, ex proprio clero œconomum sibi constituat. Indecorum est enim laicum vicarium esse episcopi, & sæculares in ecclesia iudicare [b]. In vno [c] enim eodemque officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyse: [Non arabis in boue simul & asino:] idest, homines diuersæ professionis in officio suo non sociabis. Vnde oportet nos, & diuinis libris, & sanctorum patrum obedire præceptis, cõstituentes, vt hi, qui in administrationibus ecclesiæ pontificibus sociantur, discrepare non debeant nec professione, nec habitu [d]. Nam cohærere, & coniungi non possunt, quibus & studia, & vota diuersa sunt. Si quis autem episcopus posthac ecclesiasticam rem, aut per laicalem procurationem administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomi gubernandam crediderit; vere vt contemptor canonum, & fraudator ecclesiasticarum rerum, non solum Christo de rebus pauperum iudicabitur reus, sed etiam concilio manebit obnoxius.

Cap. proximo superiore.

Deuter. 12.

Item in synodo Romana tertia Symmachi Papæ, c. 3.

sup. dist. 96 bene quidem.

¶ Non habeat laicus aliquid statuendi in ecclesia facultatem. C. XXIII.

Non li- cuit laico] Deusd. p. 1. & 4. Ansl. 5. c. 9. † *al. quos*

NOn placuit † laicum statuendi in ecclesia (præter Papam Romanum) habere aliquam potestatem cui obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.

Item ibidem Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit.

¶ Ecclesiasticas facultates laici disponere non possunt. C. XXIIII.

Al. Non licuit laicis. di. 96. Et epist. 2. Stephani l. c. 9. & i decretis Paschalis 11. manuscrip. Polyc. l. 6. tit. 1. Deusdedit p. 4.

LAicis, quamuis religiosis, nulla de ecclesiasticis facultatibus [α] aliquid disponendi legitur attributa facultas [c].

α ¶ Facultatibus.] *Antea legebatur*, dignitatibus. *Emendatiũ est, ex originali (vt supra dist. 96. bene quidem.) epistola Stephani primi, & decreto Paschalis II. manuscripto: quibus locis hoc idem repetitur.*

Item Calixtus Papa.

¶ Laicus sacrilegus habetur, qui dispositionem, vel dominationem rerum ecclesiasticarum vsurpat. C. XXV.

† *al. donationem*

IIII SI quis principium, vel aliorum laicorum dispositionem, seu dominationem † [f] rerum, siue possessionum

Monachus albus an possit habere locum inter nigros.

d ¶ Nec habitu.] Ni- quid ergo albus monachus p̃t esse monachus inter nigros? vt q non. quia quilibet constituabit se moribus eorũ, inter quos viuit, vt 41. dist. quisquis. nam ex diuersitate habitus scãdalũ generatur, vt 12 dist. illa. 37 q. 5. qđ Deo. Econtra vt, q nõ est ibi dispar professio, cum tñ monachalis professio sit sibi. nã dummodo clericalis professio sit. ibi vna professio dr, 12. q. 1. duo. præterea videtur q monachus possit fieri canonicus, vt 74. distin. quorundam 1. & prælatus maior in sæculari ecclesia, vt 58 d. cap. 2. & etiam epus in sæculari, vt 18. q. 1. c. 1. & sic vt q licite possit esse in eadem ecclesia dispar habitus quantum ad colorẽ vestium: quod satis põt admitti. Et hoc H. concedit. tamen quanto magis se possunt tales cõformari alijs in exteriori habitu, hoc faciant, ne scandalum fiat. vnde monachus factus canonicus, vel epus non abijciat habitũ: sed retẽto habitu desuperat habitũ, in quo magis conueniat eis, inter quos est, vt extra de vita, & honest. cleri. Deus qui.

e LAicis.] Facultas.] Hoc verũ est de iure cõmuni, vt 96. dist. bene quidem. secus si habeãt hoc ex speciali priuilegio: ita tñ, vt nunc duret illud priuilegiũ, vt 63. d. 5 synodo.

f SI quis principium.] ¶ Dominationem.] Inf. 23. q. 8. conuenior. 12. q. 2. quicumque.

Et hoc probat tribus rationibus. Prima est, quia in vno

i Hoc per illud ca. non probatur, vt ibi not. ẽm H. & L. hic asserunt arg. extra de vi. & ho. cleri. Deus qui. vbi de hoc. Sed ibi Ho. not. contrarium, & est expressum ẽm eum, extra de reg. sup eo. vbi dicit, & est efficax arg. extra de re. dom. inter. vbi hoc & not. à quo dicto non recedat. & clare colligo extra de regul. sicut in antiqua: vbi fuit iste casus. Arch.

ecclesiasticarum sibi vendicauerit, vt sacrilegus iudicerur.

¶ Inter decreta Calixti, ex quo citatur, non est inuentum. Habetur in decretis Paschalis II. manuscriptis, c. 5. sed non est mutatum nomen Calixti: quia Pontifices isti, qui ijsdem ferè temporibus fuerunt, frequenter eadem decreta suorum antecessorum repetebant.

Item Gelasius Papa Senecioni episcopo.

¶ In ecclesia, quam quis ædificat, nihil sibi præ cæteris vendicet. C. XXVI.

3 PIæ mentis [a] amplectenda deuotio est, qua se† Iulius nobis in re Iuliana† sui iuris fundasse perhibetur ecclesiam, quam in honorem S. Viti confessoris eius nomine cupit consecrari: Hanc igitur frater charissime (si ad tuam diœcesim pertinere non ambigis) ex more conuenit dedicari, collata [b] primitus donatione solenni, quam ministris ecclesiæ destinasse se præfati muneris testatur oblator: sciturus sine dubio præter processionis [c] aditum, qui omni Christiano debetur, nihil ibidem se proprij inris habiturum.

Ansl. l. 5. c. 9. †al. *Senilius* †al. *Iuuiniana*

Idem.

¶ De eodem. C. XXVII.

FRigētius †vero petitoria nobis insinuatione suggessit, in re sua, quod† Sextilianum vocatur, basilicam se sanctorum Michaelis Archangeli, & Martini cōfessoris pro sua defensione † fundasse. Et ideo, frater charissime, si ad tuam pertinet parochiam, benedictionem supra memoratæ basilicæ solemni veneratione depende. Nihil tamen sibi fundator ex hac basilica nouerit vendicandum, nisi processionis aditum, qui Christianis [d] omnibus in commune debetur.

Poly. l. 3. tit. 12. Ansl. l. 5. c. 11. †al. *quæ* †al. *deuotione*

Item Clemens epist. 2. ad Iacobum.

PIæ mentis.] Hęc est 3. pars q. in qua dicitur quid iuris habeāt patroni in ecclesijs: & hoc probat xj. auctoritatibus. Io. de Fan.

CASVS. Quidam nomine Iulius supplicauit Gelasio vt ecclesiā, qua in possessione Iuliana fundauerat in honorem sancti Viti cōfessoris, faceret cōsecrari, quare pręcipit Gelasius Senecioni episcopo, in cuius parochia ecclesia illa fundata erat, vt recepta prius donatione, quam fundator ministris ecclesiæ asserit fecisse, eam debeat consecrare: nec aliquid vlterius habeat in ecclesia Iulianus pręter aditum processionis, id est, iurispatronatus.

Ius patronatus quale ē.

a ¶ Pię mētis.] Nunc vide quale ius patroni habeant in ecclesia. Est autem iuspatronatus quoddā ius quod non est merè spirituale, nec est merè tēporale. spirituale non est: quia competit laico, & transit ad hęredes, vt infra e. considerandum. tēporale non est, quia vendi non potest, vt extra de iure patro. de iure. Nec potest dici quòd partim sit tēporale, partim spirituale: cum ipsum sit simplex, nec recipiat diuisionem, vt extra eod. tit. cap. 1. tamen bene cocedo, quòd sit partim temporale, & partim spirituale: & tamen simplex est: quia talis diuisio potius ad intellectum, q̃ ad actum referenda est, vt dicit lex, quę dicit, ꝙ illud quod dr̄, ꝙ seruus dr̄ communis, potius ad intellectum quàm ad actum est referendum, vt ff. de stipu. ser. seruus communis. dicitur tamen annexum spirituali: extra de iure patr. de iure. Efficitur autem quis patronus tribus de causis: dotatione, constructione, & fundatione. vnde versus:

Patronus ex trib. causis efficitur.

Patronum faciunt dos, ędificatio, fundus. Dotatione & constructione, vt inf. ea. filijs. Fundatione, vt 18. q. 2. abbatem. Si quis autem post consecrationem dat aliquid ecclesię, per hoc non fit patronus: sed qui ante consecrationem dat aliquid ecclesię, fit patronus: hoc ideo, quia ille perducit rem de non esse ad esse. Item alia ratione, quia si post consecrationem fieret aliquis patronus, iā videret imponi seruitus rei sacrę: quod esse non debet, vt ff. de seru. seruitutes 2. §. vlt. & quod humani iuris esse definit, seruitutem non recipit. ff. commu. pd. l. caueri. Sūt autem tria quę consequit patronus, honorem videlicet, onus, & vtilitatem: honorem habet in pręsentando, onus habet in defendendo ecclesiam, ne quis dilapidet eam, vt infra ea. filijs. Vtilitatem hēt: qa si vergit ad inopiā, prouidebit ei ecclesia, vt inf. ea. quicunque. & licet omnibus pauperibus teneatur prouidere, tamen ei abundantius quàm alij, vt extra de testa. cum in officijs. Transfertur autem ius patronatus quatuor modis in alium. Primo, successione, vt inf ead. considerandum. Secundo donatione, vt extra eo. ex insinuatione, & c. consultationibus. Tertio permutatione, vt inf ea. nemini. Trāsit ēt quarto cum vniuersitate, vt extra eo. cum sęculum. Ius autem patronatus non descendit ad hęredes proportionibus hęreditarijs, sed quilibet eorum est patronus in solidum, vt extra eod. ca. 1. sicut & alia iura quę incorporalia sunt in solidum descendunt ad quemlibet hęredum, vt ff. de seruitu. vię. Ioan.

Patron' tria cōsequit ex iure patronatus honorem, onus, & emolumētum.

g ¶ Anathematizamus.] Videtur hic ꝙ omnes sacrilegi & dilapidatores ecclesiarũ sunt ipso iure excommunicati. 11.q.3. canonica. extra de sent. exc. cõquæsti. ar. cõtra inf. ea. quisquis. & c. seq. vbi dicitur, ꝙ sunt excõmunicandi nisi resipiscant. Respon. violatores ecclesiarũ sunt ipso iure excommunicati, sed non alij. Vel dic, ꝙ si in consecratione, vel cum datur res ecclesiæ fert episcopus sententiam excommunicationis, ꝙ quicumque violentiam fecerit in re tali, sit excommunicatus; tunc dicerem ꝙ statim est excommunicatus sacrilegus non ratione sacrilegij, sed ratione sententię dudũ latæ. 24 q.1.c.1. & 2. extra de sent. excõ. à nobis. Vel dic ꝙ refert an Papa hæc verba proferat constituendo, vel sententiando: si proferat ea constituendo, tunc non est excommunicatus qui rapit res ecclesię. si autem sententiando profert talia verba, tunc est excommunicatus. Vel dic ꝙ si consuetudo loci habet, ꝙ tales sunt excommunicati, tunc ita seruanda est: quia consuetudo est optima iuris interpres. extra de ver. sign. abbate. — Sacrilegi an sint ipso iure excommunicati.

h ¶ Consentiunt.] Cooperando vt extra de sent. exc. nuper. Sed pone ꝙ aliquis percussit clericũ, & ego ratum habeo, nunquid sum excommunicatus? videtur ꝙ sic quia — Clerici permissionẽ ratificaus, an sit excommunicatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fic:quia non solum in contractibus, sed etiam in malefitijs ratihabitio mãdato comparatur, vt extra de reg. ſpo.cum ad ſedem.in fi.ff.de vi, & vi arm.l 1.§. ſed & ſi cũ gs.nã nou ſolum de conſilio, ſed etiam de voluntate aliqs teneꝫ.1.q 4.quia ꝓſulatus.immo g põt reſiſtere & non reſiſtit, excommunicatus eſt vt ext.de ſenten. excõ. quantæ,Reſpõ.ſi nomine meo quis percutiat alium,ibi ratihabitio mandato comparatur,aliàs non.ff. deneg geſt.ſi pupilli.§. item quæritur. extra de ſen.exc. mulieres.

Ratihabitio quando comparetur mandato.

¶ Excommunicetur,qui confinia eccleſiæ frangere tentauerit. C. VI.

SIcut antiquitus à ſanctis patribus ſtatutum eſt, ſtatuimus,vt maior eccleſia per circuitum xl. † paſſus [a] habeat;cappellæ vero,vel minores eccleſiæ triginta. Qui autem confinia earum†confringere tentauerit, aut perſonam hominis,vel bona eius inde ſubtraxerit; niſi publicus [b]latro fuerit,quouſque emendet,& quod rapuerit reddat,excommunicetur. Anſl.5.c.74. Iuo p.3.c. 164. Pann.l.2.c.81. † al.eorum

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Soluatur altario,quod pro emunitate emendatur eccleſiæ. C. VII.

SI quis in atrio eccleſiæ pugnam committit, aut homicidium facit: quidquid pro emunitate α violata emendandum eſt, altario [c] ſoluatur, cuiuſcunque fuerit eccleſia illa. Burc.l.3.c.199. Iuo p.3.c.113.

α ¶ Emunitate.] *Sic etiam apud Burchardum. Iuo habes*, pro immunitate violata. *In aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur*, pro emunitate eccleſiæ violatæ. *Summa autem huius capitis ſere habetur in Triburienſi,quod extat,c.4.& 6.*

Item Auguſtinus ad Bonifacium epiſt.187.

¶Non licet alicui hominem de eccleſia rapere. C. VIII.

MIror,quomodo tam ſubito fidei murum aries [d] ruperit inimici. Noui enim qua religione ſemper ſis eccleſiam Dei veneratus. Quo inſtigante facere auſus es? hominem de eccleſia rapuiſti? Tuus ſi de tuo amico forte præſumeret fugitiuus: poſſet proculdubio interceſſoris cauſa veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur [e]: cur Deus offenditur? Sed ſi de poteſtate præſumitur: Nabuchodonoſor regẽ intende;qui cauſa ſuperbiæ in bouẽ [f] eſt ex homine commutatus [g]. Non vt confundam te, hæc ſcribo;ſed vt filiũ chariſſimũ moneo. Eccleſiæ igitur illæſum reuoca, quem vt irreligioſiſſimus rapuiſti. Oblatio vt hominem quẽ violenter de eccl. rapuit, ad eandem eccleſiã reuocet,& donec eccleſiæ ſatisfaciat,& pœniteat prohibet Aug.ne oblationes ſuæ domus ſuſcipiantur à clericis.& Bonifacio communionem interdixit. Et hæc verba ſic expone, [Tuus,] ſcilicet ſeruus tuo amico, id eſt,apud tuum amicum forte,ſcilicet permanere.ordinato,id eſt,ſtatuto,& præfixo. Iuo p.3.c.122. 1.Cor.4.

Paſſus quid ſit.

a ¶Paſſus.] Paſſus (vt ait Iſidor.) eſt mẽſura quinq; pedũ Pes eſt ſpatium 15.digitorum 1. iſtud tñ non tenet in capellis quæ ſunt intra ambitum caſtellorum, vbi ꝓpter loci angustiã non poteſt iſtud obſeruari,vt inf.c. quiſquis.& c.quæſti.

1 Idem Bar. in l.3. ff. de ver. ſi.& Alexan. de Imol. in l. 1. ſi quis cau.

b ¶ Niſi publicus.] Et noctarnus depopulator agrorum, hi ſoli excipiuntur ſecundum ius canonicum: licet leges plures perſonas excipiant,vt extra de immu. eccl. inter leges enim excipiunt homicidas,adulteros,raptores virginũ,ſed ſecundum canones raptores virginum tuti ſunt in eccleſia,vt 36.q.1.de rapto.

Eccleſiæ immunitate multi priuãtur.

c ¶ Si quis in atrio.] ¶ Altario.] Hic habes, ꝙ pecunia reſtituitur illi loco, in cuius ignominiam data eſt

2 De hoc 2.27.q.1 ſi quis rapuerit, & extra de ſimo. de hoc. & no.ſu.ea. ſacrilegium. & ſup. 1.q.3. ſi qs dator. Lino.dicit ꝙ cum pœna duplici reddatur,vt extra de ſimo.audiuimus. & in auth.de ſan. epiſ.§. ſed neq; ꝙ ff. de calum.l.& generaliter § illud.ar.contra.de ſimo. veniens.Sed illud eſt diſpenſatio.

MIror.] CASVS. Quidam nomine Bonifacius hominem quendam forte ſeruum fugitiuum violenter de eccleſia extraxit, de quo Aug eum grauiter reprehendit,& oſtendit ꝙ hoc facere non debuit, quia ſi

d ¶ Aries.] Id eſt,impetus diabolicæ ſuggeſtionis, ad ſimilitudinem arietis inſtrumenti, quo frangitur murus.

e ¶ Intenditur.] Id eſt, exauditur.

f ¶ In bouem.] Id eſt,in bouinam mentem,vt 23. q.4 Nabuchodonoſor.

g ¶ Oblatio.] Hoc eſt in deteſtationẽ criminis ipſius, ꝙ non ſolum ipſe, ſed etiam familia eius prohibetur à ſacramentis.ſic 90.dilt.oblationes,& 12.q.2.de viro.& extra de ſpon.non eſt vobis.io.

REum.] CASVS. Statutum eſt in hoc cap. vt prælatus defendat reum ad eccleſiam fugientem à pœna corporali:tamen quod abſtulit, cum pœna pecuniaria reddat. Eccleſia fugientes adſe tutatur.

aq; Vel vero domus tuæ à clericis ne ſuſcipiatur indixi †:communionemque tibi interdico:donec peracta pro auſibus, vel errore à me definita tibimet pœnitentia, & tempore ordinato † pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras ſacrificium Deo. † al.interdixi † al.condonato

α ¶ Commutatus.] *Hoc loco iſta erant interiecta*, atque à regno ſuo profugus recedens non ante regnum recepit,quam conuerſus Deum prædicauit, *quæ à multis vetuſtis abſunt, & originali,& Iuone Sunt autem inter verba Gratiani infra de pœnitentia d.1.c.voluiſſent.*

& in adiectis c. 29.& in concil. Mogun.1.c.39. Burc.l.3.c.194. Iuo p.3.c.123. Pann.l.2.c 75.

Item ex libro capitularium 5.c.90.

¶ Fugientem ad eccleſiam nemo audeat abſtrahere. C. IX.

REum ad eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat,neque inde donare α ad pœnam, vel ad mortem [a],vt honor Dei,& ſanctorum eius conſeruetur: ſed obtinere ſtudeant:tamen legitime componat,quod inique fecit.

αα Donare.] *Sic eſt emendatum(antea enim legebatur,damnare) ex cap.Caroli,& concilio Moguntino, & pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus & cæteris collectoribus: quamquam apud Burchardum ex concilio apud Theodonis villam, & in Pannormia ex libro capitularium longe copioſius hoc caput referatur.*

Item Geleſius Victori,Conſtantino,Martyrio,Feliciſſimo,Sereno,& Timotheo epiſcopis.

¶ Ab eccleſiæ arceatur ingreſſu, qui aliquem de eccleſia violenter rapuerit. C. X.

FRater,& coepiſcopus noſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſſit,Benenatum,& Maurum Beneuentanæ municipes ciuitatis, in contumeliam religionis acerba nimis,& plectibili contumacia profiluiſſe:qui confugientem ad eccleſiæ ſepta curialem ſuum,ne illic quidem tutũ, aut de iniuria ſua ſecurum eſſe ſiuerunt: auſi irruptione † temerariæ mentis admittere, quod nec poteſtatibus quidem vel principibus unquam licuit perpetrare: vt hominem in ſanctuarijs conſtitutum (captata ſacerdotis abſentia)reluctantem, reclamantemque violenter abſtraherent. Quos,quantum ſua nobis ſuggeſtione patefecit, merito indignos eſſe ſacra communione iudicauit. Et ſi reuera tanti facinoris conſtat admiſſum; noſtra etiam auctoritas in hac parte conſentit. Nec enim [b] iure ad ſuppliandum debet admitti qui † admittere ſacrilegium non dubitauit. Nullus enim intra limina tantæ veneration deputata vtrumque ſibi licere exiſtimet pro ſuæ voluntatis arbitrio; vt & humilitatem ſibi vendicet, & furorem [c], Et ideo fratres chariſſimi ſupradictos ſi manifeſta reos facit conqueſtio, ab omnibus [c] parochiarum veſtrarum eccleſijs noſtræ præceptionis auctoritate [d] prohibete:vt non Poly.7. tit.1. Iuo p. 3. c.120. † al.irreptione al.vbi

a ¶ Vel ad mortem.] Sed nunquid poterit poſtea accuſari iſte de illo crimine? ſi non,poteſt,ergo crimina remanebunt impunita:quod eſſe non debet, vt extra de ſent excom.vt famæ.& ſic priuilegium eccleſiæ erit multis occaſio delinquẽdi. ꝓp hoc dicũt qdã, ꝙ à quolibet poteſt accuſari poſtea præterquam ab illo, qui promiſit impunitatem.ſed qui ſic reſpõdet, nititur cõtra priuilegium eccleſiarum: quod eſt iniuſtũ, vel hæreticum. ut 21.diſtin. omnes. ad quid enim impetraret eccleſia ei uitam, ſi pro eodẽ crimine poſtea decapitaretur? Dicas ergo, ꝙ hoc eſt priuilegiũ eccleſię,ꝙ talis ſanando nec uitam, nec membrũ perdat:ſed quod alias pœnialiter ſatisfaciat. Vel ſi hoc non poteſt,ſeruiat ei perpetuo quẽ laſit,vt 36.q.1.de raptoribus.

r Hæc ſuiſnia Laur. q. dicit,ꝙ bene põt accuſari poſt exitum, & ꝑterg. rẽ vt ſequitur. ſecus ſi sẽp eſſent in eccleſia. C. de his, qui ad ecc.con l.vl. La. ſed huic dicto obſtat 23.q.1.de raptoribus.vnde dic vt ſequitur.Arch.

FRater.] CASVS. Epiphanius epiſcopus excommunicauit Benenatum,& Maurum ciues Beneuẽtanæ ciuitatis, qa quendam ſuum curialem ad eccleſiam fugientem in abſentia ſacerdotis de ipſa eccleſia violenter extraxerant:qđcum ſignificatum fuiſſet Gelaſio, excommunicationem illã confirmauit,& præcepit ſex epiſcopis, vt ſi illi tres excõicati peruenerint ad ſuos epiſcopatus, interdicãt eis introitum eccleſiarum, vt iſtius vltionis timore alij à tali ꝓſumptione reuocẽtur:Seq.c.patet.

b ¶ Nec etiam.] Ex. de vſu.quia fruſtra.

c ¶ Ab oĩb.] Arg. ꝙ ſacrilegus in nulla eccleſia tutus erit,cũ i eccleſiã delinquat, vt inf. c. ꝓx. ꝙ qdã cõcedũt. Vñ ſi aliqs furtũ vel ſacrilegiũ fecerit in eccl'ia,illũ non dẽt tueri eccl'ia, cũ in eccl'iã deliquerit,vt inf.c. ꝓx.tñ de cre.ext.de immu.eccle. inter tantũ duas perſonas excipit.

d ¶ Auctoritate.] ſed quid operatur hic auctoritas vel cõfirma-

Cõfirmatio Papæ tria operatur.

tio Papæ, cum illud per se facere potuerint? Respon. confirmatio tria operatur. præstat enim ipsi facto maiorem auctoritatem, vt 11. dist. quis nesciat. Item si quid est inualidum, supplet eius defectum confirmatio, vt extra de transac. c 1. Item ꝙ sine eius licentia nõ potest retractari illud qđ ipse cõfirmauit. extra de cõfir. vti. uel inuti. c. 2. fo.

SIcut.] CASVS. Hoc ca. diuidit in duas partes. In 1. parte dicit, ꝙ sicut iudicatur sacrelegus, qui bona ecclesiæ rapit uel inuadit: sic censetur sacrilegus, q Dei sacerdotes insequit, In secũda parte dicit, ꝙ sicut Deus est maior homine: sic sacrilegiũ qđ in Deũ cõmittẽ, maius est fornicatione, quæ committitur in hominẽ.

a ¶ Grauius.] Hic vr ꝙ maius sit peccatũ sacrelegum q̃ adulterium; & sic est contra 32. q. 6. 7. quid in omnibus. sed ibi solutũ est. Item nonne homicidium maius sacrilegio est? Sic; sed intelligas quod hic dicitur, in eadem specie facti. nam homicidium quod fit in clerico, maius est quam illud quod fit in laico: quia unum est sacrilegium, aliud nõ. similiter quod fit in sãctimoniali, est maius quàm aliud quod fit in alia muliere.

b ¶ Maius.] Sic 22. q. 1. omne. & c. mouet.

ATtendendum.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc c. ut ecclesia non cogatur soluere tributa vel collectas de prædijs ecclesiasticis: si quis vero contrafecerit, post debitã pœnã sacrilegij sit infamis, & carceri tradat vel exilio perpetuo damnetur.

c ¶ Post debitæ.] hęc verba sumpta sunt à lege: quę est 16. q. 1. §. 1. nouarum.

Ecclesia habet carcerẽ.

d ¶ Et carceri.] Ergo ecclesia habet carcerem, & infligit pœnã relegationis 1. 2. q. 1. in primis. Item habes hic, quòd diuersæ pœnæ infliguntur alicui pro eodem delicto, vt 21. q. 5. cap. 3. & 16. quæstione 1. ita tuimus, & ead. qõ. 7.

1 Vide qđ legi. & no. 3. q. 4. hi qui.

constitutiones. contra illud quod est extra de iud. at si clerici, & extra vt lit. non contest. quoniam frequenter. in fi. & quia lex dicit, ꝙ vnum delictum non debet vaSrijs æstimationibus coerceri. 1. ff. de pœn. sanctio.

I forte.] CASVS. Quæsitum fuit à Clemente quam pœsolum hi, qui iniuriam sanctorum locorum prosiluisse probantur †, merito consequantur pro facti sui qualitate vindictam; verum etiam cęteri à tali præsumptione vltionis istius timoris reuocentur. † al. ꝓbabũtur

Idem Epiphanio episcopo.

¶ Ecclesiarum non est dignus ingressu, qui eas violat. C. XI.

AD episcopos cæteros direximus iussionem, vt eos, q ecclesias violasse perhibentur, accessu earum iudicent esse indignos, Iuo p. 3. c. 119.

Item Pius Papa, epist. 2. Italicis.

¶ Qui ecclesiam Dei vastat, & eius sacerdotem insequitur, sacrilegus iudicatur. C. XII.

SIcut qui ecclesiam Dei vastat, & eius prædia, & donaria expoliat, & inuadit, sit sacrilegus; sic & ille, qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegij reus existit, & sacrilegus iudicatur. *& infra.* Non ergo grauius [a] peccatum est fornicatio, quàm sacrilegium. Et sicut maius [b] est peccatum, quod in Deum committitur, quàm quod in hominem; sic grauius est sacrilegium agere, quàm fornicari. Poly. l. 6. tit. 15. Ans. l. 5. c. 30. Burc. l. 11. c. 29. Iuo p. 5. c. 243. & p. 13. c. 39.

Item Vrbanus epist. ad omnes episcopos, c. 2. l. cap. 6. c. 115 & in Mogunt. sub Arnulpho. c. 11.

¶ Qua pœna feriatur, qui ecclesiæ vsibus dedicata prædia vexare tentauerit. C. XIII.

ATtendendum est omnibus, ne prædia vsibus secretorum cęlestium dedicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit; post debitæ [c] vltionis acrimoniam (quę erga sacrilegos iure promenda est) perpetua damnetur infamia, & carceri [d] tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis vratur †. † al. feriatur.

[*Item Iginus Papa.*]

PALEA. C. XIIII.

iij SI quis ecclesiam igne combusserit; † quindecim annis pœniteat, & eam sedulo restituat; & pretium suum [α] pauperibus distribuat. Poly. l. 6. c. 15. † Ant. l. 5. c. 18. Bur. l. 3. c. 204. Iuo p. 3. c. 127. Pann. l. 2. c. 70.

¶ Hæc palea in vno tantum Vaticano codice habetur; in quo sicut in vulgatis, & Pannormia citatur ex Igino, à Burchardo autem & Iuone ex decretis Iulij.

α ¶ Pretium suum.] *Apud Burchardũ, l. 19 in c. de sacrilegio sic legitur.* Incendisti ecclesiam, aut consensisti? si fecisti, ecclesiã restitue: & pretium tuum, id est vuiregeldum tuum pauperibus distribue, & quindecim annis per legitimas ferias pœniteas.

Item Clemens epistola 2. ad Iacobum.

¶ Iudæ similis probatur, qui ornamenta surripuit ecclesiæ. C. XV.

SI forte quispiã presbyter, siue diaconus, sacrarij findo Iuo p. 2. c. 63 & p. 6. c. 88.

pœnam debeat pati presbyter vel diaconus si furetur findonem sacrarij vel velum, & vendat. Et respondetur ꝙ Iudę Iscariotis similis est: & eius pœnam patietur. Seq. capit. planum est.

a ¶ Subtractum.] Tamen episcopus cum tali potest dispen-

† al. subtracta

nem, vel velum subtractum † [a] vendiderit; Iudę Iscariotis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus; nouerit se supradicti Iudæ susceptură pœnã [b].

Isid. mer. lib. 4. c. 209.

[*Item ex pœnitentiali Theodori.*]

¶ De eodem. PALEA C. XVI.

PEcunia ecclesiastica furata, vel rapta reddatur in qua druplum; populi vero dupliciter. Si quis aliquid de ministerio sanctæ ecclesiæ furatus fuerit, septem annis pœniteat, tres in pane & aqua.

[*Item ex pœnitentiali Romano.*]

¶ De eodem. PALEA C. XVII.

iij SI quis clericus furtũ fecerit capitale; id est quadrupedem, vel domum fregerit, aut quamlibet rem meioribus pretij furatus fuerit; septẽ annis pœniteat: laicus quinque. Si quis autẽ de minoribus semel, aut bis furtũ fecerit reddat proximo suo: & vno anno pœniteat in pane & aqua: &, si reddere non potuerit, tribus annis pœniteat.

Similia horum leguntur apud Burchardum, lib. 11. cap. 58. & Iuonem par. 13. c. 44.

& in epist. Luc. ij, c. 6.

Item Anacletus epist. 1. c. 8.

¶ Sacrilegium facit, qui pecuniam ecclesię rapit. C. XVIII.

QVi rapit pecuniã, proximi sui; iniquitatẽ operatur: qui autem pecuniam, vel res ecclesiæ abstulerit; sacrilegium [c] facit.

Item ex concilio Flerdensi, c. 8.

¶ Segregetur ab ecclesia clericus, qui seruum, aut discipulum suum ad eam fugientem verberare præsumit. C. XIX.

Iuo p. 3. ca. 117. Pann. l. 2. ca. 76.

NVllus clericorum seruum, aut discipulũ suum fugiẽtem ad ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare [d] præsumat. Quod si fecerit, donec digne pœniteat, a loco, cui honorem non dedit, segregetur. ¶ Si qui clerici in mutuam [e] cædem proruperint; prout dignitas [f] officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, à pontifice districtius vindicetur.

ibidem ca. 11.

Item ex concilio Triburiensi c. 20.

Et lib. 5. capit. c. 185. & in leg. Boiariorũ, ti. 7.

¶ Qui de atrio, vel particibus ecclesiæ fugientem abstrahit, excommunicetur. C. XX.

Burc l. 3. c. 197. Iuo p. 3. c. 214.

iiij SI quis contumax, vel superbus timorem Dei, vel

1 Sed ímoderate non. si ad leg. Aquil. sed & si. in fi. & l. seq. & ff. loca. itẽ quæritur.

2 Concor. tex. in l. sed & si 9. fi. & ibi gl. ff. ad leg. Aquil. & in auth. de nup. cũ ibi no. §. si vero. col. 4.

3 Hæc sentẽtia Gos. approbatur per cõ. dict. prædi. dec. quoniam. ff. de leg. 2. l. cũ pater. §. dulcissimis. vbi abũdãtius est illis prouidendum: quia vbi periculum maius est, magis est consulendum, vt ff. de Carb. edi. l. 1 §. sed si quis 4.

4 Ad idem nota 42. dis. quescamus.

spensare sup. dist. 50. si quis presbyter.

b ¶ Pœnam.] Scilicet, æternam.

c Qui rapit.] ¶ Sacrilegium.] Alibi dicitur ꝙ facit homicidium, vt 12. q. 2. qui Christi. & cap. qui abstulerit.

d Nvllus clericorum.] CASVS. Hoc. c. diuidit in duas partes. In prima parte dicitur, quòd clericus, qui seruum vel discipulum suum ad ecclesiam fugientem inde extrahere vel flagellare præsumpserit, donec pœniteret, excõicetur. In secunda parte dr, ꝙ clerici se mutuo verberãtes, prout dignitatis rẽne vel officiorũ iniuria maior fuerit, ab epo puniantur. Secũda pars incipit ibi. [Si qs vero.]

d ¶ Vel flagellare.] possunt tamen magistri & parentes & epi moderate 1. castigare, vt 25. q. 5. c. 1. in fi. similiter vir vxorem vt no. 7. q. 1. sicut alterius 2. & platus subditũ, vt 23. q. 4. forte. sed dominus habet in seruum plenissimã coercionem: vsufructuarius modicam, vt de vsufruct. locum & l. sed & si cuti. in fi. patronus autem in libertum habet leuem coercionem, vt ff de iniur. prætor. §. prætrea. Sed nonne magister vel episcopus intra ecclesiã potest verberare clericum, cum episcopus iudicet intra ecclesiam, vt 2 q. 2. præceptũ. & in iudicijs episcoporum interuenit verbera, vt 23. quæst. 3. c. 1. in fi. Sed dic ꝙ causa odij nõ debet eũ expellere de ecclesia: qa si magister nõ percutiat discipulũ ex odio, non incidit in canonẽ, vt ext. de sen. excommu. super eo.

e ¶ In mutuam.] Hodie tales mittẽdi sũt ad curiam: nisi sint impuberes vel regulares, vt extra eo. tit. super eod. Vel loquiẽ de communiter viuẽtibus qui cum modũ nõ excedũt, iudicio meo possunt absolui ab epo, vt extra de vita & honest. cle. qm. & extra qui cle. vel vo. c. 1. 3. & extra de sen. exc. ex tenore in fi. vel hoc ideo qa cõio materiã discordię generare solet, vt quoniam. ff. de leg. 2. l. cũ pater. §. dulcissimis. vbi abũdãtius est illis prouidendum: quia vbi periculum maius est, magis est consulendum.

f ¶ Dignitas.] Quia secũdũ dignitatem punitur aliquis vt 45. dist. cum beatus.

SI quis contumax.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Triburiensi quam pœnam pati debeat, qui seruum fugientem vel alium quẽ persequebatur de atrio vel de porticib. ecclesiæ cęmiterio deputatis violentes extraxe-

extraxerit? Et respondetur, q̃ episcopo debet nongentos solidos soluere pro cœmiterio quod fregit, & pro peccato publicè pœnitebit.

a ¶ Adhærentibus.] Eodem gaudent priuilegio cum sacris, vt fide rei vend. quæ religiosis. & est simile 44. distin. §. 1. Ioan.

b ¶ Componat.] Su. e. si quis in atrio. dicitur q̃ ecclesię debit. Sed dic, q̃ satis dicit ecclesiæ dari cum datur prælato ecclesiæ. aliæ pœnæ statuũtur infra e. quisquis. Sed dic q̃ pęnę sunt arbitrariæ. Vel secundum consuetudinem locorum loquuntur. Vel dic & melius. q̃ si qs violat emunitatem, nullum damnum faciendo, soluit solidos nongentos. sed si dãnũ aliquod fecerit soluet triplum q̃ emunitate, & damnũ nouies, vt infra ea. quisquis. in fi.

Ecclesię emunitatem violãs qualiter punitur.

SACRILEGIVM. CASVS. Quia supra facta est mẽtio de sacrilegio, ideo nuncẽ ostendit G. quod sacrilegiũ fit cum aliquis rem sacram violat. & hoc fit quatuor modis, vel auferẽdo sacrum de sacro, vel sacrum de nõ sacro, vel non sacrum de sacro, vel si quis iniecerit violentas manus in clericum. Ostẽdit etiam, q̃ sacrilegium duplicem continet pęnam, scilicet pecuniariam, & excommunicationis. pecuniaria persoluenda est illis, apud quos querimonia deponitur.

QVisquis.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes in prima parte dr̃, q̃ sacrilegus xxx. libras argenti dẽt præstare epis vel abbatibus, vel alijs personis, ad quas querimonia sacrilegij pertinet. In secunda parte dicitur, q̃ ecclesiæ debent habere xxx. passus pro cœmiterio in circuitu, nisi sint capellæ castellorum, intra quos triginta passus si quis iniuriam fecerit in personis, vel inde aliquid auferendo, sacrilegium committit, Similiter committitur sacrilegium auferendo sacrũ de sacro, vel non sacrũ de sacro, vel sacrũ de non sacro. Secunda pars incipit ibi, [Sacrilegium committitur.]

c ¶ Ad quas.] Id est, quibus comperit querela. & loquitur de ipsis iudicibus, & dicit q̃ iudicibus illius quærelæ. tantum sint soluenda xxx. pro emunitate violata: nã aliam pœnam præstabit iniuriam passo. inf. c. proxi.

d ¶ Vel domos.] Scilicet clericorum: nam aliæ domus non dẽt esse intra ambitum ecclesiæ, vt 12. q. 1. nulla.

Clericus arma ferens an pdat priuilegium.

e ¶ Arma.] Ergo si clericus arma ferens verberetur. nõ incidit in canonem verberans extra de sent. exc. cum nõ ab homine. & c. vt famæ. 16. q. 1. generaliter: hoc tñ non est verum nisi post trinam admonitionem reuerentiam sanctarum ecclesiarum non habuerit, & fugiẽtem seruum suum, vel quem ipse persecutus fuerit, de atrio α ecclesię, vel de porticibus quolibet modo ecclesiæ adhærentibus [a] per vim abstraxerit; pro emunitate nongentos solidos episcopo componat [b]: & ipse publica pœnitentia iusto † iudicio episcopi mulctetur.

† al. iuxta iudicium.

α ¶ De atrio.] *In duobus vetustis codicibus Gratiani legitur*, de altario: *in capitularibus vero*, de ecclesia.

Sacrilegium ergo est, quoties quis sacrum violat, vel auferendo sacrũ de sacro, vel sacrũ de non sacro, vel nõ sacrũ de sacro. Dicitur ẽt sacrilegium cõmittere, qui violẽtas, impias manus in clericũ iniecerit. Porro ipsum sacrilegiũ duplicem continet pœnam, pecuniariam videlicet, & excommunicationis. Pecuniaria eis persoluenda est, ad quos querimonia sacrilegij pertinet.

Vnde Ioannes Papa octauus scribit omnibus episcopis.

¶ De multiplici genere sacrilegij, & pœna eiusdem. C. XXI.

Anſ. l. 8. c. 40. Poly. l. 6. tit. 10. Iuo p. 3. c. 98. Pan. l. 2. c. 80. & 79.

QVisquis inuentus fuerit reus sacrilegij; episcopis, vel abbatibus, siue personis, ad quas [c] querimonia sacrilegij iustè pertinuerit, triginta libras examinati argenti purissimi componat. ¶ Sacrilegium committitur, si quis infregerit ecclesiam, vel triginta ecclesiasticos passus, qui in circuitu ecclesiæ fuerint, vel domos [d], quæ intra prædictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo: seu qui iniuriam, vel ablationem rerum intulerit clericis arma [e] non ferentibus, vel monachis, siue Deo deuotis, omnibusque α ecclesiasticis [f] personis. Capellæ, quæ sunt intra ambitum murorum castellorum, non ponuntur in hac triginta passum obseruatione. Similiter sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrũ & de sacro, siue sacrum de non sacro. *Idem.* ¶ Si quis domum Dei violauerit, & aliqua sine licentia illius rem subtractam restituent ei cuius erat, & damnũ nouies; ecclesiæ vero triplũ rei subtractæ. & præterea pœna corporali punientur, quam habes su. ead. attendendum. vel excõicabuntur. Scda pars incipit ibi, [Idem.]

Su. 11. q. 3. ad mensam. Anſ. l. 5. c. 52.

a ¶ Nouies.] Quid est ergo quod dicitur infra. de act. §. omnes.

†al. fore prima tum

†al. Hi qui Simile in Meld. c. 60.

1. Cor. 5. Anſ. l. 5. c. 47. Burc. l. 1. c. 22. Iuo p. 3. c. 124. & p. 14. c. 96.

cui commissa esse dignoscitur, inde abstulerit, vel ecclesiasticis personis iniuriam fecerit; donec in cõuentu admonitus legitime satisfaciat; sciat se communione priuatum †. Si vero post secundam & tertiam conuentionem coram episcopo satisfacere detrectauerit; sacrilegij periculo ab omnibus obnoxius teneatur: ita vt secundum Apostolum nemini fidelium misceatur. *Idem.* ¶ Si qui monasteria, & loca Deo dedicata, & ecclesias infringũt, & depositа, vel alia quęlibet exinde abstrahunt; damnum nouies [a] componant, & emunitatem tripliciter [b], & velut sacrilegi canonicæ sententiæ subiugantur.

¶ In epistola manuscripta Ioannis octaui, scripta episcopis, & abbatibus per Narbonensem, & Hispanicas prouincias cõstitutis, præcipitur obseruari lex contra sacrilegos in concilio Trecasensi edita coram Ludouico Imperatore, & quinquaginta tribus episcopis. Diuersa autem sunt istius epistolæ verba ab his, quæ recitantur & a Gratiano, & à cæteris collectoribus: sed eadem sententia.

α ¶ Omnibusq; ecclesiasticis.] *Apud Iuonem legitur*: deuotis hominibus, ecclesiasticis personis. Non .n. capellæ, quæ infra ambitum murorum castellorum sunt, mittuntur, vel ponuntur in hac obseruatione. *Nec multo aliter apud alios collectores.*

Simile in 8. synodo sub Photio, c. 3.

Item Alexander Papa II.

¶ Nisi canonicè iudicatum episcopum qui comprehenderit laicus excommunicetur. C. XXII.

SI quis deinceps priorũ [c], aut cuiuscunq; dignitatis, vel cuiuscunq; ordinis laicorum episcopum comprehenderit, percusserit, aut aliqua vi à propria sede expulerit, nisi fortè iudicatum [d] canonice; auctores, & cooperatores tanti sceleris anathematizentur, & bona eorum ecclesię ipsius iuri perpetuo tradantnr [e]. ¶ Si vero in presbyterum, vel in quemcunq; inferiorum graduũ clericum hęc eadem præsumpserit; canonicæ pœnitentiæ, atq; depositio ni [f] subiacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

In chronico Mediolan.

Item Nicolaus Papa Thadoni archiepiscopo Mediolanensi.

¶ Flagellatores presbyterorum post tertiã admonitionẽ si non resipuerint, excommunicentur. C. XXIII.

Iuo p. 10. c. 20

DE presbyterorum flagellatoribus, & occisoribus,

Pœnam quadrupli põt iudex q̃q; excedere.

§. omnes vbi dicitur, q̃ nulla pœna debet excedere pœnam quadrupli? Respon. non debet iudex excedere pœnam quadrupli, nisi vbi iure inuenitur, quòd possit excedere: quia quandoque extenditur ad decuplum, vt 12. q. 2. in legibus. & c. cum deuotissimam. Vel solue vt ibi.

Sacrilegus triplici pœna punitur.

b ¶ Tripliciter.] Ecce triplex pœna, quia punitur sacrilegus, quia iudici dabit xxx. libras, item damnum nonies componet, & emunitatem tripliciter. similiter corpora- & occidunt, vel deprædantur, nec sæculari brachio possunt coerceri. & respondet q̃ primo conueniri debent secundo & tertio, qui si delictum non emendauerint, à corpore sacræ communionis priuentur. tandem dẽt anathematizari in contumacia permanentes. In secunda parte dicitur, quod si ipsi resipiscant, reconciliari debent ecclesię, digna tamen satisfactione præmissa. Secunda pars ibi, [Quos etiam.] Casus sequentis cap. per se patet.

1 Scilicet ab honore & cingulo dignitatis, si quam hẽt secundũ. H.

1 Diuersa

a ¶ Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

& prædonibus, scilicet, qui sæculari [a] brachio minimè coercentur, iuxta præceptū Domini placet, vt fraterno amore conueniantur secundo, ac tertio. Qui si te nō audierint; conueniente ecclesia eos sacra communione priuare, atq; (si in sua obstinatione permanentes sacerdotalia monita fortè contempserint) ab ecclesiæ compage sub anathematis interdictione resecare licentiam tribuimus. ¶ Quos ēt resipiscentes tandem digna satisfactione præmissa [b] in gremium sanctæ matris ecclesię reuocari noueris posse.

a ¶ Qui sæculari.] Ergo sęcularis iudex in his enormibus crimibus primo habet coercionem 1. & deinde ecclesiasticus iudex. vt 23. quæ. 1. sunt qudā. Ioā. q; falsum est, vt extra de iudi. cū nō ab hoīne. B. Itē hic patet, q; sęcularis potestas & ecclesiastica debent sibi mutuū præstare auxilium, vt 96. dist. cum ad verum. & 32. d. eos qui. & dist. 17. non licuit.

1 Ad hoc facit qđ no. su. 90. dist. placuit.

Excōicatus an possit absolui nō prę missa satisfactione.

b ¶ Præmissa.] Argu. q; excommunicatus prius debeat satisfacere q̄ absoluatur. vt hic, & 11. q. 3. excellētissimus. in fi. & 23. q. 8. si quis mēbrorū. & ca. pessimam. ext. de iure patr. relatum argu. contra extra de sent. excom. per tuas Sol. aut excōicat̄ qs pro contumacia. aut pro delicto. Si pro cō tumacia, tunc prestita cautione absoluetur. Si pro delicto, & illud est euidens, nō prius absoluet̄ q̄ satisfecerit. sic distingitur extra de ver. sig. ex parte. Ioā. Certè semp excōmunicat̄ quis pro contumacia sed illa quandoq; ꝓuenit ex delicto, vt innuit illa decre. ex parte. nisi ipso iure incidat in canonem latę, sententię, vt infra ea. quæ. 4. si quis suadente. B.

[Item ex concilio Moguntino sub Rabano, c. 24.]

PALEA. C. XXIIII.

QVi presbyterum occidit; duodecim α annorum ei pœnitentia secundum canones imponatur: aut si ne gauerit, si liber est, cum septuaginta duobus β iuret: si autem seruus, super duodecim vomeres feruentes se expurget. Conuictus vero noxæ vsque ad vltimum vitæ tempus militię cingulo γ careat, & absque spe coniugij maneat.

ext. de pœnit. & remiss. c. 2. Burc. l. 6. c. 7. Iuo p. 10. c. 136.

¶ *Hæc Palea in vno tantum Vaticano Gratiani codice habetur.*

α ¶ Duodecim.] *Sic in codice Vaticano & cæteris locis indicatis. In vulgatis Gratiani codicibus legebatur*, viginti annorū pœna.

β ¶ Cum septuaginta duobus.] *In concilio ipso legitur* cū duodecim. *Burchardus tamen, & Iuo, & codex Vaticanus concordant cum vulgata lectione.*

γ ¶ Militiæ cingulo.] *Sic etiam in Decretalibus, & apud Burchardum, & Iuonem. In concilio autem legitur*, cingulum deponat, *& vxorem amittat.*

[Item ex concilio Triburiensi.]

PALEA. C. XXV.

VT presbyteri non vadāt, nisi stola, aut horario induti. Et si in itinere spoliantur, aut vulnerantur, vel occidūtur non stola vestiti; simplici emendatione soluantur: si autem cum stola, triplici.

prima pars hꝰ cap. 6. l. c. 169. Bur. l. 6. c. 10. Iuo p. 10. c. 139.

[Item ex eodem, c. 5.]

PALEA. C. XXVI.

OMnes presbyteri interfectores ♂ compositione episcopi, ad cuius parochiam pertinent, soluantur: ita videlicet, vt medietatem Vuirigeldi † 1, eius episcopus vtilitatibus ecclesię, cui præfuit tribuat, & alteram medietatem in eleemosinā illius iustè dispertiat; quia nullus nobis eius hęres proximior videtur, quàm ille, qui ipsum domino sociatur.

capitul. l. 4. c. 15. ext. de pœnis, c. presbyteri, Burc. l. 6. c. 11. Iuo p. 10. c. 140. pann. l. 8. c. 6.

† *al.* gildam.

¶ *Hæc quoque Palea in vno tantum Vaticano codice habetur. Est autem in capitularibus (vnde citatur in Pannormia) lib. 4. c. 15. & in Decretalibus tit. de pœnis. c. presbyteri. In concilio etiam Triburiensi, quod extat, c. 4. habetur quiddam simile.*

♂ ¶ Interfectores.] *Sic etiam in Pannormia. Vaticanus codex habet*, interfecti. *In capitulari legitur*, presbyteri interfecti episcopo, ad cuius parochiam pertinent, soluantur secūdum capitulare glorioſi Caroli genitoris nostri: ita videlicet, &c. *Verum in Decretalibus, & apud Burchardum, & Iuonem hoc modo*: Presbyteri interfecti compositio episcopo, ad cuius parochiam pertinebat, soluatur: ita videlicet, &c. *& similis locutio habetur in concilio Triburiensi. c. 4. Sed quoniam est initium capitis, nihil visum est hic mutandum: reliqua autem sunt emendata ex locis indicatis.*

† Et in cōc Trosleiano ca. 13. & inter leges Lōgobard. titu. de homicid. li. hominis, l. 27.

† Vuirigeldi.] *Antea legebatur*, Renaldus. *Emendatū est ex cæteris locis indicatis, præterquam ex decretalibus, vnde abest vtraq; vox: legitur tamen in prima collectione.*

Item ex lib. 3. capitul. c. 25. †.

a Qvisi bdiaconum.] ¶ Presbyterum.] Quid de hac pœna fieri debeat, habes extra de pœn. capitu. 2.

b Qvi occidrit.] ¶ Pubilcā.] Sed qd spectat ad Imperatorem imponere alicui publicam pœnitentiam;

¶ Pro graduum varietate mulctentur, qui clericos occidunt. C. XXVII.

Pann. l. 8. c. 7. Burc. l. 6. c. 5. Iuo p. 10. c. 9. & 134. similia quę dam.

QVi subdiaconum occiderit; CCC. solid. componat: qui diaconum, CCCC. qui presbyterum [a], DC. qui episcopum, DCCCC qui monachum. CCCC.

Item ex lib. 6. cap. c. 90.

¶ De eodem. C. XXVIII.

Iuo p. 10. c. 10. Pann. l. 8. c. 8.

QVi occiderit monachum, aut clericum; arma relinquat & Deo in monasterio seruiat cūctis diebus vitæ suæ, nunquam ad sæculum reuersurus, & septem annis publicam [b] pœnitentiam agat †.

† *al.* gerat

Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranensi, capitul. 15.

¶ Qui clericum percusserit, excommunicetur, & non nisi à Romano Pontifice absoluatur. C. XXIX.

Pan. l. 8. c. 149.

VI SI quis [c] suadente diabolo huius sacrilegij reatum α incurrerit, quòd in clericum [d], vel monachum violentas [e] manus [f] iniecerit; anathematis vinculo subiaceat [g]. & nullus episcoporum illum præsumat absoluere, (nisi mortis vrgente periculo) donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.

1 De hoc no. de pœn. dist. 1. si quis pulsatus, ibi videas.

α ¶ Reatum.] *Sic est emendatum ex codicibus huius concilij manuscriptis, & concilio Eugenij tertij, c. 16. vbi hoc idem repetitur. antea legebatur*, uitium, uel crimen incurrerit.

3 *Qui autem de ecclesia vi aliquem exemerit, vel in ipsa ecclesia, vel loco, vel cultui, sacerdotibus, & ministris aliquid iniuriæ importauerit; ad instar publici criminis, & læsę maiestatis accusabitur: & conuictus, siue confessus, capitali sīa à rectoribus prouinciæ ferietur: sicut in primo libro Codicis legitur, titulo de episcopis & clericis, le.* [Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit.] *& in Digestis tit. Ad legem Iuliam repetundarū* †[h], *le. vltima. Committunt etiam sacrilegium, qui contra diuinæ legis sanctitatē aut nesciendo [i] committunt, aut negligendo violāt, & offendūt: aut qui de principali iudicio disputant, dubitātes, an is dignus [k] sit, quem princeps elegerit: vel qui intra*

† *peculatus l. sacrilegi* uera lectio, ut in glossa.

tiam? Dic ꝙ Imperator instituit quid iudex ecclesiasticus facturus sit: sicut econuerso, vt 5 q. vlt. delatoꝝ.

SI quis.] CASVS. Statuit Inno. in hoc c. ꝙ si quis inierit violentas manus in clericum, vel etiam in monachum, illatim sit anathematis vinculo innodatus: & nullus episcopus eum quouis modo præsumat absoluere, donec Apostolico se præsentet, & eius mandatum suscipiat: nisi sit in mortis articulo constitutus.

c ¶ Si quis.] Hoc nomine, si quis, etiam fœminæ continetur, vt ff. de verb. sig. l. 1. fœmina enim bene incidit in canonem hunc, vt extra de sent excom. mulieres.

Clericū per cutiens non incurrit excōicationem.

d ¶ In clericum.] Etiam psalmistam, qui clericus dicitur 21. dist. cleros, & etiam in alias ecclesiasticas personas, vt no. sup. ea. quisquis.

e ¶ Violentas.] Ab hac regula multi casus excipiuntur, vt impuberes: & qui iocosa leuitate se percutiunt: & minis accusatus, & conuictus, & confessus capitali sententia feretur. & ad hoc probandum inducit duas leges, & hoc in 1. parte in 2. parte dicitur, ꝙ sacrilegium committitur tribus modis secundum legem. Primo, quando aliquis, vel nesciendo, vel negligendo legem violat. Secundo, cum aliquis disputat, an dignus vel indignus sit quem princeps elegerit. Tertio, quando aliquis in prouincia dignitatē gerendæ administrationis acquirit per ambitionem. Idem dicitur si aliquis disputat de iudicio summi Pontificis. Et ad hoc inducit sequens cap. Secunda pars est ibi, [Committunt.]

f ¶ Manus.] Idem si pedes: vel si spuat, vel persundat eum aqua. aliud dico si rumpat vestimenta sua. sed idem credo & tunc: quia violentia fit personæ 1: & quia quæ religiosis, & c. §. de rei vend. l. quæ religiosis.

g ¶ Subiaceat.] Iste canon est latę sententiæ, & ille extra [j] de fal. ad falsariorum. extra de loca. ex rescripto. & vbicumq; quis ipso facto incidit in sententiam, vt 24. quæst. 1. cap. 1. & 2. Ioan.

QVI AVTEM. Hæc est 3. pars q. in qua ponit diuersos modos sacrilegij. Io. de Fant.

CASVS. In hoc §. ostēdit G. q̄ sit pœna sacrilegij secundum legem sęcularem: & dicit ꝙ si aliquis sacrilegium commiserit, ad inuar publici criminis, & confessus capitali sententia feretur. & ad hoc probandum inducit duas leges, & hoc in 1. parte in 2. parte dicitur, ꝙ sacrilegium committitur tribus modis secundum legem. Primo, quando aliquis, vel nesciendo, vel negligendo legem violat. Secundo, cum aliquis disputat, an dignus vel indignus sit quem princeps elegerit. Tertio, quando aliquis in prouincia dignitatē gerendæ administrationis acquirit per ambitionem. Idem dicitur si aliquis disputat de iudicio summi Pontificis. Et ad hoc inducit sequens cap. Secunda pars est ibi, [Committunt.]

h ¶ Repetundarum.] Magister errauit in nomine huius tit. sed illud inuenitur ff. ad leg. Iul. pecu. sacrilegij.

i ¶ Nesciendo.] Quia iuris ignorantia diuini, vel naturalis non excusat.

K ¶ Dignus.] Quem princeps iudicat dignum, & nos: iu-

iudicabimus. simile 93. dist. c. 1. ff. de re iud. quidam C. de aduo. diuer. iud. restituendæ. in fi. arg contra: quia possum appellare à iudice quem ipse ex certa scientia dedit 1. extra de off. dele. cum olim 1. extra de app. nouit. extra de sent. & re iudi. cum causa.

in pecuniaria: similiter in spirituali, sed indirecte, vt extra de vsur. post. miserabile, & est simile 28. q. 1. sæpe.

VERVM. Hæc est 4. pars quæst. in qua quæritur quid iuris sit de seruis fugientibus ad ecclesiam. Ioan. de Fan.

CA-

1 Et hoc iõ qa appellationis remedium omnibus est commune. infr. anth. de iudi. §. pen. Io. de Fan.

prouinciam[a], *in qua prouinciales, & ciues habentur, officium gerendæ, ac suscipiendæ administrationis desiderant, vt Codicis lib. 9. titu. de crimine sacrilegij. Similiter de iudicio summi Pontificis alicui disputare non licet.*

Unde Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶ Nemini est permissum de eo, quod Papa statuit, iudicare, vel eius sententiam retractare. C. XXX.

NEmini est de sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare[b] permissum: videlicet propter Romanæ ecclesiæ primatum Christi munere in beato Petro apostolo diuinitus collatum.

Anſ. l. 1. c. 21. Pann. l. 4. c. 10.

¶ *Epistola, ex qua hoc caput est sumptum, non extat: aliquid tamen simile habetur in epistola prima ad Michaelem Imperatorem.*

Sacrilegij quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia committit.

Vnde in Toletano concilio 4. c. 64. legitur.

¶ Sacrilegium faciunt, qui Iudæis publica officia committunt. C. XXXI.

CONstituit sanctorum concilium, vt Iudæi, aut hi, qui ex Iudæis[c] sunt, officia[d] publica nullatenus appetant: quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. Ideoque iudices prouinciarum cum sacerdotibus eorum surreptiones fraudulenter elicitas « suspendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem iudicum hoc permiserit; velut in sacrilegum excommunicatio proferatur: & is, qui surrepserit, publicis cœdibus[e] deputetur.

Dist. 54. nulla. Iuo p. 13. c. 97.

« ¶ Elicitas.] *Sic est emendatum ex codice Lucensi regio: quamuis in alijs codicibus conciliorum, & Gratiani legatur,* relictas.

4 *Verum ne reuerentia religionis dominos suo iure fraudaret, si famuli ad ecclesiæ sepia confugientes inde nequaquam abstraherentur; sacris canonibus est institutum, vt prestito à Domino sacramento impunitatis, ei etiam reddantur inuiti.*

Vnde Gelasius † Papa scribit Bonifacio episcopo.

† *al. Gregorius*

¶ Post præstitam securitatem serui restituantur dominis, qui ad ecclesiam confugiunt. C. XXXII.

MEtuẽtes dominos famuli si ad ecclesiæ sepia confugerint, intercessiones debent quærere, nõ latebras:

Iuo p. 16. c. 68. & p. 3. c. 115. Pann. l. 2. c. 77. & 74.

Ecclesia de his qui foris sunt qñque iudicat.

[a] ¶ Qui intra prouinciam.] Prætor tamen eligendus est vbi latẽ fouet, vt C. de off. præto. tres. similiter defensor de ipsa ciuitate eligendus est[1]. in authen. de defen. ciuit. §. 1. & vlt. & prælatus potius de gremio proprio. q̃ de alieno, vt 61. dist. nullus. & sacerdos de propria diœcesi. 71. dist. hortamur.

NEmini.] CASVS. Præcipit Nico. in hoc c. omnibus episcopis, vt nullus eorum de iudicio sedis Apostolicæ iudicet, vel eius sententiam, vel iudicium retractet: eo quòd ecclesia illa priuatũ habet, & prærogatiuam inter omnes alias ecclesias.

[b] ¶ Retractare.] Sed ipsemet, vel eius successor potest eam reuocare, vt 35. q. 9. sententiam.

SACRILEGII. Dictum est su. quòd sacrilegiũ sex modis committitur: nũc vero dicit Gra. q̃ similiter committit quis sacrilegium, cum Iudæis publica officia committit, & ad hoc inducit seq. c.

CONstituit.] CASVS. In Hispania publica officia committebantur Iudeis: & propter hoc Christiani à Iudeis lædebantur: & ideo statutum fuit in cõc. Tol. ne rectores prouinciarum cum epis de cætero hoc permittant. & si quis fieri permiserit, velut sacrilegus anathematizetur, & Iudæus publicis cædib. deputetur.] Cum sacerdotibus,] i. epis. [Horũ.] Idest, Iudæorũ. [Obreptiones,] Idest, administrationes. [Relictas,] Idest, concessas per obreptionem. [Suspendant,] Id est, removeant, & auferant ipsis Iudæis.

[c] ¶ Qui ex Iudeis.] Id est, de familia ipsorum: vel loquitur de Iudæis de nouo ad fidem conuersis.

[d] ¶ Officia.] Sup. dist. 54. nulla officia.

[e] ¶ Cædib.] Nota q̃ ecclesia iudicat de his, qui foris sunt, contra id q̃ est 2. q. 1. multi. hoc in pœna tpali, siue CASVS. Dictum est su. in c. sicut antiquitus. & in c. miror. & c. rerum. q̃ nullus extrahi debet de ecclesia. sed quia serui sub hac occasione ad ecclesias fugientes dominos suo iure priuabant, ideo statutũ fuit, vt recepto sacramento de impunitate, serui etiam inuiti dominis suis reddantur: quod probat per seq. cap.

METuentes.] CASVS. Seruus Petri viri spectabilis fugit ad ecclesiam sancti Clementis: cui cum Petrus

trus per procuratorem suum sacramentum de impunitate personæ præstare vellet, egredi tamen nolebat: Super quo cum præfatus Petrus conquereretur Gelasio, præcepit idem Gelasius Bonifacio episcopo, vt cum illo procuratore illuc suum nuncium debeat destinare: & si

ne hæc ipsa præsumptio tarditatis[a] temeritatem augeat renitendi. Filius etenim noster vir spectabilis Petrus quæritur seruum suum in ecclesia sancti Clementis diutius commorari †, cui cum deputasset sacramenta præstari, illum egredi nulla ratione voluisse. Et ideo directus supra dictus † homo de præsenti [b] cum eo, quem elegeris esse mittendum cum de impunitate eius sacramenta [c] præbuerit; eum statim facias ad dominum suum modis omnibus remeare: aut si in hac pertinacia † forte perstiterit; post sacramentum sibi præstitum reddatur inuitus.

† *al. commoratum*

† *al. supradicti*

† *al. peruicacia*

Idem Ioanni episcopo Vienensi †.

† *al. Viuanẽsi*

¶ Securitate recepta ad ratiocinia reddenda fugitiui ab ecclesia redire cogantur. C. XXXIII.

Iuo p. 16. c. 77.

VXor Fœlicis & filiæ Romam, quia sic oportuit, peruenerunt. Si quidem hunc ipsum primum se ad Barbarorum[d] basilicam conferentem, seque bonas causas habere iactantem egredi sub hac conditione præcipimus, vt si actus suos fideliter, & rationabiliter allegaret, nihil circa eum prorsus asperum fieri, durumq; pateremur. Alioqui si contra fidem, & vtilitatem Dominicam veniisse probaretur; ipse sibimet [e] imputaret [f], atque † domini ordinationi congruè subiaceret. Qui supereueniente filio nostro viro spectabili Orthasio sic est ad singula quæque cõuictus vt os aperire non posset, & vera esse, quæ huic obijcerentur, voce propria fateretur: ideoque tenetur custodiæ mancipatus.

† *al. atque ordinationi*

Idem Syracusano, & Constantino, & Laurentio episcopis.

¶ Eripiatur in libertatẽ seruus, cui Christiano Iudæus signaculũ circuncisionis impressit: alioquin ab ecclesia domino suo reddatur inuitus: C. XXXIIII.

Iuo p. 13. c. 113.

IVdas, qui iudaicę professionis existit, mancipium sui iuris, quod ante paucos annos [g] se asserit comparasse

Beneficium iuris spernens sibi debet imputare.

1 Idem Alc. de imo. in l. 1. ff. de eden. circa princip. in ver. secundo no.

2 Vi q̃ bene ſm id q̃ not. 2. q. 1. in summa.

Procurator animam domini iurare debet syndicus, si œconomus in propriam.

& si post sacramentum præstitum de impunitate seruus ad dominum reddire noluerit, tũc reddatur inuitus. De præsenti,] Id est, in præsenti.

[a] ¶ Tarditatis.] Id est, retentionis.

[b] ¶ De præsenti.] Id est, in præsenti. dominus iste potest per alium iurare, vt hic patet, 100. dist. optatum & & scias quod procurator debet iurare in animam domini. vt 63. dist. tibi domino sancto. sed syndici siue œconomi in propriam animam, vt extra de iura. calum. in pertractandis.

[c] ¶ Sacramenta.] Hoc intellige cum non est tanta ſquitia domini, quin suo sacramento possit credi, vt d. xi 32. q. 1. de Benedicto. Io.

VXor Fœlicis.] CASVS. Quidam nomine Fœlix, seruus erat villicus vel procurator Orthasij cuius res male & fraudulenter administrauit. [Fœlix cum dominus eũ impeteret, ad ecclesiam confugit Barbaro-

rum: quẽ cũ dictus Orthasius de ecclesia extrahere vellet, præcepit Gelasius vt præstaret sacramentum de impunitate: quod cum facere, vellet, noluit Fœlix recipere sacramentum dicens se iustam causam habere, vnde ei nolebat reddere rationem. quare Papa præcepit illum sub hac conditione egredi, vt si rationabiliter aliquid allegaret, nihil durum pateretur. Egressus autem se tueri non potuit: & sic missus est in carcerẽ. Vxor autem sua & filiæ suæ Romam venerunt, & supplicauerunt Papę pro Fœlice. & respondet Papa quia Fœlix renunciauit sacramẽto impunitatis, quod pro se fuerat introductum: & vera fuerunt quæ sibi obijciebantur, imputet sibi, qđ tenetur incarceratus quod totum significat Papa Ioanni episcopo Vienẽſi. Et nota quòd in hac parte cap. non dicit Papa quid fieri debeat de Fœlice, sed in sequenti. Vel forte per hoc quod dicit, imputet sibi, innuit quòd nõ vult eum tueri.

[d] ¶ Barbarorum.] proprium est nomen, sicut Carbonẽſium e ¶ Sibimet.] q̃ non petijt cautionem de impunitate.

[e] ¶ Imputaret.] Nota ar. q̃ imputet sibi qui de iure suo confisus noluit vti beneficio canonis. vnde si quis de iure suo confisus incontinenti non petitis inducijs, bene iudicat sibi sui cet quidam hoc negent 2. quia lex dicit quod sine contestatione contra hoc indultum habita, pronihilo habenda est, eligit grauamen C. de iure delib. l. vl. §. penul.

IVdas.] CASVS. Iudæus quidam nomine Iudas, conquestus est Papę Ioanni de quodam suo seruo, quo, fugerat ad ecclesiam Venaſranam: quem ante paucos annos se comparasse dicebat. Seruus replicabat q̃ à puericia fuerat Christianus & nuper à præfato domino fignaculum circumcisionis recepit. quare Papa committit causam Syracusano & Constantino & Laurentio episcopis, vt veritatem diligenter inueſtigent: quatenus nec religio Christiana temerata videatur impune: nec seruus forte mentitus iura domini declinare contendat.

[g] ¶ Ante paucos annos.] Su. dist. 54. c. mancipia & capnulli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nulli. & c. fraternitatem. contra sed aliud est dicere se velle fieri Christianum, secundum quod illud cap. loquitur, aliud est dicere se esse Christianum, & mentiri, vt sic possit recedere à domino suo, secundum quod loquitur hic.

DIffiniuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt nullus audeat facere violentiã in rebus vel personis fugientium ad ecclesiã intra xxx. passus ecclesię, nec etiam ext. xxx. passus cum ad requisitæ naturæ vsus necessarios ire compellantur: ita q̃ ad receptacula extranearum domorum, id est, positarum extra supradictum spatium nõ progrediantur si q̃s vero cõtra fecerit, excommunicatus regia sententia feriatur, si vero dato sacramento de impunitate personarũ sacerdos fugientes non reddiderit, & postea tales fugerint: aut sacerdos eos quęrere debet: aut secundum electionẽ principis damnum emender. [Absque,] Excluditur ponitur. Qualiter,] Id est, vt secundum electionẽ, principis, id est, vt secũdum q̃ voluerit damnum arbitrari.

a ¶ Defendat.] Sed quis quidebit istis interim in expensis Respondeo, ecclesia, vt C. de his qui ad eccle confu. l. præsenti. in fi. sicut custos carceris prouidebit captiuis. C. de episco. audi. vt iudices.

b ¶ Principis. Id est iudicis 1. ecclesiastici: vel principalis q̃ sonę, scilicet actoris. & sic non obst. 96. d. denique.

1 Papę. vt no. de cõse. dist. 1. corpora. Arc.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit abbati sancti Ruffini†.

¶ Patris sui confessione regulares canonici, monachi fieri possunt. C. III.

STatuimus, ne professione canonicæ quispiam, postquã Dei vice supra caput sibi hominem imposuerit, alicuius leuitatis instinctu, uel districtoris [d] religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine patris [α], & totius congregationis permissione recedere. Discedentem vero nullus abbatum, vel episcoporum, nullus monachorum siue communi literarum cautione suscipiat.

α ¶ Patris, &c.] *In tribus vetustis codicibus legitur*, patris totius congregationis: *apud Iuonem*, sine abbatis, totiusque congregationis.

2 *Quæritur* [e], *si monasteria, quæ semel dedicata sunt, possint transire in clericorum, vel sæcularium habitacula. Quod in Chalcedonensi concilio omnibus modis prohibetur, c. 24.*

¶ Quæ semel sunt dedicata monasteria, semper monasteria perseuerent. C. IIII.

QVæ semel dedicata sunt monasteria cum cõsilio episcoporum; maneant [f] perpetuo monasteria: & res, quæ ad ea pertinent, monasterijs reseruari oportet, nec posse ea vltra fieri sæcularia habitacula. Qui vero permiserint hoc fieri; subiaceant his condemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

¶ *Hæc versio parum discrepat à Dionysiana, quam afferunt Burchardus, & Iuo, c. 22.*

Item in synodo septima, c. 13.

Poly. l. 3. tit. 25. Anf. l. 5. c. 60. Burc. l. 3. c. 19. Iuo p. 3. c. 17. & 22. Pann. l. 2. c. 15.

¶ Qui loca sacra communia diuersoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. C. V.

QVoniam à quibusdam virs quædam uenerabiles domus surripiũtur [a] tam uidelicet episcopia, quã monasteria, & facta sunt communia diuersoria; si quidem uoluerunt hi, qui hæc retinent, reddere ea, ut secundum anti quitatem restaurentur; bene, & optime est: alioquin si de sacrato catalogo fuerint; hos deponi [b] præcipimus: si uero monachi, vel laici, excommunicari: quos nimirum cõstat condemnatos esse à patre, & filio, & spiritu sancto; & deputentur ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Domini aduersantur, qui dicit, [Noli te facere domum patris meis domum negotiationis.]

Marci 9. ex Esa. 66. Io. 2.

¶ *Initium huius canonis in synodo septima ab Anastasio versa sic habet.* Quoniam propter calamitatem, quæ pro peccatis nostris ecclesia facta est, subreptæ sunt a quibusdam uiris quædam uenerabiles domus, tam uidelicet, &c. *Ex eius autem uersionis duobus manuscriptis exemplaribus nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

3 *Quæritur de his, qui ad conuersionem veniunt, quo tempore debeant tonsurari.*

De his ita scribit Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, lib. 8. epist. 23.

¶ Antequam biennium in conuersione compleuerit, aliquis tonsurari non debet. C. VI.

Anſl. 7. c. 919.

† *al. conuertendum.*

† *al. cõuersione*

† *al. compleuerit.*

MOnasterijs omnib. fraternitas uestra districtius interdicat: vt eos, quos ad conuersionem † susceperint, priusquam biennium [c] in cõuersione † cõpleant †, nullo modo audeant tonsurare: Sed hoc spacio uita, moresque eorum solicite comprobentur: ne quis eorum aut non sit [d] contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. Nam dum graue sit inexpertos hominũ sociari obsequijs; quis possit dicere, quàm sit grauius ad Dei seruitium improbatos applicari [α]. Miles [e] vero, si conuerti voluerit; priusquam nobis renuncietur, nullus eum sine nostro [§] consensu qualicumque præsumat ratione suscipere.

α ¶ Improbatos applicari.] *Antea legebatur*, Improbos applicare. *Emendatum est ex originali impresso, & manuscripto.*

§ ¶ Sine nostro.] *Hoc præcepit eo tempore B. Gregorius, ne omnino videretur contemnere legem, quam Mauritius Imperator tulerat, ne milites ante completum tempus militiæ in monasterijs recipi possent: quam legem idem Gregorius lib. 11. indict. 11 epist. 61. ipsi Mauritio scribens vehementer reprehendit: quod auctor glossæ non videtur attendisse*

4 *Quæritur, si ingressis monasterium vltra relinquatur*

Qui loca sacra communia diuersoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur.] Ita Gratianus, & sic hoc capitulum adducit propter eam partem, quæ ibi dicitur, [Miles vero.] Ita Fant. & sequitur Io. Fant. Hæc est tertia pars quæst. secundum Io. Fant. & quæstio incidens.

CASVS. Hic mouet Gratianus incidentẽ quæstionem, scilicet, quo tempore debeãt tonsurari qui conuertuntur ad religionẽ. & respondetur quòd post biẽnium, vt probatur seq. cap.

Monasterijs.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit Greg. qp si aliquis vult monachus fieri, quòd non debet nisi post biennium tonsurari, vt hoc tempore discutiatur vtrum bonus sit, uel malus. Nam cum graue sit inexpertos hominum obsequijs sociari: multo grauius est improbos ad Dei seruitium applicare. In secunda parte præcipitur vt nullus sine licentia sua suscipiat militẽ ad monachatum. Secunda pars incipit ibi, [Miles vero.]

c ¶ Biennium.] Dic vt sup. 17. q. 2. Gonsaldus, & c. si quis incognitus.

d ¶ Aut non sit.] Simile. 61. d. miramur. in fine, ff. nauta, caupo. l. vl. §. hoc autem.

e ¶ Miles.] Ferre loquitur de militibus Apuliæ, quæ tota est patrimonium beati Petri, vt 94. dist. ualde. & 10. q. 3. relatum. Vel de illis, qui facti fuerant irregulares: sic 53. d. legem. Io.

Apulia est patrimonium beati Petri.

QVAERITVR. Hæc est quarta pars quæstio. in qua

sicium. ff. de contrah. emp. æde sacra. Io.

QVoniam a quibusdam.] CASVS. Quidam prauí homines per violentiam inuaserunt episcopia

Decr. Grat. ps II.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæritur, si monachus possit condere testamentum, & dicit quòd non, si iam professus est: heremita tamen potest. & sic intelligas sequentia. Io. de Fan.

CASVS. Adhuc mouet Gra. quandam incidentem quæstionem, vtrum liceat monachis condere testamentum? Primo probat q̃ nõ, postea probat cõtrarium: & soluit. infra ea. econtra.

QVia ingredientibus.] CASVS. Ianuarius Carolitanus epũs quę fuit à Grego. vtrum monacho liceat condere testamẽtum de rebus, quas monasterio dedit? Et respondet quòd non.

Religio intratur dupliciter.

a ¶ Conuertẽdi.] Dupliciter. n. põt aliquis intrare religionem. Potest enim intrare vel causa probandi. vel causa conuertendi. & ꝓtestari debet qualiter intret, vt extra de reg. consulti sumus. & ca. postulasti.

Filius familiàs testari non potest.

b ¶ Testandi.] Qui enim in potestate alterius est, non põt testari. iusti. quib. non est ꝓmissum fa. testa. in princ. donare tamen põt mortis causa de cõsensu patris. ff. de don. filius familiàs. & etiam inter vinos, vt ff. eo. si cum filius. clericus tamen in potestate constitutus potest testari. C. de episc. & cler. auth. presbyteros.

c ¶ Eiusdem.] Cum non habeat filios, vt inf. ea. si qua.

d ¶ Decretum est.] C. de epi. & cle. auth. ingressi.

PErlatũ.] CASVS. Mulier quædam nomine Petronilla exhortatione Agnelli episcopi facta est monialis: & licet in ipso ingressu omnes res suæ monasterio competerent, ea. tamen speciali titulo donationis monasterio contulit. quam monasterio Gregor. habuit ratam.

e ¶ Per exhortationem.] Non tamen illectam, vt 13. q. 3. constituit.

f ¶ Omnes.] Distinguitur tamen an sana, an infirma det, vt ext. de sepul. de his.

SCONTRA. CASVS. Nunc probat Grat. contrariũ, quòd monacho licet condere testamentum: quod probat exemplo Pauli heremitæ, qui colobium. i. dalmaticam & tunicam in testamento reliquit: postea soluit dicens q̃ licet Paulus fuerit heremita, non tñ monachus: Hæremitæ ideo potuit condere testamentum.

hñt propriũ. g ¶ Heremita.] Heremitæ ergo habent propria: qđ vadit ad ea quæ notaui. 16. q. 1. qui viuere.

SI qua mulier.] CASVS. Lex ista diuiditur ī quattuor partes. ſn prima parte dicitur, q̃ si aliqua mulier sine liberis monasterium intrauerit, omnes res eius statim in ipso ingressu competunt monasterio. In secunda parte dicitur, q̃ si liberos habet, & monasterium ingrediatur, liceat ei postea res suas inter liberos diuidere, legitima nulli diminuta, & quod eis non dederit, totum penes monasterium remanebit. In tertia parte dicitur, q̃ si omnes res suas voluerit inter filios diuidere, tantũ remaneat pro monasterio, quantum dederit cuilibet filiorum. In quarta dicitur, q̃ si moriatur post ingressum antequam inter filios diuidat, filij habebunt tantum legitimam, reliqua substanti a ad monasterium pertinente. Secunda pars incipit ibi, [Sed si persona.] Tertia ibi, [Sed si omnem.] Quarta ibi, [Sed si post.]

h ¶ Non extantibus.] Sed quid si habet ascendentes? idem videtur: quia æque succedunt ascendentes, licet ad ea quæ notaui. 16. q. 1. qui viuere.

licentia testandi. Hoc Gregorius prohibet ita scribens Ianuario Carolitano episcopo, lib. 1. ind. 2. epist. 7.

¶ Post monasterij ingressum nulli relinquitur licentia testandi. C. VII.

OVia ingredientibus monasterium conuertendi [a] gratia vlterius nulla sit testandi [b] licentia, sed res eorũ eiusdem [c] monasterij iuris fiant; aperta legis definitione decretum est [d].

Ext. de test. c. 9. Anſl. 7. c. 182.

Item Gregor. Papa Cypriano diacono, lib. 3. epist. 6.

¶ Post monasterij ingressum eidem monasterio omnia sunt conferenda. C. VIII.

PErlatum est ad nos Petronillam nomine de prouincia Lucania genitam, per exhortationem [e] Agnelli episcopi fuisse conuersam; resque suas omnes [f], quas habere potuit, licet sibi iure potuissent competere, tamen eadem monasterio, quod ingressa est, etiam specialiter donationis titulo contulisse.

Econtra Paulus primus heremita [g] in testamento [x] colobium suum Athanasio Alexandrino episcopo reliquit: tunicam vero B. Antonio. Sed aliud est de his, qui in monasteriũ ingressi se & sua tradiderunt: aliud de his, qui solitariam uitam ducentes se nulli ecclesiæ tradiderunt [ẏ]. Illi semel tradita nulli tradere possunt: isti nulli oblata libere testari possunt.

x ¶ In testamento.] *Longe aliter B. Hieronymus in vita Pauli. Scribit enim beatum Antonium pallio, quod ei donauerat Athanasius Pauli corpus inuoluisse & addit*, ne quid plus hæres ex intestati bonis non posslideret, tunicam eius sibi uendicauit, quam in sportarum modum de palmæ folijs ipse sibi contexuerat.

ẏ ¶ Tradiderunt.] *Sic est emendatum ex pleriſque manuscriptis. Antea legebatur*, tradere possunt.

Item in authenticis, constitutione 9.

C. IX.

SI qua mulier, aut vir monasticam elegerit vitam, & intrauerit monasterium, liberis non extantibus [h], monasterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus.

Cod. de sacrosanct. eccl. auth. si qua mulier. Apud Iulianum. antecess. nouel. 123. c. 56.

et ordine turbato. ff. de inof. test. nam & si & quia ascẽdentem non potest quis exheredare, nisi commiserit causam ingratitudinis, vt auth. vt cum. de app. cog. coll. 8 §. 2. ad idem C. de ep. & cle. authen. presbyteros. in fi. sed aliud est hic ratione monachatus, & fauore religio-

¶ Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret: liceat ei postea inter eos diuidere [a] legitima † non diminuta: [b] & quod eis non dedit, monasterio competeret. ¶ Sed si omnem substantiam inter filios diuidere voluerit; sua persona filijs connumerata partem sibi retineat, quæ monasterio competere [c] debet. ¶ Sed si post ingressum moriatur, antequàm inter eos diuidat; filij legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente. *In authenticis de monac. constit. 5. in collatio.* 1. ¶ Nunc autem cum monachus factus est, hoc ipso res suas obtulisse videtur, si prius testatus non fit: & exinde iudicio eius cessante [d]; lege disponitur, vt si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit; eatenus substantiæ monasterio destinatæ detrahatur: ne quid contingat circa liberos iniquum.

† al. legitima portione nulli.

Const. 26.

Cod. de epis. & cler. auth. nunc autem.

Item ex nouella. 123.

C. X.

NOn liceat parẽtibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate repellere monachos factos: quamuis dũ laici fuerant, in causam ingratitudinis [e] inciderint. ¶ Item non liceat parentibus liberos suos ad solitariam vitam transeuntes abstrahere de monasterijs.

¶ Hoc caput expreſſe habetur apud Iulianum antecessorem, nouel. 123. c. 59. In quo aliquot Gratianum reprehenderunt, qui hanc Iuliani epitomen videre minime potuerant.

Ibidẽ apud Iulianũ antecess. c. 59. & 60.

Testamentum vtrum per ingressum monasterij rumpatur.

1 De hoc no. ſu. e. quæstio. statuimus. & habetur instit. de capitis dimi.

Vsusfructus an tollatur per ingressum religionis, vel adquiratur monasterio.

ligionis. Item adhuc huic obstat. in auth. vt nul iud col. 9 §. pe. vbi pater habet tertiam partem bonorum filiæ, quæ deducitur in monasterium: sed hoc ideo est, quia ibi illo inuito fuit monacha. Sed quid si primo facit testamentum? Videtur quòd per ingressum monasterij rũpitur quæſi per posthumi agnationem, ecclesia enim comparatur posthumo, vt extra de probat. in præsentia. in auth. de san. epis. §. sed & hoc presenti addimus sanctioni. ff. de iniust. rup. test. filio. Item per capitis diminutionem rumpitur testamentum. instit. qn mo. rumpitur testa. §. 2. Item itte diminuitur capite: quia transit in alterius potestatem 1. econtra videtur q̃ teneat testamentum: quia pro mortuo habetur: sed in morte confirmatur testamentum. Item legatum non perit q̃ capitis diminutionẽ, vt ff. de capi. dimi. legatum. Ad hoc dico quod rumpitur testamentum nisi prius aliquid reliquerit monasterio. si ergo instituerit monasterium ante ingressum monasterij in vno denario, postea non rumpitur testamentum. H. tamen & Io. contra rium dicunt. Sed nunquid monasterium ipso ingresso adeptum est possessionem rerumilius ?! Videtur q̃ sic: quemadmodum adoptãs adipiscitur possessionem adoptati ff. de preca. si adoptauero. quod concedo. Sed quid si ingrediens monasterium habuit vsumfructum bonorum: nunquid monasterium potest vti fructib. ipso quòd aliquis efficitur monachus, res suas monasterio confert, si ipse non facit testamentum prius: & ideo cessante postea iudicio eius testamentario, si filijs nihil vel minus legitima cõtulerit, legitima eis par leges supplebitur: ne quod circa eos contingat iniquum.

d ¶ Cessante.] Id est, si cessuerit iudicium: quia morte præuentus est: & sic non obstat supra ead. l. proxi. quidam tamen intellexerunt, quod hic dicitur, cum vere factus esset monachus: proximam legẽm intelligunt, cum adhuc est in probatione. Ioan.

NOn liceat.] CASVS. Hęc constitutio nouellæ diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̃ parentes non possunt exhæredare filios ingratos, si post ingratitudinem monachi fiant. Idẽ iuris est de filijs contra parentes. In secunda parte dicitur, quod parentes non debent filios reuocare ad monasterium transeuntes. Secunda pars est ibi [Item non liceat.]

e ¶ Ingratitudinis.] Ecce quod ingratitudo aboletur per ingressum monasterij; similiter irregularitas, vt 56. dist. cap. 1. cum enim aliàs monachus sit perfectus, non requiritur in eo omnimoda regularitas, vt 16 q. 1. legi monachatus enim omnem maculam abstergit. in authen. de mona. in princ. colla. 1. argumen. tamen est, quòd non tollatur irregularitas. 55. dist. [Priscis. 1. q. 7. c. 2. Io. 2.

Irregularitas tollitur per monachatum.

2 Dic de hoc vt plene no. extra de apo. cap. 1. in glo. ex ho videtur. q̃ fuit gl. L.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DVo pueritiæ.] CASVS. Supra ostensum est quid iuris sit de adultis monachis factis nunc vero supponit causam vigesimam Grat. vbi tractatur de impuberibus. de quibus, vt melius pateat quid iuris sit, proponit tres materias, de quo quatuor elicit quæstiones.

QVod intra annos.] Hæc quæstio diuiditur in 5. partes. In prima probat superficialiter per quinq; c. quòd si puer à patre traditur monasterio, cogitur ibi semper esse. quod tamen nō est verum, nisi vsque ad ætatem legitimā. Secūda ibi, [Ex his auctoritatibus.] Tertia ibi, [Velamē.] Quarta ibi, [Tēpus quoq;.] Quinta ibi, [Quamuis.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur prima q̄stio. in qua quæritur vtrum pueri traditi monasterijs à parentibus ab annis pueritiæ, cogantur in monasterijs permanere. Et certū est quod vsque ad annos pubertatis in monasterijs permanere cogantur: sed cum peruenerit ad ætatē legitimam, si ibi permanere noluerint, recedere possunt vt infra ead. q. illud ad instar sponsalium, vbi maior tenetur expectare minorem vsq; ad legitimam ætatē, vt extra de despō. impube. de illis. Hug. tū dicit, quòd si sint doli capaces compelluntur ibi morari, si non cōradicunt. Alij vero contra. & procedit hoc ordine Gratianus. primo probat, quòd in arbitrio puerorum est recedere vel stare, cum ad annos pubertatis peruenerint. postea probat contra. sed tu stabis illi capitulo, illud.

Monasteriū ingressus aīi perfectā ætatē an possit postea exire.

a ¶ Quod intra annos.] Aut est adultus, q̄ intrat monasterium: aut impubes. Si adultus est, & sponte intrat exire non potest, vt inf. ea. q. 1. puellæ, & q. 2 c. 1. & 2. si inuitus intrat, exire potest, vt infra. ea. q. 1. sicut. nisi propter aliquam culpam inuitus intrer, vt 50. dist. si ille. & 21. q. 2. placuit. Si impubes intrat, aut si ab alio ponitur in monasterio, aut per se intrat. si ab alio ponitur in monasterio, & ipse non consentit, potest egredi quando voluerit, vt inf. ea. q. puellæ & q. 3. p̄sens. si vero consentit cū ab alio ponit in monasterio, tenet: licet consensus ille qui fit ante annos discretionis non teneat: inde

De hoc inf. ea. q. c. illud 1. & ff. depos. i. l. si quis in rem.

tem 1. ad instar carnalis matrimonij, vt extra de despō. impu. de illis & infra ead. q. illud. sed q̄ cito peruenerit ad perfectam ætatem, pōt egredi, vt infra ea. q. 3. p̄s. & extra de reg. cū scimus. licet quidā dixerint q̄ in impube sufficiat sola parentis oblatio, ad hoc vt monachus sit. arg. eius quod est extra de reg. c. significatum. & inf. e. c. 1. & 2. Sed contra eos est expresse ext. de reg. cum virum. & c. cum simus. Si vero impubes propria auctoritate intrat, potest extrahi à patre vel tutore; vt inf. ea.

CAVSA XX.

DVo pueritiæ annos agentes à parentibus monasterio traditi sūt: vnus inuitus, alter spontaneus cucullā induit. Ad annos pubertatis veniētes, inuitus ad sæcularē militiā rediit, spōtaneus monasterium districtius petit.

1 *Nunc primum quæritur, si in pueritiæ annis traditi cogantur religionis propositum tenere.*

2 *Secundo, si præter voluntatem parentum tonsuram, vel religionis vestem quis in pueritia accipiat, an possit sibi detrahi, an non.*

3 *Tertio, qui præter propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, an non.*

4 *Quarto, si ab vno monasterio in aliud districtius liceat alicui transire.*

QVÆSTIO PRIMA.

VOd intra annos[a] puæritiæ traditi, cum adulti fuerint, liberum habeant arbitrium manēdi, vel discedēdi, probatur auctoritate non[α] synodi.

α ¶ Nonæ.] *In nouellis vetustis exemplaribus est*, Octauæ. *Verum in octaua ab Hadriano II. habita non habetur, sed in libro B. Basilij de institutis monachorum, Russino interprete, c. 8. Similia ēt sunt apud eundem B. Basilium in regulis fusius disputatis, c. 15.*

¶ Virginitatis professio quo tempore firma esse incipit. C. I.

FIrma aūt tunc erit professio virginitatis, ex quo adulta iam ætas esse cœperit[a]; & ea quæ solet apta nuptijs deputari, ac perfecta[α].

α ¶ Ac perfecta.] *Hæc non sunt in eo B. Basilij loco.*

Si virginitatis professio tunc incipit esse firma, cū ætas cœperit esse adulta, & religionis professio tunc demum debet esse firma, cum ad adultam ætatem peruentum fuerit. Sed hic de illa professione agitur, quæ in annis pueritiæ p̄ prio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum consensus. Cæterum, quæ à parentibus Deo offertur professio, inuiolatam seruari oportet.

Vnde Gregorius scribit ad Augustinum Anglorū episcopum.

¶ *Sic etiam citat Iuo. Extra in epistola quarta Gregorij tertij ad Bonifacium legatum Germaniæ: & simile habetur in concilio Vuormacensi, c. 22.*

¶ Non licet de monasterio egredi, quem pater, vel mater intra annos infantiæ fecerit ordinari. C. II.

Iuo p. 7. c. 15.

ADdidistis[b] adhuc, quòd si pater, vel mater[c] filium, filiamve intra septa monasterij in infantiæ[d] annis sub regulari tradiderint disciplina, vtrum liceat eis postquam pubertatis† annos impleuerint, egredi, & matrimonio copulari: Hoc omnino deuitamus[f]: quia nefas est, vt oblatis à parentibus Deo filijs voluptatis† frena laxentur

† al. ad' pubertatis
† al. voluntatis

Item ex concilio Toletano 4. c. 48.

¶ Aut propria professio, aut paterna deuotio monachum facit. C. III.

Poly. l. 4. tit. 34. Ant. l. 8. c. 189. & l. 8 c. 6. Burc. l. 8. c. 6. Iuo p. 7. c. 30.

MOnachū aut paterna deuotio[g], aut propria professio[h] facit. Quidquid horum fuerit; alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad sęculum interdicimus regressus.

g ¶ Alligatum.] *In duobus Vaticanis conciliorum codicibus, & Lucensi regio legitur*, allegatum.

Item Isidorus.

2 In monasterio perpetuo maneant, qui à parentibus traditi sunt. C. IIII.

QVicunque à parentibus proprijs in monasterio fuerit delegatus, nouerit se ibi perpetuo permansurum. Nam Anna Samuelem puerum natum & ablactatum[i] Deo cum pietate obtulit: qui & in ministerio templi,

bitrio à puero, vel puella fine patris vel matris auctoritate: quę cum peruenerit ad pubertatem, exire valet: secus si à parente offeratur monasterio: quia tunc exire non valet. & ad hoc inducit sequentia capitula.

ADidistis.] CASVS. Quæritur fuit à Greg. vtrum possint exire de monasterio & matrimonio coniungi: quod intra annos pueritiæ traditi, cum adulti fuerint, liberum habeant arbitrium manēdi, vel discedēdi, probatur auctoritate non synodi.

a ¶ Cœperit.] Non intelligas cū cœperit attingere xiiij. an. masculus, vel fœmina xij. annum: sed cum iam est in fine xiiij. annorum, vel xij.

SI VIRGINITATIS. CASVS. Dicit hic Grat. q̄ c. firma. intelligitur de illa professione, quæ proprio fit arbitrio

b ¶ Addidistis.] Hæc tria cap. 1. intelligas de illis qui post adultam ætatem consensum accomodarint. sed H. intelligit de dolis capacibus.

c ¶ Mater.] Videtur ergo q̄ mater possit tradere filiū suum religioni, vt infra eo. qui cunq;. quod nō vī cū non habeat ipsum in potestate, vt insti. de adop. §. fœminæ. legas ergo vel, pro &.

d ¶ Infantiæ.] Id est, pueritię.

e ¶ Pubertatis.] Supra 28. d. de his contra sed loquitur de sęcularibus.

f ¶ Deuitamus.] Ex his cap. sumunt quidam schisma erroris fuit & dicunt sufficere solam oblationē patris ad hoc vt qui monachus fiat, vt extra de reg. signifi. tum. & c. ad hæc. sed eis obuiat inf. e. illud & ext. eo. cum simus sed intelligas ista ca. quādo in adulta ętate cōsenserunt: & sic interpretatur c. Celestinus. extra eo. cum virum.

g ¶ Monachum.] & Deuotio.] Et filij spōtanea professio supple.

h ¶ Professio.] Per se.

QVicunque. CASVS. Dicitur in hoc cap. q̄ quicunq; fuerit à parentibus monasterio deputatus, perpetuo debet ibi morari: & hoc p̄batur exemplo Samuelis, qui oblatus Ab Anna, cum iam esset ablactatus à matre, in seruitio Dei p̄manfit. sequens cap. planum est: & intelligitur hoc c. de illis, qui post legitimam ętatem consenserunt vel qui tępore oblationis erant doli capaces.

i ¶ Ablactatum.] Id est, sola oblatio non sufficisset, nisi ipse postea ratum habuisset. Sed quare in baptismo cogitur seruare factum parentum, & non in voto? Respondet, quia ibi recipit sacramentum: vnde illud cogitur seruare, vt 45. dist. de Iudæis. Item quia in baptismo potest puer per alium obligari, vt de consec. dist. 4. baptismi vicem.

t Scilicet istud cap. & duo sequen. Idē repetit gl. vlt. eodē ca. & bñ: & sic in effectu hæc c. corriguntur.

Mater non pōt filiū religioni trādere.

Obligāt patrētes in baptismo, sed nō in voto.

Quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

a QVem progenitores,] ¶ Cœpit.) Arg. quòd præiudicatur alicui p factũ sicut p dictũ: & quod nõ refert an factis vel dictis declaret quis voluntatẽ suam, vt ext. de app. dilecti. & 22. q. 5. cauete. sic extra de reg. vidua. & 27. d. quòd interrogasti 1. EX HIS. Hæc est 2. pars q. in qua probat magister, quòd non compellitur puer remanere nisi velit in ętate legitima: & hoc p obat per tria ca. Io. de Fant.

r Vide qđ leg. & no. 27. q. 1. c. 1. & c. vidua ibi videas.

CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis quòd pueri ex oblatione paterna intãctum sunt obligati, ꝙ à monasterio recedere nõ possunt. Sed huic conclusioni obijcit postea Grat. per sequens c.

PVellæ.] CASVS. Puellæ quædam non coactæ ab eorũ parentibus, sed sponte habitũ monachalem susceperunt: postea matrimoniũ cõtraxerunt. Quæsitum fuit à Leone Papa, vtrum cõtra professionem suam possint venire & respondet ꝙ non, etiam si nõdum velum consecrationis susceperint. Et hoc probat exemplo contrahentium, qui contra sua pacta impunè venire non permittuntur.

b ¶ Puellæ.] Adultę. Sed secundum H. doli capaces. Cęlestin⁹ tamen videtur intelligere hoc capit. de adultis extra de reg. cum virum.

c ¶ Calcari.] Si 26. q. 4. cap. 2.

CVM ERGO IN PRINCIPIO. CASVS. Concludit hoc Gratianus ex supradicto capit. à contrario sensu, quòd si à parentibus coactæ fuerunt habitum recipere, ipsum deserere possunt. Postea soluit dicens, quod c. illud, puellæ, loquitur de puella nubili, quæ post xij. annum à patre cogi non põt monasterium ingredi: & si coacta fuerit, habitum seruare non cogitur: & ad hoc inducit sequens cap. sed si esset innubilis secus esset: sed hæc est allegatio.

Sicut q.] CASVS. Statuit Eugenius in hoc c. ꝙ sicut Silli, qui sponte ingrediuntur monasterium recedere non

quo à matre fuerat deputatus, permansit; & vbi constitutus est, deseruiuit;

¶ *Hoc non est inuentum in libris B. Isidori: Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti c. 59. hoc idem ex ipso Isidoro refert.*

Item ex regesto Gregorij, lib. 1. epist. 48. ad Anthemium.

¶ De eodem. C. V.

QVia autem dura est in insulis congregatio monachorum; etiam pueros in eisdem monasterijs ante xviij. annorum tempora suscipi prohibemus: vel si qui nunc sunt tua eos prouidentia auferat, & in vrbem Romanam transmittat. Hoc & in Palmaria, alijsque insulis te per omnia volumus custodire. Extra de regu. c. 1.

Item ex concilio Triburiensi.

¶ Qui à progenitoribus monasterio traditus est, de eo egredi non licet. VI.

QVem progenitores ad monasterium tradiderunt, & in ecclesia cœpit [a] canere, & legere; vxorem ducere, nec monasterium deserere poterit: sed si discesserit, reducatur; si tonsuram dimiserit, rursus tõdeatur: vxorem si vsurpauerit, dimittere compellatur. Burc. l. 8. c. 97. Iuo p. 7. c. 115.

[Item ex pœnitentiali Theodori.]

PALEA. C. VII.

INnfans pro infante potest dari in monasterio: quamuis alter vocatus †sit. Tamen melius est votum soluere. Si militer & pecora æquali pretio (si necesse est) sunt redimenda. †forte.] vetus

2 *Ex his auctoritatibus colligitur, quòd paterna professio pueros tenet obligatos, nec licebit eis à proposito discedere quod paterna deuotione in puerilibus annis susceperunt.*

Sed obijcitur illud Leonis Papę, epist. 90. ad Rusticum episcopum c. 13. & 14.

¶ Non licet puellis nuptias eligere, quæ spontanea voluntate virginitatis susceperunt propositum. C. VIII.

PVellæ [b], quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum, atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, præuaricantur, & si consecratio non accessit, cuius utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. Ambigi vero non potest crimen magnum admitti, vbi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nam si humana pacta non possunt impunè calcari [c], quid eos †manebit, qui corruperint fœdera diuini sacramenti? Burc. l. 8. c. 2. Iuo p. 7. c. 20. Poly. l. 4. tit. 35. † al. de eis

Cũ ergo in principio huius capituli dicatur: [Puellæ, quæ non coactæ imperio parentum,] datur intelligi, quòd si coactæ habitum virginitatis sumpserint sine præuaricatione ipsum deserere possunt. Sed puella hic nubilis intelligitur, cuius (vt in sequentibus demonstratur) post duodecimum annum est liberum arbitrium nec in electione propositi cogitur sequi parentum Imperium.

Sic & illud intelligendum est, quod est statutum in synodo habita ab Eugenio Papa II. c. 32.

¶ Extra uoluntatem propriam retrusi in monasterijs non teneantur. C. IX.

SIcut, qui monasteria elegerunt, à monasteriis egredi non permittuntur; ita hi, qui inuiti sine iustæ offensionis [a] causa sunt intromissi, nisi uolentes, non teneantur: quia quod non petunt, non obseruant. Ideoque tales considerandi sunt magis † peccata committere, quàm plangere, sicut in decreto sanctissim Leonis Papæ manifestissime continetur. †al. maxime

[Vnde Marcellus Papa.]

PALEA. C. X.

ILlud autem statuendum esse censemus, ut si in minori ætate filij monasterio oblati fuerint, & † sacram tonsuram, vel velamina susceperint; dignum quidem diximus, vt xv. [b] anno à prælatis moniti † inquirantur, vtrum in ipso habitu permanere cupiant, an non. Si vero permanere professi fuerint; vlterius pœnitendi locum minime amplecti possunt. Sin autem ad sæcularem habitum reuerti voluerint; redeundi licentia nullo modo denegetur; quia satis inutile est, vt coacta seruitia Domino præstentur. †al. vel

† al. moniti verbis

¶ *Notatur nomine paleæ etiam ab auctore glossæ: sed extat fere in omnibus vetustis, & sine paleæ nomine.*

3 *Velamen [c] autem non licet imponere virginibus, nisi certis diebus.*

Vnde Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, c. 14. & 15.

a ¶ Offensionis.] Propter delictum enim cogitur quis intrare monasterium, vt 16. q. 6. c. lapsis. & 50. dist. si ille. & 81. dist. dictum & c. si quis clericus. & 13. q. 2. admonere. Be si certum tempus ei non præfigitur, nunquid perpetuo ibi manebit? Videtur ꝙ sic, vt 81. distin. si quis clericus, & seruus, qui sine præfinitione tẽporis in vinculis ponitur, perpetuo ibi esse videtur, vt C. de pœnis. Argum. contra 2. q. 1. in primis 1. Monasteriũ cogitur quis intrare: PP delictum.

b ¶ Xv.] Videtur ergo quod habeat xv. annum pro deliberatione an velit remanere, an recedere. Nam ante non potuit deliberare, cum nec ante habuit discretionem, videretur enim ecclesia circumuenire homines, si non possunt. ita hi qui sunt inuiti missi sine iustæ offensionis causa, permittuntur abire: quia timendum esset, vt tales magis peccata committerent quàm plangerent, sicut probatur per decretum Leonis, [Mixime,] id est, magis.

c ¶ Velamen.] Hic agitur quo tempore virgines sunt velandæ, vel consecrandæ. Est autem quadruplex velũ, scilicet velum professionis, cõsecrationis, ordinationis, prælationis 3. Velum professionis imponitur tam virgini quàm viduæ: dum tamen sit xij. annorum, vt inf. q. 2. puella. Velum consecrationis est quod tantum virginibus imponitur in xxv. anno, vt inf. ea. q. placuit. & 77. d. placuit. Velum ordinationis quod olim imponebatur diaconissis in xl. anno, vt inf. ea sanctimoniales. Velum prælationis est quod in xl. anno datur abbatissæ, vt inf. eo. iuuenculas. 31. q. 1. quomodo virginibus. & per hanc dist. multa sedantur contraria. Ioan. De-

2 Quidquid hic dicatur: hodie teneas ut dr extra lib. 6. de reg. iu. is qui. c. nõ solũ. c. constitutionẽ. & de hoc Inno. notat satis, ext. eo. tit. cap. 1.

Velũ ẽ quadruplex.

3 Aliquãdo inuenitur velũ cõuersionis, vt if. 27. q. 1. viduas, q ibi no. qđ fit il lud velũ, & quæ sit dria iter velũ cõuersionis. & professio nis notare videtur Io. in gl. ibi in fi. Arch.

Universidad de Deusto Biblioteca

Deuotis. CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ sacrum velamen nō debet virginibus imponi, nisi in die Epiphaniorum: vel in albis Paschalibus, & in natalibus Apostelorum: vel nisi essent in articulo mortis: sicut de baptismo contingit: ne sine hoc munere recedant à sæculo. In secunda parte dicit, ꝙ episcopi viduas velare non debent. Secūda pars est ibi, [Viduas autem.] Et intelligitur hoc de velo consecrationis, quod tantum virginibus datur, vt 36. d. lacutius. Quod aūt sequitur vsque ad §. quamuis, planū est, & satis patet.

Velum quibus diebus imponi dēt.

a ¶ Epiphaniorum.] Honestum est quòd in talibus solennitatibus tantum imponatur: potest tamē quolibet die Dominico imponi. extr. de temporibus ordi. c. 1.

b ¶ In albis.] Id est, in tota septimana paschali.

c ¶ Pontificum nullus.] Sed ipsamet ab altari recipiat, vt 27. q. 1. viduas quæ. Vel recipiat à sacerdote, vt inf. ea. vidua. Quidam tamē ex hoc c. dicebant ꝙ nec eps, nec presbyter potest imponere velum viduæ. Nec ob. ext. qđ metus cau. perlatum. nam ibi non dicitur ꝙ velum imposuit, sed ꝙ imponere simulauit. Similiter non ob. extra, qui clerici vel vouen. consuluit. nam intelligūt illud de velo, id est, de veste, qđ ex hoc apparet id quod dicitur in ea. decre. ꝙ non fuerit professa, cum tamen per illud velum intelligatur quis profiteri, cum sit velum professionis. Io.

Abbatissa dēt esse sexagenaria.

d ¶ Iuenculas.] ¶ Sexagenariā.] Apostolus enim dicit, Vidua non eligatur minor lx. annorum. 31. q. 1. quomodo. Potest tamen hoc intelligi, ꝙ si sexagenaria non ætate, sed perfectione continentiæ. 2. q. 7. Paulus. Iō autem est virgo, q a aliter non posset esse hortatrix virginitatis, vt 26. dist. vna.

e ¶ Sanctimoniales.] ¶ Non velentur.] Velo ordinationis, vt fit diaconissa. non ad ordinem. sed ad quoddam ministerium Euangelicum in matutinis lectionibus nunciandi. Ioan.

f ¶ Placuit.] ¶ Non salutent.] Solenniter dicendo. Dominus vobiscum. Ioan.

Virgines non.] QVAMVIS. ¶ Hæc est quinta pars quæstionis, in qua dicitur ꝙ vidua licet velari non de-

¶ Non nisi certis diebus velamen imponatur virginibus. C. XI.

Poly. l. 4. tit. 35. Ans. l. 7. c. 190. Bur. l. 8. c. 15. Iuo p. 7. c. 36. Pan. l. 3. c. 189.

Deuotis Deo virginibus, nisi aut Epiphaniorū [a] die, aut in albis [b] Paschalibus, aut in Apostolorum natalitijs sacrum velamen minime imponatur†; nisi forsan (sicut de baptismate dictum est) graui languore correptis, ne sine hoc munere de sæculu exeant, implorantibus non negetur. ¶ Viduas autem velare pontificum nullus [c] attentet.

† impo… orig.

4 *Tempus quoque consecrationis earum similiter obseruatur.*

Unde Gregorius in regesto, lib. 3. epist. 11.

¶ Ante sexagesimum ætatis suæ annum virgines non consecrentur. C. XII.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 91.

Iuenculas fieri abbatissas vehementissime prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam [d] virginem, cuius vita † hoc, atque mores exegerint, velari permittat.

† al. ętas] ori…

Item ex concilio Carthaginensi 3.

¶ *Sic citatur etiam in omnibus vetustis, sed in nullo Carthaginensi est inuentum. Idem vero nonnullis additis habetur in concilio Agathensi, c. 19.*

C. XIII.

Sanctimoniales ante annum quadragesimum, non velentur [e].

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 4.

¶ *Antea citabatur ex concilio Africano 4. sed supra dist. 77. c. placuit. citatur ex Carthaginensi 3. vbi habetur.*

Poly. l. 2 tit. 29. Burc. l. 2. c. 11. Ino p. 6. c. 31. Pann. l. 3. c. 30. Cap. l. 1. c. 46.

¶ Ante vigesimumquintum annum virgines non consecrentur. C. XIIII.

Placuit, vt ante xxv. annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populum non salutent [f].

Item Pius Papa.

C. XV.

Poly. l. 4. tit. 35. Burc. l. 8. c. 18. Iuo p. 3. c. 39. Pann. l. 3. c. 190.

Virgines non velentur ante xxv. annos; nisi forte necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis: & non sunt consecrandæ † nisi in Epiphania, & sabbato [α] Paschæ, & in Apostolorum natalitijs; nisi causa mortis vrgente.

¶ *Caput hoc inter decreta Pij non est inuentum, & abest à tribus vetustis Gratiani exemplaribus. De causis vero, ob quas ante xxv. annos possint virgines velari, agitur in cōcilio Mileuitano, cap. 26. & Africano, c. 93. ex quo Africano refertur capitul. l. 1. c. 46.*

α ¶ Sabbato.] *In vno vetusto legitur,* in albis, *& apud cæteros collectores,* in albis Paschalibus.

5 *Quamuis autem viduæ velari prohibeantur; viduita-*

debeat, tamen debet habere quandam vestem religiosam & hoc probat per c. seq. Io. de Fan.

CASVS. Supra in c. deuotis prohibetur epō velare viduas. Nunc vero ostendit Gra. ꝙ professio est facienda ab eis in scriptis: & ꝙ vestis religionis est eis tradenda à sa-

filiam si est minor xij. annis: aliàs non. Secunda ibi, [Velamen.] Tertia ibi, [Hac auctoritate.] Ioan. de Fan.

CASVS. hic ponitur secunda quęstio, qua quæritur si puer vel puella præter voluntatem parentum monasticum habitum induerit, an possit à parentibus reuocari vel tutore. Et respōdetur, quando puer uel puella habitū suscipit: si pater vel tutor est præsens, & nō contradicit, consentire videtur. vt 54. dist. si seruus. si autem cō tradicit, vel absēs est vsque ad annum & diem poterit reuocare: nisi velit ratū habere quod factum est & currit hoc tempus à tempore scientiæ, vt infra ead. capit. 1. Illud tamen tempus includitur intra ætatem xij. vel xiiij. annorū: nec peccat pater reuocando filiū, vel tutor pupillū: nec fili⁹ vel pupillus peccat obediendo patri vel tutori: quia hoc faciunt auctoritate canonis.

tis tamen professio in scriptis ab eis est faciēda. Vestis quoque professioni conueniens est eis tradenda, qua vbique vtantur.

Unde in conc. Toletano 10. c. 4.

¶ Professionem viduitatis faciant & habitum sumant religionis, quæ castitatem seruare proponunt. C. XVI.

Vidua, quæ sanctę religionis obtinere propositum voluerit; sacerdoti, vel ministro [a], ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis [b] professionem faciat à se aut signo [c], aut subscriptione [d] notatam, continentem se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inuiolate seruare. Tunc accepta à sacerdote, vel ministro apta religionis professioni † veste [e], seu in lectulo quiescens, siue in quocunque loco consistenēs constanter † ea vtatur; nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadē sit notabilis vestis, sed religiosa, & non suspecta.

† al. vsui

† al. incunctāter.

QVÆSTIO II.

De his [f] vero, qui præter voluntatem parentum tonsuram, vel religiosam vestem susceperint, sic definitur in 10. concilio Toletano, c. 6:

Greg. III. epi. 3. Poly. l. 4. tit. 34. Burc. l. 8. c. 1. Iuo p. 7. c. 27. Pann. l. 3. c. 186.

¶ Tonsura vel vestis religiosa in minori ætate suscepta, à parentibus irrita fieri potest. C. I.

Si in qualiber minori ætate vel religioni debitā vestē [g], vel religionis tonsurā [h] in vtroq; sexu filijs aut vnus [i],

f ¶ De his.] Hic q̄ritur si pater vel tutor possit reuocare filium, qui ingressus est religionem. Dic ergo: aut pater est præsens, aut absens. Si præsens postea nō potest contradicere. argu. 54. distinctio. si seruus. Si est absens ad annum & diem, eum reuocare potest inf. ea. c. 2. ita tamen vt iste annus includatur intra legitimam ætatem xij. vel xiiij. annorum. nec peccat pater prouocando filium, nec filius peccat obediendo magis patri quam Deo: quia hoc facit auctoritate canonis.

Filium religionem ingressum, an possit pater reuocare.

à sacerdote vel diacono: quod probat seq. cap.

Vidua.] CASVS. Aliqua vidua monasticum habitū recipere volebat. quæsitum fuit in concilio Toletano, qualiter sit procedendum in hoc facto? Et respondet, quòd si ipsa iuerit ad sacerdotem vel diaconum, vel aliquis eorum ad eam peruenerit, professionem faciat in scriptis à se notatam signo sigillari, si litteras nescit; vel subscriptione, si subscribere sciat, in qua promittat religionis propositū firmiter obseruare. & veste pfessionis, quā à presbytero vel diacono receperit, vbique vtatur: quæ neq; diuersi coloris sit, neq; suspecta.

a ¶ Vel ministro.] Arg. quòd votum solenne potest fieri coram priuata persona. sed ad quid facit mulier professionem sacerdoti? Potius. n. deberet facere abbatissæ. Sed hoc ideo fit, quia fœminis non licet imponere velū alicui, vt infra ea. q. 2. statuimus.

Votum solēne pōt fieri corā priuata pſona.

b ¶ Scriptis.] Non quòd sit necessaria scriptura, sed vt scriptura propria obuiet ei qui contrauenit, vt supra 1. q. 7. saluberrimum.

c ¶ Aut signo.] Cum nescit scribere. 1.

d ¶ Aut subscriptione.] Cum scit scribere.

e ¶ Veste.] Sed velum accipiet ab altari, vt 27. q. 1. viduas. & c. viduæ quæ.

à Vel dic ꝙ hoc dicit vt faciat dr iā inter eā que hēt sigillum & eam quę nō hēt. Lau.

De his vero.] Hęc quæstio diuidit in tres partes: in quarum prima probatur, quod pater potest filium paruulum de monasterio extrahere si est minor xiiij. annis. &

Sed in qualibet.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ parentes filium vel filiam in minori ætate possunt à monasterio reuocare: nisi in duobus casibus. quorum primus est, & quando ambo parentes vel vnus eorum filium vel filiam monasterijs obtulerit. Secundus est, quando, eis nolentibus vel nescientibus habitum susceperunt: & statim cum sciuerint non reclamauerunt. vnde si tales filij postea habitum deseruerint, super hoc commoniti debent ad monasterium reuocari. In secunda parte dicitur, ꝙ parentibus non licet filios monasterijs tradere nisi vsque ad xiiij. annum, exinde si sponte intrauerint, & postea habitum dimiserit, per excommunicationem redire cō pellantur. Secunda pars est ibi, [Parentibus.] Et nota, quod si sola mater superest, in eius potestate est quantum ad oblationem, vt dicit Hug. vt su. ea. n. 1. quicunque. secus si vterque parens superest.

g ¶ Religioni debitam vestem.] Hoc tantum ad fœminam.

h ¶ Vel tonsuram.] Hoc quantum ad filium.

i ¶ Aut vnus.] Cum vnum tantum habet. Sed nunquid si vnus parentum obtulit, alter potest eum reuocare? Argum. quod sic, quia quod oēs tangit, &c. C. de auct. præ. l. vlt. & 66. d. s. c. 1. dici tamen potest, quòd si pater con-

Mater non reuocat à religione filium à patre oblatũ. Mox varia tpa complectitur.

1 Al. excusatur. de excu. tuto. scire. arg. §. sufficit. C. q per ruto. cum à matribus. Archi.

2 De ista dictione, mox adde pulchra no. per Bar. l. quoniã nõnulli. C. de appel. & p eũdem Bart. in l. si quis maior. C de transa. in l. tutores. de adm. tu. & Bart. in l. imperator. ff. de iur. fis. & Bal. in l. diuortio. ff. sol. ma. & de pluribus distinctionib. vide Alex. & Imo. in l. 1. §. 1. ff. de ver bo. oblig.

2 Dictio, diu, quique restringitur

Annus quo pr filium à religione revocare põt, qñ incipit currere.

consensit, q mater non potest eum reuocare. nisi velis dicere, q æque sit in potestate matris vt patris quantũ ad hunc casum, vt supra ead. q 1. c. 2.

a ¶ Forte.] Supple & filij consenserunt post adultã ętatẽ.

b ¶ Aut nolentibus.] Supple, aut si volentibus, &c.

c ¶ Non mox.] Id est, intra annum & diem vt infra c. proxi. Vel mox, id est, quã cito potest 1, sic exponitur ff. ad Tertul. l. 2. §. contestim. Vel mox, id est, intra mensem, vt 1. q. 1. constat. Vel dic mox, id est, quam cito. sic 33. quæst. 2. mulier. C. quomodo & quando iudex ab eo. Item aliquãdo vsque ad decem dies. 2. q. 6. quoties. & ca. anteriorũ. Aliter mox, id est, ad duos mẽses ff. de re iudi à duo. Itẽ aliquando extenditur vsq; ad triduũ vt 23. distinctio. ca. 1. circa princip. & 79. dist. nullus. Item qñque ponitur, pro quã docunq; vt ff. si certum peta. l. 1. 2. Nec mireris si hæc dictio, mox, quandoq; ampliatur: quia hęc dictio diu 3. quãdoque restringitur, vt 63. distinctio. lectis. & 65 distinct. persona.

d ¶ Ad quartum decimum.] Et sic solmitur patria potestas, post quartum decimum annum quantum ad religionis ingressum. Ioan.

Puellæ.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit, q si puella intra duodecimum annum, sit e pũtum vel tutoris aut ctoritate sacrũ velamen susceperit, possunt, ſtatim parentes vel tutor eam reuocare Si vero per annũ & diem dissimulãdo tacuerint, vlterius nec ipsi, nec ipsa priv̄ assũptũ ꝓpositũ poterit mutare. q intelligitur de puella post duodecimum annũ, In secũda parte dicitur, quod si puer vel puella post annos pubertatis habitum susceperint, non possunt a parentibus reuocari. Secunda pars incipit ibi, Si vero.] Sequen. § planus est cum cap.

e ¶ Puella.] Nondum doli capax secundum. H.

f ¶ si AC si annum.] Nisi ita longe sit monasterium, vt in tra hoc tempus non possit nuenire: tunc maius spatiũ habebit. arg. 17. q. 2. si qs incognitos. H. ibi dicit, q hoc

aut ambo parentes dederint fortè α[a], aut nolentibus[b], aut nescientibus sese susceptam, non mox[c] visam in filijs abdicauerint, sed vel coram se, vel coram ecclesia †, palamque in conuentu eosdem filios talia habere permiserint; ad sęcularem reuerti habitum filijs ipsis quandoque penitus non licebit; sed conuicti, quòd tonsuram, aut religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultũ habitumque reuocentur, & sub strenua districtione huiusmodi obseruantiæ inseruire cogantur. ¶ Parentibus sanè filios suos religioni contradere non amplius, quàm vsque ad quartumdecimum β[d] de eorum ętatis annum licentia poterit esse: postea vero, an cum voluntate parentũ, an suæ deuotionis sit solitarium votum; erit filijs licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsuræ, vel sæcularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse transgressionem; & excommunicationis censuram accipiat, & religioni semper inhæreat.

† al. episcopo

α ¶ Dederint forte.] *In concilijs etiam manuscriptis legitur*, dederint certè aut nolentibus, &c. *In Pannormia vero*, dederint aut certè nolentibus, &c.

β ¶ Quartumdecimum.] *Sic etiam in Pannormia: in vno autem vetusto Gratiani, & conciliorũ codicibus etiam manuscriptis legitur*, vsq; ad decimũ *apud cæteros vero collectores.* ad duodecim.

Item ex concilio Triburiensi, c. 24.

¶ Vsque annos xij. paternæ voluntatis puella subiacebit arbitrio. C. II.

PVuella si ante xij. annos ætatis sponte sua sacrum sibi velamen assumpserit; possunt statim parentes eius, vel tutores id factum irritum facere, si voluerint. At si annũ[f], & diem, id dissimulando consenserint: vlterius nec ipsi, nec ipsa & mutare hoc poterunt. ¶ Si vero † in fortiori ęta te[h] adolescentula, vel adolescens seruire Deo elegerit; nõ est potestas parentibus prohibendi.

2 Velamen autem nulli sanctimoniali, alteri imponere licet.

Vnde Euthychianus Papa ait.

¶ Abbatissa præsumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur. C. III.

STatuimus, vt si abbatissa, aut quælibet sanctimonialis post hanc diffinitionem in tantam audaciam prorupe rit, vt aut viduam, aut puellam virginem velare præsumat iudicio canonico vsque ad satisfactionem subdatur.

Burc. l. 8. c. 98. Iuo p. 7. c. 116. Pann. l. 3. c. 187. concor.

† Prorsi] ori.

Conc. Parisi. l. c. 13. & capitul. l. 11. c. 76. cõcor.

Burc. l. 8. c. 19. Iuo p. 7. c. 38. Pann. l. 3. c. 194.

HAC

HAC AVCTORITATE. Hæc est 3. pars q. secũdum Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit nunc Gra. ex illo cap. si in qualibet. q si filij à parentibus fuerint oblati, vel si præter voluntatem parentum habitum susceperint, nec statim fuerint

non possunt exire monasterium, sic inuiti non debent teneri: quia non vult Deus coacta seruitia. Secunda ibi, [Cum dicitur.] Tertia ibi, [Si vero.] Io de Fant.

CASVS. Hic proponitur tertia quæstio, qua quæritur, an puer vel puella, qui, vel quæ cogitur suscipere habitũ, compellatur illum obseruare? & certũ est, quod non. Idem est de qualibet alio, nisi propter delictum cogatur intrare religionem, vt 81. distinct. dictum. & 50. distin. si ille.

Coactio impedit obligationem.

3 *Hac auctoritate prædicta[a], & paterna professione docetur adstringi quilibet in puerilibus annis, & præter voluntatem eorum proposito suscepto perhibetur teneri, nisi tonsuram, vel religiosam vestem parentes mox visam abdicauerint. Paruuli vero, dum offeruntur, non nisi sub multorum testimonio suscipiendi.*

†al. octaua

Vnde in nona † synodo legitur.

¶ Infantes oblati à parentibus sub plurimorum testimonio suscipiantur. C. IIII.

OPortet infantes cum voluntate, & consensu parentum, immo ab ipsis parentibus oblatos, sub plurimorum[b] testimonio suscipi: vt omnis occasio maledicti[c] gratia excludatur hominum pessimorum α.

¶ *Est in eodem libello B. Basilii, & eodem capite, in quo est c. firma. Supra ead. q. 1. & sequitur continenter post illud.*

α ¶ Pessimorum.] *In eo libello est*, plurimorum.

QVAESTIO III.

QVòd autem[d] *qui inuitus propositum religionis susceperit, non sit cogendus ad inuiti propositi obseruationem, testatur Leo Papa epist. 90. al. 92. ad Rusticum episcopum, c. 12. dicens.*

¶ Non potest deseri propositum monachi sponte susceptum. C. I.

[al. aut

† al. vouit

Quis

PRopositum monachi proprio arbitrio, & † voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quòd enim vouit † Deo, debet & reddere. Vnde qui relicta singularitatis professione ad militiam, vel ad nuptias deuolutus est; publicæ[e] pœnitentiæ satisfactione purgandus est: quia & si innocens militia[f], & honestum potest esse coniugium; transgredi tamen videntur qui deserunt meliora.

Poly. l. 4 tit. 34. Ans. l. 7. c. 187. Burc. l. 8. c. 8. Iuo p. 7. c. 19. Pann. l. 3. c. 182.

† al. melioris] al. melioris.

Monachi an faciant publicã pœnitentiam.

e ¶ Publicę.] Videtur q monachi, & monachæ pro delictis suis publicam faciant pœnitentiam, vt 27. q. 1. virginibus. Sed potest intelligi de publica, quę fit in claustro 1. de qua agitur 30. d. si quis presbyter, & 28. dist. presbyter.

1 Sub. non aũt de solẽni, vt 50. d. confirmandum, & cap. alterum. ẽm L.

Burc. l. 8. c. 14. Iuo p. 7. c. 35.

Rocliuis[h] cursus est ad voluptatẽ, & imitatrix natura

fuerint reuocati, q oblatione paterna, & proposito spõte susceptę tenentur adstricti. Postea dicit, q paruuli sub multorum testimonio sunt offerendi, ad quod inducit sequens c. cuius casus patet per seq.

a ¶ Prædicta.] Sup. e. si in qualibet.

b OPortet.] ¶ Plurimorum.] Hoc ideo fit, quia quæ fiunt publice, non de facili admittunt contradictionem postea, vt 4. q. 1. licet. Io de Fant.

c ¶ Maledicti.] Id est, maledicendi.

d Vòd autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima parte probat magister p. res auctoritates, q sicut volũtarij professi

f ¶ Militia.] 23 q. 1. militare.

g ¶ Meliorum.] Solus ille ergo transgreditur votum, qui deserit maius bonum propter minus, vel par. Sic 17. q. 1. qui bona, & extra de voto, & voti redemptione, per totum.

PRocliuis cursus.] CASVS. Quidam monachi, vel moniales virgines, vel viduæ habitum eorum sponte susceptum deserebant; de quo cum quæsitum esset in concilio Toletano, statuit concilium, vt inuiti per excommunicationem ad monasterium redire cogantur.

MOuet te, utrum eius fide utendum sit; qui, ut eā seruet, per dæmonia iurauerit. Vbi te volo prius considerare, vtrum si quispiam per Deos falsos iurauerit se fidem seruaturum †, & eam non seruauerit; non tibi videatur bis[a] peccasse? Si enim tali iuratione permissam seruaret † fidem; ideo tantum peccasse iudicaretur, quia per tales Deos iurauerit. Illud autem nemo reprehenderet quia fidem seruauit. Nunc vero, quia & iurauit per quos nō debuit, & contra pollicitam fidem fecit quod non debuit; bis vtique peccauit: ac per hoc, qui vtitur fide illius, quem constat iurasse per Deos falsos, & vtitur non ad malam rē, sed ad licitam, & bonam, non peccato eius se sociat[b], quo per dæmonia iurauit, sed bono pacto eius, quo fidem seruauit. Neque enim hic eam † fidem dico seruari, qua fideles vocantur, qui baptizantur in Christo. Illa enim longe alia est, longeque discreta à fide humanorum placitorum, atque pactorum. Veruntamen sine vlla dubitatione minus malum est per Deos † falsos veraciter[d] iurare, quàm per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis est sanctum; tanto magis[e] est pęnale[f] periurium[g]. ¶ Alia ergo quæstio est, vtrum non peccet, qui falsos Deos sibi iurari facit; quia ille[α], qui ei iurat, iurat per Deos falsos, quos colit. Cui quęstioni possunt illa testimonia suffragari, quæ ipse commemorasti de Laban[h], & Abimelech; si tamen Abimelech per Deos suos iurauit, sicut Laban per Deum Nachor[β].

† *al. custodierit* † *al. eandem* † *al. Deū falsū* *Ge. 21. & 31.*

α ¶ Quia ille.] *In epistolis B. Augustini excusis legitur.* quam ille qui ei iurat, falsos Deos colit. *In codice earundem Vaticano.* quando ille, qui ei iurat, falsos Deos colit. *in editione Frobeniana: & apud Iuonem,* quia ille, qui ei iurat, falsos Deos colit.
β ¶ Nachor.] *Sic est emendatum ex loco ipso Genesis, Iuone, & vno vetusto Gratiani codice, in cuius quidem vulgatis erat,* per Deum Sochot *in B. Augustini autem,* per Deum Iacob.

1. Matt. 18. *Sic etiam eum in libro Machabæorum Romani legun-*

Antequam veniat ad responsionem quæstionis, dicit ꝙ qui iurat per falsos Deos, si non seruat fidem, in duobus peccat, & quia iurauit per falsos Deos, & quia fidē non seruauit. sed si seruauit fidem laudabile est: & ideo fidei eius vti possumus ad bonum, & non ad malum. Fides enim appellatur hic promissio, & non illa fides, à qua fideles catholici vocantur. In secunda parte dicitur, ꝙ minus peccat ille, qui iurat per falsos Deos veraciter, ꝗ qui iurat per verum Deum fallaciter: quia quāto sanctius est per quod iuratur, tanto magis pœnale est periurium. In tertia parte quæsiuit Publicola an peccet qui gentilem siue paganum sibi per falsos Deos facit iurare? Et respondet ꝙ non: & hoc probat exemplo Iacob & Esau, qui fecerunt sibi iurare Laban & Abimelech per falsos Deos, quod credendum est: & ideo dicit dubitatiue. [si tamen.] Secunda pars incipit ibi, [Verūtamen.] Tertia ibi, [Alia quæstio.

f ¶ Pœnale.] Idest maiori pœna dignum quanto enim res est sanctior vel melior, tanto est magis peccatum offendere eam quàm aliam, vt 17. q. 4 sicut qui & inf. ea. q. 5. qui peierat.

g ¶ Periurium.] Idest, temerarium iuramentum. & sic bene adaptatur ratio sequens.

h ¶ De Laban.] Sed nonne ille peccat qui per Deos falsos iurat? ergo & ille peccat qui recipit tale iuramentū, vt inf. ead. q. 5. ille? Sed dic quòd licet ille peccet, tamen permittitur tale iuramentum, cum aliter non possit adhiberi fides dictis suis. præterea si iuraret per Deum verum facilius obuiaret tali iuramento, & tamen magis peccet.

Iurans per Deos falsos an peccet.

SIC ETIAM. CASVS. Adhuc ostendit Gratia. quòd non peccat Christianus, qui paganum sibi per suos Deos facit

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit iurare. Diuiditur ergo iste § in tres. partes In prima ostendit q̄ non peccat Christianus si recipit sacramentum ab infideli per Deos suos. & hoc probat exemplo Iudæorum quando fecerunt pacem cum Romanis, per Deos falsos receperunt iuramentum: ipsi autem per Deum verum iurauerunt. Sic etiam per creaturas iurare malum est: sed seruare quod iuratur, est bonum. In secunda parte obijcit & probat, q̄ iurare p̄ creaturas non est malū: quia Ioseph cum vir sanctus esset per salutem Pharaonis iurauit. Postea soluit dicens, q̄ sancti iurando per creaturas ipsum creatorem venerabantur. sic Ioseph iurando per salutem Pharaonis, iurauit per eum, qui dedit ei salutem & potestatem. & Dominus nō prohibuit iurare per creaturas nisi propter duas causas, ne in eis numē deitatis esse putaretur, vel ne eas, contemptibiles iudicando, promissa non seruaremus. In tertia parte quærit incidenter, quid sit grauius, an iurare falsaciter per creaturas, an per creatorem. Et primo ostendit, q̄ grauius est iurare p̄ creaturas, q̄ sic iurando in duob. peccat: quia & contra prohibitionē iurat, & quia fallaciter iurat: sed per creatorē fallaciter iurādo, tantum in vno peccat. Postea soluit dicēs, quod periurium tāto magis pœnale est, q̄to id per quod iuratus, sāctius est. & ita magis est pœnale peierare per creatorē. Secunda pars incipit ibi, [Sed obijcitur.] Tertia ibi, [Sed quæritur.] Positus erat. s. Pharao.] In infirmis,]idest, in mūdanis. Vel positus erat, scilicet princeps in mundanis, vel in Mēphis, quæ ciuitas erat, vel caput regni.

a ¶ Per salutem.] Et in canone per salutem dominorum iuratur, vt 1.q.8.canones.

b ¶ In infirmis.] Alias Memphis, quæ erat caput regni Pharaonis.

c ¶ Dupliciter.] Et ita quandoq; duo mala ratione coniunctionis non æquiualent alteri eorum per se. sic extra de off.iud.deleg.super quæstionum.§ fi vero.

PRædicandum.] CASVS. Significatum fuit Eutychiano Papæ, q̄ quidam presbyteri de periurio leuem pœnitentiam imponebant, quare statuit Eutychianus, vt Christiani moneantur periurium euitare, cum sit grauе delictum: sed si in illud inciderint, taliter de ipso pœniteant,

tur pacem firmasse cum Iudæis, intelligendi sunt iurasse per falsos Deos: sicut & Iudæi iurauerunt per Deū uerū. Sic etiam & de iuramento, quod sit per creaturas, intelligendum est: quòd ipsum quidem iurare per creaturas malum est, quia à Deo prohibitum est: sed seruare quod iuratur bonum est, ut euitetur peccatum mendacij, & dolositatis.. ¶ Sed obiciūtur quòd Ioseph uir sanctus p̄ creaturas iurauit; dum dixit fratrib. suis: [Per salutem[a] Pharaonis nō exibitis hinc.] ¶ Sed sciēdum est, quod sancti non tam per creaturas, quam per auctorem creaturarum iurabant: nec in creaturis aliud, quàm creatorē ipsarum uenerabantur: sicut Ioseph, qui per Pharaonem iurando, hoc in eo veneratus est, quod Dei iudicio positus erat in infirmis† [b]. Vnde Apostolus ait: [Omnis potestas à Deo est.] Itē Christus Pilato: [Nō haberes in me potestatem, nisi esset tibi datum desuper.] Deus autem per creaturas iurare prohibuit; ne vel more gentilium aliquod numen deitatis creaturis ineſſe crederetur, uel ne creaturas contemptibiles iudicādo, per eas promissa pro nihilo duceremus. Sed quæritur, quid grauius sit an per creaturas, an per creatorem iurare fallaciter. Dulpiciter enim reus est, qui per creaturas iurat mendaciter: quia & contra prohibitionem iurat, per quod sibi iurare non licet, (à quo peccato est immunis, qui non nisi per creatorem iurat) & proximum dolo capit: quod facit etiam per creatorem mendaciter iurās. Sed si periurium tanto magis pœnale est, quanto sanctius illud est, per quod iuratur apparet, quòd etsi per creaturas mendaciter iurans dupliciter[c] peccet; grauiori tamen se subijcit pœnæ, qui per creatorem iurat mendaciter.

§ Periurij autem pœna grauissima est: quam si quis timēs, ad confessionem uenire noluerit, à fidelium consortio est abijciendus.

Vnde Eutychianus Papa.

Sent.3.di.39. Gen.42.

Rom.13. Io.19.

¶ Fidelium consortio careat, qui pœnitentiam periurij agere noluerit. C. XVII.

PRædicandum est etiam, ut periurium fideles caueant, & ab hoc summopere abstineant, scientes hoc grande scelus esse, & in lege, & in prohetis, & in Euangelio prohibitum. Audiuimus enim quosdam parui pendere hoc scelus, & leuem quodammodo periuris pœnitentiæ modum imponere, qui nosse debent, talem de periurio pœnitentiam imponi debere, qualem[d] & de adulteriū, qualiter de adulterio, & de alijs crimin alib. vi-

Poly.l.6.tit. 11. Anſ.l.11.c.71. Burc.l.12. c.49. Iuo p.12. c.50.

tijs peniterent. Si quis vero timens longam pœnitentiam periurij, ad confessionem venire noluerit, excommunicetur donec resipiscat

d ¶ Qualem.] Quantum ad numerū annorū hoc intelligē, non quantum ad asperitatē pœnitentiæ nā regulariter pro quolibet mortali debetur septennis pœnitentia nisi dignitas delinquētis, vel qualitas delicti aliud iudicent.

deant. 33.q.2. hoc ipsum. & 82. dist. presbyter. & 27. q. 1. deuotam. vnde licet septennis pœnitentia imponatur pro periurio sicut pro homicidio, vel adulterio; asperior tamen pœnitentia imponitur pro adulterio vel homicidio, quàm pro periurio, & durior pro homicidio

† al pœnitentiam longam arumnam

terio, & de fornicatione, & de homicidio sponte commisso, & de cęteris criminalibus vitiis. Si quis vero perpetrato periurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiam† longam, ad confessionem venire noluerit; ab ecclesia repellendus[a] est, siue a communione, & cōsortio fidelium, vt nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret[α], neque in domo sua eum recipiat.

¶ *Burchardus etiam, Polycarpus & Iuo citant ex Eutychiano. Inuenium vero est inter quædam capitula Theodulphi episcopi Aurelianensis ad suos presbyteros scriptis, c.26. quæ in antiquo codice Romæ habentur.*

α ¶ Neque oret.] *Additum id est ex Theodulpho, Burchardo, & Iuone.*

QVÆSTIO II.

QVod autem[b] periurium sit falsiũ iurare facile probatur. Ait Aug. in libro psalmorum super Domini est terra.]

¶ Peierat, qui aliter facturus est, quàm promittit. C. I.

IN dolo iurat, qui aliter facturus est[c], quàm promittit, cum periurium sit nequiter decipere[d] credentem.

¶ *Quod hic citatur ex B. Augustino, inglosa interlineari psalmi 23. in vers.* Nec iurauit in dolo, *refertur ex Cassiodoro.*

Item Hieronymus super Hieremiam, lib. 1. ad c. quartũ.

Sent.3 dist. 39. Iuo p. 12. c. 22. Pan. l.8.c.123.

¶ Quos debeat habere comites iusiurandum. C. II.

ANimaduertendum est, quod iusiurandum hos habeat comites, veritatem[e], iudicium[f], atque iustitiam[g]. Si ista defuerint; nequaquam erit iuramentum, sed periurium.

Item, qui falsum iurat, mentitur. Mentiendo autem iurare, nihil aliud est quàm peierare. ¶ *Cum ergo omnes, qui loquuntur mendacium, perdendi sint, iuxta illud psalmistæ [Perdes omnes, qui loquuntur mendacium] multo magis dānabiles sunt, qui mentiendo peierare conuincuntur: qa nomen Dei sui in vanũ assumunt.* ¶ *Sed aliud est, falsũ*

Ps.5. Sent. ibidem

a ¶ Repellendus.] Argu. aliquem compellendum ad pœnitentiam 6.q.3.illi qui.

QVod autem.] Hæc quæstio diuidit in quinque partes. In prima parte probat per v.c. quod non est periurus, qui iurat falsum, quod putat esse verum. Secunda ibi, [Ille erga ibi, Cū humilitatis.] Quinta ibi, [Qūq.] Io. de Fan. CASVS. Hic punitur secunda quæstio, vbi quæritur an sit periurus qui iurauit falsum quod putat verum. Et certum est, quod non, vt infr. ea. h. mines. Et procedit hoc ordine Gra Primo probat quòd est periurus, postea quòd non. & ponit solutionem optimam.

b ¶ Quod autem.] Hic quæritur an sit periurus, qui iurat falsum quod putat verum. Ad quod notandum est, q̄ quatuor modis committitur periurium. Vno modo vt si quis falsum ignoranter iuret, & illud nullo modo est peccatum, vt inf. ead. beatus. Secundo modo dī periurium tantū falsum iuramentum sciēter factum, & illud semper est peccatum, & mortale: ut inf. e.c. homines Tertio modo dicitur periurium indiscretum iuramentum, & illud quando quæ est peccatū mortale. infr. ea. q. 4. q. sacramento. quandoq; ueniale, vt 25 dist. §. aliàs ea. & extra de iureiu c. verū. Quarto modo dicitur piuriū trangressio iuramenti & illud quandoque nullum peccatum est, vt in illicitis vt inf. ea q. 4. in malis quandoq; est mortale, vt inf. ea. q. 4. si aliquid.

Periurium quatuor modis committitur.

IN dolo.] CASVS. Dicitur hic q̄ dolose videtur iurare q̄ aliter facit quàm promittit, cum periuriū fiat nequiter credentes decipere.

c ¶ Qui aliter facturus est.] Id est, q aliter proponit facere.]

d ¶ Nequiter decipere.] Scilicet habere animum decipiendi. si enim non haberet animum, secus esset vt inf. ea. ne quis 1.

1 Ad hoc ff. qui & a q. l. in fraudē.

ANimaduertendum.] CASVS. Dicit in hoc c. q̄ iuramentum tres habet comites siue partes, scilicet veritatē, iudicium, & iustitiā. & si aliquid illorum defuerit periurium erit.

e ¶ Veritatē.] Id est, conscientiam veritatis in fe. ne q̄s sed ne rei res non sufficit nisi adhibeāt conscientia, vt inf. e. homines. sic & veritas conscientiæ sufficit vt à furto excusetur, si credo dominum permissurum, vt initio de obligq̄ ex delicto naic §. pl. cuit.

Veritas cō scientiæ à furto excusat.

f ¶ Iudicium.] Id est, discretionem.

g ¶ Atque iustitiam.] Id est, vt iustum sit & licitum quod iuratur.

ITEM QVI. CASVS Adhuc probat eum qui iurauit falsum quod putabat esse verum periurum, cum iurando falsum fuerit mentitus. & loquentes mendacium iuxta psalmod am sunt perdendi, & multo magis perdendi sunt qui mentiendo periurare creduntur.

SED ALIVD. CASVS Respondet hic Grat. allegatis dicens, quod si aliquis iurat in dolo, scilicet in cuius mente esset aliter facere, q̄ iurat piurus est. Sed si sine

dolo iurat putans esse verum quod iurat, licet aliter eueniat quam iurat, periurus non reputabitur. quod probat exemplo Apostoli, qui promisit se iturū ad Corinthios & tamen aliter fuit sed periurus nō fuit in dolo. Et ad hoc inducit sequens capitulum.

ditur in tres partes. In prima ostendit Augustinus quid sit mentiri. In secūda parte ostēdit quis mētiri nō debet.

iurare, aliud, iurare in dolo. Nō enim omnis, qui aliter facturus est, quàm promittit, in dolo iurat. Licet enim Apostolus aliter facturus esset, quā promitteret Corinthijs in prima epistola, cum ait: [Veniam ad nos;] non tamē in dolo iurauit, aut mendaciter promisit. Ille enim in dolo iurat aut mendaciter promittit, in cuius mente est non sic facturū ut promittit. Ille autem, qui promittit falsum, quod putat uerum, nec in dolo iurat nec mendaciter promittit. 1. Cor. 16.

Vnde Augustinus de uerbis Apostoli, sermone, 28. al. 30.

¶ De eo, qui iurat falsum, quod putat verum. C. III. — Sent. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 39. Pann. l. 8. c. 1[illegible]

HOmines [a] falsum iurant, vel cum fallunt, vel cū falluntur. Aut enim putat [b] homo verū esse, quod falsum, & temere [c] iurat aut scit [d], vel putat falsum esse, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cum scelere iurat. Distant autem † ista periuria, quæ duo [e] commemoraui: Facα illū iurare, qui verum putat esse, pro quo iurat: verum putat esse, & tamen falsum est: non ex animo iste peierat †, fallitur. hoc pro vero habet, quod falsum est; non pro re falsa sciens iurationem interponit. Da alium, qui scit falsum esse & dicit verum esse, & iurat tanquam verum sit, quod scit falsum esse. Videtis quàm ista detestanda sit bellua, & de rebus humanis exterminanda: Quis enim hoc fieri velit [f]? Omnes homines talia detestantur. Fac alium, qui putat falsum esse, & iurat tanquam verum sit, & fortè verum est. Verbi gratia (vt intelligatis) pluit in illo loco; interrogas hominem: & putat non pluisse: & ad negocium eius competit, vt dicat; pluit: sed putat non pluisse: Dicitur ei, vere pluit? vere, & iurat β: & tamen pluit ibi: sed ille nescit, & putat non pluisse; periurus est. Interest, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam [g] non facit nisi mens rea.

† al. tamen

† al. periuria.] orig.

α ¶ Facillum.] *Sic etiam apud Iuonem, & in vno Vaticano codice sermonum B. Aug. & Antuerp. editione. Nam in alijs est,* facilius iurat.

β ¶ Et iurat.] *Addita hæc sunt ex originali, & Iuone, vt locus sit integer. Necesse enim est præcedere iuramentum, vt quis periurus dicatur, cuius iuramenti in codicibus Gratiani nulla erat mentio. Alia etiam nonnulla sunt emendata.*

Quia ergo mens huius non erat rea (nesciebat enim falsum esse, quod iurauit esse uerum) nec temere, uel negligēter, sed cum magna diligentia uidebatur sibi deprehēdisse uerum, quod iurauit falsum, periurij reus nequaquam est iudicandus. Item, quod dicitur, qui falsum iurat, mentitur non uniuersaliter hoc intelligi debet. Nō. n. omnis, qui falsum dicit, mentitur: sicut nec omnis, qui mentitur, falsum dicit.

Vnde Augustinus in Enchiridio, c. 22.

¶ Non est mentiri, dicere falsum, quod putat verum. C. IIII. — Sent. 3. dist. 38. † al. Omnis.] orig.

IS † autem, qui mentitur ea, contra id, quod animo

HOmines.] CASVS. Beneuen. hūc casum sic ponit. Tres casus sunt in hoc cap. Primus est, cum quis putat verū esse quod est falsum & tamen incautè iurat. Secundus est, cum quis iurat scienter verum esse qđ scit esse falsum. Tertius est, cum quis putat falsum esse quod verum est, & tamen iurat esse verum. Primus fallitur tantum, & venialiter peccat. Secundus fallitur tātum. Tertius fallit animo, & fallitur. & ita isti duo mortaliter delinquunt.

a ¶ Homines.] Hic ostendit tres modos periurij.

b ¶ Putati.] Primū.

c ¶ Et temere.] Id est, indiscretè.

d ¶ Aut scit.] Secundum quod iurat, id est, quod verum est.

e ¶ Quæ duo.] Scilicet primum & secundum, & sub secundo comprehendit & tertium [a].

a Vnde dic duo quorū alterū duo capita hēt vt per exempla patet q̄ supponit vnde ēt præmisit, scit vel putat. Arc.

f ¶ Velit.] Quia ipsū peccare nemo per se vult, vt 15. q. 1. merito.

g ¶ Linguam.] Sic 15. q. 6. cap. i.

QVI ERGO. CASVS. Cōcludit Grat. ex supradicto cap. dicens, quòd licitè iste episcopus iurauerit falsū, quod putabat esse verum, cum non fecerit scienter hoc, neque negligenter, non est reus periurij iudicādus postea respondet obiectioni factæ supra in §. itē qui ostendens, quòd nō omnis qui falsum dicit, mentitur, sicut nec omnis qui mentitur, dicit falsum, q; probat per sequen. cap.

IS autē.] CASVS. Hoc capitulū diui

bet: nam verba non sunt ideo instituta, vt homines se fallant adinuicem, sed vt quod quisque nouit alteri dicat. vnde si quis aliter facit, mentiendo scilicet, peccat, & si alteri per suum mendacium prosit sicut, aliquis furtum faciendo peccat, etsi alicui per furtum prosit. In

ptis interpretabuntur verba ad id ad qđ instituta sunt, vt hic, & 37. distin. relatum. & semper ad communem intelligentiam, &c. extra de sponsal. ex litteris. & ff. de leg. 3. nō aliter. Sed contra plerumque dum proprietas verborum attenditur, veritas sensus admittitur extra de verbo. significat. propterea. nā potius mens attenditur, q̄ verba consideranda sunt vt infra ea. quæstio. 5 humanæ. & cōtra verum intellectū fit interpretatio. extra de postulatio. ad hæc. circa finem. & potius considerandū est quid testator senserit, quam ipsa vocis significatio, vt ff. de fundo instr. l. cum de lanionis. §. asinam & hæc vera sunt nisi interpretatio à iure habeatur, vt 20. q. 2. puella.

Verba an sint sp attendenda.

sentit; loquitur voluntate fallendi. ¶ Et vtique verba propterea instituta [a] sunt, non per quę se inuicem homines fallant, sed per quæ quisq; in alterius notitiā cogitationes suas proferat. Verbis ergo vti ad fallaciam, nō ad quod instituta sunt, peccatum est. Nec ideo vllum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo. Possumus enim & furando; si pauper, cui palam datur, sentit commodum, & diues, cui clam tollitur, non sentit incommodum; nec ideo tale furtum [b] quisquam dixerit non esse peccatum. *& supra. c. 18.* ¶ Nemo mentiens iudicandus est, qui dicit falsum quod putat verum: quoniam, quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Non itaque mendacij, sed aliquando temeritatis arguendus est, qui falsa incautus credit †, ac pro ueris habet: potiusque econtrario, quantum in ipso est, mentitur ille, qui dicit verum, quod putat falsum. Quantum enim ad animum [c] eius attinet, quia non quod sentit, hoc dicit; non verum dicit: quamuis verum inueniatur esse qđ dicit. Nec vllo modo liber est à mendacio, qui ore nesciēs verum loquitur, sciens autem voluntate mentitur. Non cōsideratis itaque rebus ipsis, de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione [d] dicentis, melior est, qui nesciens falsum dicit, quoniam id verum putat: quàm qui mentiendi animum sciens gerit, nesciens verum esse quod dicit.

Sent ibidem. Pan. l. 8. c. 133. Iuo p. 12. c. 51.

† *credita pro veris hēt.* Ior.

Item Gelasius Papa.

¶ Non mentitur, qui animum fallendi non habet. C. V.

BEatus Paulus Apostolus nō ideo (quod absit) fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius; quoniā cum ad Hispanos se promisisset iturum, dispositione diuina [e] maioribus [f] occupatus ex causis implere non potuit quod promisit. Quantum enim ipsius voluntatis inter fuit, hoc pronunciauit, quod reuera voluisset efficere. Quantum enim ad diuini secreta consilij (quæ, vt homo, omnia non potuit, licet spiritu Dei plenus, agnoscere) superna præcermisit dispositione præuentus. Nec quia Beatus Petrus Apostolus pro affectu diuinæ reuerentiæ ipsi Domino respondit: [Non lauabis [g] mihi pedes in ęternū;] Io. 13.

b ¶ Furtum] 14. q. 5. fortè.

c ¶ Ad animum.] Argum. plus considerari animū vel opinionē quàm factū vel veritatem, vt extra de biga. nuper. 3. quæst. 7. §. tria. 1. q. 1. si quis à simoniacis 38. dis. sedulo.

Aīus, & opinio præferē veritati, & acto.

d ¶ Intentione.] Secus est in furto: quia licet aliquis credat inuito domino rem eius tractare, tamen non committit furtū si domino placet, vt institu. de oblig. quæ ex delic. nasc. §. placuit.

BEatus.] CASVS. Gelasius ostendit in hoc c. quod non ideo dicitur q; fallere, vel sibi contrarius esse, quod nō adimplet sicut promisit, cum per eum non stat quin adimpleat quod promisit sed iusta de causa: & hoc probat duobus exemplis. S. Pau. & Petri.

e ¶ Diuina.] Qua oīa vincula humana franguntur. 19. q. 2. duæ sunt. & secundum quam dispositionem est licitum quod aliàs est illicitum 1. vt 14. q. 5. dixit. Et est arg. hic, q; in omni voto vel sacramento intelliguntur huiusmodi generales conditiones, si Deus voluerit, si vixero, si potero, vt infra. ea. q. ne quis. & 27. q. 2. §. cum ergo. & ff. qui satisd. cog. l. vlt. & etiam hæc, si marito placuerit. 33. q. 5. noluit. arg. contra 22. q. vlt. vbi de hoc notaui.

f ¶ Maioribus.] No. quod secundum canones excusatur quis à iuramento propter maiora negocia 2. vt extra de iureiu. breui. & ca. querelam. secus secundum leges, quia difficultas præstationis non reddit stipulationem inutilem 3. vt ff. de verb. ob. continuus. §. illud.

g ¶ Non lauabis.] Nec Petrus fuit sibi contrarius. nec Domino

In tertia parte ostendit, q; duo sunt genera mendaciorum. Vnum est cum quis putat verum quod est falsum. Secundum est cum quis putat falsum quod est verum, & iurat esse verum: primum non lædit, secundum vero lædit. Secunda pars incipit ibi. [Et vtique.] Tertia ibi, [Nemo mētiens [Sciens.] scilicet scienter. Nesciens verum, & tamen est verum.

Mentiens nihil dicit.

a ¶ Instituta.] Ex hoc dicto Augustini sequitur quòd qui mentitur, nihil dicit: quia non dicit id quod vox significat, sicut hic dicit. Aliu l. n. cogitat mente q̄ ore proferat. item id non dicit quod cogitat, quia vxor illud nō significat: nec dicit illud qđ vox significat: q̄a illud nō intendit. ergo nihil dicit. vt ff. de re iud. l. in ambiguo.

a ¶ Instituta.] Semper ergo in priuilegijs, vel in rescri-

1 Ad hoc 23. q. 4. si nō licet. extra de diuor. gaudemus.

2 Adde his Ale. & Imo. in l. qđ te. circa si. ff. si certū pec. gl. & ibi Bal. in c. 1. & alie. feu. & aliq. d per Bar. in l. pe. ff. de iurei. & Bal in ca. 1. §. porro. q fuit prima causa bene ami. & in c. licet. si de feu. fuerit contro. inter. do. & agna.

3 Sub & tamen excusatur. ff. & do. nam hic, extra de re. spo. olim 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

Petrus noluit, & voluit pedes suos à Christo lauari.

Domino. Dominus enim voluit ex humilitate lauare pedes Petri, sed Petrus propter reuerentiam noluit hoc sed reuerentia & humilitas sibi non contrariantur. Itē sibi non fuit contrarius, quia primo propter reuerentiam noluit secundo propter obedientiam permisit lauari, & obediētia nō est contraria humilitati vel reuerentiæ similem superficialē cōtrarietatem habes 8 qō 1. in scripturis cum suis concordantib.

lere & respondet, ꝙ sic Secundum fuit an sit maius malum falli in articulis fidei, quàm fallere in rebus temporalibus & respondet quòd sic.
e ¶ Quæ dicūtur.] Et non creduntur, sicut in cōtractibus.
f ¶ Fallatur.] Siue per negligentiam, siue non.
g ¶ Vt

fefellisse (quod absit) aut in sua putabitur minimè constitisse sententia; quia mox eidem diuinæ voluntati cesserit, & quod se dixerat non esse facturum, causis adstrictus humanæ salutis, passus est prona voluntate faciendum.

2 *Ille ergo falsum iurando mentitur, qui scit falsum esse quod iurat. Est enim mendacium* [a] *(vt Augustinus ait) falsa significatio] vocis † cum voluntate fallēdi. Sed cum fallere* [b] *semper sit voluntatis, falli autem, vel infirmitatis, vel temeritatis: grauius autem sit quod ex voluntate, quàm quod ex temeritate, vel infirmitate procedit; aliquādo contingit falli vel nullum, vel minimum esse peccatū: aliquando ex ipsa rerum varia consideratione minus esse fallere quàm falli.*

In lib. ad Cōsentium cōtra mendacium, c. 12. Iuo p. 12 c. 48. Pann. l. 8. c. 125.

Vnde Augustinus in Enchiridio, c. 21.

¶ Falli in his, quæ ad fidem non pertinent, aut paruum, aut nullum est peccatum. C. VI.

Sent. 3. dist. 38. Iuo p. 12. c. 45. Pann. l. 8. c. 132.

IN quibus † rebus [c] nihil interest ad capessendum Dei regnum, vtrum credantur, an non, & vtrū vera siue sint, siue putentur, an falsa; in his errare, id est aliud [d] pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum; aut si est, minimum esse atque leuissimum.

Item in Enchiridio, c. 18.

2 In his; quæ ad fidem pertinent, grauius est falli, quàm alios decipere. C. VII.

Iuo p. 12. c. 51.

IN ipsarum consideratione rerum, quæ dicuntur [e], tantum interest: quia siue quis fallatur [f], siue mentiatur, vt cunque † [g] falli quàm mentiri, minus est malum, quantū pertinet ad hominis voluntatem; tamen longe tolerabilius est in his, quæ à religione seiuncta sunt [h], mentiri, quàm in his, sine quorum fide vel notitia Deus coli non potest falli.

† al. vbicunq;

¶ *Apud B. Augustinum, nec multo aliter apud Iuonem legitur,* In ipsarum autem, quæ dicuntur consideratione, rerum tantū interest, qua in re quisque fallatur, siue mentiatur, vt cū falli, quam mentiri minus sit malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem, tamen longè tolerabilis sit in his, & cæ. *Verum ob glossam in vers.* utcunque. *al.* ubicunque, *non est mutatum.*

3 *Item, quod dicitur: [Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.] non de omni mendacio intelligendum est.*

Psalm. 5.

ILLE ERGO. Hęc est 2. pars q. in qua dicitur, ꝙ multū interest in quibus reb9 mentiatur. & hoc ꝓbat per duo cap. Ioa. de Fant.

CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis dicens ꝙ ille mētitur iurādo, qui scit falsum esse quod iurat pro vero, quod ꝓbat auctoritate Aug. dicentis: [Est enim.] &c. Postea ostēdit, ꝙ fallere semp est peccatum falli quandoque non. & quandoque minus peccatū est fallere, quàm falli, & ad hoc inducit sep. cap.

a ¶ Mendacium.] Strictè sumitur hic mendacium largis sumitur cum dicitur, falsitas est veritatis immutatio, vt in auth. de fide instru. & cau. in princ. colla. 6.

b ¶ Fallere.] Fallere aliqn̄ in contractu aliquo minus peccatum est quam falli ab aliquo circa articulos fidei in his enim q̄ spectant ad fidē, non multum differūt inter se fallere & falli, vt 16. quæst. 1. si cupis.

Fallere & falli qn̄que parum differunt.

IN quibus.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod in his rebus quę non nocent, vel possunt ad vitam æternam capescendam, credere vel nō credere veras vel falsas putare non est dicendum esse peccatum, vel si est peccatum minimum est.

c ¶ Rebus.] Sicut hoc, an plantæ moueantur contra firmamentum, vel cum ipso, an homo & non homo eandem speciem significet.

d ¶ Aliud.] No. diffinitionem erroris, vt 38. dist quamuis. & c sedulo.

IN ipsarum] CASVS. De duobus fuit ab Aug. quæsitum. Primum fuit an in contractibus, vel rebus ad corpus prtinentibus sit minus malum falli, quàm fal-

g ¶ Vtcunque] Id est, qualitercunque.

h ¶ Seiuncta sunt.] Q d minus malum est fallere in contractibus, quam falli in fide. & sic non obst. 16. q. 1. si cupis.

ITEM QVOD DICITVR. Hæc est tertia pars, quęstio; in qua ponit distinctionem inter peccata mortalia & Venialia. & hoc probat per capit. August. Ioan. de Fant.

CASVS. Respondet Gratian. huic obiectioni factæ su. §.

sup. §. item qui. vbi dictū est: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, & dicit ꝙ q̄dā peccata sunt venialia, & quædā mortalia: de quibus mortalib. intelligitur: Perdes oēs, qui loquuntur mendaciū. Vt autē appareat quę peccata sint venialia, & quæ mortalia: videndum est quot

c ¶ Vt nulli prosit.] Vt est mendacium detractoris, vel falsi testis in causa criminali, simile dicit lex, non est ferendus, qui vult obesse, & non prodesse, vt ff. de rei vends. in fundo.

d ¶ Vt obsit.] Vt mendacium, testis in cā pecuniaria.

Sunt enim quædam mendacia in quibus etsi sit aliqua culpa, non tamen damnabilia sunt: immo tanquam non mendacia habenda sunt. Sunt & alia mendacia, quę sunt grauioris culpæ, de quibus intelligitur: [Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.] Vt autem appareat, quæ mendacia sint venialia, & quæ damnabilia; distinguendum est, quot sint genera mendacij.

De quibus Augustinus scribit in libro de mendacio, cap. 14.

Sent. 3. dist. 38. Iuo p. 12. c. 1. Pann. l. 8. c. 124.

¶ Quot sunt genera mendacij. C. VIII.

PRimum est capitale mendacium, longeque fugiendū, quod fit in doctrina religionis [a], ad quod mendacium nulla conditione [b] quisquam debet adduci. Secundum autem, vt aliquem lædat iniuste, quod & tale est, vt & nulli prosit [c], & obsit alicui. Tertium quod ita prodest alteri, vt obsit [d] alteri, quamuis non ad immunditiam [e] obsit corporalem. Quartum, quòd fit sola mentiendi, fallendique libidine, quod mirum † mendacium est [f]. Quintum, quod fit placendi [g] cupiditate de suauiloquio. His omnibus [h] penitus euitatis, atque reiectis, sequitur sextum genus, quod & nulli obest, & prodest alicui: veluti si quispiam pecuniam alicuius iniuste [i] ✕ tollendam sciens, vbi sit, nescire se mentiatur quocumq; interrogante ✕. Septimum [k], quod & nulli obest, & prodest alicui: veluti si nolit hominem ad mortem quæsitum prodere, mentiatur. & *infra ibidem.* Octauum est genus mendacij, quod & nulli [l] obest, & ad hoc prodest, vt ab immunditia [m] corporali aliquem tueatur. & *infra. c. 21.* ¶ Non est igitur mentiendum in doctrina pietatis: magnum enim scelus est, & primum genus detestabilis mendacij. Non est mentiendum secundo genere, quia nulli facienda iniuria est. Non est mentiendum tertio genere, quia nulli cum alterius [n] iniuria consulendum est†. Non est mentiendum quarto genere, propter mendacij libidinem, quæ per seipsam vitiosa est. Non est mentiendum quinto genere: quia nec ipsa veritas sine † placendi [o] hominibus enuncianda est; quanto minus mendacium? quod per seipsum, quia

† meriū] orig. al. verum

Concor. l. 1. si quis à principe. ff. ne quid in lo. pu. & l. ex facto. ff. de vulg. & pupilla.

† al. causa

e ¶ Immunditiam.] tunc enim magis obesset.

f ¶ Mirum mendacium est.] Quasi dicat, mirum est, ꝙ ita vult aliquis mentiri vbi nulla vertitur vtilitas. quidam n̄ habēt merū z mēdaciū.

z Et tunc exponitur merū, id est, sine aliqua vtilitate.

g ¶ Placendi.] qd̄ faciunt adulatores ad hoc vt placeāt, vt 46. dist. sunt nonnulli. tn̄ adulatio qn̄q; est veniale peccatū, vt 25. dist. §. aliàs ea.

h ¶ His omnibus.] quasi dicat, præcedētia quinq; sunt mortalia, & sequentia sūt venialia.

i ¶ Iniuste.] Secus si iuste, vt si fecerit auctoritate iudicis.

k ¶ Septimū.] In hoc differt septimū à sexto: quia illud prodest ad vitandum periculū personæ, sed illud ad euitandum periculum damni.

l ¶ Et nulli.] Hic dicitur, ꝙ nulli obest, & tamen obest ei, qui mentitur. Et sic est ar. ꝙ ipsa persona, de qua fit sermo, vel ad quam fit sermo, non includit in generali sermone. si. ff. commu. prædi. quidquid venditur. arg. contra 26. dist. deinde. & ff. de pign. Paulus. §. vl. vbi dicitur, quòd si seruus obligauerit omnia bona domini sui, ipse intelligitur obligari.

Persona loquentis non includitur ī generali sermone.

m ¶ Vt ab immunditia.] Vt si volēti contrahere cū soluta, dicā eā esse coniugatā: & prodest ei istud ad conseruandā pudicitiam. Et nota ꝙ hæc tria mendacia in hoc conueniunt quòd per ea alicui prodest mentiens: sed nulli obest. Sed differunt in hoc, quòd vnum prodest ad euadendū damnum rerum: aliud ad euitandum periculum vitæ: tertium ad pudicitiam conseruandam.

quot sint genera mēdaciorum: & ad hoc inducit seq. ca.

PRimum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, ꝙ octo sunt genera mendaciorum, & ponit August. exemplum de quolibet, quorum quinque sunt grauia, tria vero leuia. In scd̄a parte ostendit quòd in nullo genere mendaciorum est mentiendum: & ponit causas quare. In tertia parte ostendit quòd quanto quis recedit à primo mendacio, tanto minus peccat. Secunda pars incipit ibi, [Non est igitur mentiendum.] Tertia ibi, [In his autem.]

a ¶ Religionis.] Sicut Iesum non esse passum, vel non esse natum de virgine 1. q. 4 §. notandum 1.

b ¶ Conditione.] Potius enim debent omnia mala pati, quam tali malo consentire 32. q. 5. ita ne.

a Vnde dic ꝙ hic appellat religionē fidē articulorū, qua religamur Deo.

n ¶ Cum alterius.] Sic 23. q. 5. denique 11. quæst. 3. si quis vero. periculosa est enim talis compensatio, 15. dist. ꝙ ait. potest tn̄ sibi aliquis consulere cum alterius iniuria: dum tamen non eo proposito faciat vt alij noceat sed tantum vt sibi profit, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. denique. nec tunc facit iniuriam, cum suo iure vtitur, vt extra de elect. cum ecclesia, & extra de appel. bonæ.

Consulere sibi pōt quis cū alterius iniuria. Mendacio quomodo ducitur quis ad æternam salutem.

o ¶ Placendi.] Adulationis causa. & est simile 32. q. 4. obijciuntur 93. dist. cantantes.

a ¶ Ad

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pacto quoq; licet, quod non licet verbo.

a ¶ Ad sempiternam.] Sed qualiter potest aliquis ad æternam salutem duci per peccatū? Respon. indirecte, vt si monachus dicat regulam suam esse dulcem, & per tale mēdacium lucretur aliquem Christo, & est simile 1. q. 2. ¶ pio. 45. dist. de Iudæis. & sic patet q̄ nullus debet mentiri vt alius periculū corporis, vel rerū euitet. 14. d. qđ ait. & inf. ea faciat.

b ¶ Perficiendæ.] i. salutem alterius nemo debet præferre p̄ priæ fidei.

c ¶ Factis.] q. d. licet nos sancimus, q̄ nemo debet mētiri pro vita alterius: nō ideo aliquis ita crudelis, vel impius sit, q̄ non defendat talē facto, licet verbo non possit defendere ipsum.

d ¶ Quia & i bonis.] Id est, inter bona.

e ¶ Præfertur.] Vt 32. q. 5. tolerabilius.

f ¶ Dānabilius.] Elegiue ponitur: & est sensus: malum quod nos facimus, scilicet mendacium, est nobis damnabile. sed quod sinimus fieri homicidium, nobis non est damnabile.

g ¶ Recedit.] Non videtur hoc verū: quia minus peccatur septimo genere mēdacij, quām octauo: qa magis malū vitatur per septimum mendaciū quām per octauū. Ad hoc dico q̄ recessus ille non cōsideratur secundum ordinem mendaciorum, quē hic enumerat: sed potius considerat circa qualitatē primi mendacij. Nam primum mendacium consistit in religione: quod maximum est. vnde est maximum peccatum sic in hoc mentiri, quanto ergo magis recedit a religione, tanto est minus peccatū. Vel dicas q̄ tria vltima peccata non differunt inter se nisi sm qualitatem facti. & ita non reputat ista tria mendacia pro diuersis. Io.

1 Hoc verū intellige vbi nō possumus p̄hibere. aliàs secus. & vt 24. q. 3. non licet inferenda & c. vlt. 2. q. 7. negligere. extr. de sent. excō. quantæ. & lib. 6. eo. titu. dilecto. vbi est expressum: & 83. dist. c. x. & ita sentit hic Hu. qui enim cū potest, malo non obuiat, consentit. consentientem vero, & facientem par pœna constringit 2. q. 1. notū. extra de of. delega. ca. 1. Arch.

CVm humilitatis.] Hæc est 4. pars q. in qua probat p 12. auctoritates sanctorum, q̄ in nullo casu sit mentiendum: tñ qui iocose mentitur, eum decipere non intendit, vel causa pietatis, minus peccat Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic q̄ nemo debet causa humilitatis mentiri: quia qui peccator non erat, efficitur peccator, quia veritas non est in eo: nec potest esse in eo humilitas vbi regnat falsitas. Sequen. cap. pater.

Peccatorem se dicens vtrū peccat.

h ¶ Cum humilitatis.] Sed nonne bonarum mentiū est ibi recognoscere culpam vbi culpa nō est, vt sup. d. 5. ad eius? Resp. in genere pōt quis dicere se esse peccatorem: quia nemo sine crimine vnit, vt 23. dist. §. criminis, & recognoscendo in se culpā esse, non peccat: dō modo bene credat vetū esse qđ dicit: 90 dist. ante oīa. & 2 q 7. quia quā. sed specialiter dicēdo al. q̄ peccatū de se cuius cōtrarium est verū, mortaliter peccat. Sed obijcit de facto, qui oīa crimina specialiter de se confitetur. Sed dic

mendacium est, vtique turpe est. Non est mētiendum sexto genere: neque enim recte etiam testimonij veritas pro cuiusquam temporali commodo, ac salute corrumpitur: ad sempiternam [a] vero salutem nullus ducendus est, opitulante mendacio. *& infra.* Neque septimo genere mentiendum: Non enim cuiusquam commoditas, aut salus tēporalis perficiendæ [b] fidei præferenda est †. Nec se quisquam [γ] in recte factis [c] nostris tam male moueri sentiat; vt fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior. *& infra.* Nec octauo genere mentiendum est: quia & in bonis [d] castitas animi pudicitiæ [δ] corporis præfertur [e]: & in malis id, quod ipsi facimus, eo quod fieri suimus, nobis damnabilius [f] est. ¶ In his autem octo generibus tanto quisque minus peccat, cum mentitur; quanto magis à primo recedit [g]. Quisquis autem esse aliquod genus mēdacij, quod peccatum non sit, putauerit; decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum.

α ¶ Iniuste.] *Abest ab originali vox ista, pro qua in duabus Gratiani codicibus legitur,* iuste.

β ¶ Quocumque interrogante.] *Addita hæc sunt ex orig.*

γ ¶ Se quisquam.] *Apud* B. *Augustinum, & Iuonem est,* Nec si quisquam in recte factis nostris tam male mouetur, vt fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior; propterea recte facta deserenda sunt. *Sed ob glossam in ver.* recte factis, *non est mutatum.*

δ ¶ Pudicitiæ.] *Apud eosdem habetur,* pudicitia corporis, & in malis ibi, quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus, maius est. *Set eadem causa obstitit ne mutaretur.*

ε ¶ Quanto magis.] *In originali legitur,* quanto emergit ad octauum; tanto amplius, qn anto demergit ad primum. *Sed erat glossa in ver.* recedit.

Item Augustinus de uerbis Apostoli serm. 31. al. 29.

¶ Non licet alicui humilitatis causa mentiri. C. IX. Iuo p. 12. c. 44. Pan. l. 8. c. 128.

4 CVm humilitatis [h] causa mentiris; si non eras peccator, antequam mentiretis, mentiēdo efficeris qđ eui taueras. Veritas in te nō est; nisi te ita dixeris peccatorem, vt etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, vt quod es, dicas. Nā quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas [i]?

Mihi

MIhi autem.] CASVS. Dicitur hic quod quis peccas mentiendo quolibet genere mendacij: minus tamen peccat qui causa consulendi mentitur, quām qui causa nocendi. Et similiter minus peccat qui viatorem in aduersum iter transmittit, quām qui vitam vitæ per mendacium deprauat Seq. c. planum est.

a ¶ Rebus.] Maius enim est mentiri de Deo, quām de homine.

b ¶ Qui consulendi.] Ratione consilij nemo peccat vel obligatur, dummodo non sit fraudulentum, vt ff. de reg. iur. cōsilij. & vbi alias non erat facturus ille cui consulitur, vt ff. mandati, si remunerandi. § si tibi mandaue ro. quandoque tamen tenetur plus consulens, quam faciens, vt 86. dist. in ct. tanta.

c NEc artificioso.] Vt si hoc modo dicat, iste equus nescit scandere arborem. intelligens q̄ nesciat factus fuerit furiosus, ne se vel alium interimat. Secunda pars, [Duo vero.] Tertia ibi, [Illud vero.]

e ¶ Nō occiditur.] Videtur ergo, q̄ perfectus homo 2. mortaliter * peccat mentiendo pro vita alterius: & sic erit deterioris conditionis perfectus, quām imperfectus. Ad quod notandum, q̄ triplex est genus mendacij. Maligni tatis, quod fit causa decipiēdi, & illud omnibus est mortale peccatum. Iocosi tatis, vbi nemo lædit, & illud nulli est mortale peccatum. Benignitatis siue pietatis, qđ fit p̄ salute alicuius; & de illo dī, q̄ fit mor-

1 Vt ff. de pact. l. vetetribus.

Abraham Paulus, & Iehu, an fuerint mendacij expertes

Item Gregorius, lib. 26. moralium, c. 2.

¶ De eodem. C. X.

INcautè sunt α humiles, qui se mendacio illaqueant.

α ¶ Incaute sunt.] *Sic in plerisque manuscriptis: vulgata lectio erat,* Incauti sunt homines. *Integer autem* B. *Gregorij locus sic habet.* Incautè sunt vtiles, qui se mendacio illaqueant, dū arrogantiam vitant, immo mentiendo superbiunt: quia contra veritatem se erigunt, quam relinquunt.

Item Augustinus super Ioannem, tractatu. 43.

¶ Non licet mentiri, vt arrogantia vitetur. C. XI.

NOn ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur.

Idem in Enchiridio, c. 18.

Iuo p. 12. c. 51. ¶ Non omne mendacium æquè peccatum est. C. XII.

MIhi autem videtur peccatum esse quidem omne mēdacium: sed multū interesse, quo animo, & quibus de rebus [a] quisque mentiatur. Non enim sic peccat ille, q consulendi [b], quomodo ille, qui docendi voluntate mentitur: nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in aduersum † iter mittit; quantum, is qui viam vitæ mendacio fallente deprauat.

tal. diuersum

¶ *Nonnulla in hoc capite sunt inducta, & alia emendata ex* B. *Augustino & Iuone.*

Item Augustinus in libro de conflictu vitiorum, atque virtutum, c. 19.

Iuo p. 14. c. 44 † *alia lege mo*

¶ Non est aliquo modo quilibet decipiendus. C. XIII.

NEc artificioso [c] mendacio †, nec simplici verbo oportet [d] decipere quenquam, quia quomodolibet [ε] mentis, occidit animam.

Item Augustinus in quinto psalmo ad vers. [*Perdes omnes qui loquuntur.*]

β ¶ Quomodolibet.] *In ipso libello legitur,* quolibet artis modo mentiatur, eos, quod mentitur, occidit animam. *Sed Iuo cum Gratiano concordat.*

¶ Pro temporali vita alicuius perfectus mentiri non debet. C. XIIII.

Anſl. 11. c. 79. Iuo p. 12. c. 46. Pan. l. 8. c. 140.

NE quis arbitretur perfectū & spiritualem hominē pro ista tēporali vita, in cuius morte nō occiditur [e]

1 Nota, q̄ multiplex est perfectio. s. perfectio sufficientiæ, ordinis, platonis, & alia quādam distinguunt Theologi sm Ro. * *Perfectionis nō facit peccatū ex veniali euadere mortale.*

Mendaciū est triplex nec est sēper mortale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortale perfectis, veniale imperfectis. Sed quare non est mortale potius illud peccatum quod fit ioco, & per quod nulli prosunt, quàm illud per quod prosunt alicui? Respondeo, q illud non fit ex animo, sed illud fic, & per illud intendit decipere, per illud non. Et intelligas hic perfectum solũ illũ, qui ex toto renunciauit omnibus pompis seculi: qui si decederet, statim saluaretur. Sed cum nullus debet peccare venialiter ad hoc vt alter liberetur à morte vt su. e. primum qualiter ergo respondebit ille à quo quærit ab hoste, est talis in hac domo. si tacet, præsumitur eum esse in domo, si autem fatetur, reus erit homicidij. Respondeo, tacere potest, & licet alter præsumat malũ ex taciturnitate, hoc ei non imputatur. ab fit enim vt ea quę bona & licita facimus, &c. vt 23. q. 5. de occidendis. vel per æquiuocationẽ caute deludat terrogantem, dicendendo non est hic, id est: nõ comedit hic, sicut Abrahã fecit 1. infra eo. quæritur. hostem esn caute possumus deludere. 43. d. in mãdatis. non obstat 11. q. 3. quisquis metu. vbi dicitur, q veritatem occultare, idem est quod dicere falsum: sed illud verum est in teste, q assumpsit officium testificandi. Item non obstat 25. q. 2. præscriptione. qa obtinet circa iudicia.

1 Alia exempla plura habes inf. e. §. Abrahã. vsque ad fi. q̃stionis secũdum Ray.

2 ¶ Nonnullũ.] Quia facit vt consulat proximo.

b ¶ Duplex.] Supra 11. q. 3. antecessor.

c ¶ Furẽs.] Ergo sem q sub intelligit hęc conditio, si res in eodem statu manserit, vt ff. de sol. cum quis in princ. ext. de iure iu. quemadmodum. Et est hic arg. q. pp nouum casum nouũ datur auxilũ, vt extra de offic. dele. inst. nuante. ff. de interrog. a. & de ætate Item arg. est hic q verba generalia non extenduntur ad ea, de quibus non est dictum vel cogitatum, vt su. e. beatus 11. q. 3 antecessor. & ff. de transa. cum Aquiliana. extra de decl. & multiplic. & ext. de rest. spol. audita. &c.

FAciat.] CASVS. Dñ hic, q quilibet debet defendere salutem hominum corporalem, dummodo hoc faciat sine mendacio, vel peccato; quia nunc ll solem q statur sibi, q rectè faciat, id est sine peccato. [Reliquũ, id est, relictum sibi restare licite faciendum.

d ¶ Quod potest.] Ex hoc c. habes q solum illud cimur posse facere, quòd iuste facere possumus. quod

siue sua, siue alterius anima, debere mentiri: Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare; si quidem aliud est, falsum dicere, aliud, verum tacere, vt si quis forte vel ad istam visibilem mortem non vult hominem prodere; paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neque prodat; neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius: *& infra.* ¶ Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut, vt proximis p simus, mentimur. Illud primum in iocando ideo non est perniciosissimum, quia non fallit. Nouit enim ille cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem ideo minus † est, quia retinet nonnullam [a] beneuolentiam. Illud vero, quod non habet duplex [b] cor, nec mendacium quidem dicendum est; tanquam, verbi gratia, si cui gladius commendetur, & promittat se redditurum, cum ille, qui commendauit, poposcerit; si fortè gladiũ suum repetat furens [c], manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios; donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere, *& infra.* ¶ Manifestum « est non esse culpandum aliquando verum tacere: falsum autem dicere non inuenitur concessum esse perfectis.

Iu conc. Tolet. 8. c. 2.

† al minus.

« ¶ Manifestum.] *Apud B. Augustinum hæc antecedunt*, Verum autem occultauit & Dominus, cum discipulis nondum idoneis dixit multa habeo vobis dicere: sed nunc non potestis portare illa *& Apostolus Paulus, cum ait*: Non potui loqui vobis, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est, &c.

Idem in libro contra mendacium, c. 17.

¶ Nostro peccato, alterius saluti consulere non debemus. C. XV.

FAciat homo etiam pro temporali hominum salute, qd potest [d] †. Cum autem ad hunc articulum ventum fuerit, vt tali saluti consulere, nisi peccando, non possit; iam se existimet non haber quid faciat: quando id reliquum [e] esse [e] perspexerit, quòd rectè 6 faciat.

Iuo p. 12. c. 43. Pan. l. 8. c. 127.

Cap. deme cio in rect. presl. & 12. de bono c. 30.

6 ¶ Rectè.] *In originali legitur* [non rectè.] *sed non est emendatum propter casum.*

Item Isidorus in synonymis. c. 10.

Quoniam genus.] CASVS. Dicitur hic, q non debet aliquis aliquo genere mendacij mentiri, nec per mendacium vitam alicuius defendere.

a ¶ Vt præstes.] Id est, vt prosis. Ioan.

Quòd doque hæc dictio, posse, simul denotat potentiam oris, vel facti, vt extra de rescriptis. scisciatus. quę quod refertur ad honestatẽ. de pœn. dist. 2. charissimo. de condi. instr. filius. quandoque ad commoditatem. de verb. signi. nepos Proculo 2.

e ¶ Id reliquum esse.] Id est, olum sibi est relictum.

Omne genus.] CASVS. Dicitur hic, q non debet aliquis aliquo genere mendacij mentiri, nec per mendacium vitam alicuius defendere.

a ¶ Vt præstes.] Id est, vt prosis. Ioan.

Quòd plo Ioseph, qui iocose fratribus suis mentitus est, non vt eos fallat. [per hominem,] id est, dispensatorem suum, qui insecutus fuit eos, & reduxit eos. [Exitus,] id est, finis.

¶ De eodem. C. XVI.

Iuo p. 12. c. 49. Pan. l. 8. c. 126.

OMne genus mendacij summopere fuge: nec casu, nec studio loquaris falsum: nec vt præstes [a], mentiri studeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus.

Item Augustinus in libro de mendacio, c. 6.

¶ De eodem. C. XVII.

Sap. 1.

SI quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit à morte liberari; non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam. *& infra.* ¶ Cum ergo mentiendo vita æterna amittitur; nunquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est.

¶ Caput hoc abest à plerisque vetustis, & in duobus est cum nomine Paleæ.

Item August. in libro quæstionum Gen. c. 44. q. 145.

¶ Non reputantur mendacia, cum ea, quæ non sunt, ioco dicuntur. C. XVIII.

Iuo p. 12. c. 43. Pan. l. 8. c. 127.

OVòd autem ait fratribus suis Ioseph: [Nesciebatis, quia augurio auguratur homo, qualis ego? [de hoc augurio etiam mandauit eis dicendum per hominem suũ, quid sibi velit, quæri solet. An quia non serio, sed ioco dictum est, vt exitus [b] docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim à mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem, quæ non sunt, tanquam ioco dicuntur; non deputantur mendacia.

Sed in veteri testamento multa permittebantur; quorum exemplis hodie vti non licet.

Unde Gregorius lib. 18. moral. c. 3.

¶ Veterum exemplo mentiri non licet. C. XIX.

SI quis per vetus testamentum vult suum tueri mendacium, quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit; dicat necesse est rerum alienarum raptum [c], & retributionẽ iniuriæ [d], quæ infirmis illic concessa sunt, sibi nocere non posse. Quæ omnia cunctis liquet quanta animaduersione veritas insequitur [e]: quæ nobis iam significationis suæ vmbra postposita, in vera carne declaratur.

b ¶ Vt exitus.] Arg. q per consequẽtia probantur præcedentia, vt 34. q. 1. c. 1. & 1. q. 1. cõstat. ff. de ac. & obl. obligationum.

SED IN VETERI TESTAMENTO. CASVS. Sup. in ꝑx. cap dictum est, quod iocosum mẽdacium, non est habendum pro mendacio. Nunc vero dicit q hoc obtinuit in veteri testamenco, vbi multa ꝑmittebanẽ, q̃ hodie facere non licet. & hoc probat seq. cap.

Sl quis per vetus.] CASVS. Quidam dicebant licere sibi mentiri ad instar hominum veteris testamenti. Aug. vero contra eos, ostendit, q si eorum exemplis suũ volunt tueri mendacium, pari ratione debent dicere sibi licere aliena bona rapere, & ꝑprias vlcisci iniurias, sicut tunc tẽporis constabat esse permissum, quæ si quis hodie faciat, pęnã patietur à Domino, qui prohibuit talia. [Postposita vmbra significationis,] id est, postpositis legalibus, & cęremonialibus, Christum & iustitiam noui testamẽti significantibus.

c ¶ Raptum.] Rapinã cõmiserũt filij Israel 14. q. 5. dixit. Et est hic arg. q vno prohibito prohibita sunt omnia similia, vt su. dist. 4. denique. in fi. & extra de constitu. translato.

d ¶ Iniuriæ.] Tunc licuit ꝑprià auctoritate vlcisci iniurias, vt 24. q. 4. cum in lege. & q. 5. si audieris. hodie non licet, vt 23. q. 4. inter. & q. 5. de occidendis.

e ¶ Insequitur.] Cum dicit, Mihi vindictã, & ego retribuam & cum dicit: Si quis percusserit te in vnam maxillã, præbe ei & aliam 23. q. 1. in princ. Io.

1 Hoc dictũ sane intellige. nã tunc bene peccabant si hoc faciebant ꝑter auctoritatem iudicis; & sm hoc intellige hoc dictũ G. nam eius auctoritate poterãt hoc iure facere, sed si faciebant, non ideo puniebanẽ a iudice sine lege, vt hic dicitur sm H.

Exod. 1.

QVod autem ait] CASVS. Quæritur sunt ab August. an mendacium quod occulte dicitur, sit habendum pro mendacio. Et respondet, quòd non: quia non serio vt alium fallat dicitur, sed ioco, & probat exemplo Ioseph, qui ioco se fratribus suis mentitus est, non vt eos fallat. [per hominem,] id est, dispensatorem suum, qui insecutus fuit eos, & reduxit eos. [Exitus,] id est, finis.

SI quælibet] CASVS. Quidã dicebant, q si quis mentitur pro vita alicuius, non est peccatum, immo bonum est & meritoriũ. Et hoc probat exemplo obstetricum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum,quibus mentientibus pro vita Iudæorum, Dñs eis domos ædificauit. Sed Aug contra eos ostendit, ꝙ pro vita alicuius mentiri,peccatum est . tñ si alia peccata ꝑ pœnitentiam sequentem delentur, hoc multo facilius deletur, nec illæ obstetrices propter mendaciũ meruerunt, imò demeruerunt ; quia quod potuit i æterna vita eis retribui, est in terrenam recompensationem declinatum.

a ¶ Mereatur.] Id est demeretur.

b ¶ Merces.] Arg. all- Pœnã & ꝑmiũ consequit quis ex eodẽ facto. quem consequi pœnã & præmiũ ex eodem facto,sicut miles,qui mittitur causa ignominiæ, liberatur à sacramento. & est contra id, ff.de neg.gest. siue & 16. q. prima, legi.

c ¶ Æterna.] Videas ergo, ꝙ si aliquis pro ſgeritatem habet in hac vita, per hoc aufertur ei * spes æternæ vitæ, vt de pœ.d. 3. gd ergo turbamur. Item ex isto loco videt, ꝙ istæ mulieres, quæ mentitæ fuerunt ꝑ salute alterius,peccauerunt mortaliter, quia pro veniali peccato nullus priuatur æterna salute. Augu. tamen dicit eas venialiter peccasse. Sed vt patet in gl. Gregorij super Exo. vnde sumptum est illud c. istæ mulieres bis fuerunt mentitæ. Primo promiserunt Pharaoni, ꝙ omnes masculos interficerent: sed tunc habebãt in proposito,ꝙ non interficerent, illud peccatũ fuit veniale , quia fuit pro vita illorum conseruanda. & de illo loquitur Augusſt. postea vero pueris reſernatis cum redargueretur a Pharaone , secundo sunt mentitæ , cum dicebant Hebræorum mulieres habere scientiam obstetricandi , &c. & tunc non fuerunt mentitæ pro vita puerorum, quia illi iam seruati erant : sed pro propria vita , ne interficerentur . & hoc mendacium fuit mortale *, propter hoc damnatæ fuerunt. Quidam tamen dicunt , ꝙ licet propter veniale peccatum non damnetur aliqs , tamen impedire potest aliquem ne saluetur. Sed hoc non credo,cum venale peccatum non tollat gratiam : nec eam impedit , etiam si omnia venialia peccata aliqis comm.ſſiſtat.

*Difficilior redditur. Prosperitas in hoc sæculo est periculosa.

Mulieres ꝙ Pharaoni promiserunt oẽs mares interficere , bis sunt mẽtitæ.

* Immo neque illud mortale , quoniã non pernicioſũ.

d ¶ Potuit.] Si habuiſſet charitatem.

ABRAHAM. CASVS. Dī hic, ꝙ non solũ Ioseph fuit à mendacio excusatus in veteri testa. sed ẽt Abraham , qui mentitus fuit pueris suis cum aliud diceret, & aliud se facturum deliberaret. Et hoc induxit seq c.

PROPHETAVIT. CASVS. Ambro. ostendit in hoc cap ꝙ Abraham cum dixiſſet se cum filio rediturum, & propositum haberet ipſum immolandi Deo , captiose loquebatur,ne aliquis seruorum ipſum impediret: Dñs tñ per os eius prophetauit id,quod ipſe cogitauit.

recompensatione cognoscitur, quid mendacij culpa mereatur [a]. Nam benignitatis eartm merces [b], quæ eis in æterna [c] potuit [d] vita retribui, præmiſſa † culpa mendacij in terrenam est recompensationem declinata. † al. pro amiſſa

Abraham quoque loquens ad pueros suos ait..(Sedete hic cum asino:ego & puer illuc vsque pertransibimus: & cum adorauerimus, reuertemur ad vos;) licet aliud se facturum deliberaret ; tamen excusatur à mendacio. Vnde Ambroſius in libro de patriarchis. (¶ Prophetauit Abraham,quod ignorabat. ¶ Ipſe solus disponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os eius locutus est,quod parabat [e]. Captioſe [f] autem loquebatur cum seruulis ; ne cognito negotio,aut impediret aliquis,aut gemitu obſtreperet,aut fletu. Gen. 22.

1. 1. de Abrahã c. 8.

5 *Quandoque aliquid iubendo significamus velle fieri, quod tamen fieri nolumus : sed exprimentum obedientiæ quærimus : sicut Abraham à Deo tentatus legitur , cum iuſſus est immolare filium , quem Dominus nolebat ab eo occidi. Vnde in eodẽ libro idem Ambroſius:(¶ Non enim volebat g Deus immolari à patre filium: nec impleri hoc munus volebat , qui ouem pro filio immolandam obtulit: sed tentabat affectum patris, ſi Dei præcepta præferret filio,)& infra:(Non iniicias,inquit, manum in puerum:neque facias ei quidquam.[& infra:(Affectum tuum inquiſiui , non factum exegi : tentaui mentem tuam , ſi etiam filio dilectiſſimo non parceres propter me. Non aufero quod donaui ipſe: nec hæredem inuideo , quem largitus ſum non habenti.]* Gen. 22. Ibidẽ in principio capitis.

Item Hieronymus in epiſtola ad Galatas , c. 2.

¶ Simulatio vtilis est, & in tempore assumenda. C. XXI.

VTilem [h] simulationem , & in tempore assumendam

CASVS. Docet Grat. hic , ꝙ quandoq; ſignificamus velle fieri quod fieri nolumus, sed hoc facimus ad experimentum obedientiæ : sicut Deus tentauit Abraham vt eius obedientiam experiretur. Hoc probat per seq.

NON ENIM. CASVS. Legitur in Geneſi quòd Deus minus præcepit Abrahæ, vt filium suum Iſaac sibi molaret : quod cum facere vellet, prohibuit eum Dominus : & ouem pro filio obtulit immolandam : Dominus non ideo præcepit Abrahæ filium suum molare,eo quòd vellet ita fieri:sed vt eius obedientia tantummodo experiretur.

g ¶ Volebat.] Sed nunquid voluntas Abrahæ fuit contraria voluntati Dei ? non : sed ipſa volita fuerunt contraria. Abraham enim volebat interficere, & Deus ipſum noluit,ſcilicet ipſum Abraham velle interficere. & sic eadem fuit voluntas.

h ¶ Vtilem.] CASVS. Ostendit Hieron. ꝙ multotiens simulatio vtilis est, & quòd homo debet simulare. quod non est:nec fieri cupit,Et hoc probat tribus exemplis ſcilicet Iehu regis Iſrael , & Dauid, & Christi, qui simulationem peccatricis carnis assumpſit.

h ¶ Vtilem.] Arg. quod dolus cõtra hostẽ bonus est. 23.q.3.dominus. & 47.distin. in mandatis, & ſi de

& postli re.nihil interest, C. de commer. & mercat l. 2. & 14.q.5.dixit. & de consecr.d.2 dixit dñs. Sicut enumerso quædam dissimulare possumus. ff. de noua cõtra dolũ. in fi.ar.cõtra 23.q.1.noli. dolus vero vel simulatio ad fallẽdũ semper malus est, vt 27 di. qđ interest gesti, & 12.q.1. te

4. Reg. 10

Iehu regis Iſrael nos doceat exemplũ, qui cum non potuiſſet interficere sacerdotes Baal , nisi se finxiſſet velle idolũ colere;dixit: Congregate mihi omnes sacerdotes Baal. Si enim rex Achab seruiuit Baal in paucis ; ego seruiam ei in multis.] Et Dauid quando mutauit faciem suam corã Abimelech;& dimiſit eum, & abijt. Nec mirum quamuis iustos homines,tamẽ aliqua simulare ,ꝙ tempore o b suam & aliorum salutem : cum & ipse Dominus noſter non habens peccatum,nec carnem peccati,simulationem [a] peccatricis carnis assumpserit : vt condemnans in carne peccatum,nos in se faceret iustitiam Dei.

1. Reg. 21.

Ecce,quæ mendacia sint venialia,& quæ damnabilia. ¶ Sed quæritur quare dicat Auguſtinus non esse mentiendum pro temporali vita alicuius : cũ Abrahã descendens in Ægyptum rogauerit Saram , vt sororem eius se esse mentiretur,dicẽs Noui,quòd pulchra sis mulier: & quòd cum viderint te Ægyptij,dicturi sunt, vxor illius est,& interficient me,& te reseruabunt . Dic ergo , obsecro te, quòd soror mea sis, vt bene sit mihi propter te,& viuat anima mea ob gratiam tui .] Sed Abraham non mendacium dici,sed verum taceri voluit. Gen. 12

Vnde idem Auguſt. ait in quæstio. Geneſ. q. 26.

¶ Quomodo Abraham excusetur à mendacio, quis Saram sororem suam esse dixit. C. XXII.

QVæritur,cur patriarcha mentiri [b] voluit,vt diceret Saram sororem [c] suam:& non potius Deo cõmiſit; qui se vellet,eius pudicitiam apud Pharaonem [d] seruare posſet. Sed veritatem voluit celari, nõ mendacium dici. Soror enim dicitur,quia filia fratris erat. Et in hoc ostẽditur,ꝙ nemo debet tentare Deum suum , dum habet quod rationabili consilio faciat [e]. Fecit quod potuit : quod non potuit, Deo commiſit,in quem ſperauit:nec eum fides,aut ſpes fefellit. Si autem interrogatus illam fœminam indicaſſet vxorem; duas res tuendas committeret Deo , & vitam suam,& vxoris pudicitiam.

l. 21. cõtra Fauſtũ, ca. 36. 33. & rursus 36.

¶ *In quæstione ipsa vi ſimæ sextæ non sunt omnia verba huius capituli: ſed confectum est etiam ex libro 22. contra Fauſtum, & contra Secundinum, & ex alijs locis.*

Ge. 21. & 25.

Itẽ opponitur,quòd Iacob mentiendo & sibi profuit, & alij nocuit : nec tamen reprehenditur , ſed commendatur. Sed Iacob dicendo esse Esau primogenitum , non est mentitus †. Non enim dixit se esse primogenitum , nascendo, ſed ius primogenituræ , illo vendente , rite adeundo . Sic

Matt. 11.

a ¶ Simulationem.] Vt falleret diabolum . dicit enim auctoritas 11. ſi diabolus eum filium Dei ſciuiſſet , nunquam eum à Iudæis crucifigi paſſus fuiſſet.

ECCE. CASVS. Dicit Grat. ex supradictis patere quę

Decr. Grat. ꝑs II.

b ¶ Mentiri. Ecce dicit Aug. ipſum mentitum : & tamen postea dicit ipſum non mentitum. & hoc est notandum circa reſcripta, vel circa iudicia, an quærendo vel narrãdo vel diffinẽdo aliquid dicatur, vt 2. q. 6 hæc quippe. & sic est hic argumẽtum . quòd interrogans non confitetur. Argu. contra 30. q. 1. de eo.

Abrahã aſſit mentitus

c ¶ Sororem .] Hic patet, ꝙ nõ q.libet ſecundus gradus fuit in lege prohibitꝰ. extra de conuerſ. in fid. interrogaſti. in patre decisa. Itẽ patet hic ꝙ licite per ꝙuocationem ꝓssumus hoſtem deludere , vt no. sup. ea. ne quis. & inſ. § proxi.

Interrogas non confitetur.

d ¶ Apud Pharaonẽ.] contra 32. q. 4. nemo. vbi dicitur de Abimelech. ibi sol. nam ambo in ipſum Abrahã deliquerũt de pę. reges quoque. Lau.

d. 1. ex his aliàs est, §. denique ver. vt ibi soluitur sic, 23. q. vlt. ſi nulla.

e ¶ Faciat.] Non ob. de conſe. d. 1. omnis Christianus.

ITEM OPPONITVR. CASVS. Iſte §. dicitur in duas partes . In prima probat adhuc ꝙ homo

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest mentiri vt sibi prosit etiam alteri nocendo. Qđ probat exẽplo Iacob, qui mentitus est se esse Esau patri benedicenti: & hoc modo sibi abstulit ius primogenituræ. Sed hanc obiectionem soluit Grat. dicens, Iacob nõ esse mentitum, non enim se dixit esse Esau nativitate, sed adiectione vel imitatione: quia ex quo Esau sibi vendiderat ius primogenituræ: rite eũ imitari poterat; & ius illud adire quod emerat. & hanc solutionem probat quattuor exẽplis. I. Ioannis, quem Christus dixit esse Heliam virtutis imitatione: Iudæorũ & gentilium & Romanorum. In secunda parte dr, q. Quis ep: de quo agit i themate, iurauerit falsum qđ putabat esse verũ, non tñ reus periurij iudicat: qđ probat exẽplo Saulis, q pugnaturus cõtra Philistẽos iurauit se interfecturum quicumq; comederet ante solis occasum, contra qđ iussum Ionatha, filij suus fauũ mellis comedit: pp quod pater eum condemnauit ad mortem: sed preces populi hãc ad tñiam reuocauit: nec tñ propter hoc reus periurij iudicatur. Secunda pars incipit ibi, [Eps vero.] Primũ exemplũ primæ partis est ibi: [Sic & Chris Ioannem.] Secundum ibi, [Sic & Iudæi.] Tertiũ ibi, [Econtra gentiles.] Quartum ibi, [Hinc idem Apostolus.

a ¶ Sed imitando.] Et ait quãque aliquis sumit potius appellationem ab accidenti quàm à natura, vt ff. de orig. iur. l. 2. in pri. & 1. q. 1 cito.

b ¶ Præputiũ facta est.] i. circumcisus es in præputio, & nõ in corde: cum tamen dixerit legislator circundicite nos. & amputate præputia cordis vestri.

c ¶ Reputat.] i. gentilis reputabit circũcisus si seruat legem.

d ¶ Non nocuit.] Et sic iniuriam non fecit: quia iure suo vsus est, vt ext. de elect. cum ecclesia.

e ¶ Nisi rea mens.] Vt sup. ea homines.

Vox præconia paucis innotescit.

f ¶ Audito.] Quia vox præconis paucis innotescit, vt C. quo & qñ iudex. auth. qui semel & q. tarde venit ad iudiciũ, præsumit non audiuisse vocem præconis, vt ff. de in integ. rest. diuus. & edictũ tantum ligat eos ad quos peruenit, vt 82. distin. proposuisti. in fi. ff. de decr. ab ord. fac. l. vlt. tamen hæc non est excusatio sufficiens dummodo edictũ sit publice propositum, vt 16 dist. quod dicitur.

g ¶ Stragem.] Et hoc ei non proficit si scienter contra edictum fecit, vt ff. de re mil. l. 3. §. in bello 1.

h ¶ Laborans.] Illud eum potuit excusare. de consec. d. discipulos.

i ¶ Quia quantum.] Sic dicitur aliquid quantum ad vnũ non quantum ad alios, vt 49 d. c. vlt. & de consec. dist. 4 quæris, & 1. q. quod quidam.

& Christus Ioannẽ dixit esse Heliã, non persona, sed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Esau, nõ nascendo, vt diximus, sed emptione primogenituræ de nõ primogenito in primogenitũ trãseundo, sicut & ipse Esau primogenita vẽdendo de primogenito nõ primogenitus fieri meruit. Sic et Iudæi, cũ essent filij Abrahæ carne; qa nõ fuerunt filij eius imitatione, nõ deputantur inter filios Abrahæ, sed dñr filij diaboli: cuius filij sunt, nõ nascẽdo, sed imitãdo [a]. Vnde à Domino audire meruerũt: [Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: nunc aũt quæritis me interficere, hoiem, qui veritatẽ locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit. Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri facere vultis.¶ Econtra gentiles, cũ secundũ originẽ cărnis ab Abrahã eẽsent alieni: tamen imitatione fidei, & iustitię successerunt in filios Abrahæ. Vnde ab Apostolo dicitur eisdem. [Si aũt Christi, ergo Abrahæ semen estis.]¶ Hinc idem Apostolus scribens Romanis ait: [O tu Iudæe si circũcidaris, nec legẽ obserues, circũcisio tua præputiũ facta est [b]; qũo & præputiũ, si iustitias legis custodiat, in circũcisionem reputatur [c]:] Præfertur ergo, vt ex præmissis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter Iacob se dixit Esau esse: nec mẽtiendo, sed verũ dicendo, sibi profuit, alteri vero nõ nocuit [d]: quia benedictionẽ sibi debitã accipit, non alienũ † surripuit. ¶ Eps vero iste, de quo agitur, & falsum iurauit, tamen quia, vt supradictũ est, ream linguã non facit nisi rea mẽs [e]; nequa quam reus periurij habetur. Probatur hoc etiam exemplo Saulis, qui cũ esset pugnaturus contra Philistæos, iurauit se interfecturum quicumq; ante solis occasum comederet. Ionathas autem filius eius non audito [f] regis iuramento, cũ pugnando magnã hostium stragem [g] dedisset, & salutẽ feciset in Israel; fame laborans [h], vidit fauum mellis, quẽ regia virga, quam gestabat in manibus, accepit, & comedit: statimque oculi, quos fere fames clauserat, aperti sunt, & facies eius exhilarata est. Quo comperto, Saul voluit eũ dare neci, sed precibus, & pia populi supplicatione placatis, mortis reuocauit sententiam, ne interficeretur ille, per quem salus data erat in Israel; & pugnante, de manib. hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsum iurauit: quia quod iureiurando se facturum decreuit, precib. populi reuocatus † non fecit. Nec tamen periurij reus arguitur: quia, quãtum [i] in ipso fuit, quod iurauit, impleuit: dum sententiam mortis in filium dedit: quam non carnali affectu, sed populi supplicatione reuocauit.]

Ioan. 8.

Ioan. 8.

1. Cor. 4.

Rom. 2.

† alienam

sup. c. hominis.

1. Reg. 14.

† al. peccatum

quod

Vm ergo.] CASVS. Hæc est 3. q. vbi quæritur, an licuerit archidiacono iuramento firmare quod episcopo suo debitam reuerentiam negaret? Et respondet quòd non, cum episcopus propter tale iuramentum illicium sit ex modo iurandi, vt infr. ead. si aliquid. extra de iureiuran. c. debitores. Ioan.

malis, si autem iuramentum est illicitum ex modo, quia incaute iurauit aliquis rem licitam, scilicet comedere, vel bibere, seruandum est: cum in deteriorem exitum non vergat, vt inf. ea. c. si aliquid. & §. illicitum.

b ¶ Illicita.] Iuramentum sex modis dicitur illicitum: ex persona, ex re, ex fine, ex causa, ex tempore, ex modo. Ex persona dupliciter, vel ex persona eius, q̃ iurat, vel ex persona eius cui iuratur. nam si impubes iurat, nõ tenet iuramentum [1], vt infr. ead. quæst. 5. paruuli. Item si clericus laico iurat. infr. q. 5. nullus. Ex re et illicitum est iurare tum dupliciter, vt si res sit illicita, quę iuratur, vt inf. ea. in malis. & si res illa, per quam iuratur, non sit sacra, vt sup. ea q. 1. clericum per creaturas. & sup. q. 1. considera. Ex fine illicitum est, vt si iuretur propter electum, & ante electionem, vt 8. q. 3. Artaldus. Ex causa, vt si ad clamorem populi iuretur, vt infr. ead. vnusquisque. Ex modo est illicitum, vt si temere iuretur, vel indiscrete, vel præter necessitatem, vt su. ead. q. 2. c. 2. & infr. ea. c. si aliquid. Item iuramentum ex tempore est illicitum, vt si iuretur in quadragesima, nisi de pace componenda, vt 1. q. 5. decreuit. quod hoc versu perpenditur.

Iuramentũ sex modis dicitur illicitum.

Quis, cui, qd, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando. Breuiter ergo teneas in hac quæstione, q̃ semper iuramentum est seruandum, si est licitum, licet etiam

1 Ad idem ff. de iureiuran. petierasse. nisi in casu ff. de li. cau. l. vlt.

QVAESTIO III.

Vm ergo, vt ratione, & exemplo monstratum est, episcopus reus periurij non esset; consueta obedientia [a] ab archidiacono sibi denegari non debuit: cum etiam si criminosum illum esse constaret; ante diffinitiuam tamen sententiam, vt supra monstratum est, nulli clericorum suorum ab eo liceret discedere. Cõstat ergo illicitũ esse quod archidiaconus iuro firmauit. Vnde merito quæritur, an debeat seruari, vel non.

QVAESTIO IIII.

Vod autem illicita [b] iuramenta seruari non debeant, in Toletano concilio 8. c. 2. legitur: in quo sic statutum est.

¶ Melius est vota stultæ promissionis non implere, quàm crimen committere. C. I.

Iuo par. 12. c. 9. Pann. l. 8. c. 90.

† al. extitisse conditio allegatur

SI publicis sacramentorum gestis (quod Deus auertat) à quibuslibet illicita, vel non bona extitisset † conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis; nunquid non tolerabilius [c] esset stultę promissionis vota reijcere, quàm per inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensuram?

Item Ambrosius de officiis, libro primo, c. 50.

¶ Aliquando non expedit promissum seruare sacramentum. C. II.

Ibidẽ i Tole. 3.

ESt etiam contra officium [d] nonnunquam soluere promissum; sacramentum custodire: vt Herodes, qui inrodiadis: & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret.

Sent. 3. dist. 39. Iuo par. 12. c. 3. Pann. l. 8. c. 91. Matth. 4.

« Custodire.] *Additæ est vox ista ex originali, & concilio Toletano, in quo refertur.*

quod fecit, reatum periurij non contraxerit: cum etiam si periurus fuisset, tamen non liceret archidiacono, vel alicui subiectorum ab eo discedere ante definitiuam sententiam. & ideo illicitum fuit archidiaconi iuramentum.

a ¶ Obedientia.] Hæc quæstio determinatur. su. 15. q. vl. cap. vlt. sup. 8. q. 4 cap. nonne.

Vod autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima probat per xx. capit. q̃ in malis promissis rescindendũ est iuramentũ, scilicet cum seruari non possit sine detrimento salutis æternæ. Sc̃da ibi, [Ecce iuramenta.] Tertia ibi, [Sed cum his.] Io. de Fan. CASVS. Hic proponitur quarta quæstio. vbi quæritur vtrum iuramentum illicitum sit seruandum. Et respondet, si iuramentum est illicitum: quia de re illicita, scilicet de faciendo peccato mortali, vel veniali, non est seruandum, vt inf. c. 1. & c. seq. & maxime in illo cap. in

2 Vnde ei pœnitentia inducitur. ext. eod. tit. cum quidam.

3 Non enim iuramentũ est vinculũ iniquitatis infr. ea. q. inter. extra de iureiur. quãto. & circa hoc dic vt le. & not. extra de homic. cũ iuramento, Arc.

QVòd Dauid.]CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ iuramentum illicitum non est seruandum: & hoc probat exemplo Dauid, qui iurauit interficere Nabal, & tamen promissionem suam non adimpleuit. Idem est casus sequentis cap. sed additur, q̃ de duobus malis eligitur minimum. Aliud c. scilicet, in malis promissis. planum est.

a ¶ Temerariam.] Iuramẽtum temerariũ & inconsulto calore iracundiæ factũ, non est seruãdum, vt hic, & 2. q. 3. præuaricator. Ioan.

b ¶ Vrauit.] ¶ Peccatis.] Id est, quæ videntur peccata i. cum alterum non est peccatum. Ioan.

c IN malis.] Aliud in malis promissis, & aliud in male promissis. primũ non est seruandum, secundum hic, vt infra eod. cap. proxi.

SI aliquid.] CASVS. Ostendit hic Beda, quòd si quis iurat se interfecturum hominem, vel aliud peccatum perpetrare: potius debet venire contra iuramentum, quàm in aliud grauius crimen incidere: qđ probat exẽplo Dauid, qui licet iurauerit interficere Nabal virum stultũ, & impium, tamen ad preces Abigail vxoris eius contra sacramentum veniens ensem reuocauit in vaginam.

d ¶ Peiorem.] Simile extra de iureiu. si vero.

d ¶ Peiorem.] Item aliud exemplum potest poni quàm hic ponatur, vt si iurauit me peccaturum venialiter, tale iuramẽtum non debeo adimplere: quia adijcerem peccatum peccato, vt infra eod. distinct. & si temere aliquid iuratur, quod est licitum, adimplẽdum est, si tamẽ propter necessitatem nõ possum adimplere, venialiter pecco, vt 25. distinct. §. criminis. in fi. & à licito iuramento (vt dicũt quidam) Papa non potest absoluere, vt not. 15. quæstio. 6. auctoritatem. sed contra eos est extra de iureiur. venientes. Io.

NOn solum.] CASVS. Hic dicitur quòd si aliquis iurauit aliquid illicitum, non debet illud adimplere: sed de duobus malis minus eligere debet, scilicet, vt non adimpleat quod promisit.

Item in sermone S. Augustini episcopi de decollatione S. Ioannis Baptistæ, qui, sic incipit [Cum Sanctum Euangelium legeretur.]

¶ Pietas fuit, quòd Dauid Nabal, sicut iurauerat, non occiderit. C. III.

QVòd Dauid iuramentum per sanguinis effusionẽ nõ impleuit, maior pietas fuit. Video« Dauid pium hominem, & sanctum in temerariam [a] iurationem cecidisse, & maluisse non facere quod iurauerat, quàm iurationem suam fuso hominis sanguine implere.

« ¶ Video.] *Hæc sunt verba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem videntur summa quædam, nec sunt apud Iuonem, aut in Pannormia.*

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. IIII.

IVrauit Dauid temere, sed non impleuit iurationem maiori pietate. *& infra.* ¶ Ecce sanctus Dauid non quidẽ iratus sanguinem hominis fudit; sed eum, falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis [b] elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per se ipsum appensum, magnum malum est falsa iuratio.

Item Isidorus in synonimis, libro secundo β.

β ¶ Secundo.] *Etiã B. Branlius in vita Isidori memorat duos synonymorum libros. Et in synonymis, quæ nuper cum alijs Isidori operibus sunt Parisijs impressa satis locũ haberet diuisio in duos libros. Nã ex posteriore parte videtur sumptus libellus de norma viuendi, qui in eodem Parisino codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi qui & ibidem, & antea Antuerpiæ, & olim Venetijs sub hoc titulo.* Isidorus de homine, & rõne deflere, & de hoie, & rõne consolante, *impressus est, videtur epitome quædam synonymorum.*

¶ Turpia vota seruanda non sunt. C. V.

IN malis [c] promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod incautè vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.

Item Beda in hom. 44. in Natali decollationis S. Joan.

¶ Non est obseruandum iuramentum, quo malum incaute promittitur. C. VI.

SI aliquid forte nos incautius iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem [d] vergat in exitum, libere illud consilio salubriore mutandum nouerimus, ac magis instãte necessitate peierandum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Deniq; iurauit Dauid per Dominum occidere Nabal virum stultum, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, neque aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit.

Idem ibidem.

¶ De duobus malis minus eligi oportet. C. VII.

NOn solum in iurando, se in omni, quod agimus, hæc

1 Id est, q̃ p se considerari pñt de genere peccatorũ: cũ naturali casu transgressio iuri nullum est peccatũ & veniale fm Hu. sed tunc peccauit Dauidcũ temere iurauit. La.

Iusm nõ sq̃ est adimplẽdum.

Papa an pos fit absoluere à licito iuramento.

a Cons. Serm. 11. de sanctis, cuius principium est [Propter hunc.

Sent. ibidem. Iuo p. 12. c. 11. Pann. l. 8. c. 92.

Sent. ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 8. c. 93.

Cap. de mendacio in impressis Parisijs.

Iuo p. 12. c. 12. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21. & gl. ord. in ca. 14. Matthæi in ver. finem.

in f. eo. si aliquid c. 16. Eurc. l. 12. c. 83. Iuo p. 12. ca. 84. & 75. Pann. l. 8. c. 96. & 118.

1. Reg. 25.

Iuo p. 12. c. 13. Pann. l. 8. c. 95.

a ¶ Contagio.] Quantum ad perplexionem animi, vt 23. d. nerui.

b ¶ In quo minus.] Quoties enim aliquid sine captione fieri non potest, propter id quod minimum est, sequimur, vt ff. de re iud. quoties. nihil. Io. Vnus.

est moderatio solertius obseruanda, vt si in talem forte lapsum versuti hostis inciderimus insidijs, ex quo sine aliquo peccat contagio [a] surgere non possimus; illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus [b] periculi nos perpessuros esse cernimus.

In Tolet. 8. c. 2. *Item Ambrosius de officijs, lib. 3. c. 12.*

¶ Tolerabilius est iuramentum non implere, quàm quod turpe est facere. C. VIII.

Iuo p. 12. c. 17. VNusquisque simplicem sermonem proferat: vas suũ in sanctificatione possideat: nec fratrem suũ circumscriptione verborũ inducat: nihil promittat inhonestum &c. aut si promiserit; tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe sit. Sæpe plerique constringunt seipsos iurisiurandi sacramento: & cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse; sacramenti tamen contemplatione faciunt, quod spoponderunt: sicut de Herode suprà scripsimus: qui saltaritici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe, quod regnũ pro saltatione promittitur: crudele, q̃ mors prophetæ pro iurisiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisset periurium sacramẽto †? Si tamen periurium possit dici, quod ebrius [d] inter uina iurauerat, quod euitatus « inter saltantium [e] choros promiserat. Infertur disco prophetæ caput, & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ [f] fuit. *& post pauca de Iepte & dißerens.* ¶ Miserabilis, inquit, necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius est non vouere, quàm vouere id, quod sibi is, cui promittitur, nolite exolui. *& post paululũ.* ¶ Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Deniq; ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

Pann. l. 8. c. 101. *Matt. 14.* † *homicidio*] Iuo

Ibidem. *Iud. 11.* Inf. e. non semp

« ¶ Euitratus.] *Emendatum est ex B. Ambrosio, & Iuone. Antea enim legebatur,* & iuratus.

Item ex concilio Toletano 8. c. 2.

¶ Incommutabilis Deus quandoque sua mutat statuta. C. IX.

INcommutabilis, eademque semper existẽs Dei natura, parcens sua sæpe in sacris litteris legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam [h]. Vnde quãlibet sit impassibilis, atque immutabilis, eiusdem deitatis licet sint dicta firmissima crebro tamen eius, & iuramenta leguntur, & pœnitentia: quæ sacris extant mysitiones, secundum q̃ merita hominum exigebant. Seq. cap. patet.

VNusquisque]CASVS. Ostendit hic Ambr. q̃ aliquis non debet illicitum promittere: & si ꝓmisit, tolerabilius est promissum non adimplere, quàm facere illicitam. Et hoc probat exemplo Herodis & Iepte. qui sæpe in scriptura reprehenduntur, eo q̃ per ꝓmissionem suam illicitam impleuerunt. nam bene potuerant mutare voluntatem prauam, cum ipse Deus suã dicentis. Repente loquar, &c. [iuramenta,] id est, dispo-

h ¶ Sententiam.] Idest, communicationem. ea, quæ Deminus dicit communicando, vel commonendo, bene reuocat: sed ea quæ asserendo dicit, non reuocat. vnde Macrobius dicit quòd tripliciter contingit deos loqui.

1 Item tenet cũ ista glos. Ful. in cõsil. 80. in fi. vbi dicit q̃ contractus ei⁹ q̃ potationib. & ebrietatibus, vel adulationib. est inductus ad vendendum rem minori pretio q̃ valeat, est ipso iure nullus: pro hoc bñ facit c. sane. in gl. aliàs.

Deus quæ à se dicta reuocet. Deus tripliciter loquit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Id qđ.s.ma le,& c.reuocare inquâ cessatione operis.s.vt cesset,& nõ adimpleat illud malum, qđ dixerat se facturum, vel verbo vel iuramento. H. aliàs euolate missum,&c. 43.d.§.vlt.& hoc cũ iurat gs illicitum ab initio.vel ẽt cũ ex post facto tendit ad noxã.63.di.§. verum. 45.d.licet nõ Lau.

a ¶ Cogitaui.]Idest, videor cogitasse.

b Magnæ.]¶Reuocare.]i.nõ adimplere 1: nec dicit fallax:si ad rei veritatem reuertitur, vt 32.q.1. apud.

Vi sacramento.] CASVS. Iurauit quidam, qꝑ nunquam per pacem cum suo inimico veniret. quæsitum fuit in concilio Ilerdensi quid sit super hoc faciendum:& respõdetur quòd pro periurio.i.illicito sacramẽto dẽt per annum à corpore Domini separari,& reatum suũ eleemosynis & fletibus diluere, & ad pacẽ celeriter venire festinet.Seq. duo capitula plana sunt.

c ¶ Vno.]Sup. e.q.1. cap. vlt. contra 6.q.1. quicumque.ibi imponitur septennis pœnitentia pro periurio: sed ibi loquitur cum quis transgreditur licitum iuramentum: hic loquitur cũ quis temere iurat. Sed nonne qui temere iurat rem illicitam, mortaliter peccat ergo septennis pœnitentia debet ei imponi,vt 33.qõ.2 hoc ipsum? Respon.regulariter imponitur septem annorum pœnitentia.sed ex causa diminuitur vel augeẽ illud tempus. 26.q.7. tempora. tamen hic non negatur quin ꝑ septẽ annos debeat pœnitere:sed hoc solum dicitur, quòd à commũnione corporis Christi vno anno separatur.

Pnïa ex causa minuitur vel augetur.

Necesse est.] CASVS. Quidam iurauit se facturum aliquid inhonestum.vnde quæsitum fuit in concilio Toleta. qđ esset de hoc faciendum. Et respondetur ꝙ pniam agere dẽt: quia nomine Domini abusus est illicite iurando.Et hoc probat auctoritate Exodi.Sequentia tria ca. patent. [Diffinitio.] Idest, assertio.

d ¶ Vt male.]Distinguit tamen an solenniter iuret, an incursu verborum. Si cum incursu verborum, tunc venialiter peccaret,vt 25.dilinct.§. aliàs.

a Diffinitio.] Idest, affirmatio.

b ¶ Soluenda est.]Id est, frangenda est.

c ¶Emendatio.]Non enim peccat frangendo tale votum: sed in hoc peccat ꝙ temere iurauit,vt 33.qu.1.§. vna. Sed nunquid tale iuramentum quod temerarium est, i. de re illicita factũ,inducit depositionem vel infamat? Arg.ꝙ sic 6. q.1.quicumqi iciens. & canfimes. & inf.e. q 5.si quis conuictus. & extra de iureiuran. quærelam.Sed contra extra.de iureiu. cap. ficut. Ego non credo tale iuramentum infamare,vel impedire electionem faciam,vel faciendã.De hac materia not.85. d.archidiaconum.Io.

Iuramentũ de re illicita factum non infamat.

Actione.]CASVS. Quidã episcopi iurauerunt se fracturos imagines saluatoris & sanctorum,quæ in ecclesijs erant:quare quæsitũ fuit quarta die: septimæ synodi. an illud illicitum iuramentum esset seruandum, & respondetur ꝙ non. & ad hoc probandum inducitur auctoritas Sophronij, scilicet si qs vult illicitum iuramentũ seruare, peribit sicut Herodes. si quis vero non seruat, indulget sibi Deus sicut Petro indulget.Sequens capitu. per se patet.

d ¶Peierare.]Quo ad similitudinem facti.

e ¶ Omne.]Nisi quãdo peccatur in spiritum sanctum, ita ꝙ sit impœnitens.

a ¶ Si

Ilerd. 1.

Hier.18

Initium huius capituli emendatum est ex recentioribus editionibus conciliorum Colonien sibus,& codice Lucensi regio. In vetustioribus autem editionibus,& duobus codicibus Vaticanis, duobusque monasterij Dominicani post ver. innectenda. *quod in ipso concilio antecedit huic capitulo, sequitur continenter.* Etenim immutabilis deitatis licet dicta sint firmissima,crebro tamen,&c. *intermedijs omissis.*

Item Augustinus.

¶ Sapientis est reuocare,quod male loquitur. C. X.

Magnæ sapientiæ est,reuocare[b] hominem,quod male locutus est.

Item ex concilio Ilerdensi,c.7.

¶ Qua pœna feriatur,qui illicitum iuramentum facit. C. XI.

Burc. l.12.c.17. Iuo p.12.c.74. Rabanus in pœnit.c.10.

Qui sacramento se obligauerit, vt litigans cũ quolibet ad pacem nullo modo redeat;pro periurio vno[c] anno à cõione corporis & sanguinis Dñi segregatus,reatum suum eleemosynis,fletibus,& quantis potuerit iciunijs absoluat. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum,celeriter venire festinet.

1.Pet.4.

Item Ambrosius lib.3.officiorum,c.12.†

† In Tole.8.c.2. fu.e. vnusquisq; in fine. Iuo p.12.c.17. Pann.l.8.c.102. Cõc.Tol.8.c.5. Beda in Scintillis.c.16. Glo.ordi.in ca. 14.Matt. Poly.l.6. tit.12. Burc.l.12.c.10. Iuo p.12.c.36. & 67. Pann.l.8.c.118.

¶ Non omnia promissa soluenda sunt. C. XII.

Non semper promissa omnia soluenda sunt. Deniq; ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam;sicut scriptura indicat.

Item Isidorus sententiarum lib.2.c.31.

¶ De eodem. C. XIII.

Non est obseruandum iuramentum, quo malũ incaute promittitur:veluti si quispiam adulteræ perpetuã cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio.

Item ex concilio Toletano,c.8.

¶ Male iurans pœnitentiam agat. C. XIIII.

Rabanus lib.ꝑnit.c.21. Burc.l.12.c.5. & 29. Iuo o.12.c.64.

Necesse est, vt male[d] iurans dignam pœnitentiam agat:eo quòd nomen Domini contra præceptum illius sumpsit in vanum:quia in Exodo scriptum est: [Nec enim insontem habebit Dominus eum,qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.]

¶ Verba propria huius,& sequentis capitis non sunt in canone secundo concilij Toletani octaui: ex quo tamen citant Rabanus in ib.pœnit.cap.21.& Burchardus lib.12.capitu.29. Conuncte enim hoc affert cum ijs,quæ in secundo illo canone leguntur. Idem vero Burchardus,capitulo 7.citat ex Toletano,capitulo 9.Iuo autem absolute ex Tolotano. Suntque apud ipsos hæc duo capita coniuncta,

quemadmodum,& in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, sine voce ista, Item.

[Item]& in Leuitico.

Leuit.19. C. XV.

Non peierabis in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.] Malum tamen,quod factum se sacramento deuouerit; omnino non faciat: quia stulta vota frangenda sunt.

Item ex decreto Soteris Papæ,c.3.

¶ *Ita etiam cæteri collectores. Sed supra ea.caput, si aliquid ijsdem verbis afferatur ex Beda,apud quem habetur,vt ibi est iudicatum.*

¶ Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non est seruandum. C. XVI.

sup e.si aliquid. Poly.l.6.tit.11. Anſl.l.11.ca.73. Iuo p.12.c. 75. Pann.l.8.c.118.

Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum; illud consilio salubriore mutandum nouerimus: & magis instante necessitate peierandum † nobis, quam pro facto [a] iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum.

† al. Hibernẽsi

a ¶ Pro facto.]*Apud Iuonem,& in Pannormia legitur,* pro vitando periurio, *vt supra ead.c. 6. In Polycarpo autem,* profecto in aliud. *Anselmus habet quemadmodum Gratianus.*

Item ex concilio Eliberitano †,c.1.

¶ Temeritas emendatur, cum incauta diffinitio soluitur. C. XVII.

Burc.l.12.c.25. Iuo p.12.c.80.

Diffinitio[a] incauta laudabiliter soluenda est [b]:nec est prævaricatio,sed temeritatis emendatio[c].

¶ *Iuo citat vt Gratianus. Burchardus autem ex concilio Hibernensi,& sic est in manuscripta collectione canonum incerti auctoris.*

Item.

Sen.3. dist.19. Iuo p.12.c.15. Pann.l.8.c.98. 100.

¶ Illicitum iuramentum non est seruandum. C. XVIII.

In Limonario, cap. 17.

Actione quarta septimæ synodi [ß] Ioannes Apocritarius orientalium sediũ dixit. Significat sermo paternum.Hoc autem dicimus:quia sacramento quidam se excusant. Tharasius patriarcha dixit. Quia pater[γ] Sophronius nouerat bonitatem Dei; propterea transgredi voluit impium iuramentum. *Item paulo post.*¶Tharasius patriarcha dixit.Herodes seruauit iuramentum & perijt: Petrus vero negauit cum iuramento, & conuersus fleuit, & saluatus est. Omne[e] enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde pœniteat.Sancta synodus dixit. Sic nos docet sancta scriptura.Item Leontius † episcopus Phoceę dixit: Scriptum est: [Iuramentum mendax ne diligatis.] Qua de causa iuramentum nostrum mendax dissoluatur, quasi nullam virtutem habens.

† al. Leo Zach. 8.

ß ¶Actione quarta septimæ synodi.] *Hæc verba in vno vetusto Gratiani codice sunt titulus (quemadmodum & apud Iuonem) initium vero capitis est,* Ioannes,&c.*& versio hæc non est Anastasij bibliothecarij.*

γ ¶Quia pater.] *Aliter habet locus ille synodi.Ibi enim ex Limonario,seu horto spiritali cuius auctor est Sophronius,refertur consilium abbatis Theodori Aeliotæ datum inclusa; vt iuramentum diabolo præstitum de non adoranda imagine virginis Mariæ Iesum infantem gestantis nullo modo seruaret.*

Item Isidorus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a SI quis præuentus.] Id est, deceptus.
b ¶ Vt definiat.] Id est, intendat.

TRIBVS. CASVS. Docet Hier. in hoc c. q̃ tribus modis potest quis contra suum iuramentum venire. Primo cum quis scienter male iurat. Secundo cum incaute iurat, nõ putans esse peccatum quod iurat. Tertio cũ pueri, vel puellæ ĩtra pubertatis annos in domo parentum se obligãt sacramento: quod parentibus contradicentibus potest irritari.

c ¶ Soluenda sunt.] Id est, irritanda.
d ¶ Male iurat.] Sciẽter.
e ¶ Incautè iurat.] Ignoranter.
f ¶ Cõtradicẽtibus.] Intra annum, vt 20. q. 2. puella.

ECCE. Hæc est 2. pars q. in qua probatur q̃ si aliquis venit contra proprium iuramẽtum malum qđ mutatur ad bonum, tunc non peccat: si autem vt conuertatur ad peius, tũc peccat dupliciter. Ioan. de Faut.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, dicens quòd illicita iuramenta non sunt seruanda: immo laudabiliter dissoluuntur, cum illicita iuramenta deseruntur ĩõ vt ad bonum redeatur. sed si sacramenta illicita deseruntur, vt in aliud malum transeatur, damnabiliter seruantur: sed damnabilius contemnuntur. quod probat per seq. cap.

SI ad peccatum.] CASVS. Quidam cum non posset solus spoliare viatorem, socium sibi quæsiuit, cui iurauit se redditurum medietatem de spolijs, quo spoliato totum sibi retinebat consocius. quare super hoc tres quæstiones fiunt. Prima est, an fides appelletur cum iurat partiri spolia viatoris? Et respondet Aug mirum est, si fides dicatur. Secunda est, si faciat contra fidem sibi retinendo totum. & an sit periurium? Et respondetur q̃ sic. Tertia est, si nil dat socio, sed reddat cui abstulit: vtrũ peccat? Et respondetur q̃ non. Vnde datur intelligi, q̃ si fidem debet seruare suo complici: multo magis humanæ societati. [Vtrobique,] i. in eo q̃ iurauit partiri spolia, & in eo q̃ totum sibi retinuit. Vel vtrobiq; i. quia rapuit, & ipse fidẽ non seruauit, se totum sibi retinuit.

g ¶ Veruntamen.] Sed quæro qualitsr possit quis fidem frãgere in maleficijs socio, cũ nec in istis possit contrahi societas, vt ff. pro soc. quod autem, & in l. sequen, nec aliqua obligatio contrahatur in turpibus, vt ff. de verb. obli. generaliter. immo magis peccat tradendo socio pactum, quàm retinendo sibi: quia alij non possumus subuenire quòd alij debetur, vt extra de iureiu. eam te? Sed quidicas illud quod hic dicitur, referri ad erroneam alicuius

¶ Non obseruentur iuramenta, quæ fiunt contra diuina mandata. C. XIX.

SI quis præuentus [a] fuerit, vt definiat [b] agere aliquid eorum, quæ non placent Deo; pœnitentiam agat: & qđ contra mandatum Domini statutum est, in irritum reuocetur. *Item Hieronymus in libro de natura rerum.* ¶ Tribus siquidem modis iuramenta contracta soluenda sunt [c]. Primo, cum quis male iurat [d]. Secundo, cum quis incautè iurat [e], non putans hoc esse peccatum. Tertio, si pueri vel puellæ in domo parentum se iuramento constrinxerunt patribus †, postquam audierint, contradicentibus [f]. † al. parẽtibus

¶ *In libro de institutis monachorum B. Basilij Rufino interprete hæc leguntur,* Si quis præuentus fuerit, vt diffiniat agere aliqd eorum, quæ nõ placent Deo. *In responsione vero subiicitur,* pœnitentiam debet agere *& postea* oportet irrita reuocare, quęcunque ex præsumptione contra mandatum Dei statuun tur.

2 *Ecce, quòd iuramenta illicita laudabiliter soluuntur, damnabiliter seruantur. Quod tunc intelligendum est; qnando iuramentum illicitum deseritur, ut ad bonum redeatur. Cæterũ, si propterea deseritur, ut in aliud malum transeatur, illicitum sacramentum damnabiliter seruatur, sed damnabilius contemnitur.*

Vnde Augustinus de bono coniugali, c. 4.

¶ Non est appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum adhibetur. C. XX.

Iuo p. 12. c. 16. Pann. l. 8. c. 96.

SI ad peccatum faciendum fides adhibetur; mirum, si fides appellanda est. Veruntamen & qualiscunque sit; si & contra ipsam fit; peius fit: nisi cum propterea deseritur, vt ad veram fidem, legitimamque redeatur: id est, vt peccatum emendetur voluntatis prauitate correcta; tanquam si quis cum hominem solus expoliare non possit; inueniat socium iniquitatis, & cum eo paciscatur; vt simul id faciant, spoliumq; partiantur: quo facinore commisso totũ solus auferat: dolet quidẽ ille, & fidẽ sibi nõ esse seruatã cõqueritur [h]. Verũ in ipsa sua querela cogitare debet

iuramenti aliquid petit præstabit alteri 10. libras auri in auth. coll. 9. scenicas non solum, &c.

a ¶ Potius.] i. q̃ potius debet fides in bono seruari.
b ¶ In bona vita.] Id est, in bono.
c ¶ Si sentit.] Id est, intelligit.
d ¶ Quam iniquè.] Idest, quàm iniquum sit non seruare fidem in illicitis.
e ¶ Non fuerit.] Societas, vel fides.

MVlier si fide.] CASVS. Quædam mulier iurauit se ponere: postea volebat adhærere, vel ad legitimum maritum redire: quæsitum fuit ab Aug. vtrum peccet? Et respondet, si seruat fidem adultero male facit: sed si alteri se subiiciat, deterius facit, si vero ad maritum redit, nullo modo deliquit.

f ¶ Si nec adultero.] Ita q̃ contrahat cum adultero tertio; & tunc peccatum accumulat peccato.

EXHIS. CASVS. Conclud. Grat. ex supradictis dicens, quòd si iuramentum illicitum deseritur, vt ĩn aliud malum transeatur, pernicioſum est: quia peccata peccatis accumulantur. si vero deseritur vt ad bonum redeatur, bonum est, & non malum: sed potius flendum est si occasione illiciti iuramenti aliquid mali perpetrauimus quod probat per seq. cap.

potius [a] in bona vita [b] ipsi humanæ societati fidem fuisse seruandam; ne præda iniqua ex homine fieret; si sentit [c], quàm iniquè [d] sibi in peccati soeietate seruata non fuerit [e]. Ille quippe vtrobique perfidus, profecto sceleratior iudicandus est.

Idem ibidem.

¶ Si propterea fides non seruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur. C. XXI.

Iun ibidem. Pann. l. 8. c. 97.

MVlier, si fide coniugali violata fidem seruet adultero, vtiq; mala est; sed si nec adultero [f], peior est. Porro si eam flagitij pœniteat, & ad castitatem rediens coniugalem, pacta, ac placita adulterina rescindat; miror si eam fidei violatricem vel ipse adulter putabit.

Ex his itaque apparet, quod si quisquam, vt diximus, illicitum iuramentum non seruauerit, ut in aliud malum pernicioſum declinet; tanto grauius delinquit, quanto dãnabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deseritur, ut ad bonum redeatur: nihil culpæ pro tali periurio contrahitur, potius deflendum est, si in aliquo, illius iuramenti occasione nos deliquisse contigerit. Vnde Augustinus scribit Seuero Mileuitano episcopo cõsulenti de quodam Hubaldo, qui à consanguineis cuiusdam pellicis coactus fuerat iurare se illam ducturum in coniugem, nec matri suæ, uel fratribus ulterius necessaria subministraturum.

Rescribit ergo B. Augustinus, ut diximus, Seuero Mileuitano episcopo ita dicens.

¶ De quodam Hubaldo, qui iurauit se non ministraturum necessaria matri, & fratribus. C. XXII.

INter cętera, vt rogaueras, a patre nostro Ambrosio quę sui; quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore necis impulsus suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam in coniugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquam impendere. Quia vero, quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem suscipere; matrimonium & sit in Deo firmum; & stabile. Porro iuramentum non ob hoc

INter cætera.] CASVS. Quidã nomine Hubaldus captus cum concubina sua compulsus est iurare consanguineis eius eam suscipere in vxorem: matrẽ vero cum fratrib. de domo expellere: iurauit etiã quòd nihil eis impẽderet pro alimonia: quare Mileuitanus episcopus rogauit Aug. vt ab Amb. qæreret quid de Hubaldo esset faciendum: qđ & factum est. Rescribit ergo Aug. vt Hubaldus habeat illam in coniugem, quam iurauit: matrem vero & fratres non expellat de domo: sed eis præbeat ailmenta, & si occasione illius illiciti iuramenti aliquid eis hactenus defuit, per pœnitentiam emẽdet: nec vllam infamiam ex illo iuramento facto per compulsionem contrahit: quia illi potius infamiam, & reatum periurij contraxerunt, qui eum iurare coegerunt.

g ¶ Matrimonium.] Videtur ex loco illo, q̃ coactio cõditionalis non impediat matrimonium: sicut nec impedit alia sacramẽta, nec impedit sacramentum baptismi, vt 45. distin. de Iudæis nec sacramentũ ordinis, vt 74. distinc. vbi ista. itẽ alia ratione, quia hoc sacramẽtũ seruari potest sine interitu salutis æternæ, ergo est seruandum, vt extra de iureiur. si vero. Sed contra madere plena libertate, vt extra despon. requisiuit. & c. cum locum. Ad hoc dicunt quidam, q̃ talis est cogendus ducere mulierem, quam coactus desponsauit. si tamen nullo modo voluerit, cessare debet ecclesia à coactione. Alij dicunt, quòd omnibus modis est cogendus 1. & quod dicitur in illa decret. requisiuit. quòd sit potius mouenda quam cogenda, exponunt, potius, id est, prius. sic exponitur 23. q. 4. non inuenitur, in fin. Vel intelligunt quando tales fuerunt personæ, q̃ vehementer præsumebatur q̃ deberet sequi homicidium. Sed istis obuiat extra de spon. veniens. So. probabiliter potest dici, si placet, q̃ in quatuor casibus non tenet iuramentum per coactionem extortum, vt in voto, vt extra

Matrimonium vtrum per coactionem impediatur.

i Ad hoc extra de spon. ex litteris.

extra qđ met.ca.perlatū.In traditione rei ecclesiasticæ 15. q. 6. auctoritatem. & c. seq. in dote, vt ff.quod met. cau.si mulier. §.dos. In matrimonio, vt extra de spon. cū locum.& c. requisiuit. Quod autem dicitur, hic matrimonium fit,&c.illud,fit non ponitur præceptiuè,;sed hortatiuè; vel loquit in eo casu qñ post coactionem cōmixtus est ei carnaliter, vt extra de spon. veniens 2. Vel loquitur quādo leuis fuit coactio. illa enim non impedit matrimonium. ff. de ri. nu. si patre cogente. B.

a ¶ Vinculū.] Arg. p opinione illorū, qui dicunt ꝙ iuramentū per metum exortum non tenet. 31. q. 2. Lotharius. & 15.q.6.c.1. Sed intelligas hoc ad hūc casum spectare, quem hic ponit. De hac materia notaui 15.q.6 c.2.

b ¶ Vel matricidij.] Videtur enim necare illum cui nō præstat alimenta. 12. q.2.qui abstulerit. & 86. dist. non satis. ff.de lib.agno. necare.

c ¶ Degrādinabitur.] .i.grandine pœnæ æternæ flagellabitur.

d ¶ Foueat.] Argu. ꝙ iuramentum pro parte tenet, & pro parte non, vt 11.q.3.antecessor.& 12.quęst.2.si quos de seruis. & 17. q.4.questi.

e ¶ Matrem.] Ad hoc enim tenetur, vt 30. d.c.1.

f ¶ Ad opprobrium.] .i. ad infamiam, non enim dicit ad peccatum: quia reuera peccauit quando iurauit: quia potius debuit omnia mala pati, quàm malo consentire. 32. quæst. 5. ita ne. & sic non obstant contraria. inf. de consec. distinct.4. eos quos. & inf.ea.q. 5.c.1.& 3. Ioan.

Necat qui non alit.

g ¶ Decepti.] Multiplex ratio videtur suadere quare non debuerunt seruare tale iuramentum: tum quia erat ibi error personæ, tum quia dolus dedit causam iuramento: tum quia non poterant se obligare aliquo iuramento contra præceptum Dñi. Ad hoc dicunt plerique ...

fuisse institutū inuenitur, vt esset vinculum [a] iniquitatis, vel matricidij [b] vel fratricidij, seu cuiuscunque criminis. Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, vt iniusta iuratio suorum bonorum sit iniustè iurantibus expoliatio, & accipienti æterna damnatio. Periurij namq; percutitur pęna, & velut homicida in extremo examine à iusto iudice degrandinabitur† [c]; per quem sacrosanctum Euangelium ad iniustum, & illicitum, & Deo minimè amabile, quasi testimonium iustæ, & humanæ petitionis adducitur. Foueat [d] itaq; Hubaldus matrem † [e], & fratres: & lugeat, si coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri. Qui vero eum iurare coegerunt quod non debuit; reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniustè irrogata, eius est infamia, qui facit. Nec enim vllo modo ad opprobrium [f] coactæ voluntatis trahitur, quod illicita cnnditio necessitatis extorsit.

†al. degradabitur] al. condemnabitur

SI quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi, & domino suo iurat, & postea peruersè, & dolosè eius regnum tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur; qui sacrilegium peragit, in Christum Domini manum mittens; anathema sit nisi per dignā pœnitentię satisfactionem emendauerit, sicut constitutum à sancta synodo est; id est, sæculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ suæ: veruntamen communionem in exitu vitę suę cū Eucharistia percipiat. Episcopus vere, presbyter, diaconus, si hoc crimen commiserit; degradetur.

Anſl. 11. c. 7. Poly 1. 6. tit. 1. Bur. l. 12. c. 2. Iuo p. 12. c. 76.

¶ *Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habetur. Burchardus & Iuo citant ex dictis Augustini. Simile autem habetur in concilio Toletano 16. c. 8. ex Hispania misso.*

6 Vt itaque ex præmissis apparet, mendacium nec simplici sermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non solum in verbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur.

Vnde Ambrosius ait in sermone habito in Dominica de Abraham.

¶ *Initium huius sermonis est,* Scitote fratres.

¶ Mentitur qui professionem suam operibus non ostendit. C. XX.

CAute fratres mendacium, quia omnes qui amant mēdacium, filij sunt diaboli α. *& infra.* ¶ Non solū in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus [d] mendacium est. Mendacium namque est, Christianum se dicere, & opera Christi non facere. Mendacium est, episcopum, sacerdotē, vel clericū se profiteri, & cōtraria huic ordini operari.

Pann. l. 8. c. 1.

QVoties vero.] CASVS. Docet Hieron. in hoc cap. ꝙ si quis non congruo tempore & loco, & quod non conuenit audientibus loquatur: potius destruit audientes quàm ædificet. Vnusquisq; enim cōsiderare debet quod vel quando loquatur: quia ꝙ quolibet verbo otioso reddituri sumus rationem. sequens § per se patet.

a ¶ Audientibus.] Forte instituit rudes magna & subtilia, quod esse non debet. fimi. 8. q. 1. oportet. & 43. distinct. cap. 1. Ion.

α ¶ Diaboli.] *In codice Vaticano, vbi hic sermo habetur, sequuntur hæc,* quia non solum mendax est, sed etiam & pater & inuentor ipsius mendacij est. Omnis enim simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Ergo non solum, &c.

Item Hieronymus in c. 4. epist. ad Ephesios.

¶ Quoties sermo malus de ore nostro procedit.

C. XXI.

QVoties vero loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non ut conuenit audientibus [a], toties sermo malus procedit de ore nostro ad detructionē eorum qui audiunt. Consideremus itaq; quid loquamur: quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij.

7 *Iuramentum vero clericus laico præstare non debet. Vnde in Rhemensi concilio legitur.*

¶ Cuiquam laico clericus nihil iurare præsumat.

C. XXII.

Burc. l. 2. c. 188. Iuo p. 6. c. 233. Pann. l. 5. c. 11.

NVllus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico [b], quidquā super sacrosancta Euangelia iurare præsumat: sed simpliciter cum veritate, & puritate dicat, est, est, non, non. Sed si est aliquid, quod sibi obijciatur [6]; prout iudicauerint, qui eiusdem ordinis sunt, aut corrigatur, aut expurgetur.

6 ¶ Obiiciatur.] *Apud Burchardum & Iuonem sequitur, ad* episcopum in cuius territorio est, deferatur; & iuxta id, quod illi, qui eiusdem sunt ordinis, dijudicauerint, aut corrigatur, aut expurgetur.

Episcopo similiter clericus iuramentum præstare nō debet, nisi forte is, cui ecclesiæ procurationem committit.

Vnde Vrbanus II. ait.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus finis huius causæ est in ver.* ex purgetur. *absunt autem hæc verba & sequens caput,* nullus. *In vno autem non modo ista habentur, sed etiam caput primum de iuramento calumniæ, & constitutio noua Henrici.*

Ext. de iureiur. c. nullus.

¶ De eodem. C. XXIII.

NVllus episcopus clericos suos, nisi forte, quib. ecclesiasticarum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat.

IVRAMENTVM. Hæc est 7. pars qō. in qua dicitur, quòd clericus nō debet iurare laico, nec episcopo sine causa. Ioan. de Fant.

NVllus.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Rhemē. virum clericus accusatus coram laico iudice, posset præstare iuramentum calumniæ, uel innocentiæ ad se purgandum. Et respondet quòd nō: sed corā ecclesiastico iudice corrigatur, uel expurgetur: sed corā laico iudice dicat, est, est, non, non. Quæ autem postea sequuntur patent.

Iuram. expurgationis non dēt clericus ꝑstare corā laico.

b ¶ Laico.] Hoc cap. intelligas de iuramēto expurgationis, ꝙ clericus nō debet facere coram laico, sed tantum corā episcopo uel eius delegato. nisi hoc fiat auctoritate Papę, ut 2 q. 5. Mē. nam. si enim clericus peteret aliquid corā laico, bene teneť ibi prēstare iuramentū calumniæ. Vel dic ꝙ sine licentia episcopi nullum dēt facere iuramentum laico. Imperatori tamen iurāt episcopi fidelitatem.

1 Ista fuit sēa. M. & B. fm L. & ꝙ hoc casu intelligatur c. patet ex fm H. sed vide illa līa, quidquam.



Vidā epi.] CASVS. Supra tractatū est de catholicis. & dictū est, quòd non sunt cogendi ad malum. Nūc vero subnectit Gra. 23. causā in qua de hæreticis tractat, quærens an episcopi sint cogendi ad bonum. Item quæritur an militare sit peccatum, & quod bellum debeat dici iustum, & quod iniustum, & an vindicta sit inferenda, & an peccatum sit iudici malos occidere, condemnando scilicet. Sed vt hęc & alia competentius faciat, thema proponit, de quo octo elicit quæstiones.

CAVSA XXIII.



Vidam episcopi cum plebe sibi cōmissa in hęresim lapsi sūt, circū adiacētes aūt catholicos minis, & cruciatib. ad hęresim cōpellere cœperūt: quo cōperto Apostolicus catholicis episcopis circum adiacentium regionū, qui ab Imperatore ciuilem iurisdictionem acceperant, imperauit, vt ca-

Decr. Grat. ps II.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVòd militare.] CASVS. Hic ponit prima q. in qua quærit an militare sit peccatū. Et rñdet q̄ nō, vt inf. e. militare. & hoc verū est, si bellū à principe indicat, inf. e. q. 2. iustū. similiter p defensione sua, vel patriæ, vel legū paternarū, ut 23. q. 8. si nulla clerici. Aut arma mouere nō possunt, ut inf. e. q. 8. clerici. & c. quicunq. Et p̄cedit Grat. hoc ordine in hac q̄one, primo probat, q̄ militare sit peccatum: postea in §. i his ita. rñdet allegatis, & probat contrarium. In vltimo §. concludit, uerā ponens solutionē, scilicet q̄ p̄cepta patientiæ in p̄paratione cordis sūt seruanda, nō in ostētatione corporis. Est ergo casus, §. breuis. probat Gra. ex auctorit. militare esse peccatum, quas per te facile videbis si diligenter inspexeris.

a ¶ Quod militare.] Hic quærit an militare, seu bellare sit pcūm, & dicendū ē, q̄ nō: vt inf. e. militare. & hoc uerū est si à principio indicat bellū, vt inf. e. q. 2. iustū. Sic pro defensione sua, uel patriæ, uel legū paternarū, vt inf. e. q. 8. si nulla. Clerici aūt in sacris ordinibus constituti non possunt mouere arma, vt inf e. qō. 8. clerici. Similiter vī, q̄ nec in minoribus ordinibus constituti, etiā vxorati possunt mouere arma: quia sub regula ecclesiastica debent viuere, vt 32. d. si qui. & 20. q. 3. eos. q̄ cōcedo si volunt gaudere priuilegio ecclesiastico. ar. ad hoc. ext. de cle. coniu. Io. de Fan.

Bella an sint pmissa & quibus.

tholicos, ab hæreticis defenderent, & quibus modis posset eos ad fidei veritatem redire compellerent. Episcopi hæc mandata Apostolici † recipientes, conuocatis militibus, parte, & per insidias contra hæreticos pugnare cœperunt. Tādem nonnullis eorum neci traditis, alijs, rebus suis, vel ecclesiasticis expoliatis alijs, carcere, & ergastulo reclusis, ad vnitatem catholicæ fidei coacti redierunt,

† al. apostolici

1 *Hic primum quæritur, an militare peccatum sit.*
2 *Secundo, quod bellum sit iustum, & quomodo à filijs Israel iusta bella gerebantur.*
3 *Tertio, an iniuria sociorum, armis sit propulsanda.*
4 *Quarto, an vindicta sit inferenda.*
5 *Quinto, an sit peccatum iudici, vel ministro reos occidere.*
6 *Sexto, an mali sint cogendi ad bonum.*
7 *Septimo, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi, & qui possidet ab hæreticis ablata, an dicatur possidere aliena.*
8 *Octauo, an episcopis, vel quibuslibet clericis sua liceat auctoritate, vel Apostolici, vel † Imperatoris præcepto arma mouere.*

† al. sine Imperatoris

QVÆSTIO I.

QVòd militare[a] alienum videatur ab Euangelica disciplina, hinc videtur posse probari: quia omnis militia vel ob iniuriam propulsandam[b], vel propter vindictam inferendam est instituta: Iniuria autem vel à propria persona, vel à socio repellitur: quod vtrumque Euangelica lege prohibetur. Cum enim dicitur: [Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe[c] ei & alteram.] Matt. 5.
& iterum: [Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo duo millia[d].] ¶ Item cum Apostolus dicat: [Non vos defendentes[e] charissimi, sed date locū iræ, quid aliud prohibemur, quàm propriæ personæ iniuriam repellere? ¶ sic ē, cum Petro gladio magistrū defendente, Christus dixerit: [Conuerte gladium tuum in vaginam, an putas, quia non Rom. 12.

Iniuria an possit repelli, & à quibus. Adde pro hoc glo. 2. & ibi Bar. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & l. si quis in seruitute. ff. de fur.

b ¶ Propulsandam.] Qui repellere possunt iniuriam, & qualiter possit repelli, & an tantum personæ iniuria, vel etiam personæ & rerum possit repelli videndum est 1. Et quidem videtur, q̄ non solum laici, sed etiam clerici possunt repellere iniurias & rerū & personæ, vt extra de rest. spol. olim. & extra de sent. excomm. si vero. c. ex tenore & sup. d. 1. ius naturale. & ff. de iustit. & iure, vt vim. Econtra uidetur q̄ clerici non possunt, vt extra de homicid. suscepimus. 46. d. seditionarios. Ad hoc dicunt quidam, q̄ nulli licet vim repellere percutiēdo, sed tantum impediendo. Alij dicunt q̄ licet laicis repercutere: clericis non. Ego credo quòd & clericis & laicis licet repercutere: diſtinguitur tñ, quia aut vis infertur personæ, aut rebus. si personæ, tunc est vis repellenda prius quam fit illata. Sed quidā dixerunt, q̄ nullus vim repellere debet nisi illatam 2: immo insidiantem licitū est occidere, & eum qui vult occidere, vt ff. ad l. Aquil. tius est vindicta, quàm repulsio iniuriæ: & sic intergo quòd dicitur iniuriam incontinenti posse repelli, &c. quiritur ergo quòd defendendo repercutiat, non videscendo, vt infra eadem, quod colparur. & ff. ad l. Aquscientiam & cum moderamine se defendat, vt ext. de stit. spol. & cum olim. causam. in fi. si quis tamen moderamen excedit, & non ex proposito, non tenetur, vt ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. licet illa dec. causam. videatur contradicere. Item incontinenti defvim vi repellere, vt ff. de vi, & vi ar. l. 3. §. cum igitur. autem vt infertur rebus, & illatam, & inferendam. tum est repellere: sed potius illatam, quàm inferendam.

a Et inconti nēti sepelli dēt. sed ex i teruallo re.

c ¶ Præbe.] Illud intelligatur de cordis præparatione, vt inf. ea. paratus, vel cum agitur de fide.

d ¶ Duo millia.] Vbi est quæstio fidei.

e ¶ Defendentes.] Ex odio, vel dic ex interuallo: non seruato moderamine.

a ¶ Non posse.] Et tamen noluit regare vt præberet. ex plū humilitatis. alibi tamen dicit, si fieri pōt transeat à me calix iste. 16. d. habeo.

b ¶ Iudicare.] Iniuste. Vel loquitur de ijs, qui non habent iurisdictionem.

c ¶ Zizania. 11. q. 3. nolite. Ioan.

NIsi bella.] CASVS. Quæsitum fuit a Grego. quare bella Iudæorū legātur in ecclesia. Et respondet q̄ non ob aliud, nisi vt per ipsa doceamur spiritualiter pugnare contra vitia & dæmones. Et ad hoc probandum inducit 4. auctorita. quarū vna est Chiristi. reliquæ sunt Apostoli Pauli.

d ¶ Ab Apostolis.] Ergo non tantum ex p̄cepto vel constitutio ecclesiæ legimus libros Iudæorū: sed ēt ex præcepto Apostoli. Sed quæro vbi hoc p̄cepit Apostolus? Dic q̄ loquitur præsumendo. quod enim vniuersalis ecclesia tenet, credēdū est hoc ab Apostolis esse institutum. 11. d. ecclesiasticarum.

Libri Iudæorum sunt legendi ex p̄cepto Apostoli.

Ecclesia aliàs quòd tenuit, hoc credendum est ab Apostolis etiam institutum.

e ¶ Vindicantes.] Ideo enim iudicium vigor in medio positus est, ne quis sibi vltionē sumere p̄sumat. C. de Iudæ. nullus. 16. q. 1. ad hoc Io.

HISTA. CASVS. Dictum est in §. 1. q̄ militare est peccatū quia patientiā habere debemus. Et ad hoc inducit p̄ximū capitulū. Nūc vero dicit Gratia. q̄ illa patientiæ præcepta non tantum sunt in corporis ostensione retinenda quantū in cordis præparatione: quasi dicat, interius debet esse homo patiens: sed extra debet corrigere delinquētes: quod probat per sequens c. p.

Para-

Matth. 26. *possem rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quā duodecim legiones Angelorum?] denique sicut de B. Andrea legitur, cum fieret concursus populorum, vt de manibus iniqui iudicis eum eriperent, & ab iniuria mortis illum defenderent: ipse econtra & exemplo & verbo patientiam docens, rogabat eos, ne suum martyrium impedirent*

In martyrio ipsius.

quid aliud monemur: quàm sicut proprias, ita & sociorum iniurias patienter tolerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad similia ferenda animum præparare? ¶ Itē *cum in prouerbijs* α *dicatur, [Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus,] ¶ Item, cum in Euangelio dicatur [Nolite iudicare[b], & non iudicabimini,] Item, cum*

Deute. 32. Rom. 12. Matt. 7.

Matth. 12. *pater familias dicat seruis volentibus colligere zizania[c] [Sinite vtraque crescere vsque ad messem: & tunc dicam messoribus, colligite zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum.] ¶ Item cum rex ille, qui nuptias fecerat filio suo, missis exercitibus suis angelorum videlicet, dicatur perditurus homicidias prophetarum, & Apostolorū, qui vocati ad nuptias venire contempserunt credendo: Itē cum Paulus apostolus dicat in epistola ad Romanos,] No*

Rom. 14. *lite iudicare inuicem,] Item [Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat, aut cadit: Siue ergo viui mortuus est, & resurrexit, vt & uiuorum, & mortuorum dominetur:] In his omnibus quid aliud præcipitur, quàm uindicta delinquentium diuino reseruetur examini? Cum ergo, ut supra dictum est militia uideatur institurendam, utrumque autem lege Euangelica prohibeatur, apparet, quòd militare peccatum est.*

α ¶ In prouerbijs.] *Sententia ista solet quidem prouerbij loco supari: sed non habetur in libro Prouerbiorum. Affertur à B. Paulo ad Rom. c. 12. (coniunctē cum al. a sententia ex c. 25. Prou.) & ad Hæbreos 10. Deuteronomij, c. 32. In cantico sic subscriptum est,* Mea est vltio, & ego retribuam.

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Bella carnalia bellorum spiritualium figuram gerunt. C. 1.

Origenes homilia 15. super Iosue.

NIsi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualiū gererent; nunquam, vt opinior, Iudaicarum historiarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere, legendi in ecclesijs fuissent ab Apostolis[d] traditi. Quo enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus dicitur ab Iesu: [Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo vobis?] & quibus per Apostolum iubetur, & dicitur

Io. 14.

1. Cor. 6. [Non vosmetipsos vindicantes[e], sed magis iniuriam accipere, & magis fraudem patimini?] Vnde denique sciens Apostolus nulla nobis iam vltra bella esse carnaliter peragenda; sed animæ certamina contra spirituales aduersarios desudanda; velut magister militiæ, præceptum dat militibus Christi, dicens: (Induite uos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus astutias diaboli.

His ita respondetur. Præcepta patientiæ non tam ostentatione corporis, quā præparatione cordis retinenda.

Vnde Augustinus ait in sermone de puero Centurionis.

PAratus.] CASVS. Ostendit Grat. in hoc c. q̃ præcepta patientiæ magis inducenda sunt ad præparationem cordis, & animi beneuolentiam, quàm ad opera exteriora: quibus delinquentes inuitos possumus corrigere & castigare, patientia, vel beneuolentia animi interius obseruata. Et hoc ꝓbat quinque exẽplis: scilicet Christi, Pauli, & Petri & Reipublicæ, Ioannis Baptistę. Primum exemplũ incipit ibi [Hinc liquido.] Secundum ibi, [Nec Paulus.] Tertiũ ibi. [Agẽdа sunt] Quartũ ibi, [Ac per hoc.] Quintum ibi, [Item paulo post.]

a ¶ In aperto.] Arg. q̃ nõ semper per exteriora comprehenduntur interiora 1. 5 q. 5. non omnis. & ca. non osculatur.

b ¶ Prodesse.] Sic ergo prodesse dicimur illi, quẽ verberamus, vt 45. di. & qui emendat. Ioan.

c ¶ Si verba.] Argu. quòd non debemus inhærere verbis, sed potius menti. vt dixi 22 q. 5. humane. 26. q. 5. nec mirum. verba. n. in rescriptis posita, vel in lege, conformare debemus eq̃tati: & licet verba hoc nõ patiãtur, ext. de rescrip. causam. & extra de consue. cũ dilectus. & ff. de in jus vo. l. quamuis, & ff. q̃ p tut. l. vlt. Argu. contra 19. distinct. in memoriam. & ff. qui & à qui. manumis. l. prospexit. vbi dicitur, sufficit ita scriptum esse. & si illud durum est.

d ¶ Quia nesciunt.] Pro illis, qui ex ignorantia hoc fecerunt rogauit. 1. q. 1. §. cum ergo.

e ¶ Secundũ legem.] Iudex ſm leges iudicabit: & non ſm motum animi sui, vt extra de constit. cap. 1. & 11. q. 3. summopere alioquin punitur vt fallarius, vt ff. ad le. Corne. de fal. l. 1. §. 1.

f ¶ Et contra legẽ.] Lex. n. dicit, quod liber homo non debet verberibus cẽdi, vt C. de repud. consensu. vltra medium, nisi in casu, vt no. 3. q. 5. illi, qui. & no. 15. q. 6. in summa.

g ¶ Destruendum.] Dixit eum non esse principẽ: quia non erat apud eũ duraturus principatus. vt extra de vet. signi. nam & ego. & infra de pœn. dist. 1. diuortium.

h ¶ Nescire.] Arg. quod non potest quis se excusare a pretextu ignorantię de re q̃ facta est inter vicinos suos & extra de præsumpt. quoddam, & c. quanto. 54 distinct. nulli & 12. q. 2. qui & humanis. similis præsumptio C. de

¶ Sic etiam citat Anselmus; Poly. non affert auctorem. Habetur autem in epist 5. Aug. ad Marcellinum.

¶ Præcepta patientiæ virtute animi, non ostentatione corporis seruanda sunt. C. II:

PAratus debet esse homo iustus, & pius patienter eorũ malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit, vt numerus potius crescat bonorum, non vt pari malitia se quoque numero addat malorum. Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere quã ad opus, quod in aperto [a] fit (vt teneatur in secreto animi patientia cum beneuolentia; in manifesto autem id fiat, quod eis videtur prodesse [b] posse, quibus bene velle debemus;) ¶ Hinc liquido ostenditur: quòd ipse Dominus Iesus exemplum singulare patientiæ, cum percuteretur in faciem; respondit, [Si malè dixi, exprobra de malo: si autem bene, quid me cedis?] Nequaquam igitur præceptum suum, si verba [c] intueamur, impleuit. Neque enim præbuit, percutienti alteram partem; sed potius prohibuit, ne, qui fecerat iniuriam, augeret. Et tamen paratus venerat non solum percuti in faciem, verum etiam pro his quoque, à quibus hæc patiebatur, crucifixus occidi; pro quibus ait in cruce pendens, [Pater ignosce illis quia nesciunt [d] quid faciunt.] ¶ Nec Paulus apostolus præceptum Domini, & magistri sui videtur implesse, vbi etiam ipse percussus in faciem, dixit principi sacerdotum: [Percutiet te Deus paries dealbate: sedes iudicare me secundum legem [e]: & contra legem [f] iubes me percuti? Et cum à circunstantibus diceretur: [Iniuriam facis principi sacerdotum;] irridens † eos admonere voluit, quid dixerit vt qui saperent, intelligerent iam destruendum [g] esse aduentu Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotij Iudæorum. Ait quippe. [Nesciui fratres, quia priuceps est: Scriptum est enim principi populi tui, non male dices:] cum proculdubio, qui in eodem populo creuerat, atque † in lege fuerat eruditus; illum principem sacerdotum nescire [h] non posset; nec eos, quibus ita notus erat, vllo modo falleret, quòd nesciret. Sunt ergo ista præceta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda, ipsaque beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. ¶ Agenda sunt autem multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis: quorum potius vtilitati consulendum est, quàm voluntati [i]. *& infra.* ¶ Nam in corripiendo filio quamlibet asperè, nunquam profecto amor paternus amittitur. Fit tamen, quod nolit, & doleat, qui etiam [k] inuitus videtur dolore sanandus. ¶ Ac per hoc, si terrena

Poly. l. 7. tit. 7. Ans. l. 3. c. 3.

Nõ erat hic sciendum inscio noui paragraphi. cohęret. cum hęc cum antecedentibus.

Arg. contra 31. q. 2. c. 1.

Luc. 23.

Act. 23.

† al. incidebat, al. irruebat

Exo. 22.

† al. ibi.

Homo liber verberari nõ debet.

C. de inoff. restit. minor de tutela.

i ¶ Quàm voluntati.] Infra. ea. q. 4. displicet, supra dist. & qui emendat.

k ¶ Qui etiam.] Vel quinetiam.

a ¶ Respublica.] Id est, aliquis gerens Rempublicã. Io.

b ¶ In Euangelio.] Ioannis.

c ¶ Concusseritis.] Concutere est aliquid petere vltra debitum rationem alicuius officij, vt inf. e. q. quid culpat. Vt autem concutere, qui per oppressionem & minas ex-

Concutere quid sit.

NOli existimare.] CASVS. Hoc cap. dividitur in tres partes. In prima parte dr, q̃ Bonifacius quæsiuit ab Aug. an aliquis possit Deo placere in armis militaribus. Et rñdet q̃ sic, si virtutem corporalem putat esse donũ Dei, & hoc probat exẽplo Dauid, & aliorũ patrũ vete. testa. & exẽplo Cẽturionis. In secunda parte q̃siuit vtrũ fides sit amico seruãda pro quo pugnat. rñdet q̃ nõ solum amico: sed etiam hosti est seruanda. Tertio q̃siuit ex qua causa bellum quis sumere debet: Et rñdet q̃ causa necessitatis tãtum, ad hoc scilicet vt pax & salus acquiratur, vel cõseruetur. vnde cũ aliquis vincit hostes, non interficiat eos: sed ad vitã reseruet, & ad pacẽ perducat. Secunda pars incipit ibi, [Fides enim.] Tertia ibi, [Pacem habere.]

d ¶ Sanctus Dauid.] Si aliquis existens sanctus potest vti armis in bello: quare ergo prohibetur pœnitentibus vti armis vt 33. q. 2. admonere? Respõdeo. ideo, quia pœnitentes viuunt sub regula ecclesiastica, vt 11. q. 1. aliud. Vel ideo quia arma possunt dare occasionem peccandi.

Pœnitentes armis vti nõ possunt.

e ¶ Hosti.] Hosti ergo fides seruanda est vt hic. 22. q. 4. innocens. Argu. contra 22. q. 2. vtilem. quod verum est si ipse nobis seruat fidem 2. aliàs non tenemur ei seruare. 95. distinct. esto subiectus. extra de iureiuran. peruenit. 28. q. 1. fi infidelis. ff. loca. q̃ro. §. item. C. de transac. leg. cũ proponas. in fi. argu. contra 11. q. 3. inter verba in fi. & 33. q. 5. quod Deo.

Fides hosti seruãda est.

f ¶ Iam debetur.] Argu. misericordiam esse debitam. & ita hic argum q̃ dispẽsatio potest peti tanquam debita vt 50. dist. domino sancto. in fi. & 86 d. non satis. in fi. eius correctione, non est eius misereãdum. vt quis teneatur parcere hosti suo, vt 2 q. 5. quãto. in fi. dũ tamen nõ timeatur periculũ incurrere ex hoc 3. vt infra. ea. q. 4. ex lit. iniusta. Ioan.

2 Adde de hac q̃one lẽp legistas l. cũ proponas. & ibi Cy. C de pactis. & ibi gl. Bal. in l. vt rñsũ. C. de transact.

3 Nã si timeretur & desperaret de eius correctione, non est eius misereãdum. vt in hoc c. hic alleg. est iniusta secundum Hug.

Quid

Item eiusdem contra Manichæos, id est lib. 22. contra Faustum, c. 74. & 75.]

extorquet pecuniam, vt ff. de concu. l. 1. & 2. l. Io.

à Vide q̃ dicit leg & no. infra. 23. q. 1. cõcussionis.

¶ In bellicis armis milites Deo placere possunt. C. III.

NOli existimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat sãctus Dauid [d], cui Dominus tã magnum perhibuit testimonium. In his etiã plurimi illius temporis iusti. In his erat, & ille Centurio, meũ.] *& infra.* ¶ Hoc ergo primum cogita, quãdo armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est Sic enim cogitabis [g] de dono Dei non facere contra Deum. Fides enim quando promittitur, etiam hosti e seruanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur? Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Non enim pax quæritur, vt bellum excitetur; sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus: vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. [Beati enim pacifici (ait Dominus) quia filij Dei vocabuntur.] Si autem pax humana tãdulcis est pro temporali salute mortalium: quanto est dulcior pax diuina pro æterna salute Angelorum? Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti, & resistenti violentia redditur; ita victo, vel capto misericordia iam debetur [f], maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

Poly. l. 7. tit. 13. Ans. l. 7. c. 4. Iuo p. 10. c. 126. *Matth.* 8.

al. vnitatem

[g] ¶ Sic enim cogitabis.] *Antea legebatur*, Si enim cogitabis de dono Dei, non facies contra Dominum. *Emendatum est & hoc, & multa alia ex originali.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVid culpatur.] CASVS Hoc c. diuidit in tres partes. In prima dicitur, q̃ Manichæi reprehendebãt bella quia homines ibi moriebantur. Sed Augu. dicit q̃ hoc timidorum est, & non religiosorum scilicet reprehendere bella propter morituros: sed hæc sunt in bellis reprehẽdenda, scilicet, nocendi cupiditas, vleiscendi crudelitas, & libido dominãdi. & his similia. In secunda parte dicitur q̃ propter ista vitia puniẽda siue Deo iubente, siue alio quo principe sęculari, iustè pugnant milites Christiani. qđ probat auctoritate Ioannis, qui milites à bello non prohibuit: & auctoritate Christi qui tributa Cæsari reddi præcepit, ex quibus stipendia militibus erogabantur. In tertia parte dicitur, quod auctoritas suscipiendi belli penes principes consistit, quibus obediendum est nisi præcipiant contra Deum. Si autem incertum est vtrum sit contra Deum, debẽt ipsi milites obedire nec propter hoc puniẽtur: principes autẽ propter humanã cupiditatẽ quam habent, à Domino punirent. Secunda pars incipit ibi, [Quę plerumque.] Tertia ibi, [Ordo autem.] Quæ

a ¶ Quandoque.] Certe hæc ratio non est sufficiens: nam si quis hominẽ interficiat etiam mortifere vulneratũ, nihilo minus tenetur, vt ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in prin. & est similis ratio inf. 24. q. 3. si hẽs. ff. ad leg. Rhod. de iac. g leuãdæ & l nauis §. sed si nauis. & ff. q̃ vi aut clã si alius. §. est alia.

b ¶ Dominentur.] Scilicet victores.

c ¶ Siue Deo.] i. diuina reuelatione. inf. ead. q. 2. Dñs.

d ¶ Ordine.] id est potestate.

e ¶ Tributa.] Vt infra ea. q 8. tributum.

f ¶ Principes.] Vt infra ead. q. 2. iustum. Nullus ergo bellare põt sine auctoritate principis, vt hic, & C. vt armo. vsus. l. 1. libro 11. similiter princeps ecclesiasticus potest indicere bellum, vt infra ead. q. 8. igitur. & c. omni. & c. seq.

g ¶ Sinente.] vt 8. q. 1. audacter.

h ¶ Sacrilego 1.] 11. q. 3. Iulianus Imperator.

i ¶ Iniquitas.] Hic habes q̃ licet dominus peccet præcipiendo, tñ subditus non peccat obediendo, vt 100. dist. contra morem, in prin. fic. 23. q. 5. manifestum. contra de iureiu. debitores. Item habes hic, q̃ in dubijs est obediendum 16. di. in memoriam. Arg. contra 10. dist. si q̃s præpositera. 11. q. 3. qđ ergo. Ité est hic arguẽ. in dubijs humanior & tutior via est eligenda extra de sponsal.

1 Nõ tñ excõicato. & sic non ob. 15. q. 6. nos sanctorum.

¶ Quæ sint in bello iure reprehendenda. C. IIII.

QVid culpatur in bello? An, quia moriuntur quando quę[a] morituri, vt dominẽtur †[b] in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, vleiscendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia hæc sunt, quę in bellis iure culpantur. Quę plerũque ita culpantur, vt etiam iure puniãtur, aduersus violentiam resistentiũ (siue Deo [c], siue aliquo legitimo imperio iubente) gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis: cũ in eo humanarum rerum ordine [d] inueniuntur, vbi eos vel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iustè ordo ipse constringit. Vnde neque * Ioannes ab armis iubet discedere milites: & Christianus tributa [e] Cęsari monet reddi: quia propter bella necessario militi stipendium præbetur. Ordo tamen ille naturalis mortalium paci accomodatus hoc poscit; vt suscipiendi belli auctoritas, atque consiliũ apud principes [f] sit. *& infra.* ¶ Sed si humana cupiditate bellum geritur; non nocet sanctis, in quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Non enim est potestas, nisi à Deo, siue iubente, siue sinẽte [g]. Ergo vir iustus; si forte sub rege homine etiam sacrilego [h] militet, recte potest illo iubente bellare, si vice † pacis ordinem seruãs, quod † sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel, vtrum sit, certum non est: ita vt fortasse reũ faciat regem iniquitas [i] imperandi: innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.

† *al. domentur*

Pann. l. 8. c. 43
Luc. 3.
Matth. 22.

Io. 19.
Ro. 13.

† *al. ciuice.]* orig.

† *al. cui quod iubetur.*

* ¶ Vnde neque] *Hinc vsque ad vers.* ordo, *Gratianus summatim retulit sententiam B. Augustini, quæ ab eo copiosius, & clarius exponitur: sicut etiam à ver.* Sed si humanę. *vsque ad versi.* Non enim.

Item eiusdem in libro de verbis Domini tractatu, siue sermone 29.

Beda, & gl. ord. Luc 3.

¶ Militare non est peccatum. C. V.

MIlitare non est delictum; sed propter prædam militare peccatum est; nec rem publicam gerere crimino sum est: Sed ideo gerere † rem publicã, vt rẽ familiarem potius augeas [k], videtur esse damnabile. Propterea enim prouidentia quadam militantibus sunt stipendia constituta;

Iuo p. 10. c. 235.
Pann. l. 8. c. 60.

† *agere]* orig.

sponsal. inuenis & 14 dist. c. vltimo.

Militare.] CASVS. Beneuenta. hunc casum sic ponit. Ostendit Aug. quòd militare non est peccatũ si propter prædam militetur. & vt milites ꝺ damna faciant stipendia sunt eis constituta, vltra q̃ si aliquid extorserint, tanquam calumniatores & concussores damnabuntur. & ad hoc probandum inducit duas auctoritate, Christi, & Ioannis: quod non est tantum intelligendum de militibus sæculi; sed etiam de militib. ecclesię. Sequens cap. planum est [interrogauerunt.] in Euangelio. Lucę.

K ¶ Augeas.] Scilicet iniuste, licitum est etenim augere diuitias. 30. dist. §. hæc scripsimus.

a ¶ Præcipit.] Licet sit iniustum, vt 100. d. contra morem. in princip.

b ¶ Militiæ.] Cum ergo clerici milites dicantur, vt 61. distin. quid proderit. 1. q. 3. Saluator. & q. 7 qui in qualibet. similiter & patroni causarum dicũtur militare, vt C. de aduoc. diuer. iud. aduocati. ergo si omnes isti habẽt stipendia, non debent recipere salaria. 1. q. 2. sicut.

Aduocati militant.

c ¶ Condemnatur.] Sed qualiter punitur concussor? Dic quòd secundum canonem pœna quadrupli, vt 18. dist. quoniam. secundum leges videtur, quòd extra ordinem punitur, cũ non sit publicum crimẽ, vt ff. de cõcuss. l. 2. sed certe. & secundum leges pœna quadrupli punitur, vt 1 q. 7. sancimus.

Cõcussoris pœna.

SVmma.] CASVS. Hug. hunc casum sic ponit. Gregorius deputauerat ad custodiam Neapolitanę ciuitatis Cõstantinum tribunum, cui milites Neapolitani deuotè obedierũt. Scribit ergo Gregorius eis, & cõmendat eos de tali obedientia. & admonet eos, & hortatur vt sicut bene fecerunt, perseuerent in tali obedientia, vt per eorum vigilantiam augmentetur quod bene hactenus ab eis gestum est. Casus autem ille melior videtur quàm casus Beneuen. & ideo ponit hunc casum.

d ¶ Vtiliter.] Argumẽtũ, q̃ si eps præcipit alicui ire Romam ꝺ vtilitate ecclesiæ, q̃ tenetur obedire 1, vt 7. q. 1. quia. & si clericus se excuset, & dicat; mittatis illũ, qui digtior me est: respõdet hoc. ei episcopis, sicut Christus respõdit Petro: cum enim Dominus diceret Petro: Tu me sequere; respõdit Petrus: Domine, hic autem quid; demonstrato Ioane, & dixit ei dominus: Quid ad te? si eum volo manere, tu me sequere. Ioan.

Epi præcepti non tenet ꝺ vtilitate ecclesiæ, q̃ ficile est ad obedire 1, vt 7. implẽdum. 1. quia. & si clericus 1 Ad idẽ 11. q. 3. quid ergo. vbi dicit me hoc.

Vòd aũt.] CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio; qua quæ-

Ex his omnibus colligitur, q̃ militare peccatum non est, & quod præcepta patientiæ in præparatione cordis, non in ostentatione corporis seruanda sunt.

QVAESTIO II.

Vòd au-

tem [a] quæritur, quod sit iustum bellum, Isidorus Etymol. lib. 18. c. 1. inquit.

¶Quod sit iustum bellum. C. I.

Iuo p.10.c.116. Pann.l.8.c.54. † al. repetitis Et lib.9. c.4. † absunt ab orig.

IVstum est bellum, quod ex edicto [α] geritur, de rebus [b] repetendis †, aut propulsandorum hostium causa. &c. 15. ¶Iudex dictus, quasi ius† dicens populo, siue quòd iure disceptet. Iure autem [c] disceptare est iuste iudicare. Non est autem iudex, si non est in eo iustitia.

α ¶Edicto.] *In codicibus Isidori etiam manuscriptis legitur*, ex prædicto. *Citat enim Ciceronem ex libris de rep. qui negas iustum esse bellum, nisi denunciatum, nisi indictum †, nisi de repetitis reb.*

† Et idem fere habetur l. 1. de officijs.

Item Augustinus in libro quæstionum 6.q.10.

¶Nihil ad iustitiam interest, siue aperte, siue ex insidijs aliquis pugnet. C. II.

Iosue 8. † abest ab orig.

DOminus noster iubet ad Iesum Naue. vt constituat sibi retrorsus insidias, id est insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Hinc admonemus [hoc†non iniuste fieri ab his, qui iustum bellum gerunt; vt nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in his rebus, nisi vt iustum bellum suscipiat, cui bellare fas est. Non enim omnibus fas est. Cum autem iustum bellum susceperit; vtrum aperta pugna, vtrum insidijs [d] vincat, nihil ad iustitiam inter est. Iusta autem bella definiri solent, quæ vlciscuntur [e] iniurias, si qua gens, vel ciuitas [f], quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit quod à suis improbe factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli, sine dubitatione iustum est quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit quid cuique fieri debeat: in quo bello ductor exercitus, vel ipse populus tam auctor belli, quàm minister iudicandus est.

Cum ergo iustum bellum sit, quod ex edicto geritur, vel quo iniuriæ vlciscuntur; quæritur, quomodo à filijs Israel iusta bella gerebantur.

De his ita scribit Augustinus in quæstionibus Numerorum, q.44. ad c.20.

Bellũ dicit quinq; modis iniustũ.

1 Ad huius declarationẽ vide qđ no. Inno. extra de rest. spo. olim 1.

Deceptio q̃nque permittitur.

quæritur quod bellum sit iustum, & quod iniustum. Et tñdet ꝙ bellũ dicitur iustum, vel iniustum quatuor modis, scilicet rõne præcipientis, vt su.q.1. quid culpatur, vel rõne obedientis: quia monachus vel spiritualis obedire nõ debet, sed laicus, vt 1.q.8. clerici. Rõne rei propter quam pugnatur: quia si bellũ sit causa dominandi, iniustũ est, si causa necessitatis, iustum reputatur. Ratione personarum contra. quas pugnatur, vt sup.5.q. 1 paratus.
a ¶ Quòd autẽ.] Bellum dr̃ iniustũ quinque modis: vel rõne personæ, vt si fuerint psonæ ecclesiasticæ: quibus non est licitũ fundere sanguinem, vt inf. ea.q.8. clerici. & c. his à quibus. Rõne rei, vt si nõ est de repetendis rebus: vel ꝓ defensione patriæ, vt inf. e c. & inf. ead. q.8 si nulla. Vel propter causam, vt si propter voluntatẽ, & nõ propter necessitatem pugnatur, vt su. ea q. 1. voli. Ex animo est iniustũ, vt si animo vlciscendi fiat, vt su. e. q.1 quid culpatur. Item est iniustum, si non sit indictum auctoritate principis 1, vt inf. ea c.1. & su. ea. q. 1. quid culpatur. Quæ alia adhuc requirantur, habes su. ea. q.1. in gl. illa, qui repellere. Io.
IVstum.] CASVS. Hoc c. duas habet partes In prima dicitur, quòd illud bellũ est iustum, quod fit ex præcepto prĩcipis de rebus repetendis, vel propter iniuriam repellendam. In secunda parte dicit ꝙ iudex iõ dictus est, quia ius dictat populo: vel quia iure disceptat: vnde non debet dici iudex nisi sit in eo iustitia.
b ¶De rebus.] Ablatis.
c ¶Iure autem.] Et si aliquid inique determinat iudex, iustum est, id est, tanquam iustum seruari debet, vt ff. de iustitia & iure l. penultima, & tenent sententiæ suæ quamdiu tolerantur, vt 3, q 7 §. vlt.
DOminus noster.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima quæsitum fuit ab Aug. an sit peccatum pugnare per insidias. Et respondet quòd non: quod probat exemplo Iesu Naue, quem Dominus docuit vt hostibus retrorsum insidias poneret. In secunda parte quæsitum fuit quæ bella sint iusta. Et respondet quòd illa, quæ iniurias vlciscuntur, dummodo fiant auctoritate principis Similiter & illa quæ fiunt ex præcepto Domini, in quibus bellis ductor exercitus, vel populus minister Dei est. Seq. §. cum cap. patet.
d ¶ Insidijs.] Sic ergo per insidias & per dolum possumus licite vincere hostes nostros, vt 22. q.2. vtilem. 43. dist. in mandatis. dum tamen fidem non rumpamus hosti, vt sup. ead. q.1. noli. Idem dicas de aduocato, qui si habet iustam causam, licite potest decipere aduersarium suum, vt arg 4.q.4 c.1.
e ¶ Vlciscuntur.] Id est, repelluntur, & sic non obst. 46. dist. seditionarios.
f ¶Ciuitas.] Iudex ergo, q non facit iustitiã põt cõueniri 2, vt hic, & 3.q.7. qui fine. & in Auth. vt dist. iud. § pe. & vlt. coll.9. & C. de app. si appellatione. & inf. e. q. 6. administratores. ext. de officio delega. prudentia. & ita iudex facit litẽ suã nõ solũ si per dolũ, vel gratiam, vel inimicitiã iudicet, sed ẽt si aliæ sordes interueniant, vt ff. de iud. l. si filiusfamiliàs. licèt sit arg cõtra. 2. q 6. hoc ẽt placuit. Et p hoc decretũ Pius obtinuit contra eũ nũcios regis Angliæ: q a cũ ipse cõmonit⁹ recusaret de suis iustitiã facere, fecit litem suã, vnde nuncij ipsi condemnati sunt. Est tamen arg. contra, C. de action. & obliga, Auth. immo. & C. ne vxor pro ma. l. 1. & 2. Sed quid si aliquis in bello consecutus est totũ suũ interesse, nunquid adhuc de hoc ipsum in iudicio poterit conuenire? vel an potest adhuc habere bellum contra ipsum? Videtur quòd sic: quia pœnam suæ contumaciæ præstitit 4: vñ agere adhuc põt ad restitutionem rei ablatæ, vt ff. de tabu. exhib. l. oũ. a pen. Item res ista nõ est ei soluta

ta pro debito, sed in bello est facta sua, ut inf. ea. q. 5. dicat & q. 7. si de rebus. & ff. de acquirendo rerum domi. naturale. §. vlt. Item quia contra contumacem in infinitum iurari potest, vt ff. de rei vendi. qui restituere. ar. contra, quia bona fides non patitur, quod idem bis exigatnr.

¶Innoxius transitus filijs Israel negabatur, atque ideo iusta bella gerebant. C. III.

Iuo p.10.c.119. Pann.l.8.c.57.

NOtandum est sanè, quemadmodum iusta bella gerebantur [à † filijs Israel contra Amorrhæos.] Innoxius enim transitus [a] denegabatur; qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat.

QVÆSTIO III.

Matt.2.

QVod vero [b] iniuria sociorum armis propulsãda non sit exẽplis, & auctoritatibus probatur. Dominus enim cum ab Herode quæreretur ad interficiendum: non patrocinium sibi quæsiuit armorum, cũ occulto instinctu

Matt.21.

poßet in eum conuertiße manus Iudæorum: sed fugiens [c] in Ægyptum latuit ibi per septennium. Sic etiã, cum à Iudæis lapidibus peteretur: abscondit se, & exiuit de templo. Sic etiam cum duceretur ad crucem; noluit commouere aduersus seniores Iudæorum turbam, quæ nuper ei obuiam p̃cesserat, & cum palmis & laudibus eum receperat.

Ioan.18.

Sic etiam interrogatus à Pilato, an rex eßet; ait [Regnum meum non est de hoc mundo: Si enim eßet de hoc mundo; ministri mei vtique decertarent, vt ego non traderer Iudæis:] insinuans illos ad regnum huius mundi

Matt.10.

pertinere, qui auxilio humanarum virium, nõ diuino [præsidio ab imminenti iniuria se tueri contendunt. Itẽ, cum discipulis suis ait: [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã;] non arma armis, sed fugã persequentibus docuit opponi. ¶ Item, sicut legitur in Esaia, Ægyptus

Esa.19.

à Nabuchodonosor deuastata est, quia filijs Israel contra Aßyrios, & Chaldæos protectionis & defensionis auxilium promisit, Vnde dictum est: [Baculus [d] arundineus rex Ægypti: super quem si aliquis innixus fuerit, cõfringetur, & perforabit manum innitentis.] Ipsi etiam Iudæi captiui ducti sunt: quia spem suæ liberationis [non in solo Deo, sed in homine [e] posuerunt. Sic etiam de primis credentibus legitur [f]; quòd rapinam suorum bonorum cum gaudio suscipiebant, nõ quærentes sibi aliorum patrocinia sed gaudentes; quoniam digni [g] inueniebantur, pro nomine Iesu contumeliã pati. Sic & Apostolus in prima epi

Esa.36. Ezech.29.

Heb.10. Act.5.

Iniuria sociorũ an sit armis repellenda.

Defensio cuilibet est permissa.

gatur, vt ff. de reg. iu. bona fides.
a NOtandum est. ¶ Transitus.] Licet enim transire per alienum agrum ius non sit, vt su. dist. 1. c. 1. tamen quia necessarius & innoxius erat iste transitus, isti prohiberi non debuerunt. vt ff. de aqua plu. arc. in summa. §. Item varus. Item quia via publica erat, & nemo prohibetur via publica vti, vt C. de seruit. per agrum. Ioan.
QVòd vero.] CASVS. Hic ponitur 3. quæstio, qua quæritur, an iniuria sociorum sit armis repellenda, & respondet ꝙ sic, vt infra e. fortitudo. & c. non in inferenda. dũmõ fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt C. vnde vi l. 1. dummodo fiat statim; ex interualo non licet præter auctoritatem iudicis: & fieri debet à laicis, & nõ clericis, qui bus non licet armis accingi, dummodo non fiat zelo vltionis, sed amore correctionis. Et procedit hoc ordine: Gra. Primo probat x. auctoritatibus & exemplis, ꝙ iniuria sociorum non est armis propulsanda, ex quibus concludit ꝙ si iniuria non est armis propulsanda, armorum auxilia non sunt expetenda, & quod non est expetẽdum, iure præstari non debet. Postea respondet huic conclusioni, dicens, ꝙ multa rectè præstantur, quæ rectè non petuntur, sicut iudex rectè vindicat iniuriam, quam tamẽ rectè bonus non postulat, qđ probat per sequen. capitu. & per duo exempla.
b ¶ Quòd vero.] Hic quęritur, an iniuria sociorum sit armis repellẽda, & est dicendum, ꝙ sic, infra ea fortitudo, & c. non inferenda. Gratia. tamẽ primo probat decem auctoritatibus & exemplis, ꝙ iniuria sociorum nõ sit armis repellenda. & sic concludit in fine, ꝙ si iniuria non est armis repellenda armorũ auxilia non sunt appetenda. & ꝙ nõ est petendum, de iure præstari non debet. Postea respondet, & dicit quòd multa iuste præstantur, quæ non iuste petũtur, sicut iudex iuste vindicat iniuriã, quam tamen bonus vir iuste non postulat, quod probat per sequens c. & duo exempla.
c ¶ Fugiens.] Quidquid hic dr̃ allegatio est. Nã bene licitum est cuilibet se defendere, etiam clerico, vt no. su. q. 1. in prin. & extra de homic. interfecisti. Sed pro rebus defendendis dicunt plerique, ꝙ non est licitum clerico aliquẽ occidere, vt extra de homi. suscipimus. vnde bene dicitur in illa decre. interfecisti. te & tua non dicitur ibi, te vel tua.
d ¶ Baculis.] Id est, fragilis defensio.
e ¶ In homine.] Quòd non licet. infra de conse. dist. 5. omnis Christianus.
e ¶ In homine.] Id est, in Ægyptijs.
f ¶ Legitur.] In actibus Apostolorum.
g ¶ Digni.] Id est, de hoc gaudebant, qui digni erant quam patienter poterat sustinere omnia aduersa.

a ¶ Sua-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

stola suadet [a] *Corinthijs, vt iniuriam, & fraudem patienter ferāt, potius quàm repetendo fratres scandalizent. Sic ab idolothytis, & à qualibet esca cēsset abstinendū potius, quàm cū scandalo fratrū edamus: Sic et à sumptibus abstinet, ne aliquod offendiculum Euangelio Christi præstaret. Cum ergo ille, qui ab iniuria armis arcetur, non minus scandalizetur, quàm ille, à quo ablata coram iudice reposcuntur; patet, quod ad propulsandum iniuriam nō sunt petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non est; illud iure præstari non debet* [b]. *Sed econtra multa rite præstantur, quæ tamen iure non petuntur. Bonus enim non rite* [c] *iniuriæ vindictā petit, quia malum pro malo redderet quam tamen iudex rectè infligeret, nec nisi bonum pro malo redderet.*

Vnde Augustinus in expositione psalmi 108. ait.

¶ Quæ sint differentię retributionum. C. I.

Glosla.ord. ibi ad ver. [Pro eo vt diligerent me.]

SEx differentiæ [d] sunt reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis; hęc duo bonorum sunt, & prius melius. Nō reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis; hæc duo malorum, sunt, & posterius deterius. Reddere bona pro bonis, mala pro malis; hęc duo mediocriū †[e] sunt: prius propinquam bonis, conuenit etiam malis α. quod Christus non arguit [f], sed plus oportere dicit, quia & Ethnici hoc faciunt. posterius propinquum malis, conuenit tamen etiam bonis. Vnde & lex modum vltionis statuit [Oculum pro oculo.] Quæ, si dici potest, iniustorum [g] iustitia est, non quia iniqua est vltio, quam lex statuit: sed quia vitiosa est libido vlciscendi, magisque ad iudicem [h] pertinet hoc inter homines decernere †, quàm bonum hominem sibi expetere. Hic enim redderet malum pro malo. iudex vero β punit, non deiectione alienę miseriæ, quod est malum pro malo; sed dilectione iustitiæ. iustum [i] pro iniusto [k], quod est bonum pro malo: quod etiā Deus iudex facit.

† al. mediorū

Matth. 8. Exo. 22.

† al. discernere.

¶ *B. Augustinus in explanatione psalmi 108. has sex differentias aptissime explicauit: cuius sententiam auctor glossę ordinariæ in eodē loco breuiter retulit, ex qua glossa videtur acceptum hoc caput.*

α ¶ Conuenit etiam malis.] *Verba hæc non sunt in plerisque vetustis neque in glossa: sed non longe discedunt a verbis B. Augustini.*

β ¶ Iudex vero.] *In glossa ordinaria & plerisque Gratiani manuscriptis legitur.* iudex vero, non, sed dilectione iustitiæ, quod est bonum pro malo, quod & Deus iudex facit. *Non sunt tamen reliqua inducta, quoniam apud B. Augustinum in explanatione aliquanto inferius eadem fere habentur.*

Item ab aliquo capto iniuste sua exiguntur: pro uita tamen redimenda iuste offeruntur. ¶ *Item uasa sacra ab aliquo barbaro iniuste exigūtur: pro redemptione tamē captiuorū iuste præstātur. Sic & iniurię ꝓpulsatio, licet iniuste*

causa vltionis. Simile su. e. q. 1. quid culpatur. ver. sis.

ITEM AB ALIQVO. CASVS. Hic ponit Gratian duo exempla, per quæ probat, ꝙ quædam iuste prętantur, quæ tamen iniuste postulantur: ad instar quorum propulsatio iniuriæ iure præstatur; iniuste tamē postulatur. Postea dat solutionem dicens, ꝙ si quis postulet iniuriam repelli, vt liceat sibi in voluptate carnis viuere: damnabile est. si quis vero postulat vt malorum audacia refrænetur ei, vt vtilitati multorum consulatur, vtile est & honestum. Et hoc probatur tribus exemplis, scilicet exemplo Israelitarum, & apostoli Pauli, & mercenarij, & hoc modo ecclesia sæpe ab Imperatore postulat auxilium ad iniuriam repellendam. & ad hoc inducit sequens cap.

1 Licet .n. quis teneat dimittere rācorē: non tamen satisfactionē. inf. e. q. 4. si illic Archi.

2 Et iō dic ꝙ hic sophistice argumētatus est Goffre.

3 Adde ad hoc nota. ꝙ Bald. in l. libellorū. §. fin. ff. de accu. no. Arc. 2. q. 7. si qs. in fi.

4 Vndecūq; .n. claruerīt crimina sunt puniēda. infra ea. q. 4. ecce. Arch.

a ¶ Suadet.] Non præcipit: quia licitè potest quis petere satisfactionem 1. vt 14. q. 1. quod debetur.

b ¶ Non debet.] Hæc regula falsa est 2. quia multa licitè præstantur, quæ illicitè petuntur 8. q. 1. qui episcopatum. 18. dist. de eulogijs. ff. de var. & extraor. cog 1. 1. §. est quidem.

c ¶ Rite.] Sic ergo iudex ex officio suo debet punire crimen, licet accusator accusare nō possit 3. quia quandoque sanctitas ignoscendi gloriam relinquit, vt C. de epi scop. & cle. si quis in hoc 1. respon. & est simile extra de app. cō stitutus. in fine. Ioan. 4.

S Ex differentiæ.] CASVS. In hoc c. assignat Au. sex differentias retributionū quarum duę conueniunt bonis tantū: aliæ duæ malis, aliæ vero duę mediocribus. Et ponit exempla de omnibus. & ne aliquis excederet modum vlciscēdi in retributione, lex ibi modum statuit, cum dixit: Oculū pro oculo. quæ vltio iniustorum iniustitia dicebatur: nō quod vltio quam lex statuit, mala sit: sed quia ad iudicem magis pertinet vlcisci, q uam ad bonum hominem pertere vltionem.

d ¶ Sex differentiæ.] retributionum.

e ¶ Mediocriū.] Hic mediocres appellat illos, qui non sunt summe boni, vel summe mali. Io.

f ¶ Non arguit.] Cū dicit in Euangelio. Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nō ne etiā Ethnici hoc faciunt?

g ¶ Iniustorum.] ꝙ a vltionis causa sæpe aliquis petit à iudice vt aduersarius puniatur. iste iniuste facit: licet non faciat contra legem.

h ¶ Ad iudicē.] Qui enim sine iudicis auctoritate violentiam facit punitur, 16. q. 6. placuit.

i ¶ Iustum.] Scilicet factum iudicis est iustum.

K Iniusto.] Id est, ei qui hoc tantum iniuste petit, id est

Maximianus episcopus.] CASVS. Ostendit hic Augustinus Bonifacio, quòd ecclesia recte potest postulare, vt iniuria repellatur, & hoc probat duobus exemplis: scilicet Maximiani episcopi, & apostoli Pauli.

a ¶ Sed negligentia.] Nā quilibet tenetur defendere ius suum, vt 64. 1. distinct. c. antepe. & ff. de peti. hæred. illud. 1 al. 63.

b ¶ Consiliū.] Nec in hoc peccasset Paul [a], licet aliquis tunc ibi fuisset occisus. vt inf. eo. q. 5. de occidēdis. Sed quid si clericus conqueratur de aliquo laico: & iudex iubeat occidi eum: an teneatur clericus de morte eius? Vī ꝙ fic, vt inf. e. q. 5. vnū solū. Sed non est hoc verum. nam si clericus ciuiliter agit, vel agit pro modico crimine, quod non inducit mortē, vel mēbri abscissionem si iudex ipsum morti tradit, hoc nō nocet clerico, vt ff. de bo. libe. qui cum maior. §. 1. est expressum ext. de homici. postulasti. Item nunqnid est imputanda ejus mors alicuius si vocat milites ad pugnam? videtur ꝙ fic, vt 20. q. 3. eos qui. sed hoc non est verum. inf. e. q. 5. de occidendis. Clericus ꝓpter cuius conquestionem laicus occisus est, an teneatur.

c ¶ Proderetur.] Non tamen fuit hæc vera proditio, cum dixerat talibus, qui poterant prodesse, nō obesse, vt 22. q. 5. hoc videtur. Ioan.

NOstri.] CASVS. Logitur hic Augustinus ad Demetrium hæreticum: ostendens ꝙ catholici recte petunt vindictam contra hæreticos ecclesiā Dei male persequentes.

d ¶ Nostri.] Idest, catholici.

e ¶ Defendant.] Immo ēt expugnari possunt hæretici, vt ext. de hære vergentis. & ff. q. 5. si audieris. Io.

Pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRo mẽbris Christi.] CASVS. Petilianus dicebat, q̃ milites Christiani armari non debebant contra se, vel alios hæreticos: quia peccarum est. Sed Aug. econtra dicit, scilicet q̃ milites pugnantes contra hæreticos nõ peccãt: q̃a pro defensione ecclesiæ hoc faciũt: & eo animo quo Petrus ferrum euaginauit pro Christi defensione. Hæritici autem cum pugnant aduersus ecclesiam, similes sunt seruo sacerdotis: qui aduersus Christũ pugnabat. Sequẽtia duo cap. plana sunt, & q̃ te faciliter videbis. [Facitis.] Idest, qui estis inter tales, qui similia faciunt.

Petrus vtendo gladio peccauit.

a ¶ Petrus fuit.] Sed nonne Petrus peccauit utendo gladio: cũ hoc nõ fecit auctoritate superioris, vt infra ea. q. 4. ille. & clericis prmissum est tantum seipsos defendere, vt extra de homi. suscepimus. & cap. 2. Sed dic quòd adhuc non fuerat hoc prohibitum clericis.

b ¶ Ecclesia.] Non enim est alicui obediendum contra ecclesiam. 24. q. 1. hæc est fides. & 11. q. 3. Iulianus.

c FOrtitudo, quę.] ¶ Patriã.] Hoc casu nõ tenetur, qui patrem proprium interficit, vt ff. de reliminime.

Latrones occidi possunt.

d ¶ Latronib.] Quos licet sine auctoritate iudicis interficere, vt infr. ead. quęst. 5. cum homo. & C. quando liceat vnicuique sine iud. se vindi. l. prima. 17. q. 4. sicut.

SI quis fortitudinem latronis, & piratæ, & furis enerSuat †e, infirmosque eos reddat; prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non bene vtebantur, à malo opere cessabunt.

Item Ambrosius libro primo de officijs, c. 36.

¶ Qui socij non repellit iniuriam, similis est ei, qui facit. C. VII.

NOn †in inferenda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest [f]; tam est in vitio, quàm ille qui facit. Vnde S. Moyses g hinc prius orsus est tentamenta bellicæ α fortitudinis. Nam cum vidisset Hebræum ab Aegypto iniuriam accipientem, defendit, ita vt Aegyptum prosterneret [h], atque in arena absconderet. Salomon quoque ait: [Eripe [i] eum, qui ducitur ad mortem.]

Latronũ punitio.

SI quis fortitudinẽ.] ¶ Eneruat.] Hoc intelligas de famosis latronibus, qui licite in furca suspenduntur, vt ff. de pœnis. capitalium. §. famosus. sed si non est famosus latro, tantum castigari iubetur: nec debet tunc vitam aut membrũ perdere, vt C. de seruis fugitiuis authenti. sed nouo iure. Ioannes.

Item eiusdem contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 88.

¶ Quantum interest inter persecutionem catholicorum, & hæreticorum. C. IIII.

PRo membris Christi aduersus vos sæuiunt, & vobis resistunt quicumq; in catholica paruæ adhuc fidei eo animo sunt, quo tunc Petrus fuit [a], cum ferrum pro Christi nomine strinxit. Sed multum interest inter vestram persecutionem, & istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis Iudæorum; quia seruientes principibus vestris aduersus ecclesiam catholicam, idest aduersus Christi corpus armamini. Isti autem tales sunt, qualis tunc Petrus fuit: qui pro Christi corpore, id est pro ecclesia [b] etiam corporaliter pugnauit.

Iuo p. 10. c. 17.

Io. 18.

Item Ambrosius libro primo de officijs, c. 27.

¶ Iustitiæ plenus est, qui patriam bello tuetur à barbaris. C. V.

FOrtitudo, quę vel in bello tuetur à barbaris patriam [c], vel domi defendit infirmos, vel à latronibus [d] socios; plena iustitiæ est.

Iuo p. 10. c. 13. Pann. l. 8. c. 30.

Item Hieronymus super Sophoniam ad c. 1.

¶ Prodest latroni, vel piratæ, qui membra eius debilitat, C. VI.

SI quis fortitudinem latronis, & piratæ, & furis enerSuat †e, infirmosque eos reddat; prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non bene vtebantur, à malo opere cessabunt.

Iuo p. 10. c. 13. Pann. l. 8. c. 30.

Item Ambrosius libro primo de officijs, c. 36.

¶ Qui socij non repellit iniuriam, similis est ei, qui facit. C. VII.

NOn †in inferenda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest [f]; tam est in vitio, quàm ille qui facit. Vnde S. Moyses g hinc prius orsus est tentamenta bellicæ α fortitudinis. Nam cum vidisset Hebræum ab Aegypto iniuriam accipientem, defendit, ita vt Aegyptum prosterneret [h], atque in arena absconderet. Salomon quoque ait: [Eripe [i] eum, qui ducitur ad mortem.]

Neque os.

Ex od. 2.

Prou. 24.

NOn in inferenda.] CASVS. Ostendit Ambrosius in hoc capit. q̃ iniuriam repellere à socio, virtus est: quod probat exemplo Moysi, & auctoritate Salomonis. Sequens cap. patet.

Vt Lan. cuius fuit ista glo.

f ¶ Si potest.] Id est, si in potestate positus, & ita exponunt quidam 1. aliàs non tenetur, vt inf. e. q. 4. forte. in fi. si enim quilibet tenetur alium defendere: ergo si alig ¶ Moyses.] Historiã habes de pœnit. d. 2. §. opponitur.

h ¶ Prosterneret.] Ergo aliquis potest excedere moderamen in defendendn. Argum. contra extra, de reliti. spoliatis. cap. cum dilectus. & ibi glo. in fine.

i ¶ Eripe.] Per vim, si iniuste ducatur. vt infr. ead. q. 5. reos. vel per supplicationem, si iuste ducatur, vt 14. q. 6. si res 3. Ioan.

Qui

α ¶ Bellicæ.] *Sic emendatum est ex originali, cum etiam in manuscriptis Gratiani, legeretur*, imbellis.

Damasus, epi. 3 ad Stephanum c. 8. sup. d. 83. error. & d. 86. faciẽtis Poly. l. 7 tit. 11. Ans. l. 31. c. 19.

Item Anastasius, & Damasus Papa.

¶ Malorum impietati fauet, qui eis obuiare cessat. C. VIII.

QVi potest [a] obuiare, & perturbare peruersos, & non facit; nihil aliud est, quàm fauere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Item Calixtus, epist. 2. ad episcopos Galliæ.

¶ Qui diuina mandata contemnunt, seueris coerceantur vindictis. C. IX.

Poly. ibidem. Ans. l. 13. c. 13. Iuo p. 6. c. 346.

IVstum est, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes patrum existunt iussionibus; seueris coerceãtur vindictis: quatenus cæteri talia committere timeãt, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti sumant seueritatis, atque bonitas exemplum. Nam si (quod absit) ecclesiasticam solicitudinem vigoremque negligimus, perdit [b] desidia disciplinam, & animabus fidelium profecto nocebitur.

& in Africano, c. 42.

Item ex concilio Carthaginensi, 5. c. 9.

¶ Imperatores cum episcoporum pronisione ecclesiæ defensionem aduersus diuitum potentiam debent suscipere. C. X.

† al. impotentias τυραννίδων

AB Imperatoribus [c] vniuersis visum est ę postulandũ propter afflictionem pauperum, quorum molestijs, siue intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias † diuitum cum episcoporum prouisione delegentur.

ę ¶ Visum est.] *Sic est emendatum ex codicibus concilij impressis, & manuscriptis. Antea legebatur*, iustum est auxilium postulandum.

Ecce quòd nonnunquam est obuiandũ peruersis, & iniuria sociorum armis est propulsanda, vt & malis adẽpta facultas delinquẽdi prosit, & bonis optata facultas libere consulẽdi ecclesiæ ministretur. Hoc qui nõ facit, consentit. Vnde Augustinus ait in ps. 81.

¶ Non sunt immunes à scelere, qui non liberant eos, quos possunt à facto liberare. C. XI.

Glosa ord. ibi ex 8. August. & Cassiado. ad illud, [Eripite pauperem.]

OStendit [propheta [d]] nec illos immunes à scelere esse, qui permiserunt Christum principibus interficere, cum præ multitudine timerentur, & possent illos à facto & se à consensu liberare. Qui desinit γ obuiare cum potest, consentit.

γ ¶ Qui desinit.] *Hæc in eadem glossa referuntur ex Cassiodoro, cuius verba sunt hæc*, Nam cum possis obuiare peruersis, si desinas aduersari, consensus erroris est.

QVÆSTIO IIII.

VÒd autem vin-

a QVi potest.] su. q. 7. negligere, 83. distinctio. error. Ioan.

ISti.] CASVS. Docet Papa Calixtus q̃ bonum est & iustum ut delinquentes vindicta corrigãtur, vt & cæteri metum habeant, & animabus delinquentiũ consulatur. Quæ autem sequuntur vsq; ad quæstionem plana sunt.

b ¶ Perdit.] Idest, destruit. Io.

c AB Imperatoribus.] Tale itaque auxilium posũt epi ab Imperatore petere, vt 11. q. 1. placuit, & 61. d. Hadrianus. & si Imperatores vel principes nolunt defendere ecclesiam, possunt excõicari ab episcopis, vt inf. ea. q̃. 5. administratores.

dOstendit ꝓpheta.] Dauid cũ dixit: Eripite egenũ, & pauperem. Hic est euidens ar. contra illos, qui dicunt, q̃ socius non tenet iuuare socium nisi hẽat aliquam iurisdictionem in eũ, qui infert iniuriam. Isti dicunt q̃ populus bene hẽt iurisdictionem, licet dicat lex q̃ transtulit ius suum in Imperatorẽ: nam si ciuitas; vel populus non hẽt iurisdictionem quare puniretur propter defectum iudicis, vt su. ea q. 2. Dominus? Io. de Faur.

Imperator ab ẽpo põt excõicari.

Populus tantum habet iurisdictionem.

1 Vt insti. de iu. na. §. sed qđ principi. nihilominꝰ tñ eã sibi retinuit. ar. ff. off. ꝓsid. l. pe.



Vod aũt.] Hæc q. dividitur ĩ octo partes. In prima quarũ probat per 15. cap. q̃ mali sunt pro tempore tolerandi: sunt tamen à socijs commonendi salua pace, & à prælatis quantũ poterunt sine scanda lo. Secunda ibi, [Ex his omnibus.] Tertia ibi, [Est & alia.] Quarta ibi, [Ecce quot crimina. [Quinta ibi, [Semel vero.] Sexta ibi, [Sed, obijcitur. [Septima ibi, [Porro.] Octaua ibi, [Breuiter.] Io. de Fã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CASVS. Hic ponitur quarta quæstio, qua quæritur vtrum vindicta sit inferenda. Et respondetur, ꝙ sic, à iudice, tamen amore correctionis & liberationis, vt delinquentes corrigantur, & innocentes liberentur, & vt inf. ea.q.ea.vindicta. Gratia. tamen hoc ordine procedit. primo ꝓbat ꝙ mali sũt tolerandi, & non feriendi vel expellẽdi, vsque ad §. [His ita.] deinde respondet allegatis.

Vindicta infertur duplici ex causa.

a ¶ Vindicta.] Vindicta quandoq; inferẽ zelo vltionis: qñque infertur amore correctionis. Primo modo non est inferenda 1. & sm hoc loquuntur cap. quæ dicunt illationem vindictæ ꝓhibendam: secundo modo licite infertur. Alij sic distinguunt. Criminum quædam sunt occulta: quædã manifesta. Super occultis non est inferẽda vindicta. sed super manifestis sic, ni fi delinquens sociam habeat multitudinẽ. tunc enim propter scandalum tolerat 2, vt inf.e. quidam. &c. seq. & ca. non potest. Item vindicta nõ est inferenda nisi à iudice, vel eius auctoritate: nec ipse debet eã infligere nisi amore correctionis, & vt innocens liberetur, vt inf.ea. cap. vindicta.

1 Ar. ad hoc ff. ad le. Aq. scīam. & l. si explagis. §. j. ext. de hom. significalti. 2. in fine.

2 Ad hoc 44. d. commessationes 50. d. vt constituetur. Arc.

TOlerandi. CASVS. Exponit hic Aug illam auctoritatẽ veteris testamẽti, Exite populus meus de Babylonia, & immũdũ ne tetigeritis. Exponit ergo Aug. ꝙ illud exite, & illud tangere spiritualiter intelligĩ, & non corporaliter, vt cũ illis permanẽtes peccata malorum redarguamus, nec consentiamus eis. Seq. c. planũ est per se.

b ¶ Tolerandi sũt.] sup. 7. q. 1. suggestum. c ¶ Pro gradu.] i. pro dignitate & officio cuiuscumque. aliter enim debent prælati corrigere delinquentes, & alio modo socij. prælatus corrigit: increpando, & verberando, vt inf. ea. q. c. forte. socius vero admonendo & reprobando factum eius, vt inf. ea. q. c. ecce simile inf. ead. q. cap. duo. & 24. q. 3. tam sacerdotes. subditos ad bonum exhortando. 2. q. 7. §. item cum Balaam.

d TV bonus.] ¶ Iudã.] sup. 7. q. 2. §. cum autem. ext. de temp. ord. ad aures ext. de off. ord. si sacerdos.

QVid ergo.] CASVS. Hoc capit. de eodem loquitur quod in præcedenti docetur: ꝙ est tolerandus malus, nec est ab eo corporaliter recedendũ. Et hoc

dicta [a] inferenda non sit multis modis probatur. Mali enim tolerandi sunt, non abijciendi, increpatione feriendi, non corporaliter expellendi.

Vnde Augustinus ait in libro de verbis Domini, sermone 9.

¶ Quomodo mali sunt tolerandi, & quomodo ab eis recedendum sit. C. I.

TOlerandi sunt [b] quidem mali pro pace, nec †corporaliter ab eis recedatur: sed spiritualiter [α] exire, est facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu [c] cuiusque, salua pace; displicere, est non tangere. Non enim prophetæ, qui hæc dicebant, populum suum dimiserunt: sed inter eos habitabant, quos increpabant: vnũ templum cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant. Hoc est exire, ore non parcere: hoc est immũdum non tangere, voluntate non consentire.

† al. nec

¶ Caput hoc est in glossa ordinaria 2. Cor. 6. ad ea verba, exite de medio eorum, *sententia vero est accepta ex sermone 18. Augustini de verbis Domini: ex quo infra ead. caput, ecce. & caput recedite. ad idem pertinentia referuntur.*

α ¶ Spiritualiter.] *Hic interpositæ erant duæ voces,* spiritualiter autem, *quæ sunt expunctæ, quia & à plerisque vetustis, & à glossa ordinaria absunt.*

Idem.

¶ Quòd mali sint tolerandi à bonis. C. II.

TV bonus tolera malum. Nam & Christus Iudam [d], cum sciret furem esse, tolerauit, & ad prædicandum misit, eique cum aliis Eucharistiam dedit.

7. q. 1. aduertas.

¶ Initium huius capitis est in tractatu 50. in Ioannem. Reliqua vero videntur accepta ex glossa ordinaria in psalmum 9. ad ea verba, Dixit enim in corde suo. *& explanatione B. Augustini in psalmum 10. cuius propria verba referuntur supra 1. q. 1. Christus. Ab eodem vero copiose hæc eadem sententia exponitur in epist. 162.*

Idem super Ioannem tractatu 50. ad c. 12.

¶ Pro pace ecclesiæ mali sunt tolerandi. C. III.

QVid ergo voluit Dominus noster Iesus Christus, fratres mei, admonere ecclesiã suã, quando vnum perditum inter duodecim habere voluit; nisi vt malos toleremus, ne corpus Christi dinidamus? Ecce inter sanctos est Iudas; ecce fur est Iudas; & ne contemnas, fur sacrilegus; non qualiscumque fur; fur loculorum, sed Dominicorũ; loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro qualiscumq; furti, & peculatus [e] (peculatus enim furtũ

Poly. l. 7. tit. 5.

hoc probat Augustin. exemplo Christi, qui Iudam furem & sacrilegum inter duodecim Apostolos tolerauit, & non eum eiecit. [Corpus Christi,] ideſt, ecclesiam.

e ¶ Peculatus.] Quia peculatus committitur in re [illegible] sacra,

Res ecclesiæ respublica. appellatur. 1 Nam iura ecclesiæ publica appellantur. ff. de iu. & iure. l. 1. §. ius publicum. C. de sac. san. ecc. l. vlt. Ar.

sacra, vel religiosa, vel publica, vt ff. ad legem Iuliam pecu l. 1.

a ¶ De republica.] No. rem ecclesiæ rempu. appellari 1. vnde & ius publicum dicitur consistere in sacris, sacerdotibus & magistratibus, vt sup. d. 1. ius publicũ. tamen

ECce.] CASVS. Hæretici dicebant, ex quo scimus aliquos esse malos, debemus ab illis corporaliter recedere. & hoc probant auctoritate Isaiæ prophetæ dicẽtis, Recedite & exite inde, &c. Sed Aug. cõtra eos scribens dicit, ꝙ si hæc auctoritas ad literam intelligitur, nunquã malos tolerabimus: & ideo exire à malis est intelligendum spiritualiter, sic vt inter periuros, & adulteros, & alios peccatores permanẽtes, quantum possumus eorum facta improbemus secundum gradum vniuscuiusque ꝓpriæ. [Sumus.] nos ꝓphetæ. [Vasa,] ideſt, præcones & ministri Dei.

dicitur de re publica [a], & non sic iudicatur furtum rei priuatæ, quomodo publicæ) quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur, qui ausus fuerit non vndecumque tollere; sed de ecclesia tollere? Qui aliquid de ecclesia furatur, Iudæ perdito comparatur.

Beda 2. Cor. 6.

¶ Mulca in hoc capite sunt emendata ex B. Augustino.

Item sermone 18. de verbis Domini.

Esa. 52.

Poly. ibidem Anſ. l. 12. c. 65.

¶ De eodem. C. IIII.

ECce, inquiunt, dicit propheta [b] [Recedite, exite inde, & immũdũ ne tetigeritis.] Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus [c], à quibus exire, & recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritaliter intelligimus: illi corporaliter. Nam & ego clamo cum propheta: & qualiacumque α sumus vasa [d], viitur nobis Deus in dispensatione [e] vestra. Clamamus & nos, & dicimus vobis; recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis; sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim autem exire iude, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum; quantum pro vniuscuiusque gradu, atque persona salua pace fieri potest? *& paulo post.* ¶ Ergo fratres mei, quotquot habetis inter vos, qui adhuc amore fæculi prægrauantur, auaros, periuros, adulteros, inspectores † nugarum, consultores mathematicorum, phanaticorum, augurum, aruspicum, ebrioſos, luxurioſos, quidquid inter vos malorum esse nostis; quantum potestis, improbate, vt corde recedatis: & redarguite, vt exeatis inde: & nolite consentire, vt immundum non tangatis.

† al. spectatores

α ¶ Et qualiacumque.] *Sic emendatum est ex B. Augustino, & Beda. Antea legebatur,* æqualia.

Item in secundo libro contra epistolã Parmeniani, c. 1.

¶ Pacificus est, qui corrigit quod potest, vel excludit à se quod non potest. C. V.

Poly. ibidem

QVisquis vel quod potest, arguẽdo corrigit, vel quod corrigere non potest [f], saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat; hic est pacificus, & ab isto maledicto, de quo scriptura dicit: [Væ his, qui dicũt, quod nequam est, bonum; & quod bonum est, nequam, &

Esa. 5.

C. 21.

reliqua.] omnino liber, prorsus securus, penitus alienus. *& infra.* ¶ Quomodo, inquit Parmenianus g, incorruptus poteris permanere, qui corruptus sociaris ß?

ß Sociaris?] *Apud B. Augustinum huic interrogationi Parmeniani sequitur continenter, responsio, quæ habetur in proximè sequenti capite, ita plane. Ac certe multo aptius interrogatio Parmeniani, & B. Augustini responsio vnico capitulo comprehenderentur.*

proprie dicitur res Romanæ ciuitatis respublica: sed res aliarum ciuitatum abusiue, vt ff. de verb. sig. bona. & ipsa lex facit differentiam inter diuinum, publicum, & priuatum, vt C. de sacrosan. ecc. vt inter diuinum. lo-

ꝙ postea possit eos licite repellere, vel ab accusatione, vel ab honoribus quos appetunt, ratione criminis, non obstante eo, ꝙ eis communicauit. tamen secus est, vt extra de accus. nulli 3. sed dic ꝙ si tunc temporis po-

2 Nã dicuntur vasa non metallorũ, sed etiam virentium 12. q. 2. aurum. Commendatio suipsius quoque ꝓmittitur.

e ¶ In dispensatione.] Ideſt, prædicatione.

QVisquis.] CASVS. Parmenianus dicebat, ꝙ inter corruptos nõ potest homo incorruptus permanere. Aug. vero probat contrarium, dicens, quòd nõ imputatur alicui societas malorum, si eos corrigat quantũ potest; & si non proficit, laboret excludere eos à cõmunione sua: qñ si non potest propter scãdalum, debet eos patienter tolerare: æquitate tamen factũ eorum improbare debet.

f ¶ Non potest.] Vel propter scandalum: vel quia crimen est occultũ. 6. q. 1. si ola.

g ¶ Parmenianus.] Hæreticus, contra quem hic loquitur. Videtur ergo, ꝙ si episcopus aliquos malos tolerat, cũ hoc faciat auctoritate can. nosos repellere.

Prælatus an possit crimi

3 Dicit L. loquitur de

malis manifestis:tu dic, vt ibi no. B. cuius dictũ tenet Gosi. ibi vide qđ not.2.q.8.§. In hoc.& ponitur ista decre. pro palea. 3.quæst. 5.nulli,&c.

ITa planè.]CASVS. Hug. hunc casum sic ponit in summa sua. Ostendit q; duobus modis inquinatur quis ex societate malorum, scilicet si committat aliquid cum eis, vel si faueat eis si neutrum illorũ facit,sine peccato sociatur malis, s.si non cõmittit, nec fauet. Si vero plus facit,scilicet vt corripiat, & arguat, remoueat à communione, vel ab aliquo officio plenũ officium exercet. si hoc non põt, saltem illa duo faciat,vt nec cõmittat nec faueat, & securus erit in societate malorum. & loquitur hic Aug.cõtra Parmenianũ, sicut in præcedenti ca. & respondet quæstioni,quam fecit Parmenianus. Beneuen. vero hunc casum sic ponit. Hoc cap. loquitur de duobus generibus hominum,scilicet de non prælatis, & platis. Et ad hoc, vt illi, qui non sunt prælati, malis non socientur, tria sunt necessaria, scilicet vt mala non faciant, nec faueant, sed redarguãt. Prælati vero pius procedere debent,scilicet publicè arguere, excommunicare,deponere [Iudicando.]Idest,increpando.

a ¶ Personam.] Arg. est hic q; solis prælatis dictum est hoc, si peccauerit, vt inf.eo. fortè. & q.5. de occidendis. Ioan.

b ¶ Nec approbet.] Ar. q; in maleficijs ratihabitio mandato comparatur, vt 1. quæst.4 quia.& extr. de restit. spolia. cum ad sedem. in fi. & ff. de vi & vi arma.l.1.§.quoties.

SI quis.] CASVS. Donatistæ dicebant se fore saluandos, & Christianos communicantes quotidie peccatoribus esse malos & damnãdos. Sed Augustinus ecõtra dicit,scilicet q; hæretici quantumcunq; laudabiliter, & honestè viuant,hoc solo quòd ab ecclesia seiuncti sunt, mali sunt, & damnandi,Christiani vero catholici inter malos existentes, si alienis peccatis non consentiant, nihil eis præiudicat.

c ¶ Aliena.] Sæpè tſi aliquis corrumpitur ex societate mala,vt 28. q.1. sæpè & sæpe iustus perit pro impio, vt de consec.dist.1.in sancta Ioan.

AMalis.]CASVS.Hug. hunc casum sic ponit. A malorum

Idem in eodem capite 21. *continuo.*

¶ Quid sit malis sociari. C. VI.

ITa planè,si sociatur quis malis,ideſt,si mali aliquid cũ eis committit,aut committentibus fauet. Si autem neutrum facit,nullo modo sociatur. Porro,si addit tertium,vt non sit in vindicando piger,sed vel corripiat iustus in misericordia,& arguat,vel etiam,si eam personam[a] gerit, & ratio conseruandæ pacis admittit, coram omnibus peccantes arguat,vt cæteri timeãt, remoueat etiam vel ab aliquo gradu honoris , vel ab ipsa communione sacramentorum & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi; plenissimum officium non solum castissimæ innocentiæ, sed etiam diligentissimæ seueritatis impleuit. Vbi autem cætera impediuntur, illa duo semper retenta incorruptum,castumque custodiunt,vt nec faciat malum, nec approbet [b] factum.

Poly. ibidem.

pſ.140. 1. *Tim.5.*

Idem in epistola 152.*contra Donatistas.*

¶ Aliena peccata in ecclesia alicui non præiudicant. C. VII.

Beda 1. Cor. 11.

SI quis à catholica ecclesia fuerit separatus,quantumlibet laudabiliter se viuere existimet,hoc solo scelere, quòd à Christi vnitate «disiunctus est,non habebit vitam, sed Dei ira manet super eum . Quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei præiudicant aliena [c] peccata: qu.a in ea vnusquisq; proprium onus portabit: sicut Apostolus dicit.*& infra.* ¶ Ergo communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum,sed consensione factorum.Nam si in malis factis non eis quisq; consentiat,portat malus causam suam,& personam suam,nec præiudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis .

Iuo p.2.c.102.

Gal.6.

«¶ Christi vnitate.] *Antea legebatur,* Christianitate. *Restitutum est ex originali,& Beda itemque alia nonnulla.*

Idem in sermone 18.*de verbis Domini.*

Beda Eph. 3.

¶ Non te maculat malus,si eis non consentis,sed ipsum redarguis. C. VIII.

AMalis semper corde disiũgimini: ad tempus cautè [d] corpore copulamini.*& infra.* ¶ Duobus modis non te maculat malus: si ei non cõsentias, & si redarguas,Hoc est non communicare, non consentire : communicatur quippe: quando facto eius consortium voluntatis, vel approbationis adiungitur.*& infra.* ¶ Neque ergo consentientes sitis malis , vt approbetis , neque negligentes, vt non

Iuo p.2.c.102.

lorum consortio corde etsi non corpore semper debemus esse remoti, nec corporale consortium malorum aliquorum aliquem polluit, si non consentit: & sic arguit. qui enim consentit, videtur factum eorum approbare: qui non arguit, negligens redarguitur. vt ergo nõ sit negligens,arguat, nnn tamen insultrando.

d ¶ Cautè.] Vt non trahant vos ad consensum. [Vel caute,]scilicet si potest fieri salua pace.

Recedi-

REcedite.]CASVS.Hoc c.idem dicit cum illo c.su.æ. ecce.q; eodem modo formabis casum . Hug. vero dicit,quod iste casus cuilibet pateat.

QVam magnum .] CASVS. Vincentius Donatista, contra quem loquitur Aug.& alij hæretici, dicebant

Beda 2.Cor 6. sup.ea.c.ecce.

arguatis;neque superbientes,vt insultanter arguatis.

Idem ex eodem.

¶ Immundum tangere , est peccatis consentire. C. IX.

Iuo p.2.c.103. *Esa.52.*

REcedite,exite inde,& immũdum ne tetigeritis.[Sed contactu cordis,non corporis. Quid est enim tãgere immundum,nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde,nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum quantum pro vniuscuiusque gradu , atq; persona salua pace,fieri potest? Displicuit tibi,quod quisque peccauisti,adhibuisti etiam,si res exigit,congruam, & quæ vnimauit ista Moyses,clamauit Esaias,clamauit Hieremias , & se ad alias gentes transtulerunt.Quàm multa, & quàm vehementer Hieremias increpauit peccatores, & sceleratos populi sui? inter eos tamen erat,vnum cum eis templũ intrabat,eadem sacramenta celebrabat , in eadem sceleratorum hominum congregatione viuebat; sed clamando exibat inde. Hoc est exire inde , hoc est immundum non tangere , & voluntate non consentire , & ore non parcere.

Num.16. Esa.52 Thren.4. Ezech.14.

Idem in epist.48.ad Vincentium.

¶ Non maculant innocentes facta nocentium , quæ ab eis credi non possunt. C. X.

inf.ea.nimium

QVàm magnum est crimen ab istorum innocentiũ cõmunione separari? Nam & facta nocentium,quæ in nocentibus demonstrari [a] , vel ab innocentibus credi non possunt[b],non coinquinant quemquam,si propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi;sed propter bonos mali [c] tolerandi sunt;sicut tolerauerunt prophetæ,contra quos tanta dicebant;nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant : sicut ipse Dominus nocentem Iudam vsque ad condignum eius exitum tolerauit,& eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit:sicut tolerauerunt Apostoli eos,qui per inuidiã (quod ipsius diaboli vitium est) Christum annunciabant.

Phili p.1.

Idem in sermone 42.*de verbis Apostoli.*

¶ Antea citabatur ex libro primo de vnico baptismo, vbi non habetur.

¶ Mali,quos ecclesia recipit,nec expellit, à bonis sunt tolerandi,non iudicandi. C. XI.

Iuo p.2.c.94. † *Talis es, & forte*]orig.

FOrte† in populo Dei stat iuxta te auarus , raptor, inhians reb.alienis,quem nosti talẽ,& fidelis est,vel potius fidelis vocatur [d].Nõ eum potes de ecclesia pellere [e],

bant bonos deserendos esse propter malos.August.vero

e ¶ Pellere.]Sine scandalo.

1 Nam tũ tubans ꝓ igno rãte habendus est.C de cõd.ind.l.vl. ff.de lib.ho. exhib l.3.§. his qui. arg. 34.q.2. cũ g bellicã. ext. de secũ.nupdũs, ſm Tã. Gosſr.B.

FOrte.] CASVS. Hoc ca.diuiditur in duas partes.In prima parte dicitur, q; quidam nolebant cõmunicare in sacramentis Christi cum auaris,&raptoribus, quia putabant peccare. Aug. vero probat tales non bene facere, sed potius peccare.Nam cum talib. communicare nõ est peccatum , nec vlla contrahitur macula, si corrigi nõ possũt. & hoc probat duab. auctoritatib. Apostoli: In secũda parte dr, q; iudex apud quem peccator accusatur, & instrumentis , vel testib. conuincitur, debet illũ coercere, excõicare, & degradare.[Corripere.].s. verbis coercere,] factis, scilicet aliqua pœna suspensionis vel interdicti.

d ¶ Vocatur.] Arg. q; nominatio sola sufficit.2. q.1. multi. C. de proba.non epistolis.arg. contra.32. q.4. dicat.

a ¶ Adi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Aditum.] Id est, potestatem.
b ¶ Non tibi.] Arg. quod de vno dicitur, de alio negatur, vt 45.d.disciplina, 25.qualis.
c ¶ Accusatur.] i.denunciatur. nam sic accusatus esset, statim esset deponendus, vt extra de accu.super his.
d ¶ Coerce.] Admonendo.
e ¶ Corripe.] Suspendendo.
f ¶ Excommunica.] Propter contumaciam.
g ¶ Degrada.] Propter inobedientiã. Alius ordo traditur extra de iud.cum nõ ab homine. sed ibi loquitur cum pœna incipit à crimine 1, & cum directe est conuictus hic pœnam infligit propter contumaciam.

1 De hac no.74.di honoratus. in fi ibi videas 19.q.3.qñ

TRes personas.] CASVS. Ostendit Aug.in hoc c. auctoritate Euangelij, ꝙ tria sunt genera prælatorum, scilicet pastor, fur, & mercenarius, inter quos differẽtiam assignat. Nam pastor est, qui per ianuam intrat & ponit animam suam pro ouibus suis. Fur vero non intrat per ianuam, idest, non canonice eligitur, & rapit, & dispergit oues. Mercenarius ingreditur per ianuam idest, canonice eligitur: sed si videt lupum vel furem venientem, timet & fugit, quia non est illi cura de ouib. Pastor ergo est diligendus, mercenarius tolerandus, fur autem est cauendus.

h ¶ Et intrare.] Secũdũ canones hoc ipso est aliquis fur, ꝙ nõ intrat per ostium, vt hic, & de pœn.dist.1. si propterea. & capi. seq. secundum leges non est statim fur, licet clam intrauerit furandi causa 2, vt ff. de fur.vulgaris. §. qui furti.

2 Adde Bal. in l.si qs nõ dicam rapere. C. de epi. & cler.

i ¶ Per ianuam.] Id est, per canonicam electionem.
K ¶ Latronem. i tyrannum.
l ¶ Partem.] Per simoniam.
m ¶ Mercenarium.] qui causa lucri recipit dignitates. ad hoc facit 8.q.1. sunt in ecclesia.
n ¶ Cauendus.] Argum. quòd aliquis non debet recipere ordinem ab eo, quem scit simoniacum; vt dixi 1. si; quis à simoniacis.

ECCE. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis dicens, ꝙ mali sunt tolerandi, & non puniendi pœna corporali: quod probat duabus auctoritatibus Christi.

non habes aliquem aditũ [a] castigando, & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare. Noli timere: vnusquisque proprium onus portabit. *Item infra.* ¶ Quomodo (inquis) ferrem, quem noui malum? non ne melius ipsũ ferres, quàm te foras efferres? Ecce, quomodo ferres †: attende Apostolum dicentem: [Vnusquisque proprium onus portabit.] Liberet te ista sententia. Non enim cum illo communicares auaritiam; sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid ibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit: [Qui enim manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit.] sibi, non tibi [b]. Sane, si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti; ecclesiastica regula, si apud te accusatur [c] si veris † documentis, testibusque conuincitur; coerce [d], corripe [e], excommunica [f], degrada g.

Gal.6.

† *al si ferres, & attenderes.* orig.

1.Cor.xi.

† *al.immunda*

Est & alia distinctio tolerandorum, & cauendorum, quam ex verbis Augustini licet colligere, dicentis, ser.49. de verbis Domini.

¶ Pastor est diligendus, mercenarius tolerandus, latro cauendus. C. XII.

Anſl.6.ca148. Io.x.

TRes personas dixit Dominus (& debemus illas inuestigare) in Euangelio, pastoris, mercenarij, & furis. *& paulo post.* ¶ Pastorem dixit animã suã ponere pro ouibus suis, & intrare [h] per ianuam [i]. Furem dixit: [& latronem α [k]] ascendere per aliam partem [l]. Mercenarium [m] dixit, lupum vel furem si videat, fugere; quia nõ est illi cura de ouibus: mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat per ianuam, quia pastor est: ille ascẽdit per aliam partem, quia fur est: ille videns eos, qui volunt tollere oues, timet, & fugit; ꝙa mercenarius est: ꝙa non est illi cura de ouibus; mercenarius est enim. Si inuenerimus tres istas personas; inuenit sanctitas vestra & quos diligatis, & quos toleratis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus [n] est latro.

α ¶ Et latronem.] *Hæ duæ voces non sunt in originali: Anselmus tamen illas habet.*

Ecce quòd mali tolerandi sunt: nec corporali, sed spirituali vindicta sunt puniendi. Vnde cum discipuli non recepti à Samaritanis ignem cœlitus super eos deducere voluerunt, dicentes magistro: [Vis dicamus, descendat ignis de cœlo, & consumat eos?] audierunt: [Nescitis cuius spiritus estis?] Item: [Omnes, qui gladium acceperit, gladio peribit.

Luc.9. Matt.26.

Hinc etiam Hieronymus ait in comment. epistolæ ad Gal.c.4.

De isto Gen. 21. & 32. 4. recurrat.

i ¶ Per ianuam.] Id est, per canonicam electionem.
K ¶ Latronem. i tyrannum.
l ¶ Partem.] Per simoniam.
m ¶ Mercenarium.] qui causa lucri recipit dignitates. ad hoc facit 8.q.1. sunt in ecclesia.
n ¶ Cauendus.] Argum. quòd aliquis non debet recipere ordinem ab eo, quem scit simoniacum; vt dixi 1. si; quis à simoniacis.

& quod dicitur ibi, [gladio peribit,] i. damnabitur gladio sic accepto, quasi pro abusione gladij damnatur æternaliter.

QVi secundum carnem.] CASVS. Docet hic Hieronymus, ꝙ malos euitare non debemus, licet nos persequantur. Et hoc probat exemplo Isaac, qui fratrem suum Ismaelem non expellebat, nec corporaliter persequebatur, licet Ismael ipsum infestaret. ita & boni tolerant

f ¶ Culices.] Id est, malos.
g ¶ Domo.] Id est, ecclesia.
h ¶ Vasa aurea.] Id est, bonos.
i ¶ Lignea.] Id est, malos.
Q Vantus.] CASVS. Ostendit Augustinus in hoc c. esse impossibile vt generaliter in hac vita mali discernantur à bonis. hoc enim Apostolis non concessit Dominus. ita posuit H. casum.] Quantus,] admiratiue dicit: quasi valde magnus est. [Zizania.] id est occultos peccatores.
k ¶ Dominus.] Cum dixit: Sinite vtraque crescere, vt 11. q. 3. nolite.
l ¶ Vt zizania.] Id est occultos peccatores. Ioan.

¶ Spiritualis numquam carnalem persequitur, sed econuerso. C. XIII.

Gal.4.

QVi secundum carnem natus erat [a], persequebatur spiritalem [b]: numquam enim spiritalis carnem persequitur; sed ignoscit ei, quasi rusticano [c] fratri. Scit eum posse proficere per tempus: & si quando Aegyptiæ [d] filium viderit irascentem; recordatur vnius patris, qui boues α [e] creauit, & culices [f]: & in magna domo g non solum esse vasa aurea [h] & argentea, sed & lignea [i] & fictilia.

2. Tim.2.

α ¶ Boues.] *In codicibus B. Hieronymi impressis legitur, qui lucem boues, verum in codice Vaticano horum commentariorum habetur, qui lucam bouem: Significat autem elephantem.*

Item Augustinus in libro quarto de baptismo, c.12.

¶ Boni à malis nunquam in hac vita penitus possunt separari. C. XIIII.

Matt.13.

QVantus arrogantiæ tumor est: quanta humilitatis, & lenitatis obliuio; arrogantiæ quanta iactatio; vt quis aut audeat, aut facere se posse credat; quod nec Apostolis concessit Dominus [k]; vt zizania [l] à frumento putet se posse discernere?

¶ *Verba sunt Cypriani libro 4. epist. 2. ad Antonianum citata ab Augustino lib.4.c.12. de baptismo contra Donatistas.*

Item Gregorius homilia 38. Euangel.

¶ Præsens ecclesia simul recipit bonos & malos. C. XV.

HAec autem vita, quæ inter cælum [m] & infernum sita est, sicut in medio subsistit; ita vtrarumq; partium ciues communiter recipit: quos tamen sancta ecclesia, & nunc indiscrete [n] suscipit, & postmodum in egressione discernet. Si ergo boni estis; quamdiu in hac vita subsistitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nam quisquis malos non tolerat; ipse sibi [o] per intolerantiam suam testis est; quia bonus non est. Abel enim P esse renuit, quem Cain malitia non exercet.

Infernus & Paradisus vbi sunt.

2 Ad hoc 35.d ecce.

2 *Ex his omnibus colligitur, quòd malorum vindicta Deo reseruanda est; nec sunt corporaliter puniendi; sed crebra admonitione, & charitatis beneficio ad correctionem inuitandi. Vnde Christus in Euangelio ait* [*Audistis, quia dixit*

Matt.5. Exo.21.

rent malos, credentes ꝙ possint quandoque redire ad Deum. [Aegyptiæ, id est, Agar, cuius filius Ismael fuit, per quem mali designantur. [Recordabitur.] scilicet Isaac. [Boues, id est, bonos. [Culices.] Id est, malos.

a ¶ Qui secundum carnem natus erat.] scilicet Ismael, tangit id quod legitur in epistolis Pauli ad Galatas, c.4.

b ¶ Spiritalem.] Isaac 1.

c ¶ Rusticano.] Argu. rusticitati parcendum, vt 2.q.7. sancta 2.

d ¶ Aegyptiæ.] scilicet Agar.

e ¶ Boues.] Id est, bonos.

n ¶ Indiscrete.] Id est, indistincte.

o ¶ Sibi.] Id est, contra se.

p ¶ Abel enim.] Hoc expositum est supra 8.q.1. §. cum autem.

EX HIS OMNIBVS Hæc est secunda pars q. in qua probat, quòd multi in veteri lege puniebantur, sed hodie tolerandi sunt, nisi à iudicibus, qui eos punire possunt, & hoc probat per 4 cap Io. de Fan.

CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit G. ex supradictis dicens, ꝙ vindicta malorum Deo est reseruanda, nec sunt à nobis corporaliter puniendi, sed benigne ad correctionem inuitandi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod probat duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij,& Pauli apostoli. In secũda parte assignat dñiam inter vetus testamentum & nouum. Nam in veteri testamento terror fuit & timor, & pœna corporalis statuta fuit: in nouo vero testamento mansuetudo & misericordia: quòd multis auctoritatibus probat. Et ad hoc inducit sequens capitulum. Secũda pars incipit ibi, [In lege enim veteris testamenti. [Abba] Hebraice, Latinè dicitur pater.

a ¶ Pro oculo.] Hoc enim modo nõ licet, nisi auctoritate iudicis, vt infra eod. cum iu lege.

b ¶ Diligite.] Hoc tenemur facere quantũ est in nobis, vt 11. q. 3. inter verba.

c ¶ Ciba.] Dũ tamen ratione cibi nõ negligat iustitiam, vt 5. q. 5. non omnis. Item si potest laborare, & se imisceat eleemosynis redigendus est in seruitutẽ. C. de mend. valid. l. vna. lib. 11.

d ¶ In filios.] Imitatione, non sanguine. vel intelligas de consensu, de locatione, & opere. sup. d. 6. sed pensandum.

e ¶ [In pædagogum.] I. est, in magistrum. sicut. n. per magistrũ aliquis coercetur, ita ipsi per legem.

f ¶ Spiritum.] Id est, seruilem timorem.

g ¶ Adoptionis.] Id est, filialem timorẽ, id est, amorem. Io. de vtroque inf. ea. q. 6. §. ex his.

CVm in lege.] CASVS. Gregorius exponẽdo illud Euãgelii: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, q̃ fecit nuptias filio suo, vbi fecit mentionem de tauris, & aliis, ostendit differentiam ĩter patres veteris, & noui testamẽti. nam patres veteris testamẽti per tauros significãtur: quia sicut tauri se defendendo alios cornibus percutiũt: ita & patres vet. test. permissum fuit, vt aduersarios suos virtute comprimerent, & iure i. gladij ferirent. Per altilia vero pa-

ctum est in lege,) quem modum vltionis lex statuit (Oculũ pro oculo[a], dentem pro dente.) Ego autem hanc vicissitudinem tollens, & ad mansuetudinẽ, & charitatis perfectionẽ vos inuitans, dico vobis; (Nolite resistere malo; sed diligite[b] inimicos vestros; benefacite iis qui oderũt vos. vt sitis filij patris vestri, qui solem suũ oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos.) Hinc Paulus ait: (Si esurierit inimicus tuus, ciba[c] illum: si sitit, potum da illi.) Omnis enim iniquus, bonoru est inimicus: Omnis autẽ amicus huius sæculi, etiam inimicus est Dei. Inimicus autẽ Dei bonitatis & iustitiæ est inimicus, ac per hoc amatorem iustitiæ & bonitatis diligere non potest. Cum ergo inimicos diligere, vel illis benefacere, cibum & potũ subministrare iubemur, inimicos persequi, & punire prohibemur. ¶ In lege enim veteris testamenti corporalis pœna statuta est: in lege vero Euangelij oĩ peccanti per pœnitentiam promittitur uenia. Vnde illa à terrore incepit dicẽs: (Ego sum Dominus Deus zelotes visitans peccata patrum in filios[d] usque in tertiam & quartam generationem.) Hæc uero à lenitate mansuetudinis, & misericordiæ, ita inquiens: (Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur.) In illa dicebatur: (Qui fecerit hoc, uel illud, morte moriatur:) In ista: (Gaudeo super uno peccatore pœnitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.) Itẽ: [Non ueni uocare iustos: sed peccatores ad pœnitẽtiã. Estote misericordes sicut & pater uester misericors est.) Initiũ quoq; prædicationis Saluatoris nostri, & præconis eiusdem ad pœnitentiã peccatores inuitauit. Sic enim uterq; exorsus est, dicens: (Pœnitentiã agite, appropinquabit[t] enim regnum cœlorum.) Sic & in actibus Apostolorum, cum Iud. ei compuncti de scelere mortis Christi, dicerent Petro: (Quid faciemus uiri fratres? legitur Petrus respondisse: [Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum.] Et, ut uniuersaliter dicatur, in lege populus ille rudis seruili timore pœnarum cogebatur, unde & legem in pædagogum[e] accepit. In Euangelio autem populus gratia liber, & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine ad cultum diuinæ seruitutis inuitatur. Vnde, cum quidam legem, quasi coercentem, prædicarent esse tenendam simul cum gratia, ait Apostolus: (Non enim accepistis spiritum[f] seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis[g] filiorum, in quo clamamus, abba pater.) ¶ Hinc etiam Gregorius ait in expositione Euangelij: (Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.)

¶ I lege cuique permittebatur diligere amicum, & odire inimicum. C. XVII.

CVm in lege scriptum sit: (Diliges amicum tuum, & odio[h] habebis inimicum tuum.) accepta tunc licen-

Exo. 21.

Mat. 5.

Rom. 12. Prouer. 25. Luc. 4.

Exo. 20.

Mat. 5.

Exo. 19. & 20. libi.

Luc. 15.

Matth. 9. Luc. 6.

Mat. 3.

† a. appropinquauit

Act 2.

Exo. 1.

Gal. 3.

Rom. 8.

Matth. 22. Est hom. 38.

Leuit. 19.

Permittebatur iustis? potes dicere iustis aliàs. Vel dic ℣ qui vlciscebatur se sine odio, non peccabat. qui autẽ cum odio, licet contra legem non fecerit, tamen peccauit. sicut dando libellum repudij peccauerunt, licet à lege hoc eis permittebatur. extra de diuor. gaudemus.

a ¶ Per altilia.] De quibus in Euangelio fit mentio. HIS ITAQVE CASVS. Nunc Grat. respondet cap. supradictis, dicens ℣ quædam sunt delicta, quorum pœna est Deo reseruanda, nec sunt à nobis corporaliter punienda, scilicet cum delinquentes non sunt nostræ iurisdictioni subiecti, vel cũ delicta aliorum probari non possunt, etsi nobis nota sint. De his enim, qui nõ sunt nostræ iurisdictionis, teste Apostolo, iudicare non possumus, nec vitare debemus eos. Et ad hoc inducit sequens capitu. cuius casus pater.

b ¶ His.] Scilicet auctoritatibus, quibus probauit malos esse tolerandos.

c ¶ Nota sunt.] su. 11. q. 3. eorum. & 30. q. 5. nullum 2.

d ¶ Nideles.] ¶ Et conuiuium.] su. 11. q. 3. ad mensam. argu. contra 28. q. 11. omnes. & ca. nullus. Solu. hic loquitur de paganis, ibi specialiter de Iudæis 1.

1 Sub. noe ¶ Qui intus sunt.] Quandoq; etiam Iudæos punit ecclesia. extr. de vsur. post miserabilem. & 27. q. 4. constituit.

HINC ETIAM. CASVS. Gratianus adhuc probat auctoritate Augustini. exponentis verba prophetæ, ℣ in iis, quæ non sunt nostri iuris, nequit disciplina exerceri. Postea ponit alium casum, in quo mali sunt potius tolerandi, quam puniendi, scilicet quando multitudo est in scelere, & schisma timetur si corrigantur. & ad hoc inducit sequens capitulum.

QVidam.] CASVS. Stulti quidam dicebant, quòd si prælati vident publicè delinquentes, qui per zizania significantur, nil aliud facere debent, nisi indicare illis qd sit faciendum, vel vitandum. etsi sunt incorrigibiles, debent recedere ab eis. Augustinus vero contrarium dicit: quia cum canes sunt in ecclesia, debemus eos propter scandalum

Luc. 6.

† *significantur*] orig.

a ¶ In ore.] *In originali, & quatuor Gratiani vetustis est,* iure gladij.

His[b] *ita respondetur: Sunt quædam, quæ salubri dumtaxat admonitione sunt corripienda, nõ corporalibus flagellis animaduertenda: sed eorum vindicta diuino examini tantum est reseruanda, quando in delinquentes videlicet disciplinam exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris, uel quia illorum crimina, etsi nobis nota sũt*[c]*, tamen manifestis indicijs probari non possunt. ¶ De his qui non sunt nostri iuris, ait Apostolus in prima epistola ad Corinthios:* [*Quid enim mihi attinet de his, qui foris sunt iudicare; de his enim Dominus iudicabit.] Quod Augustinus exponens, ait.*

¶ *Sensus huius capitis habetur apud B. Augustinum de pœnitentiæ medicina, cap. 3. verba vero ferè omnia sum. in glo. ord. 1. Cor. 5. ad verſ. alioquin & interlineari ad ver. intus.*

¶ Infidelium colloquia, & conuiuia non sunt euitanda. C. XVII.

INfideles non possumus Christo lucrari, si eorum colloquium vitamus, & cõuiuium[d]. Vnde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducauit & bibit. In his vero, qui intus sunt[e], id est, infidelibus putredo resecanda est.

1. Cor. 5.

Luc. 5.

Ps. 145.

Hinc etiam cum propheta dicit: [Facit Dominus iudicium omnibus iniuriam patientibus,] exponendo addidit Augustinus: (ab his, qui non sunt sui iuris, in quos nequit disciplina exerceri.) Item, quando multitudo est in scelere nec salua pace ecclesiæ mali puniri possunt; tolerandi sunt potius, quàm violata pace ecclesiæ puniendi.

Vnde Augustinus ait in lib. de fide & operibus, ca. 4. & 5.

¶ Quædam mala punienda sunt, & quædam toleranda. C. XVIII.

QVidam vero econtrario periclitantes, cum bonorũ, malorumque permixtionem in ecclesia demonstratam, seu prædictam esse perspexerint, & patientiæ

Poly. l. 7. tit. 7. Anſl. l. 12. c. 63.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dalum tolerare vſq; in finẽ, neq; recedere ab eis: ſed ſanctũ eis dare nõ debemus, vbi pax eccleſiæ eſt tuta: vbi vero datur poteſtas corrigendi ſine ſcandalo; tunc præ- disciplinæ: quæ poteſt quandoque deſeri pro ſcandalo ibi de veritate iudicij, quæ ſemper præualet ſcandalo.

Ordo litteræ.

præcepta didicerint, (quæ ita nos firmiſſimos reddunt, vt etiam ſi videntur in eccleſia eſſe zizania, non tamen impediatur aut fides, aut charitas noſtra; aut quoniam zizania in eccleſia eſſe cernimus, ipſi de eccleſia recedamus) deſtituendam̃ putent eccleſiæ diſciplinam, quandam peruerſiſſimam ſecuritatem præpoſitis tribuentes, vt ad eos non pertineat, niſi dicere [a], quid cauendum, quidve faciendum ſit: quodlibet autem quiſque faciat, non curare. Nos vero ad ſanam doctrinam pertinere arbitramur ex vtriſq; teſtimonijs tutam ſententiam moderari: vt & canes in eccleſia propter pacem eccleſiæ toleremus; & canibus ſanctum, vbi pax eccleſiæ tuta eſt, non demus. Cum ergo ſeu per negligentiam præpoſitorum, ſiue per aliquam excuſabilem neceſſitatem, ſiue per occultas obreptiones inuenimus in eccleſia malos, quos eccleſiaſtica diſciplina corrigere, aut coercere non poſſumus [b]; tunc, ne † aſcendat in cor noſtrum impia, & pernicioſa præſumptio; qua exiſtimemus nos ab his eſſe ſeparandos; vt peccatis eorum non inquinemur; atque ita poſt nos trahere conemur, veluti mundos, ſanctoſque diſcipulos ab vnitatis compage, quaſi à malorum conſortio ſegregatos; veniant in mentem illæ de ſcripturis ſimilitudines, & diuina oracula, vel certiſſima exempla, quibus demonſtratum, & prænunciatum eſt, malos in eccleſia permixtos bonis vſque in finem ſæculi, tempusque iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate, ac participatione ſacramentorum, qui eorum factis non conſenſerint, obfuturos. Cum vero eis, per quos eccleſia regitur, adeſt ſalua pace poteſtas diſciplinæ aduerſus improbos, aut nefarios exercendæ; tunc rurſus, ne ſocordia, ſeguitiaque dormiamus; alijs aculeis præceptorum, quæ ad ſeueritatem coercitionis † pertinent, excitandi ſumus, vt greſſus noſtros in via Domini ex vtriſque teſtimonijs illo duce, atque adiutore dirigentes, nec patientiæ [c] nomine torpeſcamus, nec obtentu diligentiæ ſæuiamus.

† nec forig.

† al. coerſitionis] orig.

Prælatus quod facere debet.

a ¶ Niſi dicere.] Non ergo ſufficit q̃ prælatus inſtituat quid ſit faciendũ, niſi etiam puniat nõ facientes, vt infra ead. q. 5 non eſt innocentiæ. & 47. diſtinc. quod ad nos. ſicut non ſufficit: domino prohibere ne cum ſeruo contrahatur, quin teneatur ipſe de peculio, vt ff. de pecu. l. ſi quis ſeruũ. & ff de verb obl. qui ſeruum. & ibidem l. ſeruus vetante. Argumen. tamen contra eſt 43 diſt. in c. Epheſijs.

b ¶ Non poſſumus.] Sine ſcandalo: vel q̃ a eſt occultum. 6. q. 1. ſi omnia.

c ¶ Nec patientiæ.] Qñq; enim remiſſio ſe mentitur pietatẽ, vt 41. diſt. ſæpè.

CVm quiſq;.] CASVS. Parmenianus dicebat q̃ nullus peccator eſt anathemate feriendus. Auguſt. vero contra ipſum ſcribens oſtendit, quòd ſi quis peccator deprehenditur in crimine mortali, quod ſit notum, & apparet omnib. execrabile, anathemate feriatur, ſi periculum ſchiſmatis non timetur.

d ¶ Vbi periculum.] Cum ergo periculum ſchiſmatis timetur, mali non ſunt excõicandi, vt 50. d. vt conſtitueretur. inf. e. ipſa pietas. & ca. non poteſt. Sed contrarium eſt 24. q. 3. ecce. ſed ibi cũ non timeretur ſcãdalũ. Itẽ cõtra extra de reg. iu. qui ſcãdaliz ſuerit. Sed hic loquitur de veritate

EST ET ALIA. Hæc eſt tertia pars q. in qua loquitur de præſcitis, & prædeſtinatis. Io. de Fant.

CASVS. Oſtendit Grat. aliam cauſam quare mali non ſunt flagellandi. Nam ſi peccatores ſunt ſaluandi ad vitam, ſine correctione conuertentur, vt Petrus. Si vero dam-

de numero prædeſtinatorum, & quis non: & de nemine eſt deſperandum, quamdiu eſt in hac vita, vt de præ. diſtinct. 7. nemo. & quia Deus ſæpe aliquid promittit, quod poſtea mutat, ſi videt homines negligentes, vt de pœn. d. 1. prædixerat. & tamen ſi non proſunt illi pro quo oratur, proſunt ſ item oranti: iuxta illud: Oratio mea in ſinu meo conuertetur. Ioan.

b ¶ Negligẽtia.] De pœ d 7 nemo.

OBtineri.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd quæ prædeſtinata non ſunt, precib. obtineri non poſſunt. Sed etiã quę prædeſtinata nõ ſũt ſæpe precibus obtinentur, ſi ea ita prædeſtinata ſunt; vt precibus obtineantur. Et quòd aliqua ita ſint prædeſtinata, oſtendit à maiori q̃ ipſum regnum cęleſte ſic eſt multis prędeſtinatum, vt precibus obtineatur & labore.

c ¶ Poſtulãdo.] Nec ideo voluit Dominꝰ ſuſcitare quartũ mortuum, quia non fuit pro eo petitum, vt in fi. a de pœ diſ. 1. § ex his itaque. ver. Chriſtus quoque.

NAbuchodono-] ſor.] CASVS. H. hũc caſum ſic ponit, & ſic mihi videtur melius quàm Bene. Dicitur in hoc c. q̃ quidam per flagella Dei emendantur: quidã vero deteriores fiunt. Et hoc oſtẽdit per Nabuchodonoſor, qui flagellatus à Deo pœnituit, & reſtitui ſibi regnum ꝓmeruit. & p Pharaonem, q̃ flagellatus à Deo non pœnituit, ſed magis induratus fuit, & tamen periit ſubmerſus. vñ Aug.

3 Eſt & alia cauſa quæ correptio verborum, vel verborũ videtur eſſe inutilis, vel ſuperflua. Prædeſtinati enim ad vitam ſine corruptione mutantur: ſicut Petrus, quem Dominus reſpiciens nemine corripiente, commouit ad lachrymas. Præſciti ad mortem inter flagella deteriores fiunt: ſicut Pharao. Bonis ergo ſuperflua, damnãdis hęc inueniuntur ęſſe inutilia. His ita reſpõdetur auctoritate Gregorii, & Auguſtini. Auguſtinus enim in libro de correptione & gratia, c. 5. ſic ait.

Luc. 22.

¶ Sicut ab oratione ceſſandum non eſt, ſic nec à correptione. C. XX.

Luc. 22.

SIcut non eſt ab oratione [a] ceſſandum pro eis, quos corrigi volumus, etiam ſi nullo hominum orante pro Petro Dominus reſpexit eum, & fecit eum ſuum peccatum flere; ita non eſt negligenda [b] correptio, quamuis Deus, quos voluerit, etiam non correptos faciat eſſe correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cum miſeretur, atque adiuuat, qui facit, quos voluerit, etiam ſine correptione proficere.

Gregorius vero in dialogo, lib. 1. c. 8.

¶ Soli prædeſtinati ſaluantur, qui in poſtulando ſuo labore meruerunt. C. XXI.

i ¶ Quòd vero peccata.] Istud spectat ad illud. sup. ea. §. his ita respondetur, sūt quædam,

k Si quis.] ¶ Non habet.] Quia non est eius iudex.

l ¶ Immunis est.] à peccato participationis: nec imputatur ei si tacet, cum non possit illud probare. 2. q. 7. plerumque, licet autem iudex sciat aliquem criminosum, non ideo statim potest eum à se abijcere, vt 6. quæst. 2. si tantum.

m ¶ Sine accusatore.] Excipiuntur casus positi 2. q. 1. de manifesta.

su. 2. q. 1. de manifesta. ver. vt S. Ambrosius. Capitul. l. 5. ca. 244.

q ¶ Maranatha.] Dicitur Maranatha aduentus Domini fi. 24. q. 3. §. sed qui, idest, vsque ad aduentum Domini fit excōicatus, supple, nisi pœniteat. sic 27. q. 1. de viduis.

c ¶ Sacerdotalis.] i. clericalis, arg. q̄ alicui auferatur q̄d non habet, vt 5. q. 6. iusta. 2. q. 2. §. ex his omnibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SIMILITER. CASVS. Dictum est supra, quòd cum peccata sint occulta, non est sententia ferenda. Nunc uero ostendit Gra. idem esse faciendum quando multitudo est in causa, uel peccans sociam habet multitudinem, & ad hoc inducit seq. cap.

NOn potest .] CASVS. Parmenian[a] dicebat quod cũ multitudo, uel ille, qui habet sociam multitudinẽ, est in scelere, qui corrigi non potest, fugendũ est tunc. Sed Aug. docet non esse fugiẽdũ, sed dolendum & gemendum: quia tunc misercodia Dei necessaria est: & cũ facultas prædicandi se obtulerit, nõ est cessandũ à generali increpatione: & maxime cum videmus populum affligi mortalitate & fame, & alia mala peste.

a ¶ Non potest .] Sup. di. 50. vt constitueretur.

Vindicta rõne multitudinis relaxat.

b ¶ Multitudinem.] Sic ergo rõne multitudinis non exercet vindicta 1, vt 11. q. 3. quoties. su. ea. ipta pietas, & 9. q. 1. ordinationes. Dũr autẽ hic multi plures. ℣. xl. extra de cler. excom mi. latores.

Sic ubi timeẽ periculũ. sup. eadẽ cum quisq.

c ¶ Signum.] Scilicet Thau.

d ¶ Misericordia .] Ex seueritate præcedens.

ADDITIO. Vel dic seuera mia, idest, Dei vltrix correctio Gofred. q. Deo vltio relinquitur: quia homo non potest.

e ¶ Separationis.] Idest, excommunicationis.

f ¶ Infirmos] Qui facile scandalizantur.

g ¶ Cum facultas.] .i. cum non contemnetur eius prædicatio. nam si non proficit, potius tacere debet. 11. q. 3. quandoque.

Cum sur] *Addita hic sunt aliquot verba ex originali.*

Similiter non est ferenda sententia, quando multitudo est in causa, uel quando ille peccat, qui sociam habet multitudinem.

Vnde Augustinus in libro 3. c. 2. contra epistolam Parmeniani.

¶ Quod à multitudine peccatur, vel ab eo, qui multitudinem habet sociam, ab ecclesia non punitur, sed defletur. C. XXXII.

NOn potest [a] esse salubris à multis correptio; nisi cũ ille corripitur, qui non habet sociam multitudinẽ [b]. Cum ergo idẽ morbus plurimos occupauerit: nihil aliud bonis restat, quam dolor, & gemitus: vt per illud signũ [c], quod Ezechieli sancto reuelatur, illęsi euadere ab illorum vastatione mereantur. *& infra.* ¶ Reuera si contagio peccandi multitudinem inuaserit; diuinæ disciplinæ seuera misericordia [d] necessaria est. Nam consilia separationis [e] & inania † sunt, & pernicioſa, atque sacrilega, quia impia, & superba sunt †; & plus perturbant infirmos [f] bonos, quàm corrigant animosos malos. *& infra.* ¶ Turba autem iniquorum, cum facultas [g] est in populis promendi sermonem, generali [h] obiurgatione ferienda est, & maxime, si occasionem, atque opportunitatem præbuerit aliquod flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis vapulare.

Iuo in prologo Pan. in prologo c. 15. 16. 17.

Ezech. 9

† al. immanis
† al. sunt

Præcepta [i] vero Euangelica de dilectione inimicorum, & misericordia impendenda proximis exhortationẽ quoque Apostoli de cibandis uel potãdis inimicis nõ eatenus intelligenda sunt, ut peccandi † relaxetur impunitas: sed vt delinquenti correctio, et naturæ ministretur subsidiũ: donec per sententiã iudicis, adẽpta spe correctionis, malorum tollatur exercitiũ. ℣n hoc ergo iubemur diligere inimicos, & misereri eorum, ut de eorum perditione doleamus, eorum salutem desideremus: & pro eorũ correctione quotidie laboremus, & oremus, pœnitentib. solatia impendamus, alter alterius onera portantes; non ut pertinaces, & in malo persistentes impunitate donemus. Sicut enim erga pœnitentes non seueri, sed misericordes esse monemur iuxta illud: [Noli [k] esse nimis iustus: quia est iustus, qui perit in iustitia sua.] & iterum: [iudiciũ sine misericordia erit ei, q nõ fecit misericordiã] & itẽ illud Apostoli in secũda epistola ad Corinthios: [Cui aliqd donastis [l], & ego:

su. ea. hæc autẽ Luc. 6.
Rom. 12
† al. peccanti-

Gal. 6.
Eccl. 7.
Iac 2.

i ¶ Præcepta.] Posita in superiori §. ex his omnibus.

k ¶ Noli esse.] Hæ auctoritates sunt expositæ 2. q. 3. §. his ita respondetur.

l ¶ Donastis.] Loquitur ibi Apostolus de Corinthio, qui ad pœnitentiam rediit: & petijt Apostolus vt reciperent ipsum: & remisit ei offensam, & simile 35. q. 9. cap. veniam.

Est

ESt iniusta.] CASVS. Ostendit Ambrosius in hoc c. q̃ prælatus ecclesiæ non debet inconsulte peccantem reconciliare, non semper est ei parcendum. licet audiat eum iudex lacrimari. Et hoc probat quatuor rationibus, s. auctoritate veteris testamenti vel legis: scilicet

2 Cor. 2.
† in persona Christi.] ori. Glossa ite. l. ibi

Nam & ego, si quid donaui, propter vos donaui ac † si ipse Christus donaret, vt non circumueniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius.] [*Qui quos nequit consentiendo decipere, facit nimis asperos;*] *sicut iniquam, pœnitentibus, vt dictum est misericordes esse iubemur, sic impœnitentibus, & obstinatis in malo misericordiam impendere prohibemur.*

α ¶ Noli esse.] *Gratianus non refert ipsa prorsus verba Ecclesiastis. Ea enim sic habent*, Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ iustus perit in iustitia sua, & impius multo uiuit tempore in malitia sua Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas.

Vnde Ambrosius sermone 8. in psal. 118. vers. 5.

¶ De iusta & iniusta misericordia. C. XXXIII.

Anst. l. 3. c. 11. Poly. l. 6. tit. 21. l. Reg. 15.

ESt iniusta [a] misericordia. Denique in lege [b] scriptum est de quodam: [Non misereberis illius.] Et in libris regnorum legis, quia Saul postea cõtraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium regi, quem prohibuerat sententia diuina [c] seruari.] taque †, si quis latronem filijs de precantibus motus, & lachrymis [d] coniugis eius inflexus absoluendũ putet, cui adhuc latrocinãdi aspiret affectus; nonne innocentius tradit [e] exitio, qui liberat multorũ exitia cogitantem? Certe si gladium [f] reprimit, vincula dissoluit: cur laxat exilio, cur latrocinandi, qua potest clementiori via non eripit facultatẽ, qui voluntatẽ extorquere non potuit? Deinde † inter duos, hoc est, accusatorem & reum pari periculo [g] de capite decernentes, alterum si non probasset; alterum, si esset ab accusatore conuictus; non id quod iustitiæ est: iudex sequatur: sed dum miseretur rei, damnet probantem: aut dum accusatori fauet, qui probare non potuit, addicat innoxium: non potest igitur hæc dici iusta misericordia. In ipsa ecclesia, vbi maxime misereri decet, teneri quàm maxime debet forma iustitiæ, ne quis à communionis [h] consortio abstentus ß breui lachrymula, atq; ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, [à facilitate † sacerdotes extorqueat. Non ne, cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas [i] enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.

† al. Denique

† al. facilitate.

ß ¶ Abstentus.] *Antea legebatur*, à consortio communionis vel criminationis abstractus. *Emendatum est & multa alia ex ipso originali.*

Item Augustinus in libro psalmorum, ps. 32.

¶ Non debemus in mala causa pauperi misereri.

gloss. or. ibi.

† al. commisso

NE amisso † iudicet in Deuternomio de quodam præuaricatore, qui inuitabat homines ad idololatriam & exemplo Saulis

C. XXXIIII.

NE amisso.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̃ iudex non sed de facto sæpe dat: & sic non obst. 1. q. 7. exigũt.

Iudex lacrymis flecti nẽ debet.

a ¶ Est iniusta.] Sic iustitia quandoq; dicitur esse falsa, vt 45. dist. vera. nam sæpe vitia virtutes se esse mentiuntur. 41. dist. sæpe.

b ¶ In lege.] Id est, Deuteronomio: vbi scriptum est de illo, q̃ inuitat alios ad idololatriam nec acquiescas ei: non audias eũ, nec misereris eius: sed ltatim occidas eum, vt infra e. q. 5. si audieris.

c ¶ Diuina.] Si. ff. depositi. si hominẽ. & ff. de dolo, eleganter. §. item Labeo. instit. de lege Aqui. in fin.

d ¶ Lachrimis.] Iudex non debet moueri ad lachrymas calamitosorũ, vt ff. de of. præs. obseruandum. & de pœ. dist. 3. sunt plures.

e ¶ Tradit.] Occasionaliter.

f ¶ Si gladium.] Sed quare hic redarguit ecclesia iudicem, qui gladium reprimit: cũ alias petat Augustinus reos non occidi, vt inf. q. 5. c. 1. & c. de occidẽdis? Sed dicas hic loqui de incorrigibilibus: ibi de corrigibilibus. sic infra e. q. 5 prodest.

g ¶ Periculo.] Propter hoc verbum q̃dam hic dixerunt, q̃ in criminali causa non esset mitius agẽdum cum reo, quam cum actore quod nõ concedo, vt 25 quæst. 9. veniam. in fin.

h ¶ Communionis.] rerum quibus suspensus est. non intelligas hoc de sententia excõmunicationis: nã ibi propter periculũ non est differẽda absolutio. nam quandoque fit absolutio à iudice non suo vt extra de sen. excom. sacro. & extra de appell. qua fronte. nisi velis itelligere in eo casu quando propter contumaciam detinetur aliquis diutius in excommunicatione. 11. q. 3. qui iubente.

i ¶ Facilitas.] Verum est q̃ de iure nõ dat, 1 Præterea eccl. esiastic. us iudex libenter audit solicitos pro salute. 35. q. 9. veniam. vbi de hoc in fi. & ad quod le. & no. 9. di. salus quippe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prætermissa discretione in mala causa pauperis misereri non debet: quia si iudex paupertati eius parcit, reddit eum nequiorem, cum videat sibi iustum fauere. [Amisso,] id est demisso, & derelicto. [Iudicio.] Id est discretione. [Sacello.] i. paupertati corporis vel pecuniæ.

a ¶ Iudicio.] Id est, ordine suris.

b ¶ Sacello.] Id est, paupertati. Ioan.

D Vo ista] CASVS. Ostēd it Augus. in hoc ca. q̄ duo sunt nomina: homo scilicet, & peccator. in eo q̄ aliquis est homo. est ei misērēdum; in eo q̄ est peccator, est corrigēdus: quia homo non liberatur à morte nisi puniatur in eo delictū: & huic officio correctionis inuigilare debet quilibet, qui nomen habet & officium corrigēdi, quod probatur vij. exemplis, scilicet episcopi, pauperis, & diuitis, mariti, patris iudicis, & regis: quorum quilibet corrigere debet delictum secundum officium sibi commissum. Non est igitur contemnēda in peccatoribus eleemosyna, dummodo eorum iniquitatem persequamur.

c ¶ Quia homo.] Sic 86. dist. odio.

d ¶ Officio.] Correctionis.

e ¶ Nominis.] Id est secundum quod aliquis nominatur vel prælatus vel pater, vt ostendit per exempla.

f ¶ Episcopo.] Ex hoc c. & ex illo supra ead. ità consueuit dici, quòd illud, Si peccauerit in te frater tuus, ad solos illos spectat, qui ex potestate aliqua pñt puniri: sed certè hic nō loquitur de denunciatione, sed tantum de correctione: ad quam etiam alij tenētur, qi enumerentur hic: nam & vicinus tenetur corrigere vicinū suum, inf. ea. q. 5. non putes. Item quilibet tenetur aliū occultè corripere, vt extra de hæreti cum ex iniuncto circa fi.

g ¶ Familiam.] C. de emend. propinquorum l. vna. & 33. q. 2. placuit.

h ¶ Marito.] Supra 7. q. 1. sicut alterius.

i ¶ Quibus.] i. pauperibus. su. 42. dist. quiescamus. Io.

ITEM ILLVD. CASVS. Dictum est su. quod possumus persequi peccatorem sed contra hoc obijcitur ab hæreticis auctoritas Euangelij, qui gladio, &c. Sed hāc auctoritatem determinat Augustin. in sequ. capit. cuius casus talis est.

K ILle gladium accipit.] Iniuste.

I ¶ Potestate.] Nam potestas gladij tantum à principe habetur, vt su. ea. q. 1. militare. & q. 2. c. 1.

PORRO. Hæc est 7. pars q. in qua probat magister per

cio [a] sis pauperi in mala causa misericors; cuius si parcis sacello [b]; percutis cor, & tanto nequiorem reddis quanto iustum sibi fauere videt.

¶ *Fere eadem sunt in glossa ord. in Ps. 32. ad vers.* Diligit misericordiam *ex B. Augustino collecta sententia.*

Idem. Beda Gal. 6.

¶ Homini miserendum, peccatori irascendum.

C. XXXV.

D Vo ista nomina cum dicimus, homo peccator; non vtique frusta dicuntur. Quia peccator est, corripe: qa homo [c] est, miserere: nec omnino liberabis hominem nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic officio [d] nominis † [e] inuigilet disciplina, sicut cuique regenti apta, & accomodata est, non solum episcopo [f] regenti plebē suā, sed etiam pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam & suam, marito [h] regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam. *& paulo post.* ¶ Ita nulli homini claudenda est misericordia: nulli † peccatori impunitas relaxanda est †. Hinc itaque maxime intelligendum est, q̄ non sit cōtemnēda eleemosyna, quę quibuslibet in pauperibus iure humanitatis impenditur: quandoquidem Dominus subleuauit indigentiam pauperum etiam ex his loculis, quos ex opibus implebat aliorum. *& paulo post.* ¶ Nō ergo suscipiamus peccatores, propterea quòd sunt peccatores, sed tamen eos ipsos, quia & homines sunt humana consideratione tractemus: persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem conditionem.

Poly. l. 6. tit. 21. Anſ. l. 13. c. 71.

† *omnis* vera lectio.

† *al. sicut nulli in peccato*

¶ *Initium huius capituli habetur in sermone 94. & 109. de tempore & hom. 6. in lib. 50. homiliarum. Verum integrum est apud Bedam in comm. epistolæ ad Galatas c. 6.*

Item Illud Euangelij quod obijciebatur Qui gladio vsus fuerit, Gladio cadet. Augustinus exponit in 22. lib. contra Faustum Manichæum, c. 70. ita dicens.

¶ Quis dicatur gladium accipere. C. XXXVI.

I Lle gladium † accipit [k], qui nulla superiori, ac legitima potestate [l] vel iubente, vel concedente in sanguinem alicuius armatur.

Iuo p. 10. c. 160. Paun. l. 8. c. 44.

7 Porro illud Hieronymi [m], quo ecclesia negatur aliquem persequi, non ita intelligendum est, vt generaliter ecclesia nullum persequatur, sed quòd nullum iniuste persequatur.

sup. ea. qui filium.

Correctio occulta aſt præcepti.

per 13. auctoritates, quod omnino iudices malos corrigere debent, alioquin pœna eorum imputabitur. etiam de Pant.

CASVS. Dictum est su. in ca. qui secundum canones, q̄ aliquem persequi nō debemus. Sed dicit nunc G. q̄ hoc non est generaliter verum, q̄ ecclesia nullum persequatur, sed q̄ iniustè, nullum persequatur: Nam iuste hæreticos persequimur & alios peccatores, & sic Christus persecutus fuit illos, quos de templo eiecit.

m ¶ Illud Hieronymi.] Supra ead. qui secundum

Nimium

N Imium sunt.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima innuitur q̄ Vincentius Donatista conquerebatur, quod Christiani ipsum persequebantur iniuste: sed Aug. ostendit q̄d ipsum iuste persequuntur, & hoc probat ix. rationibus, quę in ipsa littera patent, & quatuor exēplis, scilicet prophetarum, Christi, & Apostolorum, & Imperatoris. In 2. parte dicitur, q̄ nullius crimē nocet nescienti: quia facta malorum, quę probari nō possunt, nō, coīquinant quenquam: nec deferendi sūt boni propter malos sed mali sunt tolerandi propter bonos. Secūda pars incipit ibi, [Certe nullius.] Prima ratio incipit ibi, [Si enim.] Secunda ibi. [At in quibusdā.] Tertia ibi, [Itē post aliqua.] Quarta ibi, [Meliora.] Quinta ibi, [Melius.] Sexta ibi, [Vtilius.] Septima ibi, [Itē post pauca.] Octaua ibi, [Et cum noueritis.] Nona ibi, [Item si semper.] Exempla satis patent.

a ¶ Non omnis.] Supra 5. q. 5. nō omnis.

b ¶ Tollitur.] Supra ea. duo contra.

c ¶ Cogi.] Supra 45. dist. ca. 2. contra. Sol. ab initio nemo cogēdus est ad bonū, sed aliquis cogitur perseuerare in eo quod incepit, vt in fe. quæ. 5. ad fidem. nec obstat q̄ dicitur de Paulo, ab initio fuit coactus i. nam hic arg. à minori. id est. ex quo Paulus ab initio fuit coactus ergo alij post ex post facto cogi.

d ¶ Et mali.] Vt Ismael, Isaac, & Saul Dauid.

e ¶ Boni malos.] Vt Helias quinquaginarios.

f ¶ Et prophetæ.] Vt Moyses Ægyptium, vt su. ea. q. 3. non inferenda.

g ¶ Nocēdi cā.] Q. d. plus cām facti q̄ factum cōsiderabimus vt infra. ead. quæst. 8. occidit.

h ¶ Constituit.] C. de hæret. Arriani 2. Io. de Pan.

i ¶ Certe.] Supra e. quàm magnum.

Non enim omnis persecutio culpabilis est: sed rationabiliter hæreticos persequimur: sicut & Christus corporaliter persecutus est eos, quos de templo expulit.

Vnde Augustinus ait Vincentio, epist. 48.

¶ Potestatis officio vtiliter inquieti corriguntur.

C. XXXVII.

Poly. l. 7. tit. 6. Auſ. l. 12. c. 55.

N Imium sunt inquieti Donatistę [a]? quos per ordinatas à Deo potestates & cohiberi, atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus. *Item infra.* ¶ Si enim quisquam inimicum suū periculosis febribus phreneticum factum currere videret in præcipitium †; nonne tunc potius malum pro malo redderet, si eum sic currere permitteret; quàm si corripiendum ligandumq; curaret? Et tamen tunc ei molestissimus, & aduersissimus videretur; quādo utilissimus, & misericordissimus extitisset, Sed plane salute reparata tanto ei vberius gratias ageret; quāto sibi eū minus peperciſſe sensisset. *& post pauca.* ¶ At enim quibusdam ista non prosunt. Nunquid ideo negligenda est medicina; quia nōnullorum est insanabilis pestilentia? *Item post aliqua.* ¶ Non omnis [a], qui parcit, amicus est, nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, q̄ blanda † oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quàm cū lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur [b]; si de cibo securus iustitiā negligebat; quā esurienti panis frangitur, vt in iustitiæ seductus acquiescat. *Item post pauca.* ¶ Putas neminē debere cogi [c] ad iustitiā; cū legas patrē familias dixisse seruis: [Quoscunq; inueneritis, cogite intrare:] cū legas etiā ipsū primo Saulū, postea Paulū ad cognoscēdā. & tenendā veritatē magna violentia Christi cogentis cōpulsum. *Item post pauca.* ¶ Et noueris aliquando furē auertēdis pecoribus pabulū spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregē pecora errantia reuocare. *Item infra.* ¶ Si semp̄ esset culpabile persecutionā facere; nō scriptū esset in sanctis libris, [Detrahentē proximo suo occultè, hunc persequebar.] Aliquando ergo & qui eā patitur, iniustus est: & qui eam facit, iustus est. Sed planè semper & mali [d] persecuti sunt bonos, & boni persecuti sunt malos [e]: illi nocendo per iniustitiā, isti, tēperanter; illi seruiētes cupiditati, isti charitati. Nā qui trucidat, nō cōsiderat quemadmodū laniet: qui autem curat, considerat, quemadmodū secet. Ille enim persequitur sanitatē, iste putredinē. Occiderunt impij prophetas: occiderunt impios, & prophetæ [f]. Flagellauerūt Iudæi Christum: Iudæos flagellauit & Christus; traditi sunt Apostoli ab hominibus potestati humanę, tradiderunt & Apostoli homines potestari satanæ. In his omnibus quid attenditur, nisi quis eorum pro veritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa &, quis emendandi? *& paulo post.* ¶ Constantinus Imperator, primus constituit [h], vt res conuictorum, & vnitati peruicaciter resistentium fisco vendicarentur. *& post pauca.* ¶ Certe [i] nullius crimen ma-

Poly. l. 7. tit. 6. Auſ. l. 12. c. 55.

† *al.* præcepi

su. ea. q. 5. † *al.* voluntaria

Prou. 27

Matt. 22. Luc. 14. Act. 9.

Ps. 100.

† *illi* orig.

3. Reg. 18. Matt. 17. Io. 2. Act. 16. 1. Cor. 5.

1 Vt inf. ea. displiceat. ver. si vero. & c. qui nos versi. mirū. nā Dñs eū 5. si Paulus.

2 Tu dic q̄ legē Cōstantini hoc expresse dicentē nō habemus. Christiano tamē qui fit Iudæus hanc pœnam imponit, vt C. de apo. l. 1. Archy.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dísplicet.] CASVS. Donatus cũ esset captus à Christianis cum quodam suo socio, & duceretur super equum, se proiecit in terram. vnde in corpore suo grauiter læsus fuit: socius vero istud non fecit, sed se seruauit illæsum quare Donatus super hoc conquerebatur, quatuor modis obijciendo Augustino. Primo obijciebat dicẽs quod hoc fieri sibi non debuit: quia nemo cogi debet ad bonũ. Augst. vero huic obiectioni respondet, dicens, hoc non esse verum, cum multi cogantur ad episcopatum donec de nolentibus fiant volentes. Secũdo obijciebat, quòd Deus dedit homini liberum arbitrium, & ideo nullus debet cogi ad bonum sed respondet Augustin. contra, quod licet homo liberum, habeat arbitrium, non tamen suę malæ voluntati est relinquẽdus: quod ꝓbat quatuor exemplis. scilicet Israelitarum, & Pauli, & patris, & negligentium prælatorum. Tertio obijciebat: non debes me inuitũ saluare, quia sic volo errare sic volo perire. Respondet August dicens, quod sicut alij commẽdandi sunt, & bene fecerunt, qui te de puteo leuauerunt, in quem te proieceras, vt ibi morereris: sic nos bene facimus si te inuitum de erroris puteo eleuemus: ne moriaris in æternum. Quarto obijciebat, ꝙ nõ debet recedẽs ab eo inuitus teneri: ꝙa Dominus lxx. discipulos, ꝙ schisma fecerunt, abire permisit. & respondet August. dicens ꝙ tempora sunt distinguẽda. Nam tũc ecclesia nouo germine pullulabat nec fortis erat ad puniẽdum delinquẽtes. hodie autem cũ sit fortis & potens in uitum ad bonum cogere debet. & hoc ꝓbat auctoritate Euangelij. Prima obiectio Donati est ibi, [Sed neque hoc putas.] Secunda ibi, [Dicis Deum.] Tertia ibi, [Noli ergo iam dicere.] Quarta ibi, [Repetis sicut audio.]

culat nescientẽ. *Item infra.* ¶ Facta nocentium, quæ innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant quenquam, si propter innocentium cõsortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi: sed propter bonos mali tolerandi sunt; sicut toleraverunt prophetæ eos, contra quos tanta dicebant; nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant;

α ¶ Donatistæ.] *Apud Anselmum titulus est*, Augustinus Vincentio *Initium vero capituli est*, Donatistæ nimium *& apud B. Augustinum*, Sed Donatistę nimium *propterea reposita est hoc loco dictio*, Donatistæ, *inducta autem in titulo Ibi enim antea legebatur*, Augustinus ait Vincentio Donatistæ.

β ¶ Potestates.] *Sequebatur in vulgatis*, Sęculares. *quæ vox ab esi à pleriſq; vetuſtis, & Anſelmo, & originali. Multa vero aliæ ex ipſo præſertim originali ſunt emendata.*

Item Donato presbitero epist. 204.

¶ Hæretici ad salutem etiam inuiti sunt trahendi.

C. XXXVIII.

Dísplicet tibi, quia traheris ad salutem; cum tam multos nostros ad perniciem traxeris? Quid enim volumus, nisi te comprehendi, & præsentari, & seruari, ne pereas? Quod autem in corpore læsus es, ipse tibi fecisti, qui iuramẽt tibi mox admoto vti noluisti, & te ad terrã graviter collisisti. Nam vtique alius[a], qui adductus est tecum collega tuus, illęsus venit, qui talia sibi ipse non fecit: Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogẽdum esse ad bonum. Attende quid dixerit Apostolus: [Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.] Et tamen tam multi vt episcopatum suscipiant, tenentur inuiti [b], perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur quæ nolunt; donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis & perducendi ad veritatem vel cognoscendam, vel eligendam, non solum vt honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis? ¶ Dicis Deum dedisse liberum arbitrium; ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi, de quibus supra dixi, coguntur, ad bonum? Attende α ergo, quod considerare non vis. Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito malæ voluntatis? nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideo, qui diligun

1.q.4. nullus. & e. quam magnum.

Poly. ibidem. Ant. l. 22 c. 5. Deus sedit p. 2.

1. *Tim.* 3.

Diligens in suis, dẽt in alienis simi liter facere.

[a] ¶ Alius.] Arg optimum, ꝙ ex quo vnus secure potest venire ad iudicium: ergo & aliter. sic extra de elec. c. bn in si. tñ hoc arg. fallit, nam licet aduersarius meus et ꝙ venire non posset, venit: non ideo sequitur ꝙ ego tenebar venire, vt ff. de arbi. l. si cum dies. §. pen.

[b] ¶ Inuiti.] Quid ergo est ꝙ dicitur, ꝙ nemo cogitur credere inuitus, vt 74. distinc. gesta. & c. vbi, sed ibi loquit ne

tur, malæ suæ voluntati impune, & crudeliter permittendi sunt; sed, vbi potestas datur, & a malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam, si volũtas mala semper suæ permittenda est libertati; quare Israelitæ recusantes, & murmurantes tam duris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare Paulus nõ est permissus vti pessima voluntate, qua persequebatur ecclesiam; sed prostratus est, vti excæcaretur: excæcatus, vt mutaretur: mutatus, vt mitteretur: missus, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera [a] eius tundere, vt ad bonam disciplinã coactus, ac domitus dirigatur? Vnde idem dicit: [Tu percutis eum virga, animam autem liberas à morte.] Si mala voluntas semper suæ permittenda est libertati; quare corripiuntur negligentes [b] pastores, & dicitur eis: [Errantem ouem non reuocastis, perditã non inquisistis.] Et vos oues Christi estis: characterem Dominicum portatis in sacramento, quod accepistis; sed erratis, & peritis: Nõ ideo vobis displiceamus; quia reuocamus errantes, & quærimus perditos. Melius enim facimus voluntatem Domini monentis, vt vos ad eius ouile redire cogamus; quàm consentiamus voluntati ouium errantium, vt perire vos permittamus. ¶ Noli ergo iam dicere, quod te assidue audio dicere; Sic volo errare: sic volo perire. Melius enim nos hoc omnino nõ permittimus, quantũ possumus. Modo, quòd te in puteum, vt morereris [c], misisti; vtique libera voluntate fecisti: Sed quàm crudeles essent serui Dei, si huic malæ voluntati tuæ te permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non meriro culparet? Quis non impios recte iudicaret? Et tamẽ tu te volens in aquam misisti, vt morereris: illi te nolentem de aqua seruauerunt, ne morereris. Tu fecisti secundum voluntatem tuam, sed in perniciem tuam: illi contra voluntatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, vt etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt, seruetur; quanto magis illa spiritalis, in cuius desertione mors æterna metuitur: quanquã & in ista morte, quam tibi tu ipse inferre voluisti, non solum ad tempus, sed etiam in æternum morereris: quia etsi non ad salutem, non ad ecclesiæ pacem, non ad Christi corporis vnitatem, non ad sanctam & individuam charitatem, sed ad mala aliqua cogereris; nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti [d]. Considera scripturas diuinas, & discute quantum potes, & vide vtrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum, atq; fidelium; cum ab eis tanta mala perpessi sunt, qui eos ad æternum interitum, non ad vitam æternam, quo tu compelleris, adigebãt. *& post pauca.* ¶ Repetis sicut audio, quod in Euangelio scriptum est, recessisse à Domino lxx. † discipulos, & arbitrio suæ malæ, atque impiæ discessionis fuisse permissos: cæteriſq; duodecim, qui remanserant, fuisse responsũ. [Nunquid & vos vultis ire?] Et non attendis, quia tunc primum ecclesia nouello germine pullulabat, nondumque in ea fuerat completa illa prophetia: [Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi.] Quod vtique quanto magis impletur, tanto maiore vtitur ecclesia potestate, vt non solum inuitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus significare volebat: qui quamuis haberet magnam potestatem; prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc & in illa conuiuij similitudine satis euidenter ostendit, vbi

Act. 9.

Prou. 13.

Prou. 23.

Ezech. 34. Hier. 23.

Psal 71.

Ioan. 6. †lxxij.

1.q.4. nullus. & e. quam magnum.

Pann. l. 8. c. 17.

quitur, cum malo zelo quis cogitur. tamẽ hęc est veritas, quòd si aliquis semper esset nolens, non deberer cogi. De hoc not. 8. quæst. 1. in scripturis.

ADDITIO. De hoc etiam not. 40. distin. ante omnia. & 61. distinct. Catinensis. & melius 2 quæstio. 6. biduum. in prin. ver. appellare ibi videas. Archid.

a ¶ Sed etiam latera.] Sup 45. distin. §. Salomon.

b ¶ Negligentes.] Vt 86. distinct. cap. 1. & vlt.

c ¶ Vt morereris.] Bona seipsos interimũt, fisco applicantur, si ꝓpter conscientiam delicti hoc faciant: si secus propter impatientiã alicuius doloris, vt ff. de bonis eorum, qui ante sentent. sibi mor. consci. l. penul.

Bona illorum, qui se fisco mentiũ qñ centur.

d ¶ Debuisti.] Infra ead. quæstio. 5 cap. si non licet. & capitul. non est nostrum. & de consec. distinct. 2. prima.

a ¶ In

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ In vias.] Ideſt, hereſes & ſchiſmata.

QVãdo vult.] CASVS. Hæretici mirabantur ſi eccleſia eos corrigebat, vel ſi ſæculares iudices, vel principes mouebantur cõtra eos. Sed dicit Auguſt. q ipſi mirari non debent, ſi eccleſia, vel principes ſæculares eos corrigant, & hoc probatur exemplo Saræ, quæ correxit Agar ancillam ſuam: ſic & eccleſia debet corrigere hæreticos, & exẽplo Nabuchodonoſor, q fecit edictum, vt quicumque dixerit blaſphemiã in Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, in interitum iret, & domus eius in diſperſionem.

b ¶ A Sara.] Id eſt, ab eccleſia.

c ¶ Agar.] Ideſt, conuẽticula hæreticorũ.

d ¶ Hæreditatẽ.] Inf. 32. q.4. recurrat. ſed inf. 32.q.4. dicat.cõt. Sed hic de cęleſti, ibi de hæreditate terrena, vt 1.q.4. Iudæi.

e ¶ Pacatã.] Ad hoc enim conſtituti ſunt principes, vt tueãtur eccleſias, vt infra ea. quæſtio. 5. principes. & ſi noluerint tueri, poſſunt excommunicari, vt infra ead. quæſt. 5. adminiſtratores.

Principes eccleſias tueri debẽt.

f ¶ Matrem.] Sup. 12. q. 2. qui abſtulerit. & 22.q.4 recurrat.

g ¶ Temporales.] Vides ergo quòd hæretici ſunt occidendi. primo tamẽ ſunt admonendi. inf. ea. non inuenitur. in fi. & infra, q. 5. ſi audieris. Qualiter ſit cogendus, dixi 24.q.1. quæ domus. in fi.

miſit ad inuitatos, & venire noluerunt; & ait ſeruo: [Exi in plateas β, & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, cęcos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus domino: Factũ eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt, & ait dominus ſeruo; Exi in vias a, & ſæpes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea:] Vide nunc, quemadmodum de his, qui prius venerunt, dictum eſt introduc eos: nunc †dictum eſt compelle. Ita ſignificata ſunt eccleſiæ primordia adhuc creſcentis, vt eſſent vires etiam compellendi. Luc. 14. † al. non

α ¶ Attende ergo.] *Locus hic (quemadmodum & multa alia in hoc capite) emendatus eſt ex B. Auguſtino. Antea legebatur*, Attende ergo, & conſidera, quòd non ideo uoluntas bona miſericorditer impenditur, ut mala uoluntas hominis diligatur.

β ¶ In plateas.] *Sic emendatum eſt ex Euangelio B. Lucæ, expunctis duabus vocibus. Antea enim legebatur*, exi cito in uias, & plateas.

Idem ſuper Ioannem, tractatu 11. ad c. 3.

¶ Hæretici vtiliter patiuntur, quæ catholici vtiliter inferunt. C. XXXIX.

QVando vult Deus concitare poteſtates aduerſus hæreticos, aduerſus ſchiſmaticos, aduerſus diſſipatores eccleſiæ, aduerſus exſufflatores Chriſti, aduerſus blaſphematores baptiſmi; non mirentur, quia Deus concitat, vt à Sara b verberetur Agar: cognoſcat ſe Agar c, & ponat † ceruicem; quia cum humiliata diſcederet à domina ſua, occurrit ei Angelus, & dixit: [Quid eſt Agar ancilla Saræ?] Cum queſta eſſet de domina; quid audiuit ab Angelo? (Reuertere ad dominam † tuam.) Ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur; atque vtinam reuertatur; quia proles eius, ſicut filij Iacob, cum fratribus hæreditatem d tenebit. Mirantur autem, quia commouentur poteſtates Chriſtianæ aduerſus deteſtandos diſſipatores eccleſiæ. Si non ergo mouerentur; quomodo redderent rationem de imperio ſuo Deo? Intendat charitas veſtra, quid dicam, quia hoc pertinet ad reges ſæculi Chriſtianos, vt temporibus ſuis pacatam e velint matrem f ſuam eccleſiam habere, vnde ſpiritualiter nati ſunt. *& paulo poſt.* ¶ Nabuchodonoſor rex decreuit dicens: (Quicumque dixerint blaſphemiam in Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditione.) Ecce quomodo ſæuit rex alienigena, ne blaſphemaretur Deus Iſrael, qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt, vt ſæuiant reges Chriſtiani; quia Chriſtus exſufflatur, à quo non tres pueri, ſed oris terrarum cum ipſis regibus à gehennarum igne liberatur. *& infra.* ¶ Quomodo ergo iſti reges non moueantur; qui nõ tres pueros attendunt liberatos de flamma, ſed ſeipſos liberatos de gehenna? quando vident Chriſtum à quo liberati ſunt, exſufflari in Chriſtianis? quando audiunt dici Chriſtianos, dic te non eſſe Chriſtianum? Talia facere volunt, & ſaltem talia pati nolunt. Nam videte qualia faciunt, & qualia patiuntur: occidunt animas, affliguntur in corpore; ſempiternas mortes faciunt, & temporales & ſe perpeti conqueruntur. Poly. l. 7. titu. 6. Anſl. l. 12. c. 54. Iuo p. 10. c. 56. † al. ſupponat Gen. 21. † al. domum Dan. 3.

Item contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 79.

QVi peccat.] CASVS. Petilianus conquerebatur dicens q Chriſtiani ipſum & alios hæreticos iniuſtè perſequebantur, & ipſi ſe iuſtè defendebant à Chriſte perſequitur ipſum, & alios hæreticos. Et hoc probat

¶ Eccleſia hæreticos ratione perſequitur. C. XL.

Iuo p. 10. c. 75. QVi peccat, non peccat legis a auctoritate; ſed contra legis auctoritatem. Quia vero interrogas me, quæ ſit ratio perſequendi; viciſſim te interrogo, cuius ſit vox in pſalmo dicentis: [Detrahentẽ b ſecreto proximo ſuo, hũc perſequebar.] Quære itaque perſecutionis vel cauſam vel modũ: & noli tanta imperitia generaliter malorum perſecutiones † reprehendere, *& infra cap.* 20. ¶ Non enim perſequimur vos, niſi quẽadmodũ veritas perſequit falſitatẽ. *Item ſupra cap.* 10. ¶ Petilianus dixit, ſi c Apoſtoli perſecuti ſunt aliquem, aut aliquem tradidit Chriſtus? Auguſtinus reſpondit, poſſem quidem dicere ipſum ſatanã omnibus malis hominibus eſſe peiorem, cui tamen tradidit d Apoſtolus hominem in interitum carnis; vt ſpiritus ſit ſaluus in die Domini Ieſu: itemque alios de quibus dicit, [Quos tradidi ſatanæ, vt diſcant nò blaſphemare.] Et Dominus Chriſtꝰ flagellatos expulit de tẽplo improbos mercatores, vbi etiam connexum eſt teſtimonium ſcripturæ dicentis, [Zelus e domus tuæ comedit me.] Ecce inuenimus Apoſtolum traditorem f, Chriſtum perſecutorem. *& infra cap.* 19. ¶ Poſtremo, quare per violentiſſimas turbas etiam vltro improbi eſtis eccleſijs catholicis, vbi poteritis aduertere, quod innumerabilibus exemplis & res ipſa indicat? Sed dicitis vos, loca veſtra defendere: & reſiſtitis fuſtibus, & cædibus, quibuſcunque potueritis. Quare ibi non auditis vocem Domini dicentis. [Ego autem h dico vobis i, non reſiſtere malo k? Aut ſi fieri poteſt, vt aliquando rectè per vim corporalem reſiſtatur violentis, nec ideo præceptum violetur, quod audiuimus l à Domino: [Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo:] cur non etiam hoc fieri poteſt, vt per ordinarias †, & legitimas poteſtates m de ſedibus, quæ illicitè vſurpantur, vel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat impium, & iuſtus iniuſtum? Neque enim eo modo n perſecutionem paſſi ſunt pſeudoprophetæ ab † Helia, quomodo ipſe Helias à rege o nequiſſimo: aut quia flagellatus eſt Dominus à perſecutoribus, propterea paſſionibus eius comparandi ſunt, quos ipſe de templo flagellatos eiecit. Reſtat ergo, vt nihil aliud requirendum eſſe fateamini; niſi vtrum iuſtè, an impie vos ſeparaueritis à communione orbis terrarum. Nam ſi hoc inuentum fuerit, quòd impiè feceritis; non miremini, ſi non deſunt miniſtri Deo, per quos flagellemini, quia perſecutionem patimini non

Pſ. 100.

† al. perſecutores

1. Cor. 5.

1. Tim. 1. Io. 2

Pſal. 68.

Matth. 5.

† al. ordinatas

† Adde quæ hęc præpoſitio, ab ponitur hic pro, Poſt, ſicut gl. 3. Reg. 18. & l. nemine. C. de decu. lib. 20.

Zelus domus tuę comedit me mihi cauſa inuidiæ qualiter exponitur.

Hæreticis reſiſtendum eſt.

d ¶ Tradidit.] Sicut nos tradimus hęreticos principibus.

e ¶ Zelus.] Zelus hic poteſt poni in bona vel mala ſignificatione.

e ¶ Zelus.] Id eſt indignatio, quã habui erga eos pro domo tua: & qa de honeſtabant templum tuum. 1.q.3. ſaluator. ver. pẽ ſandum. Vel zelus, id eſt. amor, quem habui ad templum, comedit me, id eſt, fuit mihi cauſa inuidiæ propter quem occiderunt me.

f ¶ Traditorem.] Id eſt, tradentem. Io.

g ¶ Exemplis.] Multa habes exẽpla vbi Chriſtus fuit perſecutus aliquos, vt ſu. ea. cap. nimium. & cap. diſplicet.

h ¶ Ego autem.] Talis eſt ſenſus huius litteræ, hęretici obijciebant Auguſtino, q eccleſia eos perſequebatur conta præceptum Domini, qui dixit: Nolite reſiſtere malo, aut ſi fieri poteſt, & c. eandem auctoritatẽ retorquet Auguſtinus in eos: quia ipſi contra hoc faciebant, cum ipſi cædibus & fuſtibus reſiſtebant. Sed ad hoc ipſi reſpondebant: quia hoc faciebant ſine offenſione huius præcepti, defendendo ſe & ſua dicit ergo Auguſtinus, quod multo magis per legitimas poteſtates poſſumus eos repellere de ſuis ſedibus.

i ¶ Dico vobis.] Id eſt, in vos idem retorqueo.

k ¶ Malo.] Ideſt, per malum.

l ¶ Quod audiuimus.] Vt ipſi dicunt.

m ¶ Poteſtates.] Vult ergo Aug q quia auctoritate iudicis expellit aliquem à poſſeſſione ſua, quod iuſte poſſideat, ſic ff. de acq. poſſ. iuſtè ff. quod met. cau. l. 3. §. ſed objicitur.

n ¶ Eo modo.] Quia Helias iniuſtè, & illi iuſtè. ſu. ea.

o ¶ A rege.] Scilicet Achab.

a ¶ Sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Sicut scriptum est.] In libro sapientiæ 1.
13.c.in fin. b ¶ Secreto.]Id est, in absentia.
c ¶ Conqueri.] Secundum canones ergo filius potest conqueri de patre, vt no.2.q.7
2 Et no. inf. si ecclesia. ibi videas. Prælatus excedens modum in corrigendo deponi potest. quæritur 2.
d ¶ Modus.]Si enim prælatus excedit modum in corrigendo, deponi potest, vt 45. dist.cum beatus. nō tamen propter hoc debet petere veniā à subditis, quos correxit. vt 86 dist. quādo Ioan de Fan.

NOn inuenitur.] CASVS. Vincētius quæsiuit ab Au. vbi inueniatur exēplum, quod ecclesia petierit auxilium à Regibus terræ contra inimicos. Et respondet Augustin. q̄ nō inuenitur in Euāgelio, nec in Apostolo illud exemplum. Inueniuntur tamen duo exempla Nabuchodonosor regis, in quibus vtrumque significatur, scilicet primitiuæ ecclesiæ, in qua iusti ab impijs cogebanē ad malū: & ecclesię. q̄ nunc est, in qua hæretici coguntur à Christianis non ad mortem, sed ad exiliū vel dānum rerum temporalium.
e ¶ Non inuenitur.] Hæc sunt verba hæreticorum.
f ¶ Pro ecclesia.] Paulus tamen in sua p̄sona 3. petijt, vt su. q. 3. Maximianus.
3 Al. persecutione. g ¶ Nabuchodonosor.]Supra dist. 9. capit. 1.
h ¶ Patiebantur.] Tunc temporis p̄sequebātur impij Christianos, modo conuersō sit.
i ¶ Rumoribus.] Ar. q̄ propter rumores non

à nobis: sed sicut scriptum est [a], ab ipsis factis vestris. *Et in libro de vnitate ecclesiæ, c. 17.* De persecutione vestra q̄rela sedabitur; si cogitetis, & intelligatis prius non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioqui non laudabiliter diceretur: [Detrahentem secreto [b] proximo suo, hunc persequebar.] Nam quotidie videmus & filium de patre tamquam de persecutore suo conqueri [c], & coniugē de marito, & seruum de domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem, vel prouincialem de duce, vel rege: cum illi plerūque ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores leuiorum † pœnarum à grauioribus malis prohibeant, atque compescant: plerumque autem à bona vita, & à bonis factis minando, & sæuiendo deterreant. Sed cum à malo, & illicito prohibent; correctores, & consultores sunt: cum autem à bono, & licito; persecutores, & oppressores sunt. Culpantur etiam, qui prohibent à malo: si modum peccati modus [d] coercitionis excedat.

Ps.100.

† *al leuium*

Idem in epist. 48. ad Vincentium.

¶ A regibus terrę contra inimicos suos auxilium petat ecclesia. C. XLI.

NOn inuenitur [e] exemplum in Euangelicis, & Apostolicis litteris, aliquid petitum à regibus terræ pro ecclesia [f], & contra inimicos ecclesiæ. Quis negat non inueneri? Sed nondum implebatur illa prophetia; [Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terrā: seruire Domino in timore.] Adhuc enim implebatur illud, quod in eodem psalmo paulo superius dicitur: [Quare fremuerunt, gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.] Veruntamen si facta prę terita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorum; in rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor [g], vtrumq; tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit; & quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est quando rex memoratus pios, & iustos cogebat adorare simulachrum, & recusantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum Deum verum decreuit in regno suo, vt quicumque blasphemaret Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, pœnis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur [h] Christiani pro impijs. Posterius vero tempus eiusdem † significabat tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. Sed planè in eis, qui sub nomine Christi erant seducti à peruersis; ne forte oues Christi sint errantes, & ad gregem aliter reuocandæ sint, temperata seueritas, & magis mansuetudo seruatur: vt coercitione exiliorum, atque damnorum tribulatione admoneantur considerare, quid, & quare patiantur: & discant præponere rumoribus [i], & calumnijs hominum scripturas, quas legunt. Quis enim nostrum, quis vestrum non

Dan.3.

† *al. illinc.*

non sit aliquis cogendus ad expurgationem, vt 11. quæstio. tertia, in cunctis. extra de eo. qui cog. consang. vx. suæ, super eo.
a ¶ Sacrificia.] C. de sacrifi. paga. l 1.
Potius quę prius significat. b ¶ Potius.]Id est, prius. & sic ponitur hæc dictio, potius.

laudat leges ab Imperatoribus datas aduersus sacrificia [a] paganorum? Et certe longe ibi pœna seuerior constituta est. Illius quippe impietatis capitale supplicium est. De vobis autem corripiendis, atque coercendis habita ratio est; qua potius [b] admoneremini ab errore discedere, quàm pro scelere puniremini.

Item eiusdem ad Bonifacium comitem, epist. 50.

¶ Malos ecclesia iustè persequitur. C. XLII.

Poly. l. 7. tit. 11. Anil. l. 13. c. 14. *Gal. 4.*

SI ecclesia [c] vera ipsa est, quæ persecutionem patitur, non quæ facit; quærant ab Apostolo, quam ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe matrem nostram cælestem Hierusalem, id est veram Dei ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, quæ affligebat ancillam. Si autem melius [d] discutiamus; magis illa persequebatur Saram superbiendo, quàm illam Sara coercendo. Illa enim dominæ faciebat iniuriam; ista imponebat superbiæ disciplinam. Deinde quæro, si boni, & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur; cuius putant esse in psalmo vocem, vbi legitur: [Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non cōuertar, donec deficiant.] Ergo si verum dicere, vel agnoscere volumus: est persecutio iniusta, quam faciunt [e] impij ecclesiæ Christi, & ea est iusta persecutio, quam faciunt impijs ecclesiæ Christi. Ista itaque beata est, quæ persecutionem patitur propter iustitiam; illi vero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo; illi sæuiendo: ista vt corrigat; illi vt euertant: ista vt reuocet ab errore; illi vt præcipitent in errorem. *& infra.* ¶ Quod autem dicunt, qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petisse à regibus terræ Apostolos talia; non considerant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus [f] agi. Qui enim tunc in Christum crediderat Imperator? qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret? quando adhuc illud propheticum implebatur: [Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominū, & aduersus Christum eius.] Nondum autem agebatur quod paulo post in eodem psalmo dicitur: [Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.] Quomodo ergo reges Domino seruiunt in timore; nisi ea, quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiā

Ps.2.

Ps.27.

Sara persequebat ancillam.

quod ecclesia iuste persequitur hæreticos: hæretici vero iniuste persequūtur ecclesiā. Secundo obijciebāt, q̄ Apostoli à regibus terræ contra inimicos nunquam auxilium petierūt. Et respondet Augus. aliud tempus fuisse tūc, & aliud modo. tunc. n. reges erāt infideles, hodie vero Christiani reperiuntur. Et ad hoc probādum duas auctoritates Prophetæ inducit.
c ¶ Si ecclesia.]Dicebant hæretici, q̄ ecclesia potius deberet pati persecutionem, q̄ facere? quod improbat Augu exēplo Saræ, quæ significat ecclesiam, quæ persequebatur ancillam. Item probat auctoritate illa. Persequar inimicos, & comprehendam illos, & cap. secundo dicit quandam persecutionem iustam, quandam iniustam.
d ¶ Melius.] Proprie dicitur persequi, q̄ ad malum persequitur, vt inf. e. q. 5. non vos. & Ideo dicit, melius, id est, subtilius. videtur tamen ex loco isto, q̄ dominus non possit facere iniuriā seruo suo: argu. sup. ead. qui peccat. in fi. æque enim punitur dominus interficiendo seruū suū, sicut liberum hominem, vt 50. di. si qua fœmina.
Et sic dico secundū canones, q̄ filius potest agere contra patrem, & econuerso, potest. vt 2. q. 7. quæritur. sic potest dici q̄ seruus potest agere contra dominum de iniuria sibi facta, vt fiat causa sæuiat in ipsum dominus, vel si immoderate sæuiat, licet aliud sit secundum leges. C. de emend. seruo. l. vnica. Nam & pater agit contra filium contumacem, vt C. de pat. potest. l. 3.
Filius cōtra patrē, & econuerso, agere potest.
Seruus pōt dici q̄ seruus agere cōtra dominum.
e ¶ Faciunt.] Id est, facere debent.
f ¶ Temporibus.] Concorda tempora, & concordabis scri-

tius, extra de spon. requisiuit. bene enim puniuntur hæretici si non resipiscant, vt supra ea. quando vult. in fi.
Si ecclesia.] CASVS. Augustinus suadebat Bonifacio comiti, vt hæreticos persequeretur, quod cum facere

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scripturas cõcordabis si tempora concordes.

scripturas, vt 2.q.1. si peccauerit.] & ex tempore, loco & persona debemus concordare canones, vt 29.d. c.1.2.& 3.sic 35.q.3.qđ scripsi.

q 1.cum per hellicam 43.distin.sit rector.ff.de legat.1.§ seruus plurium, in fi.

Quæst.

a ¶ Quia homo.] Et no. q̃ aliud facit quis in eo q̃ rex, & aliud facit in eo q̃ homo. sic su. ea. duo ista sic extra de elect. quod sicut.in fi.1. ff. quod cuiusc. vniuer. l.ităē ff. qñ. app. sit.l.1.Ioan.

& rex est. Quia homo [a] est; ei seruit viuendo fideliter. Quia vero etiam rex est; seruit leges iusta præcipientes. & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo. α ¶ Et est iusta.] *Addita sunt hæc vsque ad vers.* Ista itaque. *& multa alia ex ipso originali emendata.*

Idem in eadem epistola.

¶ Exemplo Christi, mali cogendi sunt ad bonum. C. XLIII.

i §.præterea. & c.cũ inter vniuersas, in fi. vbi de hoc. & est fi. 16. q. 1. superiori. iuxta fin.

QVis nos põt.] CASVS. Hæretici dicebant, q̃ ecclesia non debet cogere eos ad fidem: quia liberum est eis credere, nec Christus alicui vim intulit, nec aliquem ad fidē coegit. Aug. vero docet, q̃ ecclesia eos recte, & licite potest ad fidem cogere, exẽplo Christi, qui Paulum cæcatum & inuitum ad fidem perduxit.

b ¶ Si pœna.] Quasi dicat, si nõ præcessisset pœna, non esse opus liberatione.

c ¶ Cogentem.] Istud quod de Paulo dicitur, sola diuina volũtate factum fuit. nam nullus cogitur recipere fidem, sed receptam cogitur retinere, vt 45.distin. de Iudæis. 32. q.1. integritas. H.

QVis nos potest amplius amare, quàm Christus, q̃ animam suam posuit pro ouibus suis? Et tamen, cum Petrum, & alios Apostolos solo verbo vocasset; Paulum, prius Saulum, ecclesiæ suæ postea magnum ædificatorem, sed horrendum antea vastatorem, non solum voce compescuit, verumetiam potestate prostrauit, atque in infidelitatis tenebris sæuientem, ad desiderandum lumen cordis, vt surgeret, prius corporis cæcitate percussit. Si pœna [b] illa non esset; non ab ea postmodum sanaretur: & quando apertis oculis nihil videbat, si eos saluos haberet, non ad impositionem manus Ananiæ, vt eorum aperiretur obtutus, tanquam squamas, quibus clausus fuerat, inde cecidisse scriptura narraret. Vbi est, quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere, vel nõ credere: cui vim Christus intulit? quem cogit? Ecce habent Paulum Apostolum: agnoscant in eo prius cogentem [c] Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illi omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit; & quem maior timor compulit ad charitatem, eus perfecta charitas foras misit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, vt redirent; si perditi β filij coegerunt alios vt perirent?

Poly. ibidem. Ans.l.13. c.16. Io. 10. *Matt.4. Act.9.*

inf.e.q.6. schismatici.

1. *Cor.* 15.

1. *Io.*4.

β ¶ Si perditi.] *Hæc vsque in finem sunt addita ex originali, & aliæ emendata.*

Beda 1.Cor.5.

Item contra Faustum, lib.22.c.79.

¶ Non crudelitate, sed dilectione Moyses populum flagellauit. C. XLIIII.

QVid crudele [d] Moyses aut mandauit, aut fecit; cum commissum sibi populum sancte zelans, & vni vero Deo subditum cupiens, posteaquam cognouit ad fabricãdum, & colendum idolum defluxisse, mentemq; impudicam prostituisse dæmonibus, in paucos eorum vindicans gladio, quos Deus ipse, quem offenderant, alto, & secreto iudicio feriendos voluisset, mox feriri, & in præsenti salubriter terruit, & disciplinam in posterum sanxit? Nam eum nulla crudelitate, sed magna dilectione feciisse quod fecit; quis non in verbis [e] eius agnoscat orantis pro peccato eorũ, & dicẽtis, (Si dimittis illis peccatũ, dimitte: sin autẽ, dele me de libro tuo:) *& infra.* ¶ Sic plane, & Apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hominẽ satanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus sit in die Domini Iesu: tradidit & alios, vt discerent non blasphemare.

Poly. ibidem. Ans.l.13.c.1. *Exo.* 32.

1. *Cor.* 5.

1. *Timot.* 1.

d ¶ Quid crudele.] Phaĕ exẽplo Moysi ecclesiã nõ esse crudelẽ, si hæreticos ad se venire compellat.

e ¶ In verbis.] Argu. ex antecedẽtibus p̃bari sequẽtia. sic sup. 18. dist. peruenit. 34.

QVæsitum.] CASVS. Quæsitum fuit ab Innocentio, vtrum illi, qui post baptisma sua officia exercuerunt, vel decapitando latrones, vel capitalem sententiã proferendo peccauerunt hoc faciendo. Et respondet q̃ non: quia à Deo huiusmodi potestates sunt concessæ, & non peccant, si amore iustitiæ faciunt, vt sup. eod. q.5. fi homicidium.

f ¶ Vindicem.] Idest, iudicem.

g ¶ Auctore.] Sic 26.d.deinde.fi.14.q.5.dixit.

h ¶ Aut d sciplinam.] Quod faceremus, si eos diceremus peccare.

Item Innocentius Papa, epist.3. ad Exuperium episcopum Tholosanum, c.3.

¶ Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut tormenta exercent, aut capitalem sententiam ferunt. C. XLV.

Rabanus pœni. c.16. Burc.l.6. c.44. Iuo p.10.c.94.

tel. saua

QVæsitum est [a] etiam super his, qui post baptismum administrauerunt, & aut tormenta [b] sola † exercuerunt [c], aut etiam capitalem protulere [d] sententiam. Nihil [e] de his legimus à maioribus diffinitum. Meminerant enim à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictã noxiorum, gladiũ fuisse permissum, & Dei esse ministrũ α, vindicem [f] in huiusmodi datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore [g] Deo viderent esse concessum? De his ergo, vt hactenus seruatum est, sic habeamus: ne aut disciplinã [h] euertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in reddenda ratione, gesta sua omnia seruabuntur.

Rom. 13

α ¶ Ministrum.] *Sic emendatum est ex originali & Iuone. Antea legebatur*, & Dei ministerio esse datum in huiusmodi vindices. *Glossa autem optime etiam conuenit voci*, vindicem.

Idem in eadem epistola, c.5.

¶ Immunis est dictator à culpa, cum legum auctoritas in improbos exercetur. C. XLVI.

Iuo p.10.c.94.]

ILlud etiam [a] scisciatari voluisti, an preces dictantibus [b] liberum concedatur vtiq; post baptismi regenerationem à principibus poscere [k] mortem alicuius, vel sanguinem de reatu. Quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt: sed ad iudices [l] commissa ipsa, vel crimina sem per remittunt, vt causa cognita vindicentur β: quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut dãnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

ε ¶ Vindicentur.] *Emendatum est ex originali. Antea legebatur*, vindicent, qui cum quæsituri fuerint delegata, &c.

Item Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum, lib.7. indict.1.epist.5.

¶ In correctione malorum Deus omnipotens placatur. C. XLVII.

Ansl.13. c. 24.

SI quos igitur violentos, si quos adulteros, si quos fures, vel alijs prauis actibus studere cognoscitis: Deum de eorum α correctione placare festinate: vt per vos β flagel-

& propter vindictam malorum gladius est permissus à Deo. [Super his.] Idest de his. [Disciplinam. Idest, exilium, vel correctionem.

a ¶ Quæsitum est. [Vtrum peccent, &c.

b ¶ Aut tormenta.] De talibus autem an possint promoueri, habes 51.d.in summa.

c ¶ Exercuerunt.] Executores.

d ¶ Protulere.] Vt iudices.

e ¶ Nihil.] Idest, non hoc quòd peccent, quia reuera delegare causam criminalem, vt ff. de test. l.3. §. idem diuus.

SI quos.] CASVS. In Francia erant multi fures, adulteri, & raptores: quare Greg. mandat Brunichildæ reginæ Francorum, vt eorum violentiam & malitiam refrænet: ne Deus inducat flagellum gentium persidarũ quod ad vindictam multarum nationum est excitatum: vt quos præcepta Dei non reuocant, nec se emendant, interimat pestis belli.

Assessoris officium.

1 Vel dic pascere, i. à principib. postulatam infligere, sic ictel ligas hoc c. de iudicibus fm Lanr. Vel dic, posse re i. deferre, vel denũciare aliquẽ verũ crimen capitalis: quia eis licitum est, C. de accus. l. ead. quidem. Sed hic non quæritur an illicitum, sed an irregularis & dicit q̃ non, vt in præceden. cap.

lum [a] perfidarum gentium (quod quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum est) non inducat: ne si quod non credimus, diuinæ vltionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota; belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant.

α ¶ De eorum.] *Sic restitutum est ex varijs codicibus epistolarum B. Gregorij. Antea erat*, Deorum.

β ¶ Per vos.] *In originali est*, super uos. *sed ob gloßam in ver. flagellum non est mutatum.*

Idem Gennadio patritio, & Exarcho Africæ, lib. 1. epistol. 72.

¶ Ecclesiasticæ religionis inimici etiam bellis suut coercendi. C. XLVIII.

Anſl.13.c.29.

SIcut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis ecclesiæ eius omni viuacitate mentis, & corporis obuiare: quatenus eius ex vtroque triumpho magis ac magis enitescat opinio: & cum forensibus bellis, aduersarijs catholicæ ecclesiæ pro Christiano populo vehementer obsistitis, & ecclesiastica prælia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum est enim hæreticæ religionis viros, si eis, quod absit suppetit, nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer insurgere: quatenus hæreseos sua venena ad tabefacienda, si valuerint, Christianis corporis membra transfundant. Cognouimus enim eos cõtra catholicam ecclesiam, Domino eis aduersante, colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare: sed eminentia vestra conatus eorũ comprimat, & superbas eorum ceruices iugo rectitudinis præmat. Concilium vero catholicorum episcoporum admoneri præcipite, vt Primatem non ex ordine [b] loci, postpositis vitæ meritis faciat: quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Ipse vero Primas non passim (sicut moris) per villas, sed in vna, iuxta eorum electionem, ciuitate resideat: quatenus adeptæ dignitatis meliori ingenio resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex concilio vero Numidiæ, si qui desiderauerint ad Apostolicam sedem venire; permittite; & si, quilibet eorum viæ contradicere voluerit †; obuiate. Magis profecto excellentiæ vestræ apud creatorem gloria proficit, si per eam dispersarũ ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cum enim largita munera ad nominis sui gloriam conspicit reuocari; tanto largiora [c] tribuit, quanto per eum religionis suæ dignitatem viderit ampliari. Persoluentes præterea paternæ charitatis affectum, Dominum petimus, quòd † brachium vestrum ad comprimendos hostes forte efficiat, & mẽtem vestram fidei [zelo † velut mucrone gladij vibrantis exacuat.

† *al. putauerit*
† *al. Magna*

† *al. quo*
† *Abest ab ori.*

Iem ad eundem, lib. 1. epist. 73.

¶ Merito fidei, bellorum paratur victoria. C. XLIX.

Burc.l.15.c.18. Anſl.11.c.30. Iuo p.16.c.15.

SI non ex fidei merito, & Christianæ religionis gratia, tanta excellentiæ vestræ bellicorum actuum prosperi-

a ¶ Flagellum.] Arg. propter negligentiam pastoris, vel etiam propter peccata aliquorum mittit Deus flagella, vt 7. q. 1. sciscitaris.

SIcut excellentiã.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima parte rogat Gregorius Gẽnadiũ Patritiũ, vt sicut hactenus pugnauit contra hostes, ita & nũc pugnet contra hæreticos, qui contra catholicam ecclesiam colla subrigere volunt. In secunda parte rogat, vt conciliũ episcoporum faciat cõgregari, quatenus primatem eligant: q non debet eligi ex loci dignitate, eo quòd in maiori dignitate constat: sed qui maioribus meritis adiuuat, qui non per villas, sicut moris est, sed in vna ciuitate resideat, vt Donatistis fortius resistere valeat. In 3. parte rogat, vt si aliqui epi de Numidia volunt Romam venire, permittat eos venire, & obuiet uolentib. contradicere ipsis. Secunda pars incipit ibi, [Concilio.] Tertia ibi, [Ex concilio vero. Quatenus eius.] scilicet ex ceilentiæ.

b ¶ Non ex ordine.] Nec est considerandum quis maior sit loco vel ordine: sed quis sit iustior, vt 40. dist. non loca. & cap. multi. in fi. arg. cõtra 40. d. c. vlt. & penult.

a Et sup 1. q. 7. iudices. & 56. d. si gens. Arch.

c ¶ Largiora.] Sic 16. q. 1. reuertimini. Ioã.

SIn nõ ex.] CASVS. Greg. de duob. in hoc ca. commendat Gennadiũ Patritiũ. Primo commendat eũ ex eo q victorias suas faciebat nõ per corporalẽ prouidentiã, sed magis orationib. pręuenientibus: quod in alijs ducib. non contingit. & q facit non causa fundendi sanguinis, sed potius causa reipublicæ dilatandæ. id est, ecclesiæ. Secũdo cõmendat eum, eo q quædam patrimonia beati Petri nudata cultoribus, Dacorum habitatoribus restaurasset. [Opinio.] Id est, fama: quæ opinio loquitur: [Bella nos,] &c. & littera sic ordinata non errabis.

a ¶ Non summopere miranda.] q. d. hoc est mirandum, quòd victoriam solis orationibus obtineatis.

ADDITIO. Ad idem 61. dist. miramur. sed quod hic dicit postpositis meritis, soluit cõtrarium nec enim ad fidem, &c ff. de tu. & cu. da. ab his. l. scire, §. vlt. Vel ibi dicit de dignitate ordinum: hic de celsitudine sedium, seu locorum, secundum Ioan.

b ¶ Largitis.] Id est, ibi positis.

c ¶ Sustinetis.] Id est, expectatis. Ioan.

BREVITER. Hæc est 8. pars q. in qua probatur p quatuor auctoritates, q vindicta debet fieri: q a magis diligitur qui punitur, quàm qui peccat, & non punitur. & est hic incidens q. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit G. ex supradictis, q boni iuste malos persequuntur: & non econuerso. Postea respondet auctoritati Pauli, quam habuimus sup. eod. quæst. 1. §. 1. dicens eam esse intelligendam de occultis delictis. & dicit monstratum esse su. q vindicta possit inferri. Nunc vero ostendit, q vindicta debet inferri: & ad vtrumque probandũ inducit capitula sequentia.

tas eueniret; non summopere miranda [a] fuerat: cum sciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali prouidentia, sed magis orationibus præuenitis; fit, vt hoc in stuporem veniat, quòd gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat. Vbi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio? quæ & bella vos frequenter appetere non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatandæ causæ reip. in qua Deum coli conspicimus, loquitur: quatenus Christi nomen per subditas gentes fidei prædicatione circumquaque discurrat. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita constituunt: ita & interna morũ ornamenta ex corde mundo procedentia in futuram α vitam cœlestium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro pascendis ouibus beati Petri Apostolorum principis excellentiam vestram præstitisse didicimus: ita vt non parua loca patrimonij eius proprijs nudata cultoribus, largitis [b] Dacorum β habitationibus restauraueritis. Quæcumque igitur hic illi Christianissima † mente confertis; horum retributionem per spem in futuro iudicio sustinetis [c].

† *al. Christiana*

α ¶ Futuram.] *In duobus codicibus epistolarum legitur*, in futurorum gaudiorum participatione. *in vno vero manuscripto*, in futura cœlestium gaudiorum participatione. *In codice tamen Vaticano legitur quemadmodum apud Gratianum.*

β ¶ Dacorum.] *In libris epistolarum impressis, & duobus manuscriptis legitur.* datitiorum. *In aliquot vero antiquis Gratiani exemplaribus est.* Dacorum, vel aliorum habitationibus.

Rom. 14. 8 *Breuiter monstratum est, quòd boni laudabiliter persequuntur malos, & mali damnabiliter persequũtur bonos. Illud autem Apostoli: [Tu autem quis es, qui iudicas alienum seruum?] de alieni cordis occultis intelligendum est. Quòd vindicta inferri possit, monstratum est. Nunc restat ostendere, quòd debet inferri: & quòd magis diliguntur illi, qui puniuntur; quàm qui impuniti relinquuntur: quod vtrumque multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Augustinus.

¶ Ad iram Deus prouocatur, cum mala puniri differuntur. C. L.

Ios. 22. † *al. Achan*

SIea γ, de quibus vehementer Deus offenditur, insequi, vel vlcisci differimus [d], ad irascendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. [Nonne Achor † [e] filius [f] Zaræ præterijt mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam solus § perijsset in scelere suo.]

† *al. Marinia-no*

γ ¶ Si ea.] *Vsque ad ver.* prouocamus *sunt in regesto Beati Gregorij lib. 2. indictione. 11. epist. 27. scripta. Martino † abbati, & Benenato Notario. Reliqua vero non ibi leguntur, sed sunt verba sacræ scripturæ 22. Iosue.*

a ¶ Et 26 q. 5. episcopi.

ADDITIO. Ad idem 61. dist. miramur. sed quod hic dicit postpositis meritis, soluit cõtrarium nec enim ad fidem, &c ff. de tu. & cu. da. ab his. l. scire, §. vlt. Vel ibi dicit de dignitate ordinum: hic de celsitudine sedium, seu locorum, secundum Ioan.

b ¶ Largitis.] Id est, ibi positis.

c ¶ Sustinetis.] Id est, expectatis. Ioan.

d ¶ Differimus.] su. e. si is qui su. 28. d. quia sunt culpæ.

e ¶ Nonne Achor.] sup. 1. q. 4. § item peccato Achor.

f ¶ Filius.] Id est, nepos.

g ¶ Solus.] Negatiue exponitur, id est, vtinam non perijssent plures. si. 1. q. 1. iudices 1. arg. tamen contra: quia videtur, q potius debuit parcere nocenti, quàm punire innocentem propter nocẽtem, vt 14. quæst. 5. denique. & ff. de pœnis, absentẽ.

Item Augustinus de sermone Domini in monte, lib. 1. c. 37. & 38.

¶ Vindicta, quæ ad correctionem valet, non est prohibenda. C. LI.

EA vindicta α, quæ valet ad correctionem, non prohibetur. Quæ etiam ad misericordiam pertinet, nec impedit illud propositum, quo quisq; paratus est ab eo, quē correctum esse vult, plura perferre: sed huic vindictæ referendæ non est idoneus [a], nisi qui odium, quo flagrare solent, qui se vindicare desiderant, dilectionis magnitudine superauerit. Non enim metuendum est, ne odisse paruulū filium parentes videantur, cum ab eis vapulat [b] peccans, ne peccet vlterius. Et certè perfectio dilectionis, ipsius Dei patris imitatione nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur: [Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui oderunt vos, & orate pro eis, qui persequuntur.] Et tamen de ipso dicitur per Prophetam: [Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autē omnem filium, quē recipit.] Dicit etiam Dominus: [Seruus [c], qui nescit voluntatē domini sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis [c]: seruus autē, qui scit voluntatē domini sui, & facit digna plagis, vapulabit multis.] Nō ergo quæritur, nisi vt & ille vindicet, cui rerum ordine potestas data est, & ea volūtate vindicet, qua pater paruulum filium flagellat, quem per ætatē odisse [d] nondum potest. Hinc enim aptissimum †exemplum datur, quo satis apparet posse peccatum amore potius vindicari, quàm impunitum relinqui; vt illum, in quem †vindicat, non pœna miserum, sed correctione beatum velit: paratus [e] tamen, si opus est, æquo animo plura tolerare ab eo illata, quem vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coercendi, siue non habeat. ¶ Magni autem, & sancti viri, quamquam †optimè scirent mortē istam, quæ animam dissoluit à corpore, formidandā non esse; secundum eorum tamen animum, qui illam timerent [f]; nonnulla peccata morte punierunt: quo & viuentibus vtilis metus incuteretur: & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si viuerent, [diminueretur †g]. Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donauerat Deus. Inde est, quòd Helias morte multos affecit & propria manu, & igne diuinitus impetrato: cum †& alij multi, & magni viri eodem spiritu consulendo rebus humanis non temere fecerint †. De quo Helia cū exemplum dedissent discipuli Domino commemorantes, quid ab eo factum sit, vt etiam ipsis daret potestatem petendi de cœlo ignem ad consumendos eos, qui sibi hospitium non præbuerant †; reprehendit in eis Dominus non exemplum prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animaduertens eos, non amore correctionem, sed odio [h] desiderare vindictam. Itaque postquam eos docuit, quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam spiritu sancto, quem decem diebus completis post ascensionem [i] suam desuper, vt promiserat, misit, non defuerunt tales vindictæ; quam

Anſ. l. 13. c. 2. Iuo p. 10. c. 60.

Matt. 5.

Prou. 3.

Luc. 12.

†al. apertissimum

†al. quem

C 38.

† al. qui iam

†abest ab or. 3. Reg. 18. & 4. 1.

†al. quod

†al. fecerunt Luc. 9.

†al. præberet

Matt. 22. Act. 2.

α Ea vindicta.] CASVS. Ostēdit August. in hoc c. q; prælati, vel iudices malos punire debent animo corrigendi, & ex dilectione: & hoc probat quinque exēplis, scilicet patris. & Christi, & quorundā sanctorum vete. test. & Heliæ, & Petri. sed non debēt vlciscēdi animo punire: sicut volebant facere discipuli Christi, cū desiderabāt ignem cœlestē mittere super Samaritanos: sed propter hoc fuerūt à domino reprehēsi. 8xē plum est de Petro in fine capituli. Vbi autem alia exempla incipiant, p te videbis.

a ¶ Idoneus.] Arg. q; nullus potest esse iudex nisi habeat charitatem, & mansuetudinem. 45. distinc. disciplina.

b ¶ Vapulat.] su. 5. q. 5. non omais.

c ¶ Paucis.] Quædā enim ignorantia pro parte excusat, p parte non, vt 30. q. 1. de his. supra dist. 8. consuetudo.

d ¶ Odisse.] Cū puer non potest odio haberi, non potest vt ingratus exhęredari, vt C. de inoff. testa. si quis in suo.

e ¶ Paratus.] sup. ea. q. 1. paratus.

f ¶ Timerent.] Ergo quæ pœna magis timetur, illa est magis infligenda siue sit pecuniaria, siue corporalis, vt 16. quæst. 6. cognouimus & c. de lapsis. & inf ea. q. 5. prodest. & expresse dicitur ext. vt li. non contest. quoniam frequenter, in fi.

g ¶ Diminueretur.] Quosdam. n. Deus rapit de medio, ne malitia mutet intellectū eorum, vt inf. de pœ. dist. 4. §. verum hoc.

h ¶ Sed odio.] su. e. q. c. qđ Christus. cōtra.

i ¶ Post ascēsionē.] Illud, post, potius includit diem ascensionis, quàm excludit. nam aliàs non essent decem dies, nisi dies ascensionis computetur. 76. dist. scire.

Quis

uis multo rarius, quàm in veteri testamento: Ibi enim ex maiori parte seruientes timore premebantur: hic autem maxima dilectione liberi nutriebantur. Nam & verbis Apostoli Petri Ananias, & vxor eius (sicut in actibus Apostolorum legimus) exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti.

Act. 5.

α ¶ Ea vindicta.] *Apud B. Augustinū, & Anselmum sic legitur.* Neque hic ea uindicta prohibetur, quæ ad correctionem valeat etiam. Ipsa enim pertinet ad misericordiam, nec impedit, &c.

β. ¶ Seruus.] *Totus hic locus restitutus est Euangelio, & B. Augustino, multaque alia emendata.*

γ ¶ Qua pater.] *In originali legitur*, qua pater in paruulum filium, quem, &c.

Item Augustinus contra Cresconium Grammaticum, lib. 3. c. 51.

¶ Quę veritati contraria sunt, Christiani persequi debent. C. LII.

Iuo p. 10. c. 61. Pann. l. 8. c. 15.

QVisquis [a] Christianum α (inquis) persequitur; Christi est inimicus [b]. Verum dicis, si non [6] hoc in illo p sequitur, quod Christo est inimicum. Neque enim Dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum sint vtrique Christiani, non debent persequi vitia Christianæ contraria veritati. An vero, si non persequantur, non rei negligentiæ merito tenebuntur?

α ¶ Christianum.] *Antea legebatur.* Quisquis Christianus iniquum non persequitur. *Emendatum est ex originali. Sunt enim verba Cresconij, quod etiam auctor glossæ animaduertit.*

6 ¶ Si non.] *Apud B. Augustinum est*, sed hoc in illo. *Verum Iuo, & Pannormia cum Gratiano concordat.*

Item Augustinus ad Macedonium, epi. 52.

¶ Quemadmodum homo debet diligere proximum sicut seipsum. C. LIII.

Iuo p. 10. c. 62. Pann. l. 8. c. 16.

DEbet homo diligere proximum tanquam seipsum: vt quem potuerit hominem [c], vel beneficientiæ consolatione, vel informatione doctrinæ, vel disciplinæ coercitione adducat ad colendum Deum.

Item Augustinus ad Donatum presbyterum, epistola 204.

¶ De eodem. C. LIIII.

MAli sunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum.

¶ *De hac re copiosa disputat B. Augustinus in c. displicet. sup. ead. Hic vero summa illius disputationis paucis verbis collecta est.*

Ex his omnibus colligitur, quòd vindicta est inferenda non amore ipsius vindictæ, sed zelo iustitiæ; non vt odiū exerceatur, sed vt prauitas corrigatur. Sed cum vindicta aliquando inferatur damnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte; quæritur, an sit peccatum iudici, vel ministro reos morti tradere.

QVisquis.] CASVS. Cresconius Grammaticus dicebat, q; inimicus Dei erat, q Christianum persequebatur. Sed Aug. respondet, hoc esse verum si ex odio persequatur: sed si persequatur ex charitate vitia q̄ sunt in Christiano, Dei est amicus. quod probat tribus exemplis, scilicet domini, & patris, & mariti. Et not. quòd à principio cap. vsque ibi, [Verum] sunt verba Cresconij: postea vero sequuntur verba Aug. quæ interrogatiue leguntur. Seq. c. patet.

a ¶ Quisquis.] verba Cresconij.

b ¶ Inimicus.] Sup. 86. dist. sup. ead. q. duo ista.

c DEbet.] ¶ Homi nem.] Arg. q; cum pecunia possumus aliquos alicere ad fidem, vt inf. ead. quæst. 7. quod autem. & sup. 45. dist. qui fi cera. sub tali enim cōditione possumus aliquam ducere in vxorem, vt fiat Christiana, 28. quæstio. 1. caue, & c. non oportet. & possumus eos grauioribus pensionibus onerare vt cōuertantur, infra ead. quæstio. 6. iam vero. quod satis admitti potest. & sic in talib. spiritualibus licite fit pactio, vbi agitur de conuersione alicuius ad fidem. & sic non obstat. prima quæstio. quàm pio. Ioan.

Pactio q̄q; licite fit in spiritualib.

MAli.] EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, quòd vindicta est inferenda zelo iustitiæ, & non amore vindictæ, scilicet nō vt odiū exerceatur, sed vt prauitas corrigatur. Cum vindicta quandoque inferatur damnis rerum, quandoque flagellis, & quandoque ipsa morte, quæritur, an peccet iudex vel minister reos occidendo.

Vôd autem.] Hæc q diuiditur in 7. partes. In prima intendit probare 6. auctoritates, q̃ ecclesia debet pro eis intercedere. Secunda ibi, [Hinc apparet.] Tertia ibi, [Seipsum.] Quarta ibi, [Miles.] Quinta ibi, [Ipsis autem.] Sexta ibi, [Præterea.] Septima ibi, [Non solum.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quæ quæstio, qua quæritur an iudex, vel minister occidendo reos? Et respondet, q̃ nõ, vt inf. ea. miles. & c. cum magister. dũmodo faciat hoc amore iustitiæ, vt su. q. prox. ea vindicta. & quandoq;, qui non est iudex, sine peccato põt alium occidere. s. si se defendendo occidat, vt inf. ea. c. cum homo. & sup. 50 dist. quia te obnoxium. Similiter publicum latronem, vel nocturnum depopulatorẽ agrorum potest occidere, vt C. quando liceat vnicuique sine iudice se vendicare, lege vna. Et procedit hoc ordine Gratian. Primo probat, q̃ mali non sunt interficiẽdi, vsque ad §. [Hic appareat.] Exinde probat, q̃ possunt interfici vique ad §. [Sicergo.] & eandem dat solutionem.

Occidere an sit alicui permissum.

a ¶ Quôd autem.] Nulli licet occidere nisi habeat potestatem gladij, nec tunc licet, nisi cum hoc fiat amore iustitiæ, vt su. q. prox. ea vindicta, & inf. ea. c. miles. Itẽ si spes est correctionis, non debet occidere. sed si non est spes correctionis, potest occidere, vel reddere eum inutilem ad male faciendum, vt inf. q. proxim. est iniuste. inf. eo cap. rex debet. si autem paratus sit corrigi: nec occidi debet, nec debilitari in membris, vt hic, & inf. ea. c. 1. 2. & 3. & hæc vera sunt, q̃ iudex solus potest occidere nisi sint aliqui nocturni depopulatores agrorum, vel sint latrones in publicis stratis, quos quilibet potest occidere, vt C. quãdo liceat vnicuique sine iud. seipsum vindi. l. 1. & supra ead. q. 3. fortitudo. vel ratiõ defendendo se occidat aliquem. extra de homic. c. 1. circa fin. inf. ea. c. cum homo. Hug.

CIrcumcelliones.] CASVS. Quidam hæretici Donatistæ interfecerunt quendam presbyterum catholicum nomine Restitutum. quendam vero alium presbyterum. s. Innocentium verberantes eius effoderunt oculum, & digitum præciderunt, propter quæ scelera cum ducti fuissent ad comitẽ Marcellianum, verberib. fustigati, rei veritatẽ sunt confessi. Sed quia Aug. timebat ne propter talia scelera interficerentur, ideo rogat præfatũ comitẽ, vt eos non interficiat, licet posset hoc sub dissimulatione transire; cum non fuerint à clericis accusati, sed à notarijs quorum interest, præsentari. vnde rogat rem, vt in monasterium detrudantur, vel alicui tali deputentur operi, vt eorum audacia refræretur, & mala quæ fecerunt, salutifera valeant emendare.

b ¶ Restitutum.] Proprium nomen.

c ¶ Confessos.] Coram laico. & sic est contra, extra de iud. at si clerici. in fi. sed isti propter hæresim sunt facti de foro eius.

d ¶ Solicitudo.] Qui eos accusauerat. 1 licet non ex nomine, vnde timuit, quòd esset reus mortis ipsorum, vt inf. ea. c. vnum. in fi.

e ¶ Nec facias.] Argu. quòd in criminalibus potest iudex pœnam temperare, argum. contra. 2. quæst. §. notandum.

f ¶ Interitu.] Argu. q̃ iudex sæcularis potest corrigere clericos incorrigibiles, vt inf. c. si audierit. ext. de sentent. excom. perpendimus.

g ¶ Sed illorom.] Iudicum.

h ¶ Notarijs.] i. officiarijs, qui deferunt crimina iudicib. vt 4. q. 4 §. aliquando. sicut testes synodales deferunt crimina episcopis. 35. q. 6. episcopus.

i ¶ Seruorum.] Idest, quas patiuntur serui Dei. ADDITIO. Vel dic quòd seruos Dei eos vocat, quia iam egerant pœnitentiam, vt infra cap. proxim. secundum L.

K ¶ Corporis.] Sup. quæstione prox. est iniusta contra, sed hic de corrigib. libus. ibi non.

a ¶ Dam-

QVAESTIO V.

Vôd autem [a] *nulli liceat aliquem occidere illo præcepto probatur, quo Dominus in lege hocidium prohibuit dicens:* [*Non occides.*] *Item in Euangelio:* [*Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.*] Exod. 20. Matt. 26.

Item Augustinus ad Marcellinum comitem de Donatistis captis, epist. 159.

¶ Mali non sunt interficiendi, sed flagellis emendandi. C. I.

CIrcumcelliones illos, & clericos partis Donati, quos de Hypponensi ciuitate †ad iudicium pro factis eorum, publicæ disciplinæ cura deduxerat, à tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum [b] catholicum presbyterum commiserunt, & de cæde Innocentij alterius catholici presbyteri, atque de oculo eius effosso, & de digito præciso fuisse cõfessos [c]. mihi solicitudo [d] maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum seueritate plectendos, vt quanta fecerunt, talia patiantur. Ideoque his litteris obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, vt hoc nec facias [e], nec omnino fieri permittas. Quamuis enim ab illorũ interitu [f] dissimulare possemus, qui nõ accusantib. nostris, sed illorũ [g] notarijs [h], ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati videantur examini; nolumus tamen passiones seruorum [i] Dei, quasi vice talionis, paribus supplicijs vindicari: non quo scelestis hominibus licentiam facinorũ prohibeamus auferri: sed hoc magis sufficere volumus, vt viui, & nulla corporis [K] parte trũcati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis otiũ legũ coercitione dirigant, vel à malignis operibus alicui vtili operi deputẽtur. Vocant quidẽ & ista

Ans. l. 13. c. 10. Poly. l. 7. tit. 11. †al. ecclesia

a ¶ Damnatio.] Not. iudices posse remittere pœnam. fic 22. q. 4 innocens.

b ¶ Succense.] Id est, irascaris.

c ¶ Inquisitione.] Id est, per inquisitionem criminum.

d ¶ Et à magistris.] Magistri non incidunt in canonem verberan

Magister, & pater clericum verberantes non incidunt in canonem.

damnatio [a]: Sed quis non intelligat magis beneficium, quàm supplicium nuncupandum; vbi nec sæuiendi relaxatur audacia, nec pœnitendi medicina subtrahitur? Imple Christiane iudex pij patris officium: sic succense [b] ini quitati, vt consulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinẽ: sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione [c] seruasti: quando tantorum scelerum confessionem nõ extento equuleo, non sulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti; qui modus coercitionis & à magistris [d] artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam in iudicijs solet ab episcopis [e] adhiberi †. Noli ergo atrocius vindicare, quod lenibus inuenisti: inquirendi, quàm puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim, & mitissimi homines facinus occultatum diligenter, atque instanter examinant, vt inueniant, quibus parcant.

Theberijori.

[a] ¶ Notarijs.] *In libris B. Augustini excusis partim est*, notaria: *partim*, notoria. *In codice Vaticano epistolarum vbique legitur*, notaria: *& epistola 160. in qua de eadem re agitur, in codicibus impressis, ac manuscriptis legitur*, notaria: *itemque in Breuiculo in collatione primi diei semel, & secundi bis. De notarijs vero mentio est in lege ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad S. C. Turpil. & ad C. de accusat. l. ea quidem. Apuleius etiam libro 7. de asino aureo habet*, notoriam: *Et in glossario legitur.* notoria, ἀναφορά.

[b] ¶ Succense.] *Sic est emendatum, additis etiam nonnullis ex originali; Anselmo, & Polycarpo. Antea erat*, Sic succenseri iniquitati memineris, ut non in peccatorum, &c.

Item Marcellino, epistola 158.

Poly. l. 7. tit. 12. Ans. l. 13. c. 11.

¶ Præter supplicium mortis, rei sunt puniendi. C. II.

POena sillorum, quamuis de tantis sceleribus confessorum, rogo te, vt præter supplicium mortis sit, & propter conscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem commẽdatam. Ipse enim fructus ad nos peruenit confessionis illorum; quia inuenit catholica ecclesia, vbi suam erga atrocissimos inimicos seruet, atq; exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate, quæcumque præter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quod etsi modo quibusdam nostris illa atrocitate commotis videtur indignum, & quasi dissolutionis, & negligentiæ simile; transactis [g] tamen motibus animorũ (qui recentioribus factis solent turbulentius excitari) egregiè luculenta bonitas apparebit.

Idem Donato, epistola 127.

Polyc. ibidem. Ans. l. 13. c. 12.

¶ Mali prohibendi sunt à malo, & cogendi ad bonum. C. III.

VNum solum est, quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte, quoniam quidquid mali contra Christianã

verberando clericos causa disciplinæ. ext. de sent. excõ. super eo. dũ tñ non nimiũ sæuiant in eos, vt ff. ad le. Aquil. ceptoris. quibus autẽ liceat alios castigare, habes su. ea q. 4. duo. ibi 17. q. 1. sicut. datur autẽ ista potestas patri in filiũ: clericũ quousque sacrũ ordinẽ receperit: licet tamen ordo non liberet à patria potestate, vt 54 dist. si seruus 2. vnde maiorem potestatẽ habet magister in discipulum. q̃ pater in filiũ: cũ magister adhuc post ordinẽ habet eũ in potestate, per illam decret. super eo. extra. cum voluntate.

e ¶ Ab episc.] Nonne Epũs nec manib. propriis hoc facere potest, vt 86. laicum verberet clericos.

f ¶ Pœna.] Hic dr̃ q̃ propter tria parcendũ sic illisitũ quia videt ecclesiã sesam habere conscientiam, si ad denũciationẽ suã isti occidantur: tũ propter spẽ correctionis: tum propter mansuetudinem ecclesiæ.

g ¶ Trãsactis.] Ar. q̃ executio sententiæ in causa ciuili, vel criminali differẽda est. 11. q. 3. cum apud. Argu. contra 2. q. 1. sicut.

De hoc etiam no. ff. punitri, not. 5. q. 5. illi e. q. 7. his à qui. & 45 distin. cum beatus. Ioan. quibus, ia glo. virgis tñ, &c.

VNum solum.] CASVS. Aug. ro

Universidad de Deusto
Biblioteca

gat Donatũ supplicit er sicut põt, ne quod dam hæreticos captos occidat, quos occidi timebat, eo q̃ grauius contra Christianos committitur q̃ contra alios: sed alijs dignis supplicijs coerceant, vt de suis peccatis valeant pœnitere: alioqn ecclesia operam non exhibebit vt tales hæretici capiantur: quo cõperto licentius con- ecclesiam insultabunt.

a ¶ Per operam nostram.] Idest, per querelas nostras. & ē hic arg. q̃ si iudex suspẽdit aliquem ad querelam clerici, q̃ cleric⁹ non possit promoueri, vt sup. c. prox. & de pẽ dist. 1. periculo sè. & extra de excess. pla. ex litteris. argu. contra su. q. 3. Maximianus. & inf. ea. nõ vos. & ff. de bo lib. qui cum maior. §. 1. & est expressum extra de homi. postulasti, & c. sua.

b ¶ Occidi.] Argu. est hic pro Hugo. qui dicit, q̃ cleric⁹ debeat potius permittere se occidi, quàm q̃ ipse occidat, vt dixi sup. ea. q. 1. in princ. 1.

† Intellige ergo cũ Ber. hoc cap. qñ tales capere possumus, non dẽmus eos interfi cere, vt hic dr: & hoc no. illa littera occideados vestris iudicijs ingeramus. ¶ Am L.

PRodest.] CASVS. Hoc c diuidit in duas partes. In prima parte commẽdat Augu. Imperatorem eo q̃ per ipsum ecclesia adiuuatur. In secũda parte rogat eũ ne malos morte puniat, sed ad vitam reseruet, vt deflere possint peccata, quæ commiserant. si vero aliter cũ sint icorrigibiles, eos punire voluerit, officium dilectionis contra eos exerceat, & si cupiditatem nocẽdi. & ad hoc eum multipliciter hortatur. Secũda pars incipit ibi, [Non vobis,] Sequẽ. ca. non facit ad principale propositũ quæstionis, sed continuatur præcedenti capi. vbi dicitur, quia & plectendo.

c ¶ Et nostra.] Matutinum. n. præstãt sibi auxiliũ. inf. e. principes.

d ¶ Corrigatur.] Q. d. societatem ab hominibus impijs, ingratisq; committitur, profecto grauius est, & atrocius, quàm si in alios talia committantur; tu quoque pro immunitate facinorum, ac non potius pro lenitatis Christianæ cõsideratione censeas coercendum. Quod te per Iesum Christum, ne facias, obsecramus. *& paulo post.* ¶ Ex occasione terribiliũ iudiciũ, ac legum, ne æterni iudicij pœnas luant †, corrigi eos cupimus, non necari: nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec supplicijs, quibus digni sunt, coerceri †. Sic igitur eorum peccata compesce, vt sint, quos pœniteat peccasse. *& paulo post.* ¶ Proinde, si occidendos in his sceleribus homines putaueritis; deterrebitis nos, ne per operam nostram [a] ad vestrum iudiciũ aliquid tale perueniat. Quo comperto illi in nostram perniciem licentiori audacia grassabuntur, necessitate nobis impacta, vt etiam occidi [b] ab eis eligamus potius †, quàm eos occidendos vestris iudicijs ingeramus.

† *al. incidant*

† *al. exerceri*

† *abest ab or.*

Idem Macedonio, epist. 54.

¶ Quies ecclesiæ, principum seueritate iuuatur.

C. IIII.

PRodest & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur & nostra [c]. Prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas temperatur & vestra. Non vobis displiceat, quòd rogamini à bonis: quia nec bonis displicet, quod timemini à malis. ¶ Nam hominum iniquitatem etiam Apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verum etiam de præsentibus vestris sæcularibus α potestatibus terruit, asserens & ipsas ad dispensationẽ diuinæ prouidentiæ pertinere. [Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c.] Hæc verba Apostoli vtilitatem vestræ seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere, qui timent; ita dilectionem iussi sunt timentibus debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat; sed omnia consulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitoris, vt nec intercessoris religio contemnatur: qui & plectendo, & ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur [d]. Quod si tanta est peruersitas, & impietas, vt ei corrigendæ β nec disciplina possit prodesse, nec venia; à bonis tamen intentione, atque conscientia, quam Deus cernit, siue seueritate, siue lenitate, non nisi officium dilectionis impleatur.

Rom. 13.

α ¶ Sæcularibus.] *Antiquioribus editionibus epistolarum B. Augustini in margine est adscriptum*, de præsentibus vestris sæcularibus terruit. *In Antuerpiana vero est in textu hæc eadem lectio, sed sine dictione*, præsentibus.

β ¶ Ei corrigendæ.] *Sic est emendatum ex originali. Antea legebatur*, vt corrigendis reis nec disciplinæ, nec veniæ remedia suffragentur, ab omni tamen intentione, &c.

PALEA. C. V.

HOc tamen intelligendum est de illis, quos præsentia supplicia in melius commutant, non de illis, qui obstinati sunt in malo: qui si semper viuerent, semper peccarent: quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit.

De pñia dist. 5. cap. sunt quidam in fine.

siue per verba, siue per pecuniam, siue alio modo, non refert. sic su. ea. q. 4. ea vindicta. Ioan.

Q Vid ergo.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes, in prima parte redarguit Hieronym. quosdam, qui dicebant Deum fuisse crudelem, rigidum & cruentum,

¶ *Abest hæc palea à vetustis exemplaribus, quæ collata sunt, vno excepto, in quo est coniuncta capiti superiori.*

Item Hieronymus in Naum prophetam ad c. 1.

¶ In præsentiarum nonnulli puniuntur, ne in æternum flagellentur. C. VI.

Poly. l. 7. tit. 12.

QVid ergo, ait, contra Dominum cogitatis? ipse qui creauit mundum; & consummationem eius faciet. Quod si vobis videtur crudelis, rigidus, & cruentus, quòd in diluuio genus deleuit humanum, super Sodomam, & Gomorrham ignem & sulphur † fluit, Aegyptios submersit fluctibus, Israelitarum cadauera prostrauit in heremo; scitote eum ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternum puniret [a]. Certè aut vera sunt, quæ prophetæ loquuntur, aut falsa. Si vera sunt, quæ de seueritate eius videntur dicere; ipsi dixerunt: (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione.) Sin autem falsa sunt, falsum est [b], quod dicitur: (Non consurget duplex tribulatio,) falsa est ergo & crudelitas, quæ in lege descripta est. Quod si verum est, vt negare non poterunt, dicente propheta: (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione;) ergo qui puniti sunt, postea non punientur: Si autem illi postea punientur; scriptura mentitur, quod dicere nefas. Receperunt ergo & qui in diluuio perierunt, & Sodomitæ, & Aegyptij, & Israelitæ in solitudine mala sua in vita sua. ¶ Quærat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur; quid de eo postea fiat: Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione:) aut non punietur, & optandum est adulteris, vt in præsentiarum breui, & cita pœna cruciatus frustrentur æternos. Ad quod respondebimus, Deum vt omnium rerum, ita & supplicium quoque scire mensuras; & non præueniri [c] sententia iudicis [d]: nec illi in peccatorem [e] exercendæ [f] de hinc pœnæ auferri potestatem: & magnum peccatũ, magnis, diutur nisq; lui † cruciatibus. Si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis & maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat; tales postea non puniri, quia culpa leuis [h] præsenti supplicio compensata sit.

Gen. 7. & 19. † *al. sulphur ē Exo. 15.*

Naum 1. secundum lxx.

De pœnitentia dist. 3. q̃rat hic.

† *al. eluit Leuit. 24. Num. 15.*

Item Gregorius Papa.

¶ Qui rei sunt sanguinis, ab ecclesia defendi debent. C. VII.

fu. 14 q. 6. hi, qui in furtis.

REos [i] sanguinis defendat α [k] ecclesia †, ne effusione † sanguinis particeps fiat.

† *al. effusionis*

Burc. l. 19. c. 109. Iuo p. 15. c. 121.

† *Exi Roter. referur, q̃ clericus pot esse aduocatus*

a ¶ Puniret.] Ergo hoc de pœnitentibus tantũ, vt inf. de pœn. distin. 3. §. auctoritas. nam quorundam pœna incipit hic, & durat in infinitũ, vt inf. de pœnit. distinct. 3. ignis succẽsus est. sicut econuerso quandoq; remunerat aliquos temporaliter, vt eos puniat æterna liter, vt 22. q. 2. si quæ libet.

Tpaliter remunerantur aliqui vt puniantur æternaliter.

b ¶ Falsum est.] Q. d. ex quo falsum dixerunt in vno, dicunt ergo, & in alijs, & est hic arg. q̃ instrumentum, vel testamẽtum 1. si est in vno falsum, ergo in omni bus, vt sup. dist. 9. si ad sacras.

1 Al. testimonium.

c ¶ Non præueniri.] Tunc sententia iudicis præueniretur. si quis hic plenè, punitus esset. quia in futuro non puniretur.

d ¶ Iudicis.] i. Chri.

e ¶ In peccatorẽ.] Nõ punitũ hic sufficiẽter.

f ¶ Exercendæ.] In futuro.

2 Al. scilicet terreni.

* *B. Hieronymus cum videtur putasse illum maledixisse Deo, sed Israeliticis et ves apud interpretes dubia est.*

g ¶ Israeliticis.] Id est, Deo Israelitarum.

h ¶ Leuis.] Ecce q̃ leuẽ dicit culpã maledicere * Deo, cum magis sit maledicere Deo, quàm principi. sic C. si quis Impe. male. l. vnica.

i REos.] Infra quæst. 8. si vobis.

k ¶ Defendat.] Omnes fugientes ad ecclesiam tenetur defendere. vt 17. q. 4. reum. & hoc verum est siue rei sint, siue non: nisi in cãibus extra, de im. ecc. inter. & c. vlt.

Tpaliter remunerantur aliqui vt puniantur æternaliter.

& c.vlt.Sed illos,qui non fugerint ad ecclesiam, quandoque iuuabit, quandoque non.si enim est spes correctionis, debet eos iuuare, vt supra ea. q. proxi.est iniusta. Item si iniusta sint condemnati aliqui: omnibus modis; iuuabit eos si autem iustè, tunc temperatè & non importunè iuuabit eos: sed tãtum intercedendo pro eis, ne ex indiscreta defensione incidat ecclesia in malam opinionem, vt 14.q.vlt. hi qui, & su.q.3.non in inferenda. Et licet teneatur aliquos defendere, non tamen tenetur ꝑ eis bellũ mouere, vt C.de epi sc. aud.addictos supplicio. Ioan.

tus in propria causa. & ita officium suum est ei damnosum .si.10.q.2.hoc ius. sicut nec in causa sua potest quis esse iudex,vt supra q.4.inter 1.Vel dic pro se, id est,pro priuato odio 2. Ioan. Quod primo dixit, falsum est: cum non inueniatur hoc prohibitum. nec littera ista con-

Cõdemnati & iustè & iniustè, sunt ab ecclesia iuuandi.

α ¶ Defendat.] *Apud Burchardum, & Iuonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, legitur*, non defendat.

2 *Hinc apparet, quòd mali flagellis sunt coercendi, non membrorum truncatione, vel temporali morte plectendi. Sed obijcitur illud, quod Dominus ait ad Moysem: [Maleficos non patieris viuere.] ¶ Item: [Qui coierit cum iumẽto, morte moriatur.] Adulterio etiam, vel blasphemiæ crimine notatus immisericorditer lapidari iubetur.* (Exo.22. Leuit.20.)

¶ Item, Moyses, qui legem acceperat, cultores idoli morte puniuit. Samuel etiam Agag pinguissimum regem in frusta conscidit. Phinees quoq; Iudæum cum Madianita coeuntem gladio transfixit: quod est ei reputatum ad iustitiam. Similiter nonnulli in veteri testamẽto inueniuntur malos trucidasse: nec tamen transgressores legis, sed defensores appellantur. Prohibetur ergo illo præcepto [a] quisque sua auctoritate in necem alicuius armari, non legis Imperio reos morti tradere. Qui enim publica potestate functus, ipsius legis Imperio malos perimit: nec illius præcepti transgressor, nec à cœlesti patria alienus habetur.

HINC APPARET. Hæc est secũda pars quæstion. in qua magister probare intendit ꝙ iudices nõ peccant occidendo secũdum legem: sed illi tantum peccant, qui sine auctoritate, & sine iussu diuino hominem occidunt: & hoc probat per multos patres veteris testamenti. Io.de Fan.

CASVS. Hucusq; ꝓbatum est, ꝙ mali non sunt morte puniendi. Nunc contrarium probat ex auctoritatibus, & exemplis. Postea soluit dicens, ꝙ qui habet potestatem occidendi, licitè occidere potest malos: sed auctoritate propria hoc non potest. quod probat seq. cap.

a ¶ Illo præcepto.] Non occides.

Vnde Augustinus ad Publicolam, epist.154.

¶ Ex officio non est peccatum hominem occidere.

C. VIII.

DE occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium: nisi fortè sit miles [b], aut publica functione teneatur, vt non pro se [c] hoc faciat, sed pro alijs, vel pro ciuitate, vbi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit personæ [d]. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant; etiam ipsis aliquid fortasse præstatur. Hinc autem dictum est: [Non resistamus malo,] ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pascit, non vt correctionem hominum negligamus. Vnde [e] nec reus est mortis alienæ; qui cum suæ possessioni ex lapidibus [α] murum circumduxerit, aliquis ex ipsorum vsu percussus intereat. Neque enim reus est [f] Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat: aut ideo non debent Christianorum † boues habere cornua, aut æquus vngulas, aut dentes canis. An † vero, quoniam Apostolus

(Poly l.7. tit.11. Ans.l.13. c.18. Iuo p.10.c.1. Pann.l.8.c.1. — Matth. 5. — † al. Christiãi — † An] orig.)

DE occidẽdis hominibus.] CASVS. Beneuent. ponit hũc casum, dicens ꝙ Publicola de duobus quæsiuit ab August. Primo vtrum quis iustè possit interficere malos, ne ipsi alios occidant. Et respondet ꝙ non: nisi sit miles, vel potestas, qui faciat non pro se; sed pro vtilitate aliorum. Secundo an sit peccatum repellere malos obstaculũ interponendo: & si aliqd contingat inde præter voluntatẽ nostrã, an nobis imputetur? Et respon. non esse peccatũ: nec nobis imputari debet: si aliquid inde contingat: & hoc probat viij. exemplis, scilicet exemplo muli, & bouis; æqui, & canis, Pauli & ferramentorum, arboris, & fenestræ. Secunda pars incipit ibi, [Qui vero repelluntur.

b ¶ Miles.] Sub potestate aliqua constitutus, vt infra eadem miles. nisi hoc fiat iniusto bello, vt infra eadem, si homicidium. & in casibus positis in summa huius quæstionis.

c ¶ Pro se.] Sic ergo officiatus non potest esse aduoca-

contradicit. Bar.

d ¶ Personæ.] Hoc dicit propter episcopos, qui habent iurisdictionem sæcularem, sed non possunt præsidere causis sanguinis, vt 15. q.4. c.1. & inf. ead q.8. his à quibus & c. sæpè.

e ¶ Vnde.] Q. d. cum quis ex officio suo occidit aliquem, non est ei imputandum, si ex officio tali sequantur homicidia. Ita cõtinuantur sequentia exempla. Vel sic continua. si aliquis repellendo malos occidat aliquem, hoc non est ei imputandum.

f ¶ Reus est.] Nisi equus ille fuerat calcitrosus: vel bos fuerat cornupeta. nam si talis nocuerit, bene tenetur dñs, vt ff. si quadru. pau. fec. dic. l.1.§ 1. & generaliter si habuerit tale animal, quod consueuit nocere, vt vrsum,

sum, Leonem, vel aprum, siue ligatum, siue non, si occisus fuerit liber homo, præstabit cc. solidos. sed si aliter nocuerit, condemnabitur secundum arbitrium iudicis: sed in cæteris rebus condemnatur pœna dupli. vt ff. de ædil edi. hi enim. & l. sequenti.

a ¶ Pau-

c ¶ Non possit.] Arg ꝙ non semper prohibetur bonum propter malum, quod sequi potest. Arg. contra. 22. qõ.2. in nouo. contra 21.d. denique. Io.

SEIPSVM. Hæc est tertia pars q. in qua probat magister per quatuor auctoritates, ꝙ nullus occidat seipsum. quia in illo præcepto. Nõ occides, intelligitur, nec te, nec alium: quia bene ordinata charitas à seipso incipit. Io. de Fant.

Paulus [a] satis egit, vt in tribuni notitiam perferretur insidias sibi à quibusdam perditis præparari, & ob hoc deductores accepit armatos; si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret? Absit, vt ea quæ propter bonum [b], ac licitum facimus, aut habemus: si quid per hæc præter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioqui nec ferramenta domestica & agrestia sunt habenda; ne quis eis vel se, vel alterum interimat: nec arbor aut restis, ne quis se inde suspendat: nec fenestra facienda est, ne per hanc se quisquam præcipitet. Quid plura commemorem, cum ea commemorando finire non possem? Quid enim est in vsu hominum bono, ac licito, vnde non possit [c] etiam pernicies irrogari. (Act.21.)

α ¶ Ex lapidibus.] *Sic est emendatum ex codice Vaticano epistolarum B. Augustini. Nam in impressis desunt istæ voces. Apud Gratianum vero erat*, suæ possessioni murorum ambitum circumduxit.

2 *Seipsum etiam perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur.*

Vnde Augustinus libro primo de ciuitate Dei, cap.17. & 18.

¶ Qui Deo auctore bella gesserunt, præcepta non occidendi nequaquam transgressi sunt. C. IX.

(Iuo p.10.ca.4. Pann.l.8.c.2.)

SI non licet priuata potestate alicui hominem occidere nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit; profectò etiam qui seipsum occidit, homicida est †: & tanto [d] fit nocentior, cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit, qui se occidendum putauit. Nam si Iudæ factum merito detestamur, eumque veritas iudicat, cum laqueo se suspendit, sceleratæ illius traditionis auxisse potius, quàm expiasse commissum; quoniam de Dei misericordia desperando exitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentiæ locum reliquit; quanto magis à sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio quid in se puniat, non habet. Iudas enim cum se occidit; sceleratum hominem occidit; & tamen non solum Christi, verum etiam suæ mortis reus finiuit hanc vitam; quia licet propter suũ scelus, alio tamen scelere suo occisus est.] ¶ Cur autem homo, qui mali nihil fecit, sibi male faciat, & seipsum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne aliũ patiatur

(† Conc.l.2. C. vt ne pri. & l. præfer. C. de ser. & aqua. — Matt.27. — C.18.)

CASVS. Supra ostensum est, an aliquis potest alium interficere iurisdictionis potestate: nunc vero ostenditur ꝙ seipsũ nulli interficere permittitur. quod probatur per seq c.

SI non licet.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte quæsitum fuit ab Augus. vtrum liceat alicui iusto in persecutione seipsum interficere, ne ab alio interficiatur: vel vtrum liceat ipsum interficere causa immortalitatis, idest, gloriæ adipiscenda: vel causa cauendi, idest, vitandi futura peccata: vel curandi criminis, idest, remouendi? Et respondet ꝙ nõ: & hoc probat quatuor modis. Primo argumento à minori: quia nõ licet occidere alium innocentem: ergo multo minus seipsũ. Secundo, quia Iudas fuit reprehensus, qa seipsum occidit quã uis sceleratus fuisset: multo magis reprehendi debet qui se innocentem occidit. Tertio, quia in lege prohibitum est (vt ibi dictum est.) Neminem occides. Quarto probat hac ratione: quia, si contra se nemo falsum testimonium dicere debet, ergo multo minus contra se mortem inferre debet. Secundo quæsitum fuit, an licet alios interficere? Et respõdet ꝙ non, nisi vel lex, vel Deus iubeat occidi. propter quod Abraham, Iephte, & Sampson excusati fuerunt. Secunda pars incipit ibi, [Sed his exceptis] Et quod dr ibi, [Mortalitatis,] Idest, gloriæ habenda: quia credens se iustum volens migrare ad gloriam seipsum occidit. vel immortalitatis, idest, inanis gloriæ vt aliquid dicatur de ipso, quòd sic videtur despicere mundum.

a ¶ Paulus.] Arg. ꝙ non imputatur clerico, qui ad defensionem sui iuris vocat milites, si aliquis sibi occidatur, sic sup. ea. q.3. Maximianus.

b ¶ Bonum.] Arg ꝙ si aliquis dat operam rei licitæ, ꝙ non est ei imputandum, si aliquid mali inde sequatur, vt 50 dist. sæpe. & c. quia te. & dist.6. testamentum. nam & Deus est inspector cordis, & non operis, vt 15. q.6.c.1. Item est hic arg. ꝙ non omnis, qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, & hoc habes in brochardis 31.q.3. de neptis. & d.50. sæpe. ff. ad leg. Aquil. qui occiderit. § pe.1.

(Damni dans occasionem non semper damnum dedisse vr. Et extr. de iniu. c. vlt. & leg. & no. ex. de resti. q. & no. in pri. ca. sæpe. Arch.)

d ¶ Et tanto.] Idest, magis peccat bonus aliquis se occidendo, quàm malus: quia malus credit se mereri per hoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nocentem, atque in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum? *Item c.* 20. ¶ Neque enim frustra in sanctis, canonicisque libris nusquam nobis diuinitus præceptum, permissumue reperiri pōt, vt vel ipsius adipiscendæ immortalitatis, vel vllius cuādi†, cauendique [a] mali causa nobismetipsis necem inferamus. Nam & prohibitos nos esse intelligendum est, vbi lex ait, [Nō occides:] præsertim, quia non addidit, proximum tuum: sicut falsum testimonium cum veteraret, [Falsum, inquit, testimonium non dices aduersus proximum tuum.] Nec ideo tamen, si aduersus seipsum quisquam falsum testimonium dixerit; ab hoc se crimine putauerit alienum: quoniam regulam diligendi proximum à semetipso [b] dilector accepit, quādoquidem scriptum est: [Diliges proximum tuum sicut teipsum.] Porro si falsi testimonij non minus reus est, qui de seipso falsum fatetur, quàm si aduersus proximum hoc faceret, cum in eo præcepto, quo falsum testimonium prohibetur, aduersus proximum prohibeatur, possitque non recte intelligentibus videri non esse prohibitum, vt aduersus seipsum quisque falsus testis existat†, quanto magis intelligendum est non licere homini seipsum occidere, cum in eo, quod scriptum est, [Non occides] nihilo † deinde addito, nullus nec ipse vtique, cui præcipitur, intelligitur excep tas [c]? *Item infra eodem capite.* ¶ Non occides. non alterum: ergo nec te. Neque enim qui se occidit, alium, quàm hominem occidit. ¶ Quasdam vero exceptiones eadem ipsa diuina fecit auctoritas, vt liceat hominem occidi: sed his exceptis, quos Deus occidi iubet, siue data lege, siue ad personam pro tempore expressa iussione. [Non æ autem ipse occidit, qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius est vtenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum est, [Non occides;] qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publice potestatis, secundum eius † leges, hoc est iustissimæ rationis imperiū, sceleratos morte punierunt. Et Abrahā non solum nō est culpatus crudelitatis crimine, verumetiam laudatus est nomine pietatis, quòd voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et merito quæritur; vtrum pro iussu Dei sit habendum; quòd Iepte filiam, quæ patri occurit, occidit: cum se immolaturum Deo id uouisset, quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur, quòd seipsum cum hostibus ruina domus oppressit; nisi quia spiritus latēter hoc iusserat: qui per illum miracula faciebat.] His igitur exceptis, quos vel lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiæ Deus specialiter occidi iubet; quisquis hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit; homicidij crimine innectitur. *Item c.* 26. ¶ Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, veluti fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimū propriū, quem non polluebat alienum: neminem propter sua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus est, vt possint pœnitendo sanari: neminem velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.

æ ¶ Non autem.] *Sic est emendatum ex originali præsertim Antuerpiano. Nam antea totus hic locus multo aliter se habebat. sunt autem & alia multa restituta.*

Item contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 49.

[a] ¶ Cauendique.] i. quia cauere volumus, ne aliquis nos lædat.

Eleemosynā sibi primo quisq. facere debet.

[b] ¶ Semetipso.] Vnde quilibet primo sibi faciat eleemosynam: deinde proximo. de pœnit. dist. 3. c. qui vult. vnde possum mihi consulere cū damno alterius, vt ff. ad legem Aquiliam. si quis sumo. arg. contra. 12. qō. 2. primum. & 11. q. 3. si quis vero.

[c] ¶ Exceptus.] Arg. q persona ad quam loquimur, non intelligitur excepta in generali sermone 1, vt ff. de pign. Paulus. §. vlt. Item arg. eo ipso quòd qui non excipitur, intelligitur, includit, vt sup. 55. distinctio. si Euangelica. & extra de iure patro. ex litteris. Itē est hic argum. quòd id quod de vno dicitur, de omnib. alijs intelligendum est, vt 2. quæstio prima, multi. & supra dist. 4. denique & distin. 5. ad eius. Item argu. quòd verbum indifinite probatum, generaliter intelligendum est, vt 31. quæst. prima, quòd si dormierit.

1 Sic nec persona loquēs. 27. d. deinde. vbi de hoc. Verbum indifinite pro latum est generaliter in telligendum

Tu

† *carendi forte*

Exo. 20.

Matt. 22.

† *assistat* Or.

† *al. nihil*

Ibidem c. 21.

† *al. ius legis*

Gen. 22.

Iud. 11.

Iud. 16.

TV dixisti.] CASVS. Petilianus dicebat, q Iudas & alij similes, qui se pro peccato interimunt, debeant martyres reputari, quòd puniatur in se quod dolent, commisisse. Et respondet August. hoc non esse verum quia non debent martyres reputari qui collum sibi ligaue.

Iuo p. 2. c. 99. & p. 10. c. 7.

¶ Nemini licet sibi manus inijcere. C. X.

TV dixisti [a], laqueo traditor perijt, laqueum talibus [b] dereliquit. Hoc ad nos omnino non pertinet. Neque enim veneramur nomine martyrum [c] eos, qui sibi collum ligauerunt.

Item Hieronymus in Ionam prophetam ad c. primum non longè à fine.

Pann. l. 8. c. 3.

¶ De eodem. C. XI.

NOn est nostrum mortem arripere, sed illatā ab alijs libenter excipere. Vnde & in persecutionibus non licet propria perire manu (absq; eo [d], vbi castitas periclitatur,) sed percutienti colla submittere [e].

Item ex concilio Brachar. primo, c. 34.

¶ Nulla fiat oratio pro his, qui seipsos interficiunt.

C. XII.

† abest ab ori. Bur. l. 19. c. 130. Iuo p. 10. c. 128. & p. 15. c. 140. † al. violente

PLacuit, vt qui sibiipsis [voluntariè † [f] aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut per suspendium, vel quolibet modo violentam † inferunt mortem; nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratiō fiat, neque cum psalmis ad sepulturam [h] eorum cadauera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam vsurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus [i] puniuntur.

Impœnitentes, subaudiatur. Item Augustinus in eodem lib. 1. de ciuitate Dei, c. 26.

Iuo p. 10. c. 98. Pann. l. 8. c. 15.

¶ Non est reus homicidij miles, qui potestati obediens hominem occidit. C. XIII.

4 MIles cum obediens potestati, sub qua legitimè constitutus est, hominem occidit; nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidij; immo, nisi fecerit, reus est Imperij [k] deserti, atque contempti. Quòd si sua sponte, atque auctoritate feciſſet; in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque vnde punitur, si fecerit iniussus; inde punietur, nisi fecerit iussus.

Item in quæstionibus Exodi, quæst. 39. ad c. 11.

1 Idē tenet tex. cum gl. in l. memi- nisse. ff. de offi. procon. Bar. in l. patronus. §. Sēpronio. ff. de leg. 3.

PLacuit.] CASVS. Quæsitum fuit in cōcilio Bracharēsi, vtrum commemoratio debeat fieri in altari pro ijs, qui aliquo modo mortem sibi inferunt, vel qui pro suis sceleribus interficiuntur, vel vtrū eorum cadauera sint sepelienda cum psalmis? Et respondet q non.

f ¶ Volūtariè.] Secus si per furorem: tunc non imputaretur, vt 15 qō. 1. si quis infamiens. & c. illa.

g ¶ Cōmemoratio.] Sed nonne cum illi cōmunicauimus viuo, ergo illi mortuo communicabimus? vt 24. q. 2. fanè? Sed illud intelligas de communione sacramentorum, quæ datur in fine. Sed hæc solutio non est sustinens. nam si quis mortuus est sine sacramētis illis, & sine pœnitentia (si tamen fuit honesta causa mortis) bene admittitur ad orationes ecclesiæ, si extra ce sepul. ex parte.

Mortuus & sine pœna, admittitur ad ecclesiæ orationes.

h ¶ Ad sepulturam.] Videtur ergo q tales sepelientur; vt hic, & inf. ea. q. 8. quicunq;. sed hoc nō est verū & intelligas illud de canina sepultura. nā & contrito quandoque denegatur ecclesiastica sepultura, vt extra de torneamentis, cap. 1. & extra de rap. super eo.

Sepultura q̄q; contrito denegat.

i ¶ Pro suis sceleribus.] Sicut fures, & latrones, vt extra de ganerunt. Seq. c. patet: & quod dicitur ibi, [Absque eo.] includitur tenetur, id est, nec in eo casu.

a ¶ Tu dixisti.] Iste dixit Iudam martyrem esse, cum pœna sit vindicta puniens in se quod se commisisse dolet, vt inf. de pœn. dist. 3. pœnitentia. vnde dicebat q licitum est cuilibet pro peccatis suis se occidere.

b ¶ Talibus.] Si sunt verba Aug. dic talibus, i. malis.

c ¶ Martyrum.] Supra 1. q. 1. vide inf. 24. q. 3 quod aūt.

Occideer c. d. ¶ Non est.] Absq; eo.] Dicunt quidam, q vbi fides ecclesiæ, & castitas corporis impugnatur, licet alicui se occidere, vt hic innuitur: cum tamen Aug. dicat, quod ad quodcumque malum quis cogatur, non pōt se occidere, vt sup. eod. q. 4. disp. licet. melius pōt legi fur. fures. nisi fuerint contriti, vt 23. quæst. 2. capitu. vltim.

Milles.] Hæc est 4. pars quæstio. in qua probat magister per 11. auctoritates, quod non peccant iudices, vel ministri si malos occidunt: si tamen non animo vlciscendi, sed animo iudicandi faciunt. Io. de Fan.

CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. vtrum miles sit reus homicidij, qui suæ potestati obediens hominem interfecit? Et respondet q non. Si autem sponte, & propria auctoritate hoc fecerit, reus est homicidij. Sequentia tria capitula per te formare poteris.

K ¶ Imperij.] Argu. q ratione mandati excusatur aliquis, etiam si cōtra cōscientiam faciat, vt su. ea. q. 1. quid culpatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

culpatur in fi. & extra de offic. iudi. deleg. pastoralis. §. quia vero.

a ¶Spontè.] Ar. q̃ non excusat vxor, quæ reddit debitum illi quem scit consanguineum suum, de mãdato ecclesiæ. sed distinguitur, vt extr. de sent. excomm. inquisitioni. & de rest. spo. litteras.

b ¶ Si spontaneus.] Si. 14 qõ. 5. dixit. Ad hoc facit 22. q. 2. Abraham.

c ¶Quomodo lex.] In extraordinarijs: vbi non est statuta pœna criminis 1.

d ¶Iudex.] Idest, vbi est statuta pœna criminis ad vtrumque. extra de offi. & pote. iudi. deleg. de causis. versus finem.

e ¶Crominis.] Supra 45. dist. & qui emendat.

f ¶Modos.] Ad quid fiat, vt su. q. 4 qui peccat.

g ¶Causas.] Nam fine causa nemo puniẽdus est. 16. q. vlt. inuentum.

h ¶Rationes.] Nam secundum leges iudicandum est 3 q. 7. iudicet.

i ¶Vtilitates.] Nam hoc solum bene agitur, vt vita hominũ corrigatur, vt sup. ea. prodest. Ioan.

¶Homicida est, qui spontè occidit, quos iudex iubet occidi. C. XIIII.

CVm minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi; profecto si id sponte [a] facit, homicida est, etiam si eum occidat, quem scit à iudice debuisse occidi. Iuo p. 10. c. 101. Pann. l. 8. c. 39.

Idem libro 22. contra Faustum, c. 73.

¶Sicut iure laudatur obedientia, ita reprehenditur, qui sibi non concessa vsurpat. C. XV.

LEx æterna ita medio quodã loco posuit aliqua hominibus; vt in eis vsurpandis merito reprehendatur audacia: in exequendis autem iure obedientia laudetur. Abraham α, si spontaneus [b] in occidendo filio motus fuisset; execrabilis haberetur: at iubenti Deo obsecundans famulatus est.

α ¶Abraham.] *Confectum est hoc caput ex verbis* B. *Augustini, sed collectoris arbitratu immutatis. Atque hæc quidem pars sic apud illum habet.* Quapropter si in occidendo filio spontaneus motus execrabilis, Deo autem iubente obsecundans famulatus non solum inculpabilis, verum etiam laudabilis inuenitur, quid Moysem Faustle reprehendis, quòd expoliauit Aegyptios, &c.

Idem in quæstionibus super Euangelia, lib. 1. q. 10.

¶ Bono animo officia vindictæ possunt impleri. C. XVI.

OFficia vindictæ [c] possunt impleri bono animo: quomodo lex [d], quomodo iudex [e]. Iuo p. 10. c. 106. Pann. l. 8. c. 40.

Idem ad Macedonium, epist. 54.

¶Non est iniquus, sed humanus, qui crimen persequitur, vt hominem liberet. C. XVII.

NOn est iniquitatis, sed potius humanitatis societate deuinctus; qui propterea est criminis [f] persecutor, vt sit hominis liberator. Iuo p. 10. c. 107.

Idem in eadem epistola.

¶Quare sint instituta regia potestas & legalia tormenta. C. XVIII.

NOn frustrã [g] sunt instituta potestas regis, & cognitoris ius, vingulæ carnificis, arma militis, disciplina dominãtis, seueritas etiam boni patris: habent omnia ista modos [h] suos, causas [i], rationes [k], vtilitates [l]: hæc cum timentur, & mali coercentur, & quietius inter malos viuunt boni. Iuo p. 10. c. 108.

Idem ibidem.

¶Nonnunquam potius peccat, qui causam mortis præbet, quàm ille, qui occidit. C. XIX.

CVm homo ab homine occiditur; multũ distat, vtrum fiat nocẽdi cupiditate, vel iniustè aliqd auferẽdi, (sicut fit ab inimico, sicut à latrone) an vlciscẽdi, vel obediendi ordine, (sicut à iudice, sicut à carnifice) an euadendi, vel Iuo ibidem.

CAVSA. Macedonius de duobus quæsiuit ab Aug. Primo vtrum fit peccatum occidere hominem? Et respondet quòd quandoque est peccatum, vt si fiat ab inimico, vel latrone. & quandoque non, vt si fiat à iudice, vel officiali, vel milite. Secundo quæsiuit, an qui præstat alicui occasionem mortis, sic homicida? Et respondet quod quandoq; homicida est,

1 Vt extra de offi. dele. de causis ff. de iure deli. l. 1.

est, vt contingit de eo qui fideiussorem decipit, & quãdoque non, sicut contingit in puella à qua stuprum petitur: & in patre à quo timet filius verberari: & in eo pro quo, quia liberatus est, alius se occidit. Secunda quæstio incipit ibi. [Et aliquando.]

a ¶ Latro.] Furem nocturnum licet occidere: sed diurnũ, sed non diurnũ, licet occidere. Latronẽ insidiantem in itinere licet occidere, ut C. quando li. uni. ff. iu. dicentem in itinere licet occidere, ut ff. de fica. furum. Item cum latronem insidiantem in itinere licet cuilibet occidere, ut C. quando li. uni. ff. iu. subueniendi necessitate, sicut interimitur latro à viatore, hostis à milite. ¶ Et aliquando, qui causa mortis fuit, potius [b] in culpa est, quàm ille qui occidit: velut si quispiam decipiat fideiussorem suũ, atq; ille pro isto legitimum supplicium [c] luat. Nec tamen omnis, qui cau a alienæ mortis est, reus est. Quid si enim quisquam stuprum petat, seseque si nõ impetrauit, interimat? Quid si filius timens patris pia verbera, præcipitio pereat? Quid si alius homine liberato, vel, ne alius liberetur, sibi ipse mortem inferat? Num propter istas alienarum mortium causas aut sceleri cõsentiendum est; aut vindicta peccati, quæ non fit nocendi, sed corrigendi studio, etiam paterna tollẽda; aut opera misericordiæ cohibenda sunt? Hæc cum accidunt; debemus eis humanum dolorem, non propter illa, ne accidant, rectè factorum reprimere voluntatem.

b ¶ Potius.] Inf. prox. q. vlt. qui aliorum.

b ¶ Potius.] Sic magis punit consulens quàm faciẽs 1, vt infra prox. q. vlt. quia aliorum. & 86. dist. tanta. Inquirendum etiam est quis primo causam mali præbuerit, vt C. ad legem Iuliã de vi. pu. si qui. & ff. si quadru. pau. fecisse vin. leg. 1. & 2.

1 Arg. l. 1. §. si plures & ibi Bart. ff. de exerci. & pet. Bal. in 3. C. de ser. fugi.

Item Isidorus lib. 3. sent. de summo bono, c. 53.

¶ Quod sacerdotes efficere docendo non valent, disciplinæ terrore potestas extorqueat. C. XX.

Poly. 6. tit. 1. Burc. l. 15. c. 43. Iuo p. 16. c. 44.

PRincipes [d] sæculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent; vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterum intra ecclesiam [e] potestates necessariæ non essent; nisi, vt quod prævalet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnũ terrenum, cœleste regnum proficit: vt qui intra ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam ecclesiæ agunt; rigore principum conterantur: ipsamque disciplinam, quam ecclesiæ humilitas exercere non prevalet [f], ceruicibus superborum potestas principalis imponat: & vt veneration em α mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscant principes sæculi Deo debere se rationem reddere propter ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax, & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiam credidit.

α ¶Venerationem.] *In variis editionibus huius libri legitur*, & ut ueneratione mereatur, virtute potestatis impartiat, *In concilio Parisiensi sub Ludouico Lothario, lib. 2. c. 2. vbi hoc refertur, legitur*, & ut uenerationem mereatur, virtutem potestas impertiat. *Apud Iuonem vero (Nam Burchardi codex manifestum habe mendum) hoc modo*, & sic uenerationem meretur, ut virtutem potestatis impartiat.

c ¶Supplicium.] Sed certe illud nullo iure 2. inuenitur, q̃ fideiussor possit occidi si non exhibet illum pro quo fideiussit, licet fideiusserit pro reo criminis, sed si fideiussor sine dolo reum criminis non exhibet, pecuniariter punitur. sed si dolo eum non exhibet, punitur arbitrio iudicis, vt ff. de exhib. re. l. si quis reum, & C. ad Tur. l. 2. potius ergo respicitur hic factum vel consuetudo alicuius loci, quãius.

2 Diuino & humano.

PRincipes.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ principes sæculi ad hoc sunt instituti, vt ecclesiasticã disciplinã defendãt, vt quos sacerdotalis sermo non corrigit, coerceat sæcularis potestas. De quo, si nõ fecerint, apud Deũ reddituri sunt rationẽ. Seq. ca planũ est.

d ¶ Principes.] Hæc quatuor c. ad hoc inducuntur, vt principes ecclesias defendant, & reos nõ permittant viuere.

e ¶ Intra ecclesiã.] Laici hñt iurisdictio Laici q̃que nem multipliciter in in clericos tra ecclesiam. Quan habent iurisdoque in personis ip dictionem. sis, cum sint incorrigibiles, vt 32. dist. eos qui & inf. ea. q. de Ligurib. Item quandoque propter ambitionem alicuius, vt 79. dist. si quis pecunia. Item cum fidem volunt subuertere, vt d. 8. quo iure. & sup. ea. c. 1. & 17. dist. nec licuit. Item cum falsarius est clericus, vt ex. de cri. ad falsarios

f ¶¶ Non prævalet.] Sup. dist. 96. duo supra. dist. 10. quoniam sup. 11. q. 1. illud.

a ¶ Res

Universidad de Deusto
Biblioteca

a REs autem.] ¶ Confessionem.] Ideſt, ad eccleſias Chriſtum confitentes 1.

INcestuoſi.] CASVS. Dicitur in hoc c. q. mali, qui per eccleſiam non poſſunt corrigi, volentes in ſuis criminibus perdurare, coerceri debent per brachium ſæculare.

b ¶ In priſtinis.] Supra 82. diſt. plutimos. Ioan.

REgum.] CASVS. Dicit Hier. in hoc c. q. principes debẽt defendere vi oppreſſos & peregrinos, viduas & pupillos. Et hoc probat auctoritate Hieremiæ, quę incipit ibi, [Nolite ò reges Iuda.] [Intulit.] ſcilicet Hieremias.

c ¶ Oppreſſos.] Hic uidetur, q. ad iudiciũ ſæculare ſpectet defendere oppreſſos & viduas & pupillos, vt inf. eod. adminiſtratores. & ſu. e. q. 3. ab Imperatoribus. & C. quando imperat. inter pup. & vid. l. vnica. Sed contra inf. 23. quæſt. vlt. ſi quis de potentibus. 87. diſtinct. deſolatis 2. & c. 1. & 2. & quæſt. 12. q. 2. omnis ætas. Dic quòd ad vtrumque pertinet, potius tamen ad eccleſiam, extra de foro compet. ex te nore.

2 Al. incipit defenſionis. & eſt 2. c.

d ¶ In loco iſto.] i. in eccleſia. ſo.

IPSIS AVTEM. Hęc eſt 5. pars q̃. in qua magiſter probat, q. fides debet ſeruari ptincipib. & hoc. p. bat per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Gratian. dicit quòd principibus exhibere debemus fidem, & reuerentiam. De fide tractat in c. ſi apud. de reuerentia in cap. dicat.

SI apud.] CASVS. Oſtendit Hieron. hic, quod illi, qui carnali domino in minimis fuerunt fideles, maiora præmia apud Deum conſequentur: quia ſeruãt doctrinam domini, qui ſuæ conditioni impoſita non denegat. Nec poteſt eſſe fidelis in ſubſtantia Dei, qui carnali domino fidem non exhibet, quæ ſuæ conditioni conueniunt.

Faciat qui ſi- bet quæ ſuæ mino fidem n exhi conuenient bet. conditioni.

1 Quia ĩ eis Deũ oramus & cõfitemur

Item Leo Papa, epiſt. 29. ad Pulcheriam Auguſtam.

¶ Et regia poteſtas, & ſacerdotalis defendat auctoritas, quæ ad diuinam confeſſionem pertinent.

C. XXI.

REs autem humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt; niſi quæ ad diuinam confeſſionem a pertinent, & regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas. Poly. l. 1. tit. 47.

Item ex concilio Turonenſi 3. c. 41. & Capi. l. 2. c. 41

¶ Sacerdotalis admonitio quos corrigere non valet, ſæcularis potentia corrigat. C. XXII.

INceſtuoſi, patricidæ, homicidæ multæ apud nos reperiuntur: ſed aliqui ex illis ſacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis b perdurare criminibus: quos oportet per ſæcularis potentiæ diſciplinam à tam praua conſuetudine coerceri; qui per ſalutifera ſacerdotum monita noluerunt reuocari. Burc. l. 9. c. 29. Iuo p. 9. c. 66.

Item Hieronymus ſuper Hieremiam, ad c. 22

¶ Malos comprimere, & bonos ſubleuare, Regum officium eſt. C. XXIII.

REgum officium †eſt proprium, facere iudicium & iuſtitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppreſſos c, & peregrino, pupilloque, & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Eſt, vt curam eis præceptorum Dei maiorem inijceret, intulit, [Nolite contriſtare. vt non ſolum non eripiatis, ſed ne patiamini quidem per veſtram conniuentiam ab alijs contriſtari, [& ſanguinem innocentem non effundatis in loco iſto d.] Homicidas enim, ſacrilegos, &c. *& poſt pauca.* ¶ Si, inquit, hæc feceritis ò reges Iuda; tenebitis priſtinam poteſtatem. *5 Ipſis autem principibus, & poteſtatibus fidem, & reuerentiam ſeruari oportet: quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit.* †autem] ori. Iier. 7. inf. ea. homicidas.

Vnde idem Hieronymus in epiſtolam ad Titum, c. 2. ad verſ: [Serui dominis.]

¶ Æterna mercede fraudatur, qui fidem, & reuerentiam poteſtatibus ſeruare contemnit. C. XXIIII.

SI apud carnales dominos in minimo fideles fuerint; incipient eis apud Deum maiora committi. Ornat autẽ doctrinam Domini, qui ea, quæ conditioni e ſuæ apta ſũt, facit, & è diuerſo confundit etiam; qui non eſt ſubiectus in omnibus; cui conditio ſua diſplicet; qui contradictor, f atque fraudator, in nullo fidem bonam oſtẽdit. Quomodo g enim poteſt fidelis eſſe in ſubſtantia Dei; qui carnali domino fidem exhibere non potuit?

a ¶ Confeſſionem.] Supra 22. q. 1. ſi quis epiſcopus, & eſt hic arg. contra clericos, quibus diſplicet conditio ſua, qui comam volunt nutrire. ext. de vita & honeſt. cler.

f ¶ Qui contradictor.] Sup. 17. q. vlt. ſi quis ſeruum.

a ¶ Quoa Do-

e ¶ Conditioni.] Nota, q. quilibet debet facere quæ ſuę

g ¶ Quomodo.] Arg. ſup. 2. q. 7. non poteſt.

Dicat

DIcat.] CASVS. Amb. docet in hoc cap. quòd qui reuerentiam domino ſuo exhibet, à domino præmium reportabit. Et hoc probat exemplo Abrahæ: qui quoniã exhibuit reuerentiam regi Sodomorum credendo ſibi prædam, quam ab inimicis receperat: præmium erat in ſua poteſtate: alioquin ſi non fuiſſet ſua, non potuiſſet inde dediſſe decimas Melchiſedech: ſed ſi ſub aliquo militetur, præda tota domini eſt: ſed ipſe tenetur æqualiter diuidere ſecundum perſonarum qualitates, vt ſupra diſtinct. 1. ius militare. ficut decimæ dantur, epiſcopo, vt eas diuidat 12. q. 2. cõceſſo. quod ergo dicit quod de iure gẽtium noſtra ſunt, quę capimus in bello, ut ff. de acq. re. do. naturale. §. vl. verum eſt quod capientis eſt: ſed tamen tenetur domino dare, vt diuidat ſecundum merita hominum. Io. de Fant.

Prędæ publica eſt domini, ſub quod mittitur.

Item Ambroſius in lib. 1. de Patriarchis, id eſt de Abraham, cap. 3.

¶ Militaris diſciplina Regi omnia ſeruat. C. XXV.

† Dicet] orig. Gen. 14. † al. Decet

DIcat † aliquis, cum ipſe vicerit, quomodo dicit Abraham a ad regem Sodomorum, [nihil ſumam abs te,] cum præda vtique in poteſtate victoris fuerit? Docet † militatem diſciplinam, vt regi ſeruentur omnia b. Sane his qui ſecum fuiſſent in adiumentum fortaſſe ſociati, partem emolumenti tribuendam aſſerit, tanquam mercedem laboris. Ideoque, quoniam ſibi mercedem ab homine non quę ſiuit; à Deo accepit: ſicut legimus ſcriptum; quia poſt hæc factum eſt verbum Domini ad Abraham in viſu dicens: [Noli timere Abraham: Ego protegam te, merces tua multa erit valde.]

Ien. 15.

Præterea, ſicut principibus, & poteſtatibus fidem & reuerentiam exhibere cogimur; ita ſæcularium dignitatum adminiſtratoribus, defendendarum eccleſiarum neceſſitas incumbit. Quod ſi facere contempſerint: à communione ſunt repellendi.

PRÆTEREA. Hęc eſt 6. pars q. in quâ probatur, quod principes tenentur eccleſiam defendere: aliàs excommunicẽtur. Ioan de. Fant.

CASVS. Supra oſtenſum eſt quod principibus & poteſtatibus fidem & reuerẽtiam exhibere debemus. nunc oſtendit Grat. quod vice verſa principes eccleſiã defendere debent: alioquin à communione ſunt repellendi. Et ad hoc inducit ſeq. cap.

Vnde Ioannes Octauus.

¶ Querimonias eccleſiarum, qui in dignitatibus agunt, attentius debent audire. C. XXVI.

Anſl. 3. c. 107.

ADminiſtratores plane ſæcularium dignitatum, qui ad eccleſiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarũ protectionem, rapaciumque refrænationem conſtituti eſſe proculdubio debent; quoties ab epiſcopis, & eccleſiaſticis viris conuenti fuerint: eorum querimonias attentius audiant, & ſecundum quod neceſſitas expetierit, abſque negligentia examinent, & diligenti ſtudio corrigant. Quòd ſi Dei timorem præ oculis non habentes negligere poſt ſecundam & tertiam admonitionem inuenti fuerint; omni ſe nouerint communione vſque ad condignam ſatisfactionem priuatos c.

ADministratores. CASVS. Statuit Ioannes in hoc cap. quod principes ſæculi, qui conſtituti ſunt ad malorum audaciam refrænandam, & ad tuitionem viduarum & pupillorum: quoties ſuper hoc admoniti fuerint ab epiſcopis, diligenter audire debent: & q. corrigenda fuerint, corrigere ſi autem poſt ſecundam & tertiam admonitionem fuerint negligentes: vſque ad dignam ſatisfactionem debent à communione repelli. Illa c. quæ ſequuntur vſque ad capit. ſi audieris. plana ſunt per ſe.

Item Hieronymus ſuper Ioelem, ad c. 2.

¶ Non ſolum homines, ſed & contrariæ fortitudines ſunt vltrices iræ Dei. C. XXVII.

† al.

Iuo p. 10. c. 111. Pann. l. 8. c. 48.

NOn ſolum homines, miniſtri d ſunt, & vltores iræ Dei in his qui malum operantur (vnde † non ſine cauſa gladium portant;) ſed etiam cõtrariæ fortitudines e, quæ appellantur furor, & ira Dei.

c ¶ Priuatos.] Videtur ergo, q. ipſo iure ſit excommunicatus princeps, qui non facit iuſtitiam clerico.

à Domino meruit.

a ¶ Abraham.] Cum reuertetur de cæde quatuor regum.

b ¶ Omnia.] Hæc littera videt ſibi contradicere in eo q. dicit hic, quod regis ſint omnia, & iam dixit q. omnia ſint victoris. & etiam in Geneſ. dixit, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt. Ad hoc dicas q. Abraha non ſuperat iſti regi, nec de regno ſuo erat: & ideo prædo Decr. Grat. ps II.

NOn ſolum.] Hæc eſt ſeptima pars queſtionis; in qua probat magiſter, quod mali ſunt puniendi per iudices & per reges, & quandoque occulto iudicio diuerſis modis & tales vltores non peccant, dũ tamen amore iuſtitiæ hoc faciãt, & hoc. p. bat p. 24. c. Io. de Fã.

d ¶ Miniſtri.] Simile 15. q. 1. nec eis 1.

1 E, §. q. 1. audactet.

e ¶ Fortitudines.] Id eſt dæmones, & ita eſt bonũ q. dę

Universidad de Deusto
Biblioteca

mones sunt,vt inf. ead. §. vlt. si bonum est, q̃ hæretici sunt,vt inf.prox.q.vlt.c.vlt.

[a] QVi malos.] ¶ Vasa interfectionis.] i. potestatem.

[b] ¶ Minister.] Et tales, qui mittuntur ad puniendum malos dicuntur abesse causa Republicę, vt ff. ex qui.cau.ma. qui mittuntur.§. quę fitum.

Sacrilegi, homicidę & venefici capite puniuntur.

[c] HOmicidas.] Hic habes q̃ homicidæ,& sacrilegi, & venefici,capite puniuntur. de homicidis patet, vt de pœn. dist. 1. si quis cum telo. De veneficis similiter patet, vt ff. ad legem Corneliam de sica.l.3. De pœna sacrilegorũ habes 17. q.4.per totum. ff. ad legem Iul.pec.sacrilegij.

SI audierit.] CASVS. Cyprianus fuit interrogatus an mali post aduentum Domini in hunc mũdum morte sunt puniendi? Et certe respondet quòd sic: quia si ante aduentum Christi hoc fiat, vt probatur auctoritate Deuteronomij: & exemplo Mathathię, multo fortius post aduentum Christi hoc fieri debet. Auctoritas durat à principio vsque ibi, [Cuius præcepti.] Postea sunt verba Cypriani.

[d] ¶ Si audieris.] hęc verba sumpta sunt de Deutero. vsq; ad illum locum.] Cuius præcepti.

[e] ¶ Necabis.] Tu q-cumq; sis: & sic q̃nque ille, qui non est iudex, potest punire maleficos,vt inf.e.q. vlt.legi.

Ciuitas pro delicto psonarum puniri potest.

[f] ¶ Omnes.] Si ergo aliqui hæretici sunt in vna ciuitate, tota ciuitas potest exuri: & sic ecclesia vel ciuitas punitur pro delicto personarum,vt 25.q.2.ita nos. & C. de sacrosanct.ecc.iubemus nullam. arg. contra 26.q.6.si epi-

1 Aliter accipit lex hanc sic de hoc, notatur dictionem, in illo brocardo, an ex tunc ff. de delictũ personæ, & condi. & de. Ité habes hic, q̃ hæretici occidi possũt, legitũ est a- vt sup ea.q 4. quan- liquid alicui do. Ioan.

si non fece- g ¶ Nunc.] Idest, vsque in futurum 1.sic 11.q.3. nolite. quia nullus est cogendus ad fidem: & quia boni mores non

Idem super Esaiam,ad c.13.

¶ Qui crudeles iugulat,non est talis, qualis patientibus videtur. C. XXVIII.

NOn est crudelis;qui crudeles iugulat:sed[crudelis † ideo vocatur]quòd crudeles patientibus esse videtur. Nam & latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat.

Iuo p.10.c.112. Pann.l.8.c.49.

Idem super Ezechielem,lib.2.ad c.9.†

† Et ibi gl.ord. inf.ea.q.8. quicũque percutit. In Tribur.sub Arnulpho, c.3. Burc.l.6. c.43. Iuo p.10. c.114. Pann l.8.c.51.

¶ Minister est Dei,qui malos percutit in eo,quòd mali sunt. C. XXIX.

QVi malos percutit in eo,quòd mali sunt,& habet vasa interfectionis [a],vt occidat pessimos,minister [b] est Domini.

Idem super epistolam ad Galatas,lib.2.ad c.3.

¶ Non scelus admittit iudex,qui homines vincit. C. XXX.

IVdex non est auctor sceleris,nequam homines vincendo.

Iuo p.10.p.115. Pann.l.8.c.52.

Idem super Hieremiam,lib.4.ad c.22.

¶ Non effundit sanguinem,qui homicidas, & sacrigos punit. C. XXXI.

HOmicidas [c],& sacrilegos,& venenarios punire, nõ est effusio sanguinis;sed legum ministerium.

Iuo p.10.c.115. Burc.l.6.c.43. Pann.l.8.c.53.

Idem Cyprianus libro de exhortatione martyrij,c.5.

¶ Principes sæculi pessimis parcere non debent. C. XXXII.

SI audieris [d] in vna ex ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic;dicẽtes: Eamus,& seruiamus Dijs alijs,quos non nouisti; interficiens necabis [e] omnes [f],qui sunt in ciuitate,cæde gladij:& incendes ciuitatem igni:& erit sine habitaculo in æternum: non reædificabitur etiam nunc g̃,vt auertatur Dominus ab indignatione iræ suæ. Et dabit misericordiam tibi, & miserebitur tui, & multiplicabit te,si exaudieris vocem Domini Dei tui,& obseruaueris præcepta eius.] Cuius [h] præcepti, & vigoris memor Mathathias [i] interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quòd si ante aduentum Christi circa Deum colendum,& idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt;quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt;quando ille veniens non verbis tantum nos hortatus est,sed & factis?

Deut.13.

1.*Mach.2.*

Item Augustinus contra litteras Petiliani,li.2.c.83.

¶ Tribulationum flagellis aliquando perfidia castigatur. C. XXXIII.

AD fidem [k] nullus est cogen-

Iuo p.10.c.95.

h ¶ Cuius.] Hæc sunt verba Cypriani.

i ¶ Mathathias.] Vt legitur in libro Machabęorum.

k AD fidem.] CASVS. Petilia conquerebatur de principibus, à quibus ipse & alij hæretici puniebantur.dicebat enim hoc fieri non debere, propter duo. 1 quia

non eliguntur nisi libero arbitrio. Et respondet Aug. dicens, quod ipsi non coguntur, vt bene faciant. sed vt eorum perfidia corrigatur, à malo abstineant, & vt cogitent quare ista patiantur: quia si patiuntur propter iustitiam, beati erunt; & qui eos persequuntur,

verba sunt.Aug.

a ¶ Cogendus.] Sic 45.dist.de Iudæis.

b ¶ Integritate.] Id est,securitate.

c ¶ Præpostera.] Id est,inordinata.

d ¶ Nisi cura.] Id est, nisi delinquens primo instruatur ad bonũ vel nisi coriens præbeat prius exẽplum bonæ vitæ vt 3.q.7.§ porro.

dus [a] inuitus:sed per seueritatem,immo & misericordiã Dei;tribulationem flagellis solet perfidia castigari. Nunquid, quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur; ideo mores pessimi non legis integritate [b] puniuntur? Sed tamen male viuendi vltrix disciplina præpostera [c] est; nisi cura, [d] ∝ præcedens bene viuendi doctrinam prætendat. Si quæ igitur aduersus non leges constitutæ sunt; non eis benefacere cogimini [e], sed male facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest; nisi elegerit [f], nisi amauerit:quod est in libera voluntate. *& infra.c.84.* ¶ Cum aliquid aduersus vos reges constituunt; admoneri vos credite vt cogitetis,quare ista patiamini. Si propter iniustitiã: reuera illi persecutores vestri sunt,vos autẽ beati, qui per secutionem passi propter iniustitiam possidebitis regnum cœlorum. Si autem propter iniquitatem schismatis vestri;quid illi,nisi correctores vestri sunt; vos autẽ,sicut cęteri diuersorum scelerum rei,qui pœnas legibus pẽdunt, profecto infęlices & in hoc,& in sæculo futuro?

Matth.5.

Timor tollit meritũ.

∝ ¶ Cura.] *Apud B. Augustinum, & Iuonem legitur.* nisi cum præcedens bene viuendi doctrina contemnitur. *sed ab glossam in ver.cura,non est mutatum.*

Idem in eodem lib.c.92.

¶ Iniuria sacramentorum Christi à regibus est vindicanda. C. XXXIIII.

Iuo ibidem. Dan.6.

SI propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, q̃ scelus in sanctum Danielem commissum iustissime vindicauit; quomodo vindicandum est à regibus quòd Christi sacramenta exsufflantur;si prophetæ membra, quia in periculum missa sunt,sic vindicari meruerunt.

Item in libro de vnitate ecclesiæ,c.17.

Iuo ibidem.

¶ Diligentissimi rectores sunt, qui malos, vt à malo fugiant,persequuntur. C. XXXV.

SI vos contra ecclesiam Christi altare erexisse,& à Christiana vnitate, quæ toto orbe diffunditur g̃ sacrilego schismate separatos esse, & corpori Christi (quod est ecclesia toto orbe diffusa) & rebaptizando, & blasphemando, & quantũ potestis oppugnando aduersari sancta, & canonica scriptura conuincit; vos impij, atque sacrilegi: illi autẽ,qui vos pro tanto scelere tam leniter damnorum admonitionibus,vel locorum, vel honorum, vel pecuniæ [h] priuatione deterrendos, coercendosque decernũt, vt cogitantes, quare ista patiamini; sacrilegium vestrum cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini; & rectores diligentissimi, & consultores pijssimi deputantur.

Idem super epistolam Ioannis,tractatu 7.

e ¶ Cogimini.] Qui enim ex timore bene facit,reputat non facere,vt ex ra de re. iur.qui timore. & q̃ cogitur mutare locũ non mutat locum, sed mutatur, vt 7. q. mutationes. nec præmium aliquod debemus cõsequi ex hoc quod facimus inuiti vt 13.q.2. quàm præposterũ. Vnde si aliquis cogitur adire hęreditatem, quam ex causa fideicommissi rogatus est restituere,nullũ consequitur commodum ex tali aditione, nec potest vti beneficio legis Falcidiæ. ff. ad Tre. cogi.§. Metianus.

f ¶ Nisi elegerit.] Potest.n. aliquis male facere propter voluntatem coactam vt 15. q.1. merito. sed non potest bene facere 1. propter voluntatem coactam.vt hic dicit.

1 Scilicet meritorie: quia pene voluntatem meritũ constitit. ar. hic & 15.q.1.nõ est. & 20.q. 3. præsens. infra ea. q. 6. §.vlt. iuxta finem.

SI propterea.] CASVS. Dicit Augustin. hoc c. q̃ hæretici à principibus sunt puniendi; eo q̃ sacramenta Christi contaminant. quod probat exemplo Nabuchodonosor, qui scelus commissum in sanctum Danielem vindicauit.

SI vos contra.] CASVS. Au. docet in hoc c. q̃ hęretici impij sunt & sacrilegij tũ sint à corpore ecclesię separati,& per scripturã canonicã male facere cõuincãtur illi vero,qui pro suis sceleribus eos puniunt. & deterrẽt, boni & iusti reputãt.

Hæretici vario modo possunt puniri ab ecclesia

g ¶ Diffunditur.] Licet ecclesia sit vbiq; diffusa,tamen eadem in solidum vbiq;est, vt infra proxi q.1.loquitur.

h ¶ Vel pecuniæ.] Et ita puniri possunt

quuntur,mali sunt.Si vero propter hęresim, infęlices erunt.& in hoc sæculo,& in futuro. [Sed per seueritatẽ hæretici ab ecclesia in rebus,in honore,vel exilio,vt su. q.4.qu ando.& c.non inuenitur. & infr. ea. de Ligurib. p. in hu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in fin.& inf q.7.cap.1.Sed contra, ecclesia non debet in delitijs recipere pœnam pecuniariam, vt extra de pœnit. licet? respon.q ecclesia potest infligere pœnam pecuniariam quãdo magis illa timetur 1.Vel dic q tunc potest infligere cum hoc inuenitur expressum extra de offi.deleg.de causis.

1 Ad hoc facit qđ leg. & no. supra ea.q.4. vindicta. & de hoc plene no. Host. in summa de offi.ord.§. p tinet vbi videas.

¶ Non amatur seruus, vel filius; cum non corripitur. C. XXXVI.

NOn putes.] CASVS. Hoc capit. tractat de tribus generibus hominum, scilicet de seruis, filijs, & vicinis, qui si sunt mali, corrigi debent, nec diliguntur nisi in eis vitia corrigantur, & emendẽtur; si vero boni sunt de ipsis est gaudendum. Sequens capit. patet per se.

NOn putes tunc te amare seruum tuum, quando eum non cœdis [a], aut tunc te amare filium tuum, quãdo ei nõ das disciplinam †: aut tunc te amare vicinum [b] tuũ, quando eum non corripis. Non est ita charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corrigendum, ad emẽdandum. Si sunt boni mores, delectent: si sunt mali, emendentur.

Iuo p.10.c.76. Pann.l.8.c.22.

† Adi qi dicat quem re, & not. ff. de in l. ff. de

Item in lib.19.de ciuitate Dei,c.6.

a ¶ Eum non cœdis Qui alios possint corrigere, habes supra q.4.duo ista. & sup. e.cap.1.

b ¶ Vicinum.] Argu. est hic pro H.qui dicit q illud præceptũ, si peccauerit, ad omnes spectet. Sed tu intelligas istud de illis qui aliquam habent potestatem super alios. Vel intelligitur de canonica denunciatione, ad quam q libet tenetur, vt dixi 22.q.5.hoc videtur. Vel dic vt dixi sup. ead.duo ista.Ioan.

Præceptum si peccauerit, &c.an ad oẽs ptineat.

¶ Innocentius officium est, nulli nocere, & peccantem punire. C. XXXVII.

NOn est [α] innocentiæ [c], parcendo, finere vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini [d] malum inferre, verum etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum; vt aut ipse, qui plectitur [β], corrigatur experimento [e], aut alij terreantur exemplo.

Iuo p.10.c.77.

α ¶ Non est.] *Integer locus apud B. Augustinum sic habet. Scut* enim non est beneficientiæ adiuuando efficere, vt bonum, quod maiuse st, amittatur; ita non est, &c.

β ¶ Plectitur.] *Sic ex originali Antea legebatur*, prius odio habebatur. *nec multo aliter Iuo.*

Idem ad Lotharium †.

† al. Letarium

¶ Non est misericors, qui vitijs nutriendis parcit. C. XXXVIII.

QVi vitijs nutriendis parcit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem; tam non est misericors, quam qui non vult cultrum rapere [f] puero, ne audiat plorantẽ; & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum.

Iuo p.10.c.79. Pann.l.8.c.25.

Item Haymo super epistolam ad Romanos,c.13.

¶ *In vulgatis citabitur ex Augustino, sed in vetustis tribuitur Haymoni, apud quem habetur.*

¶ Enormia flagitia per sæculi iudices corripiantur. C. XXXIX.

SVnt quædam enormia flagitia, quæ potius per mũdi iudices, quàm per antistites, & rectores ecclesiarum vindicantur: sicut cum quis interficit Pontificem & Apostolicum, episcopum, presbyterum, siue diaconum. Huiusmodi reos reges, & principes mundi damnant. Ergo non sine causa gladium portant, qui talia scelera diiudicant. Sunt enim maxime constituti propter latrones, homicidas, raptore: vt & illos damnẽt, vt & alios suo timore compescant.

Iuo p.10.c.11. Pann.l.8.c.5.

Item Cyprianus in nono genere abusionis.

¶ *Libellus hic de duodecim gradibus abusionum, impressus est tomo nono operum B. Augustini sed est etiam in vno codice Vaticano operum Cyprianiː & in concilio Parisiensi, lib. 2. capit. 1. hoc*

e ¶ Experimento.] Si. 2.quæstio.7.qua propter.

f ¶ Rapere.] Simile 22.quæstio.secunda ne quis. Ioann.

SVnt quędã.] CASVS. Odẽdit Haymo in hoc cap. quòd committentes enormia delicta vt diaconum.25.q.vlt.c.vlt.

interfectores pontificũ presbyterorũ, & aliorũ clericorũ, potius sunt puniendi per reges & principes, q per rectores ecclesiarũ. Sunt. n. principes constituti ad puniendum homicidas & raptores. Seq c. patet.

g ¶ Pontificem.] Pœnam taliũ habes supra 17.q.4.sub diaconum

Periurus ofi que punitur caput.

a REx.] ¶ Adulteria.] Contra infra.33.quæst.2.inter hæc

b ¶ Parricidas.] Pœnam patricidarum habes ff. ad legem Pompe.de patricid. penul.

c ¶ Et peierantes.] Quod hic dicitur, q periurus punit i cc.

Item Augustinus de libero arbitrio, lib.1.c.4.

¶ Furta, & crimina à rege sunt cohibenda. C. XL.

Omittuntur ali quot verba. Iuo p.10.c.96. Pann.l.8.tit.4. c.19.

REx debet furta cohibere, adulteria [a] punire, impios de terra perdere, parricidas [b], & peierantes [c] viuere non finere, filios suos non finere impie agere.

Item Augustinus de libero arbitrio, lib.1.c.4.

¶ Non peccat, qui ex officio nocentem interficit. C. XLI.

† al. accidere Iuo p.10.c.101. Pann.l.8.c.35.

SI homicidium est hominem occidere, potest tamen occidere † aliquando sine peccato. Nam & miles [d] hostẽ, & iudex, vel minister eius nocentem, & cui forte inuito [e], atque imprudenti [f] telum manu fugit, non mihi videntur peccare, cum hominem occidunt. Euodius. assentior γ. Sed homicidæ isti appellari non solent. *Idem in quæstionibus Leuitici,q.58.ad ca.19.* ¶ Cum homo iuste occiditur, lex eum occidit g, non tu.

γ ¶ Quod assentior.] *Hæc sunt addita ex originali, & Iuone. Est. n. liber ille scriptus in dialogo.*

Item Pelagius Papa.

¶ Non qui ad bonum, sed qui ad malum cogit, persequitur. C. XLII.

Imperitia ad numeratur culpæ.

d ¶ Nam & miles.] Tres casus ponit hic. alij duo sunt cum facit defendendo se, uel alij subueniendo ut supra ead.cum homo.

e ¶ Inuito.] Fortuit9 enim casus nõ imputatur ut extra de homicid.tamen nõ præcesserit culpa sõ. dist.sæpe.

f ¶ Imprudenti.] Nõ videtur, q imprudentia excuset eum, qui imperitia culpæ annumeratur. ff. de reg. iu. imperitia. Sed dic imprudenti, id est, ignoranti.

g ¶ Lex eñ occidit.] sic 33.q.2.quos Dei, Ioan.

Deus sedet p. 1. Post l.7. tit.5. Aut.l.12.c.47. Iuo p.10.c.95.

NOn vos hominum vaniloquia [h] retardent dicẽtium quia persecutionem ecclesia faciat; dum vel ea, quæ committuntur, reprimit; vel animarum salutem requirit. Errant huiusmodi rumoris fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad malum [i] cogit. Qui vero malum vel factum iã punit, vel prohibet ne fiat; non persequitur iste, sed diligit. Nam si, vt illi putant, nemo nec reprimendus à malo, nec retrahendus à malo ad bonum est; humanas & diuinas leges necesse est euacuari, & quæ malis pœnam, & bonis præmia iustitia suadẽte constituunt. Malum autem schisma esse & per exteras [k] etiam potestates huiusmodi homines debere opprimi, & canonicæ scripturæ auctoritas, & paternarum regularum nos veritas docet. Quisquis ergo ab Apostolicis diuisus est sedibus; in schismate [l] eum esse non dubium est: & contra vniuersalem ecclesiam altare conatur erigere. ¶ Sed quid de talibus inferius Chalcedonensi [α] synodo canon statuat, gloria vestra cõsideret, vbi post alia sic dicit: [Qui à communione seipsũ suspendit, & collectam facit, & altare constituit, & noluerit vocanti episcopo consentire, & noluerit eidem acquie-

11 q5.3. si quis presbyter.

h ¶ Vaniloquia.] Vanæ uoces populi non sunt audiendæ. extra de elect. Ofius. C. de pœn. l. decurionum.

i ¶ Ad malum.] Quandoque persecutio largius sumitur, vt ead.q.4. si ecclesia.

k ¶ Exteras.] Sic inf. e. de Ligurib. & dixi su. e. principes.

l ¶ In schismate.] Ergo schisma est non hse caput Ro-

2 Et not. 13. q.5.hæc ima go in fi. & 2. q.5.in fine.

pœna capitis, intelligas de teste, qui fert falsum testimonium in causa criminali: talis enim mortem meretur. ff. de fic.l.1.§.1. aliàs enim si in contractibus quis periurus est, notatur infamiã. C. de tranfac. si quis maior. aliàs solum Deum hẽt vltorem, vt C. de re. cre. l.2. Vel si periurus est, per principem fustib. castigãt. ff. de iure iu.

¶ Ad hoc ca. qui pro mori bus punit 9.q.3.falsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Schisma est non hre caput Romanã eccl'esiam. Excõicãdus maxime hæreticus quoties admoneri debet.

manã eccleſiã,ut 24.q.1 hæc eſt.&c.quoniã vetus loã. a ¶ Secũdo.] Hic dicitur, ,ꝙ bis debet admoneri excõmunicandus, maxime hæreticus. alibi dicitur ꝙ semel, ut inf. proxi.causa,q.1.quę domus,alibi quòd ſæpiſſime 1.q.7.conuenientibus.quandoque dicitur de trina admonitione, vt ſup. ſi adminiſtratores.inf. proxi.cauſa.quęſt.3. de excommunicatis, quid iuris ſit, dixi ſuper illo ca. quæ domus.

b ¶ Orationem.] Id eſt, ſuplicationem, quia ſine ſpe ueniæ deponitur,ut ſtatim ſubiung.t.21. diſtin. in tantum.Vel ideo dicit quia ſchiſmatico,ſiue intruſo nulla datur audientia, ut 23. diſtinct. in nomine.

c ¶ Recipere.] 11.qõ. 3. ſi quis epiſcopus in concilio.

ADDITIO. Ad idẽ inf.cap prox.17.diſt. ne licuit.

d ¶ Inuitis.] ſup.45. diſ. & qui emendat.

e ¶ Nõ perſequaẽ.] eccleſia, nec etiam vos per conſequens qui auctoritate eccleſiæ eos coercetis.

f ¶ Principem.] Ergo eccleſiaſtica perſona licite põt petere, ut mali detineantur, & ducatur ad iudiciũ, ut ſup.e.vnum ſolũ. & inf. ea relegentes.

g ¶ Ordinabatur.] inf. 24 q.1 pudenda.

DE Liguribus.] CASVS. Celebrato concilio apud Cõſtãtinopolim,epi Venetiarũ, Hiſtriæ, & Liguriæ noluerũt accipere ſtatuta illi⁹ concilij,& cũ in cõtumacia perſtitiſẽt, fuerunt ab eccleſia excõicati & damnati:& cũ adhuc exiſterent contumaces, mandauit Pelagius Narſæ patritio, ut deberet illos epiſcopos coercere,quod cũ facere dubitaret, reſcribit ei Pelagius hortans eũ, vt cõprimere & coercere eos non dubiteret:qa ſi dubitabant de ſtatutis Cõſtant.cõcilii, nũcios debuerũt dirigere ad ſedẽ Apſtolicã, qui de hocpoſſent accipere & reddere rõnẽ.Non debet igitur dubitare tales opprimere: qa ſi aliqua perſona eccleſia ſcere,neque obedire primo & ſecundo[a] uocanti;hunc omnino damnari,nec vnquam uel orationem ſ[b] mereri, nec recipere[c] eum poſſe honorem.Si enim permanſerit turbas faciens,& ſeditiones eccleſiæ;per exteram poteſtatem tanquam ſeditioſum comprimi,] ¶ Et beatus Auguſtinus de talibus dicit:[Multa enim cum inuitis[d] benigna quadam aſperitate plectendis agenda ſunt, quorum potius vtilitati conſulendum eſt,quam voluntati. Nam in corripiendo filio,quantumuis aſpere,nunquam amor amittitur: ſit tamen,quod nollet,vt doleat, qui etiam inuitus uidetur dolore ſanandus.] Ecce videtis,quemadmodum tanti teſtimonio patris non perſequatur[e] coercendo talia; ſed diligat emẽdando tales ſemper eccleſia. Facite ergo etiã vos, quod ſcientes intentionem Chriſtianitatis veſtræ frequenter hortamur;& date operam,vt talia fieri vltra non liceat: ſed etiam(quod vobis facillimum eſſe non dubito),hi,qui talia præſumpſerunt ad pijſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigantur. ¶ Recolere enim debet celſitudo veſtra,quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Hiſtriã, & Venetias tyranno Totila poſſidente,Francis etiam cuncta vaſtantibus,non ante tamen Mediolanenſem epiſcopum fieri permiſiſtis; niſi ad clementiſſimum principem[f] exinde retuliſſetis,& quid fieri debuiſſet, eius iterum ſcriptis recognouiſſetis:& inter vbique feruentes hoſtes,Rauennam tamen,& is,qui ordinãbatur g,& is, qui ordinatus erat,prouidentia culminis veſtri deducti ſunt.

Cap.l.5.c.24.

ſup.d.45.emendare.

Anſl.6.c.196. Poly.l.7.tit.5. De hoc ſchiſmate B. Greg.li.4. epi.50. & lib.7. ind.2. epiſt.100 & alibi.

a ¶ Inſertus Chalcedonenſi.] *Actione quarta concilij Chalcedonenſis in epiſtola Archimandritarum ad ipſum concilium pro rehabilitatione Dioſcori citatur canõ quintus concilij Antiocheni: & eodem fere modo habetur in epiſtola atque hic refertur. Cum neutra tamen antiqua verſione ipſius concilij magnopere concordat.*

b ¶ Vel orationem.] *In vtroque concilio,ideſt,Antiocheno,priſca verſionis,& Chalcedonenſi legitur*,curationem,*Græce enim eſt*, και μοιτι θεραπείας τυχαιειν.

Item Narſæ patritio,& Duci in Italia.

¶ Schiſmaticos, & hæreticos ſæculi poteſtates coerceant. C. XLIII.

DE Liguribus,atque Veneticis, & Hiſtrijs epiſcopis quid dicam?quos idonea eſt excellentia veſtra & ratione & poteſtate reprimere, & dimittitis eos in contemptum Apoſtolicarum ſedium de ſua ruſticitate[h] gloriari: cum, ſi quid eos de iudicio vniuerſalis ſynodi, quod Conſtantinopoli per primam nuper elapſam indictionem actum eſt, forte mouebat, ad ſedem Apoſtolicam doque non ſit parcendum ruſticitati.

h ¶ Ruſticitate.] Deeſt,ſuperbia 1.alibi ponitur ,p ſimplicitate:vt 2.q.6. ſancta. Et hic eſt argum. quòd quandoque

a ¶ Lachrymæ meæ.] sup. d. 36. c. vl. sup. 16. q. 3. c. porro.

b ¶ Nec debeo.] Consulēdo ex nimia perfectione loquitur. & est ar. pro opinione H. sed non de facto hic posset resistere Imperatori: nec de iure debebat; qa timebat maius malum: & hoc est, quod supra tangit, ne busto, &c.

c ¶ Congrueret.] Et hoc non licet. extra de appel. qua fronte. Et per hoc patet, q clericus citatus à laico iudice non tenetur venire ad allegādum priuilegiū, nisi dubium sit an sit clericus 1.

d ¶ In ecclesia.] 2. q. 2. c. vlt.

e ¶ Christus.] Hoc intelligas in casu, in quo loquitur littera sequens. vbi. s. agitur causa fidei vel spiritualis. nam aliàs clericus in reconuentione reconuenitur in foro ciuili.

f ¶ In ecclesia.] Sup. 2. q. 2. præceptum. & 24. q. 1 quoties.

g ¶ Imperiale.] Ecclesia. n. non adstringitur legibus mundanis, vt 34. q. 2. inter. nec potest Imperator condere aliquod statutum de reb. ecclesiasticis, vt 96. di. bene quidem. in fin. nisi ecclesia hoc petat, vt 17. distin. hinc etiam. vel nisi aliq 1 statuatur in priuilegium ecclesiæ, vt 16. q. 1. generaliter.

h ¶ Extollere.] Sup. ea. q. 5. regum est.

i ¶ Imperatorem.] p hæc verba, q̄ sequūt.

K ¶ Adultera.] Sup. 21. q. 2. sicut in vna.

l ¶ Hæreditatē.] Et ita dicitur hæreditas viuentis. arg. contra. ff. de hær. vel act. vē. l. 1. ff. de reg. iur. l. hæreditas 2.

m ¶ Quod cum dr̄.] Scilicet q Imperator sit filius ecclesiæ, vt 96. d. si Imperator.

n ¶ Auxiliū.] Mutuū enim sibi dēnt auxilium Imperator & ecclesia, vt sup. ea. q. 5. principes. & 96. di. cum ad verum.

o ¶ Custodiendum.] & ita prælatus non potest.

Clericus à laico citatus venire non tenetur.

1 Conc. text. in l. si diligēti. cum no. ff. de compet.

Ecclesia nō subijcitur legibus.

2 Et vide qđ not. 12. q. 1. c. fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt dare, niſi cum quid vtile proſpiciat, arg. ff. de off. procu. Cæſaris. l. 1. §. 1. & 17 q. 4. quicumque. a g. contra. ext. de do. c. 3. & 12 q. 2 §. item domus. & c. terrulas. Io.

TRibutum.] CASVS. Vrbanus Papa oſtendit in hoc c. ꝙ eccleſia Imperatori ſubiici non debet, nec Pontificalis apex: tamen de exterioribus eccleſia conſtituta tributa perſoluere debet. Et hoc probat exemplo Petri, q. piſcem non dedit pro tributo, ſed ſtaterem quem habebat in ore piſcis, qui eccleſiã vel apicem pontificalem ſignificat. ſtater vero exteriora deſignat.] Pontificalis apex.] Ideſt, A oſtiolicus vel Romanus Pontifex.

a ¶ De exterioribꝫ] .i. non de rebus eccleſiæ. Nam ex quo ſemel datum eſt eccleſiæ, ſanctum ſanctorum erit Domino, vt 12 q. 2. nulli. & ſup. eod. cap. conuenior. Nam apud quod dicitur de ſarcina repẽtina. 11. q. 1. placuit. locum habet cum epiſcopus ſponte voluerit cum conſilio clericorum, aliàs nõ. ext. de immun. eccle. non minus. &c. aduer conſules.

Tributũ eſt ſignũ ſubiectionis.

b ¶ Eccleſia.] Eſt ergo arg. quòd epiſcopi ſubſunt regi, quia tributum eſt ſignum ſubiectionis. ext. de cẽ omnis anima. ſed illud in laicis. 1.

c ¶ Tributum.] Sup. 11 q. 1. magnum. & c. ſi tributum.

d ¶ Sed tantum ſtaterem.] Vñ. Piſciculũ Petr⁹ piſcatur, cuius in ore inuenit ſtaterem. gerulum adidrachmatis auri.

e ¶ De exterioribꝫ.] quia cũ onere ad eũ peruenit. C. de exact. tri. fidiuina. li. 10. & ext. de decī. cum nõ ſit in homine.

f ¶ Defenſare.] Ergo niſi defendant, non eſt eiſdem dandum tributum, arg. 95. d. eſto.

QVAMVIS. Hæc eſt quarta pars q. in qua probat, ꝙ eccleſia non debet imperatoribus niſi ſpirituale tributum. & hoc patet exemplo Pharaonis, qui tempore famis omnes poſſeſſiones ſubiugauit ſibi, exceptis poſſeſſionibus ſacerdotum, quibus de publico ſalarium miniſtrauit. probat etiam per leges tres. Ioan. de Pant.

CASVS. Dictum eſt ſup in cap proxim. quòd de exterioribus eccleſiæ tributa ſunt Imperatori perſoluenda. Nunc vero oſtendit Gratia. quòd licet de ipſis exterioribus tributa ſoluantur, tñ non videntur eſſe ſoluenda. Et hoc probat exemplo Pharaonis, qui interpretatur ſaauus Aegyptiorum, qui cum prædia priuatorum emeret, ſacerdotibus neceſſaria miniſtrauit; nec ſuis poſſeſſionibus ſpoliauit, decens ſacerdotes debere liberos eſſe ab

2 Gerulũ dr id qđ aptũ eſt ad portãdũ ſine gravitate põderis. Arch.

quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi ſacerdotis, ſi vult ſibi eſſe conſultum: recedat à Chriſti iniuria. Hæc plena humilitatis ſunt, &, vt arbitror plena affectus eius, quem Imperator debet ſacerdos.

¶ Caput hoc collectum eſt ex variis locis epiſtolæ ad Marcellinum, & orationis contra Auxentium de baſilicis non tradendis, vt ſuis locis notatum eſt, inductis prioribus citationibus, quæ erant, & infra, atque ex iiſdem locis multa ſunt emendata.

α ¶ Deceptum.] *In originali ſtatim poſt hoc verbum ſequitur,* Nabuthe vites ſuas.

b ¶ Si de meis.] *Aperatur eſt hic locus, quantum licuit, ex originali.*

Item Vrbanus Papa.

¶ De ſuis exterioribus eccleſiæ ſoluunt tributa.
C. XXII.

TRibutum in ore piſcis, piſcante Petro, inuentum eſt: quia de exterioribus [a] ſuis, quæ palam cunctis apparent, eccleſia [b] tributum [c] reddit †. Non autem totum piſcem iuſſus eſt dare; ſed tantum ſtaterem [d], qui in ore eius inuentus eſt: quia non eccleſia dari Imperatori, non Pontificalis apex, qui in ore capitis eccleſiæ præeminet, ſubijci poteſt regibus; ſed ſane, vt diximus, quod in ore piſcis inuenitur, pro Petro, & Domino dari iubetur; quia de exterioribus [e], quod conſtitutũ antiquitus eſt, pro pace & quiete, qua nos tueri, & defenſare [f] debent, Imperatoribus per ſoluendum eſt. *Matt. 17.*

† Adde eccleſia neante a lutionẽ butore Bar. in l. diuina C. ff. de ſum. & ſimo.

4 *Quamuis etiam huiuſmodi non videantur imperialib. exactionibus ſubijciendi. Nam, cum tempore famis cunctorum Aegyptiorum terram ſibi emeret g Pharao, atq; ſub eadem fame ſuæ ſeruituti cuncta ſubiiceret; ſacerdotibus ita neceſſaria ſubminiſtrauit, vt nec poſſeſſionib. nec libertate nudarentur, Domino ex tunc pronunciante; ſacerdotes in omni gente liberos eſſe [h] oportere.* *Gen. 47*

Vnde Conſtantius, & Conſtans hanc immunitatem deferunt eccleſiæ, dicentes. Cod. Theod. li. 16. tit. 2. le. 16.

C. XXIII.

IN qualibet ciuitate, in quolibet oppido, vico, caſtel- Anſ. l. 4. c. 14.

ab huiuſmodi tributis. & hoc inducit ſequentes leges. & c. quod ſequitur quamuis etiam, &c.

g ¶ Emeret.] Et ita non ſunt omnia Imperatoris: quia nemo poteſt rem ſuam emere, vt ff. de contrahen. emp. ſuæ rei. & quod meum eſt, amplius non poteſt eſſe meũ, vt ff. de excep. rei iud. & an eadem §. actiones. ext. de fid. inſtr. inter dilectos. Meũ ſuũ non poſſ

h ¶ Liberos eſſe.] Non dixit vt tederent tributum.

IN qualibet.] CASVS. Conſtantius & Conſtans Imperatores ſtatuerunt, vt clerici, qui virtute alijs præeminent, in omni loco perpetua gaudeant ſecuritate; quia reſpublica magis augmentatur ora-

tionibus, & officijs clericorum, quàm labore corporis. Seq. lex patet.

a ¶ Securitate.] Nunc inhibet tributum, ſed hoc quantum ad onera perſonalia.

b ¶ Attentationis.] Ideſt, exactionis. SAN.

† al. legis.

lo, municipio quicunq; voto Chriſtianæ religionis † meritum eximiæ, ſingulariſq; virtutis omnibus intimauerit; ſecuritate [a] perpetua potiatur. Gaudere enim & gloriari ex fide ſemper volumus, ſcientes magis religionibus, quã officijs, & labore corporis, vel ſudore noſtram Remp. contineri. [Gratianus quoq;, Valentinianus, & Theodoſius decreuerunt dicentes.] Vniuerſos, quos conſtiterit cuſtodes eccleſiarum eſſe, vel ſanctorũ locorum, ac religioſis obſequijs deſeruire, nullius attentationis [b] moleſtiã ſuſtinere decernimus. [Imperator Iuſtinianus.] ¶ Sancimus [c] res ad venerabiles eccleſias, vel xenones [d], vel monaſteria, vel ptochotrophia, vel brephotrophia, vol orphanotrophia, vel gerontocomia, vel denique aliud tale conſortium deſcendentes ex qualicunque curialis liberaliate, ſiue inter uiuos, ſiue mortis cauſa, ſiue in vltimis voluntatibus habita à lucratiuorum [e] inſcriptionibus liberas eſſe & immunes; lege ſcilicet, quę ſuper huiuſmodi inſcriptionibus poſita eſt, in alijs quidem perſonis ſuum robur obtinente: in parte autem eccleſiaſtica, vel aliarum domuũ, quæ huiuſmodi pijs conſortijs deputatæ ſunt, ſuum uigorem pietatis intuitu mitigante.

Ibid. l. 26.

Cod. lib. 1. tit. de ſacroſan. eccl. 18

Hinc etiam in Pariſienſi concilio legitur.

¶ De agro eccleſiaſtico presbyter non cogatur cenſum perſoluere. C. XXIIII.

Bur. l. 3. c. 51. Iuo p. 3. c. 56. & c. 75.

SEcundum canonicam auctoritatem, & conſtitutionem domini Imperatoris Ludouici de eccleſiaſtico agro, & manſo [f], & de mancipijs, quæ ipſe ſuis capitulis α conſtituit, vel ſi quilibet pro loco ſepulturæ aliquid largitus eccleſiæ fuerit de decimis ß etiam, & oblationibus fidelium nullus quemquam presbyterorum aliquem cenſum perſoluere cogat, nec quiſquam cuiuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquam ſubtrahat, aut redhibitionem quamcunque exigat temporalem. Quod ſi fecerit; communione vſq; ad ſatisfactionem priuetur, & Regia poteſtate dare cogatur.

¶ *Burchardus, & Iuo par. 3. c. 56. ſimile quiddam citant ex concilio Meldenſi, c. 8. verum idem Iuo eadem parte, c. 175. hoc idem affert ex concilio Pariſienſi, in quo videtur innouatum, quod nunc extat in concilio Meldenſi, c. 63.*

SANCIMVS. CASVS. Olim cum aliquis curialis volebat donare res ſuas alicui eccleſiæ vel loco religioſo, ſemper oportebat, quòd certam relinqueret portionem curialibus: poſtea vero Iuſtinianus priuilegium dedit eccleſijs, & alijs locis religioſis, vt ſiue inter viuos, ſiue mortis cauſa, ſiue in vltimis voluntatibus occaſione legis antiquæ nihil amittant. [Obtinente, ſcilicet lege mitigante.

c ¶ Sancimus.] C. de ſacroſ. eccl. ſancimus 2.

d ¶ Xenones.] Xenodochium eſt locus venerabilis, vbi pauperes peregrini recipiuntur, Ptochotrophium eſt locus vbi pauperes paſcuntur. Gerontocomium eſt vbi ſenes & valetudinarij, & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. Orphanotrophium eſt locus venerabilis, in quo pueri parentibus orbati paſcuntur. Brephotrophium eſt locus, in quo infantes pauperum aluntur.

Xenodochiũ Ptochotrophium. Gerontocomium. Orphanotrophium. Brephotrophium.

e ¶ Lucratiuorum.] Quibus quarta pars eorũ, quæ à curialibus relinquebantur, vendicabatur à fiſco: exceptis relictis curialib. & coniunctis. hoc habes C, quando & quib. quarta pars l. 1. & 2. li. 10. C. de impo. lucr. deſcriptio. l. vna. eod. lib. quia fiebat impoſitio quatuor filiquarum. C. ſi lib. Imperialis ſocius ſine hꝛde deceſſerit l. una. li. x. Ioan.

SEcundum.] CASVS. Statutũ fuit in concilio Pariſienſi, ut eccleſia de ſuis agris, manſo, & mancipijs, quæ ſibi beneficio Imperiali conceduntur, de eo quod ſi bi datur pro ſepultura, de decimis & oblationibus tributũ ſoluere non compellatur. quod ſi aliquis exegerit, excommunicetur, & ꝙ regiam poteſtatem reddere cogatur.

f ¶ Manſo.] Supra 19. q. 1. quia iuxta. Contra ſupra diſt. 8. cap. 1. contra ſupra 12 q. 2. eccleſiarum. contra ſupra 11. qõ. 1 ſi tributum. contra. Sed iſtud de prædijs, quę ſolum pro animarum redemptione donantur, illud de his quę titulo emptionis vel alio modo acquiruntur eccleſiæ. Vel iſtud ſpecialiter de prædijs collatis eccleſię à principe, illud generaliter de alijs. Solꝰ uera colligit ex proxi. ca. ſeq. Ager 2. appellatur hicvbi eſt hortus eccleſiæ. ar. ſupra ead. cõuenior. nã in agro Naburhe rex

Ager & mãſus differũt. 2 Adde qđ ſit propriètager. not. in l. inſula. in fi. & in lege ſi qua ff. de acq. rer. do. & in l. fundi. §. vlt. ff. de ver. ſig.

pri-

primitijs dabit tributum, quia in illis nunquam potuit Imperator tributum habere, de alijs vero prædijs tributarijs cum onere suo ad ecclesiam devolutis tantum ecclesia dare debet tributum, & ex auctoritate eius casu. 11. q. 1. si tributum. Hęc omnia vera sunt maximè cum Imperator hoc idem cõsti-

Ecclesia in prædio tributa data, an teneatur pro illo ad tributa.

tuat. Sed pone q̃ fundata est ecclesia in prædio tributario, nunquid de illo dabit tributum? Respondeo. refert an sit bonæ fidei fundator, an malæ. Si bonę fidei, de illis locis, quæ sunt extra atrium, habebit Imperator tributũ, non autem de loco, vbi est ecclesia. 1. sed per hoc non fit patronus, vt 17. q. vlti. quæri. Si vero fundator esset malę fidei, tũc est ad æstimationem cõpellendus. 14. q. 6. comperimus. & vbi post denunciationem fundat eam, mala fide fundat, ex. de noui ope. nunc. cũ ex iniuncto. Io.

S Ancitum est, vt vni. HINC DATVR. CASVS. Concludit Gr. ex c. prox. q̃ ea, quę ecclesię ex Imperiali beneficio conceduntur, & ea q̃ ei pro sepultura donãtur, nõ iuri Imperatorum, sed episcopis tenentur adstricta, pro aliis vero prædijs cõsueta tributa persoluant principibus, & cum eis proficiscantur ad castra, non tamẽ inconsulto Papa, quod probat per duo seq. c.

a ¶ Hinc.] Idest, illis legibus, quas sub §. ecclesia comprehendit.

b ¶ Annua.] Nã trãseunt res cum onere suo. 16. q. 1. si quis laicus. ext. de decimis. cum non sit.

QVo ausu.] CASVS. Elpidius episcopus cum Romam vocaretur, excusauit se, dicens se ad Rauennam oportere proficisci in expeditione Imperatoris, propter quod Gelasius Papa ipsum reprehendit, ostendẽs nulli pontificum licere ad comitatum inconsulto eo ire, nisi velit festinanter officio, quod habet, carere.

c ¶ Nullum omnino.] Hoc de illis tantum episcopis intelligitur, qui leuitica portione sunt contenti. de cæteris vocetur ad maius tribunal, obedire debet. ff. de re iud. contumacia. §. 1. arg. contra. ext. de app. si duob. V el intelige hoc in eo casu, in quo, & sequens c. cum scilicet coram tempto iudice ecclesiastico pergit ad sæcularem. 11. q. 1. placuit. B.

α ¶ Capitulis.] *Videtur significari caput proximè sequens, quod est, lib. 1. capitularium, c. 91.*

β ¶ De decimis.] *In dicto capite 63. concilij Meldensis, & apud Iuonem, c. 175. legitur.* neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem censum, &c. *Iuo tamen cap. 56. habet vt Gratianus.*

γ ¶ Dare cogatur.] *In concilio est,* hoc emendare legaliter cogatur. *Iuo tamen vt Gratianus, Burchardus vero habet tantum vsque ad ver.* priuetur.

Item ex concilio Vuormacensi, c. 50.

Ext. de censib. c. sancitum.

C. XXV.

SAncitum est, vt vnicuique ecclesię vnus mansus integer absque vllo seruitio attribuatur: & presbyteri in eis constituti non de decimis, neq; de oblationibus fideliũ non de domibus, neq; de atrijs, vel de hortis iuxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliqđ seruitium faciant præter ecclesiasticam. Et si aliquid amplius habuerint; inde maioribus † suis debitum seruitium impendant.

Capit. 1. c. 91. Burc. l. 3. c. 52. § Iuo p. 3. c. 53. & p. 16. c. 262.

† al. seniorib. vera lectio.

¶ *Abest caput hoc à plerisque vetustis exemplaribus, habetur tamen locis indicatis.*

Hinc a *datur intelligi, quòd de his, quæ Imperiali beneficio, vel à quibuslibet pro bẽneficio sepulturæ ecclesia possidet, nullius iuri, nisi episcopi, teneatur adstricta. De his vero, quę à quibuslibet emerit, vel viuorum donationib. acceperit, principibus consueta debet obsequia, vt & annua* b *eis persoluat tributa, & conuocato exercitu cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.*

Vnde Gelasius Papa Elpidio episcopo.

¶ Absque auctoritate Romani Pontificis ad comitatum episcopi proficisci non audeant. C. XXVI.

QVo ausu, qua temeritate rescribis Rauennam te parare proficisci, cum canones euidenter præcipiant nullum omnino c pontificum, nisi nobis ante, visis, atque consultis ad comitatum debere contendere α? Quẽadmodum tibi putas licere, quòd non licet; nisi, quòd hoc officio carere festinas, quo his excessibus te ostendis indignum?

Anſl. 6. c. 118. Deusdedit li. 1. c. 39. Poly. l. 1. tit. 17.

¶ α Contendere.] *In Polycarpo hæc sequuntur.* Quòd cum longæui vel ætate, vel honore Pontifices Pistoriensis, Lucensis, Fesulanus nuper monstrentur fecisse; tu qui paucorum dierum fungi sacerdotio videris, quemadmodum, &c.

Item ex concilio Antiocheno, c. 11.

Ex in Aquisgr. c. 73.

SI quis episcopus.] CASVS. Statuit in hoc cap. concilium Antiochenum, q̃ si quis clericus ad Imperatorem porrexerit sine consilio episcoporum, & maxime metropolitani, deponi debet; quia Imperatorem molestat contra ecclesiasticā statuta.

a ¶ Perrexerit.] Nisi cum litteris superioris. in Authen. quomodo opor. episcopos. §. non aliter. collat. 3. vel perrexit, vt fit cum eo in expeditione vocatus à Papa. sic enim inducit magister. hoc capit. sed potius in eo casu loquitur. cum relicto & contempto ecclesiastico iudice perg't ad Imperialem, quod non est faciẽdum, vt su. 90. deniq. sup. 21. q. 5. si quis à proprio. &c. si episcoporum. 11. q. 1. continua & c. placuit. Io. de Fant.

REPREHENDVNTVR. CASVS. Iste § respicit c. sup. ea. reprehensibile. & dicit Gratianus, q̃ Gallicani episcopi ideo sunt reprehensi, quoniam potius arma sequi elegerunt, quam se Apostolico repræsentarent; quamuis possit de illis intelligi, qui insequebantur Imperatorem, nõ vt armis pugnarent, sed vt orationib. suis ipsum cũ exercitu Deo commendent.

SI vobis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quòd episcopi ad comitatum ire non debent, nisi fuerint ab Imperatoribus inuitati. In secunda parte dicitur, quòd ecclesia indulgẽtiam poltulare debet pro illis, qui iniuriam patiuntur, & pro illis, qui propter delictum suum in exiliũ vel in insulas, vel alia pœna damnantur. Secũda pars incipit ibi, [Sed quoniam.]

b ¶ Ad comitatum.] hoc verbo significatur curia principis cum oĩb. suis officijs instructa, vt C. quando Imperator inter pupillos. l. vna.

c ¶ Vocati.] Nã tũc excusat eos ipse Imperator. in Aut. quo modo oportet. §. illud autem. coll. 1.

d ¶ In exilium.] Ad tempus.

e ¶ Vel in insulas.] in perpetuum. ff. de interdic. & relegat. l. relegatorum. §. hæc differentia. quando- que tamen exilium perpetuum. indifferenter sumit pro temporali, vel perpetuo. de pœn. dist. 1. aut facta.

Exilium est tẽporale & perpetuum.

LICET. CASVS. Concludit nunc Gr. ex cap sup. ea. igitur cum sæpe. & c. vt pridem. quòd exemplo Gre. & Leonis clericis licet hortari bellatores ad vim infidelium propulsandam: sed effusionẽ sanguinis nulli clerico imperare licet sua vel principis auctoritate, vt infra. c. 1. & 2.

f ¶ Beati Gregorij.] Sup. ea. q. 5. c. 1. & 4. & capit. reos. Ioan.

Sæpe

¶ Absque metropolitani consilio vel prouincialium episcoporum ad Imperatorem episcopi non pergant. C. XXVII.

Anſl. 6. c. 124. Burc. l. 2. c. 177. Iuo p. 6. c. 268.

SI quis episcopus, aut presbyter, vel omnis omnino, qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter cõsilium, vel litteras eorum episcoporum, qui sunt intra prouinciam, & maxime metropolitani ad Imperatorem perrexerit a; hunc abdicari, & eijci non solum de communione debere, sed etiam propria dignitate priuari [decernimus † tamquam molestum, & importunum Imperialibus auribus contra ecclesiastica constituta.

† Abest ab ori.

Reprehendũtur ergo Gallicani episcopi à Nicolao; quoniam Apostolica auctoritate contempta potius arma sequi elegerant quàm Apostolico cõspectui sese repræsentarẽt: Quamquam proficiscentes ad comitatum possũt intelligi, non secuti Imperatorem, vt armis sibi auxilientur, sed ipsum cum exercitu suo quotidianis orationibur Deo commendent. In quo casu auctoritas illa Sardicensis concilij loqui videtur: in cuius octauo capite Osius episcopus dixisse legitur.

fu. ea. reprehensibile.

¶ Qui à religiosis Imperatoribus vocati episcopi non fuerint, ad comitatum non proficiscantur. C. XXVIII.

Anſl. 6. c. 120. Poly. l. 4. tit. 17. † ἐρατόπεδον.

SI vobis fratres charissimi placet; decernite, ne episcopi ad comitatum † b accedant; nisi forte hi, qui à religiosis α Imperatoribus vel inuitati, vel vocati c fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, vt ad misericordiam ecclesiæ cõfugiant, qui iniuriam patiuntur, & qui peccantes, in exilium d, vel in insulas e damnantur, aut certe quamcunque sententiam suscipiunt; ideo subueniendum est his, & sine dubitatione eis est petenda per ecclesiam indulgentia.

¶ *Hoc capitulum fere ijsdem verbis habetur in collectione Isidori, & codice canonum, nec longe descrepat à sententia Græci canonis.*

α ¶ A religiosis Imperatoribus.] *Horum loco in collectione Isidori, & codice canonum legitur,* religiosi Imperatoris litteris, *Item q̃s Græce.* περὶ τούτων, οὓς ἂν ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἐκεῖσε γράμμασιν μεταβαλλοῖτο.

Licet ergo prælatis ecclesiæ exemplo beati Gregorij f *ab Imperatoribus, vel quibuslibet ducibus defensionẽ fidelibus postulare. Licet etiam cum beato Leone quoslibet ad sui defensionem contra aduersarios sanctę fidei viriliter adhortari, atque ad vim infidelium procul arcendam quosque excitare. Effusionem vero sanguinis nulli episcopo ũ sua, uel Imperatorum auctoritate imperare licet.*

su. ea. vt pridẽ. sup. ea. igitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SÆpe principes.] Hæc est 5 pars q. in qua probat per 3. c. quòd nullus clericus debet dictare vel dare sanguinis effusionem, vt truncationem facere per se vel per alium. Io. de Fant.

CASVS. Quidam sacerdotes delegationem principum causas sanguinis agitabant. quare statuit conc. Tol. vt de cætero talia nō suscipiāt, nisi principes sub iuramēto supplicij indulgentiam promittāt. Si quis vero contra fecit, reus apud Christum effusi sanguinis deponatur.

a ¶ Sæpe.] Ex hoc c. colligitur, q aliter debet iudicare delegās quàm delegatus. sic extra de accusa. cum oporteat. Argu. contra. 25. quæst. 2. c. seruatis.

b ¶ Obnoxios.] Ex hoc dicunt quidam, quòd episcopus in causa criminali potest ferre sententiam sub hac tamen conditione, q Imperator dicit obnoxios supplicijs: sed tu exaudi hoc cum de crimine ciuiliter agebat, & hoc est quòd dicit.

c ¶ Consentiant.] Ergo non est iudex antequam consentiat. arg. extra de app. super eo in fi.

d ¶ Iureiurando.] i. præstando sacramentum de calumnia.

e ¶ Supplicij.] Indulgentia promittitur, scilicet à principe de impunitate quo ad pœnam sanguinis, ar. 15. q. 4. nullus eporū. & appellabitur hic ad forum delegātis.

f ¶ Promittitur.] Etiam à iure: non enim timebit supplicium

1 Ar. ad hoc ex quo iurratur. 1 Sed 17. q. 4. mepone Imperator putuentes. 32. niat eum post corpo. q. 1. de Bādi ralter non imputatio. & hoc

ter epo. ar. su. e. q. 5. c. vnum, & ff. de bo. lib. qui cū maio. illud qđ no tionē, & sibi referuat sniam, & tunc criminaliter, dumtatur i vtro- sñ iuret, &c. arg. ext. de off. delega. super quæstionum. que c. ibi vi deas.

HIs à quibus.] CASVS. Quidam episcopi iudicium sanguinis agitantes per se truncationes membrorum inferebant, vel alijs inferendā præcipiebant quare statutum fuit in concilio Toleta. ne de cætero præsumāt. & si quis hoc præsumpserit, horum præceptorum immemor deponatur, & in perpetuo ergastulo teneatur religatus: viaticum tamen sibi in fine non negetur.

g ¶ Non licet.] Olim licuit. sup. 2. q. 7. 6 item cum Balaā. sup. d. 50. de his clericis, & 51. d. aliquantos. & sup. ca. q. 5. vnum solum.

h ¶ Talibus.] Idest, taliter excedentibus.

i ¶ Truncationes.] Nam qui vulnerat, occidisse dicitur, vt ff. ad leg. Cor. de sica. l. 1. §. diuus.

K ¶ Aut inferendas.] Quod enim non possem per me, nec per alium. 46. d. c. vlt. ff. de admi. re. ad ciui. pertī. l. 2. §. 1. fallit tamen in casib. specialibus.

1 ¶ Præcipiant.] Virgts tamen possunt punire, vt sup. ea. q. 5. c. 1. in fi & flagellis: sed n. ō ad sanguinis effusionem, vt extra de rapt. in archiepiscopatu. Sed quid si episcopus habet iurisdictionem de omnibus? tunc deleget causam criminalem, licet secundum leges non posīes delegare nisi cum contingit ipsum abesse. l. ff. de off. eius cui lis mand. est iurisdicti. l. 1. hic enim non potest adesse, vnde nec licite delegat secundum canones, vt dixi sup. eadem q. 4. illud.

m ¶ Exeunti.] sup. d. 50. pœnitentes.

CAETERI. CASVS. Dictum est sup. q clerici non possunt esse sunt exercere truncationes membrorū. Nunc G. dicit, q laici absq. iudice truncationes membrorū & domorū incendia facere prohibentur, & ad hoc inducit seq. c.

SI quis]CASVS. Statuit Eutychianus q si q. fecerit, vel

Vnde in Toletano concilio. 4. c. 30. legitur.

¶ Sacerdotes ibi consentiant fieri iudices, vbi iureiurando indulgentia promittitur. C. XXIX.

SÆpe[a] principes contra quoslibet maiestatis obnoxios[b] sacerdotibus negotia sua committunt. Quia† vero à Christo ad ministerium salutis electi sunt; ibi consentiant[c] regibus fieri iudices, vbi iureiurando[d] supplicij[e] indulgentia promittitur[f], non vbi discriminis sententia præparatur. Si quis ergo sacerdotium contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit: si reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiam perdat proprium gradum.

Bur. l. 2. c. 149. Iuo p. 9. c. 123.

† Et quia sacerdotes.] Offi.

Item ex concilio Toletano xi. c. 6.

¶ Non debent agitare iudicium sanguinis, qui sacramenta Domini tractant. C. XXX.

HIs, quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet[g]. Et ideo magnopere talibus †[h] excessibus prohibendum est; ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut quod mortem plectendum est, sententia propria iudicare præsumant; aut trū cationes[i] quibuslibet personis per se inferant, aut inferendas[k] præcipiant[l]. Quòd si quisquam immemor horum præceptorum, aut in ecclesiæ suæ familijs, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerint; concessi ordinis honore priuetur, & loco; sub perpetuo quoque damnationis tenea tur ergastulo religatus. Cui tamen communio exeunti[m] ex hac vita non est neganda propter Domini misericordiam; qui non vult peccatoris mortem, sed vt conuertatur, & viuat.

Rab. in pœnit. c. 30. Bur. l. 1. c. 201. Iuo p. 5. c. 315.

Ezech. 33.

Cæteri etiam absque iudiciali auctoritate membrorum truncationes & domorum incendia facere prohibentur.

Vnde in decretis Eutychiani Papæ.

¶ Membra detruncans, & domos incendens, absque iudiciali auctoritate excommunicetur. C. XXXI.

SI quis membrorum truncationes, domorum incendia

Poly l. 6. tit. 15. Burc. l. 11. c. 30. Iuo p. 13. c. 4.

vel facere iusserit, vel facienti consenserit truncationē mēbrorum, vel domorū incendia, excommunicetur do nec coram episcopo ciuitatis, & ciuibus damnum emē det legaliter & amicabiliter. Seq. §. patet.

a ¶ Iusserit.] Sic extra de senten. excom. mulieres.

b ¶ Legaliter.] Sed quomodo hoc, cum secundum leges liberum corpus æstimationem non recpiat, vt ff. de de eie. & effu. l. vlt. fi quad. pau. fecit. dic. ex hac lege; Sed dic q tenetur ad expensas medicorum, & ad operas quas amittit, quia inutilis est factus, non autem ratione cicatricum vel deformitatis quia liberum corpus est. ff. de eie. & effu. l. vlti. Vel dic, legaliter, id est, secundum cautionem hic signatam. inf. ea. proxi. ibi, nec absoluatur. quia pœnitet per annū, & damna restituit. Vel legaliter, id est, secundum l. Rhod. de vi publica, vel priuata agetur contra eum. Et est differentia: quia priuata pri uata tertia parte bonorum, vt ff. de vi. publi. l. penult. pu blica deportationem inducit, vt instit. de publi. iudi. §. item lex. Iulia de vi. Vnde versus.

Liberum æstimationem nō recipit.

Vis priuata reum deponit ab ordine rerum.
Sed deportatur, si vis armata probatur.

c ¶ Et amicabiliter.] Sic sup. 5. q. 2. si primates. argu. su. ea. q. 4 si illic.

DE INCENDIARIIS. Hæc est 6. pars q. ī qua ōñ lit ma gister. duob. c. qualiter incendiarij dēnt puniri. Io. de Fā.

PEssimam.] CASVS. Statuit Innocen. in hoc cap. vt incendiarius siue ipse ignem apposuerit, vel apponi fecerit, vel consilium dederit, vel auxilium, excommunicetur: & si mortuus fuerit, ecclesiastica careat sepultura, nec absoluatur, nisi prius damnum resarciat sicut potest, & iuret se ignem vlterius non appositurū: resipiscenti vero pœna iniungatur, vt scilicet per annū fit in seruitio Dei, vt Hierosolymis vel in Hispania & si quis episcopus hoc damnum relaxauerit, ipsum restituat, & ab episcopali offi cio per annum abstineat. Reges vero & sæculares principes cōsultis archiepiscopis de hoc iustitiam facere possunt.

d ¶ Interdicimus.] Ex hoc vī, q iste casus non sit canon latæ sententiæ, vbi cō suetudo hoc habet, & Papa scit, & tolerat, vt in Theutonia, & secundum hoc potest intelligi extra de senten. excō. tua sed non credo quod sit latæ sententia: nisi fi cut aliàs quòd priua tur sacramentis sicut pro quolibet mortali. de consecra. dist. 2. si non sunt tanta, & quod dicit. interdici mus, id est, prohibemus, & qlibet decedens in mortali, si constet de hoc etiam si non sit excommunicatus, prohibetur. ext. de rap. super eo. & extra de dam. da. si quis domum.

e ¶ Damno.] Canonica pœna incendiario rum statuitur: extra de dam. da si quis dn mum 12. q. 2. cum denotissimam. sed alia. est pœna legalis, vt ibi nota.

f ¶ Vlterius.] Sī. 11. 3. cum aliquis.

g ¶ Archiepiscopus.] Licet clericis expo-

Clericus legem de interficiendo potest exponere.

nere legē vel canonē de interficiendo, sed non cōsulere precise, vt su. q. 5. relegantes. & su. 5. q. 6. delatori vel episcopus dabit consilium de pœna canonica incendiario rum, quæ est extra de dam. da. c. vlti.

h ¶ Restituat.] Sup. 54. dist. si seruus absente. & hoc de proprio, si habet: alias puniretur extraordinarie. nam de rebus ecclesiæ non debet, ne delictum vertatur in dānum ecclesiæ. 16. q. 6. fi episcopum.

i ¶ Sane regibus.] Si regibus & principibus non negatur facultas iustitiæ faciendæ de incendiarijs consulis archiepiscopis; videtur q principes consilio eorum possint incendiarios vltimo supplitio afficere, cum incendiarij secundum leges sic debeant puniri, vt ff. de incē. l. vlti. ff. de pœnis, l. capitalium. Secundum canones est sciendum, quòd iuxta legis tenorem incendiarij spontanei varie plectuntur. Vel. n. nouissimo infortunio notantur, vel deportantur, vel alio modo forte puniuntur. Vel dic quòd princeps non punit incendiarios secundū legis rigorē occidendo, sed deportādo, vel alia clemētiori pœna plectendo. ideo archiepi & episcopi cōsulātur. sed l. Corn. de sica. punit capite, si nobilis est. ff. ad le. Cor. de sica. si q̄s dolo ignobilis supponit bestijs, bonis proscriptis. ff. de inc. l. vlt. & hoc qñ dolo fecit: alias sufficit damna restituere, vt ff. eod. tit. qui ædes.

Incendiarij qualiter aūt puniendi.

Universidad de Deusto Biblioteca

QVicumque percutit.] CASVS. Quæsitum fuit ab August. vtrum iudicetur homicida, qui criminosos interficit vel debilitat? Et respondet: si iudex est, potestatem de hoc habens, minister Dei est. si vero potestatem non habet de hoc, velut homicida reputatur.

meus eum interfecit contra voluntatem meam: an imputabitur mihi? non. arg. 2. q. 4. quia præsulatus. extra. de cleri. percus. præsentium.
h ¶ Similiter.] Arg. de pœnit. dist. 1. si cui.
i ¶ Extra noxam.] Si ei subuenire non poterant. sup. ead.

¶ Homicida est, qui publicam functionem non habens, aliquem occidit, vel debilitat. C. XXXIII.

Burc. l. 6. c. 43. Iuo p. 10. c. 104. & 171. Pann. l. 8. c. 58.

QVicumque percutit malos in eo quòd mali sunt[a], & habet causam α [b]interfectionis; minister Dei est. qui vero sine aliqua publica administratione maleficum, furem, sacrilegum [c], & adulterum, periurum, vel quemlibet criminosum interfecerit, aut truncauerit, vel membris debilitauerit; velut homicida [d] iudicabitur: & tanto acrius, quanto non sibi à Deo concessam potestatem abusiue vsurpare non timuit.

¶ *Prima pars huius capituli vsque ad vers.* Qui vero. *citatur supra ead. q. 5. qui malos. ex commentarijs B. Hieronymi in Ezechielem, vbi etiam habetur.*

α ¶ Et habet causam.] *Supra ead. q. 5. qui malos. & apud B. Hieronymum. & in glossa ordinaria, Pannormia, apud Iuonem par. 10. cap. 114. legitur*, habet uasa. *Exponuntur enim illa Ezechielis verba*, unusquisque uas interfectionis habet. *sed apud Burchardum, & Iuonem eadem par. c. 171. legitur vt apud Gratianum.*

a ¶ In eo quod mali sunt. sup. e. q. 5. qui malos. sup. e. q. 4. duo ista.
b ¶ Causam.] Supra ea. q. 4. ez. vindicta.
c ¶ Sacrilegum.] Ergo sacrilegi secundum canones & fures capite puniuntur vt supra ea. q. 5. homicidas.
d ¶ Velut homicida.] vt extra de homic. si aliquis. C. quando licet vnicuique, l. 1. Io. de Fant.

DE HIS. Hæc est 7. pars secundum. Io. de Fant.

CASVS. Quia sup. facta fuit mẽtio de homicidio: ideo nunc q̃rit Grat. si plures simul vulnerãt aliquẽ & postea moriatur, quis eorum reatũ homicidij incurrat. Cui quæstioni sequens capitu. respondet.

7 *De his autem, qui simul hominem vulnerant, quæritur, si ille mortuus fuerit, quis eorum homicidij reatum incurrat.*

De his ita statutum est in concilio apud Vermerias.

¶ Si plures contra vnum rixentur, qua pœna quisque eorum feriatur. C. XXXIIII.

Burch. l. 6. c. 42. Iuo p. 10. c. 170.

SI quattuor, aut quinque homines, seu etiam plures contra vnum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit; quicumque eorum [e] plagam ei imposuit, secundum statuta canonum, vt homicida iudicetur: reliqui autem, qui eum impugnabant [f], volentes [g] eum interficere, similiter [h] pœniteant. Qui vero nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec consilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantum adfuerunt; extra noxam [i] sint.

SI quatuor.] CASVS. Quatuor vel plures quendã vulnerauerũt. & mortuus est: quare quæsitum fuit in cõcilio, qs eorum reatum homicidij incurrat? Et respondet, & quicũque ei plagam imposuerit vt homicida iudicetur: reliqui vero q eum interficere volebant, similiter pœniteãt: qui vero nec cõsiliũ, nec auxiliũ dedit, non est in culpa.
e ¶ Quicumque eorum.] Hoc est ,ppter incertitudinẽ: qa nescitur cuius ictu perijt. sic ff. de eie. & effu. l. 2. §. vlti. & l. seq. & ff. ad le. Aquil. ita vulneratus. in fi. Sed pone certum esse quod de vulnere meo non est mortuus, nunquid censebor homicida? secundum leges certum est q non arg. ff. ad le. Aquil. huic scripturæ. nam vulnus vniuscuiusque contemplandum est. ff. ad le. Cor. de sica. l. vlt. idem videtur secundũ canones arg. extra de cle. percus. c. 2. Cõtrarium tñ credo 1. argu. 50 dist. si quis post. sufficit enim q sumpsit arma, licet non occiderit ipse, sed alius, vt extra de cle. percus. c. præsentium. & c. continentia.
f ¶ Impugnabant.] Nec tamen percusserunt.
g ¶ Volentes.] Nam homicidæ tales sunt de pœn. dis. 1. periculosę. Item pone q me rixante cum aliquo, frater

Homicida est etiã qui nõ occidit.

1 Idẽ credit Lauren. ar. huius cap. si qs post. Sed arg contra 15. q. 1 c. vlt. vbi dicit, q lex factũ requirit. & qd no. extra de homi. si aliquis vbi de hoc.

CAVSA XXIIII.

QVidam episcopus in hæresim lapsus [k] aliquot de sacerdotibus suis officio priuauit & sentẽtia excommunicationis notauit.

ead. quæst. 3 c. vlti. Ioan.

QVidã episcopus.] CASVS. Supra in 23. causa tractatum est de hæreticis. Sed quia hæreticorum quidam sunt manifesti: quidam vero occulti; quandoque excommunicat ecclesia hæreticos, quandoque catholicos: ideo Gratia. subnectit hanc causam 24. in qua tractat de omnibus istis, quæ vt competentius ostendat, thema proponit, de quo tres elicit quęstiones.
K ¶ Quidam eps in hæresim lapsus.] su. 23. causa tractatum

Q tũ est de hæreticis: sed qm̃ hæreticorũ quidã sunt manifesti, quidã occulti: & ecclesia excõicat qñq; hæreticos, qñq; catholicos ideo de huiusmodi subdit tractatum.
QVòd autem.] In hac quęstione magister intendit

valet an nouã confingat; & tunc potest. ar. inf. ea. Achatius & inf. ea. fin. aũt. in prin. qa adhuc toleratur ab ecclesia. sed tu dic indistincte, quod siue veterẽ siue nouam sequat, excõicatus est, licet sit occultus: & iõ alium excõicare non põt. ext. de hære. ad abolendã. &c. excommunicamus. alia tamen, quę agit tenendum toleratur 1. arg. supra 3. q. 7. §. tria. Sed & sẽtẽtia excõmunicationis, quam tulit toleranda est, dũ ipse est occultus licet si nulla. argum. prędi. §. extra de iu. pat. cõsulationibus.
b ¶ Qui vero.] Hæc distinctio hodie locum non habet, quia omnis hęresis est dãnata, & omnis hæreticus est excõmunicatus quantumcumque sit occultus: & ideo nõ potest alios excommunicare, vnde si scirem prælatũ meum esse hæreticũ; quia nouam fingit, nec tamen prædicaret, si me excommunicaret, celebrarem in occulto, sed nõ in aperto: quia cum nõ possem probare eum esse hęreticũ, sic me non excommunicatum deponeret: Sed quid de alia sententia? idem: quia nulla est sententia quã tulit. sed tamen tolerabitur postea. ar. 3. q. 7. §. tria. eadẽ dic & de schimatico: maxime cum schisma nõ possit esse sine hæresi 2. nisi forte in summo Pontifice, vt si duo crearentur, & vterque crederet ecclesiam apud se esse. 7. q. 1. factus. 3.

1 Idem sentit Inno. extra de elec. a nihil.

Post mortem de hæresi accusatus damnatur, & sequaces eius cum omni familia sua.
1 *Hic primum quæritur, an lapsus in hæresim possit aliquos officio priuare, vel sententia notare.*
2 *Secundo an post mortem aliquis possit excommunicari.*
3 *Tertio an pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda.*

QVÆSTIO PRIMA.

QVòd autem [a] ab hæretico aliquis deponi, aut excommunicari non possit, facile probatur. Omnis enim hæreticus aut iam damnatam heresim sequitur, aut nouã confingit. Qui vero [b] hæresim iam damnatam sequitur, eius damnationibus se participem facit.
Vnde cũ Achatius absque synodali auctoritate ab Apostolico se damnatum quereretur; contra Gelasius scribit dicens.

Hereticus omnis est excommunicatus.

¶ Qui in iam damnatam hæresim labitur, eius damnationis se participem facit. C. I.

ACHatius non est factus inuentor noui erroris: sed veteris imitator; atque ideo non erat necessariũ [c] vt aduersus eum noua sententia prodiret, sed antiqua tantummodo renouaretur. Factus sum itaque executor veteris constituti, non promulgator noui. Quicumque enim in hæresim [d] semel damnatam labitur; eius damnatione seipsum inuoluit.

¶ *Sententia huius capituli est eadem cum sententia capitis paulo post sequentis, id est,* Achatius. *quamuis verba discrepent.*
Idem Gelasius in epistola ad episcopos Dardaniæ.

2 Istam gl. dicit esse singu. Abb. in cap. quia diligentia. de ele. c. ad hoc quod incidens in schisma, si credit Papatũ esse apud illũ, cui adhære, non est hæreticus.

¶ Non est tractandum, quod semel synodus statuit contra vnamquamque hæresim. C. II.

Poly. l. 7. tit. 7.

MAiores nostri diuina ĩspiratiõe cernẽtes necessario

tendit probare p 42. c. q hæreticus, vel schismaticus vel excommunicatus alium damnare non potest: si tamen sibi probare possit: Io. de Fant.
CASVS. Hic pponit 1. q. quã q̃rit, an hæreticus possit aliũ deponere, suspẽdere vel excõicare? Sed ẽm Grat. distinguit, si incidit in damnatã hæresim, nullũ dãnare vel excõicare põt, vt infra. ead. audiuimus. Si vero nouã confingit hæresim, antequã de ea damnet, suspẽdere vel excõmunicare põt, vt inf. ea. §. si autẽ, in princ. & ar. infr. ea. Achatius quia adhuc toleratur ab ecclesia. Tu aũt dicas indistinctè, quia siue veterem, siue nouam sequitur, excommunicatus est, vt in concilio Lateranen. excõmunicamus, & ideo alium excõmunicare non põt. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat, q hæreticus nullum valeat condemnare, vsq; ad §. [His auctoritatibus] innuendo distinctionem suam. Deinde probat contra. tandẽ dat solutionẽ. Casus autem. §. facilis est.
a ¶ Qnod autẽ.] In hac qõne dicunt quidam quod si hæreticus excommunicat alium hæreticum, valet. inf. ea. quisquis. sed qualiter intelligatur illud c. dicit. §. qui sequitur illud c. Alij cum Gratiano distinguũt, an veterem hęresim iam damnatam sequatur, & tunc non

Excommunicare non potest hære ticus hæreticum.

ACHatius.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod Gelasius synodo non congregata Achatium propter hæresim condemnauit de quo cum Achatius conquereretur, scripsit Gelasius, quòd non fuit opus pp hoc synodũ congregare, vt noua contra eum sententia prodiret: sed vetus tantũ confirmaretur: quia in hæresim iam damnatã lapsus erat: dicit ergo,] factus sum itaque veteris constituti executor, non noui promulgator.]
c ¶ Necessariũ.] Posset tamen fieri. arg. extra de postul. ad hoc in parte decisa.
d ¶ In heresim.] Hic est casus, in quo Papa Papã potest ligare, in quo Papa in canonem latæ sententiæ incidit. nec huic obuiat regula illa, quia per parem soluere vel ligare non potest. extra de elec. innotuit. quia si Papa hęreticus est, in eo q hæreticus est minor 4. quolibet catholico. 12. q. 1. scimus. quia 3 lex factum nota etiam sine sententia. ff. de rit. nup. l. palam. §. vlt. Et est hic ar. ad quæstionem feudo. puta iurauit episcopus quod, non infeudaret de nouo. videtur quod possit dare vetus quod concedo in dubio, cum non cõstat quod intellexit cum iurauit extra de feu. cap. 2.
MAiores nostri.] CASVS. Ostendit Gelasius in hoc

3 Vide quæ leg. & not. inf. ea. q. dicimus. in princ.

Papa Papã ligare põt.

4 Minor idẽ Tho. Aqui. in 4. sent. distin. 19. Gabriel Biel. in canone. Missæ. fol. 180. col. 2. Philip. Deci. ca. cũ venissent col. 3. de iudi. & in cõs. 151. nu. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. q; ſancti patres ſtatuerunt, vt ex quo auctor hæreſis in ſynodo ſemel condemnaretur, non eſſet opus ſynodum iterum congregari ad condemnationem eorum, qui eum ſequuntur, cum in hæreſim ſemel damnatam inciderint: ſed omnes principali ſententia cum ſuo auctore teneantur, nec debent tali ſententia ſemel lata, iterum retractari: & hoc ꝓbat quinq; exemplis, ſcilicet Sabellij, Arrij, Eunomij, Macedonij, & Neſtorij, Caſus ſequentis capitu. patet.

a ¶ Coacta.] Id eſt, coadunata, iuxta illud, Tityre coge pecus, & ali, Cogite oues pueri, &c. & lex dicit ſi actus coactos ff. ſol. mat. diuortio. ver. coactis vindemijs.

b ¶ Nõ ſinerent.] Supra 6 q.4. quod bene & 25. quæſt. 2. cum pie. C. de ſum trini. nemo.

c ¶ Nouis.] Sup. 11. diſt. quis neſciat,

d ¶ Sed auctore.] Sufficit enim damnare auctorem. nam damnato Arnoldo omnes Arnoldiſtæ damnati ſunt. extra de hær. ad abolendam.

e ¶ Vel prauitatis.] Poſt mortem.

f ¶ Vel communionis.] In vita.

g ¶ Non ſiuit.] Vt temere & fide diſputẽt: nam ſi correcti redire vellent, admitterẽ

1 Nã recõciliationis cã impetrandæ admitterentur. ſu. 2. q: 7. conuenientibus.

tur 1. ſupra proxi. q. 6. c. 1. Sed qui ita incidunt in hæreſim iam damnatam, à quo ab ſoluuntur? ab epiſcopo. vel ſuo ſuperiore argumen. ſup. proxi. quæſtio. 4 ipſa pietas Ioan.

h ACHatius.] Supra 19. diſtin. Anaſtaſius.

i ¶ Scita.] Id eſt, ſtatura. vnde dicit, ſcitis obtemperat. 3. q. 7. iudicet.

K ¶ Lance.] Id eſt, ratione. aliàs idẽ appellat ſtateram. 45. d. omnis.

SI ERGO. CASVS. Nunc Gratian. concludit ex ſupradictis dicens, quòd ille epiſcopus, de quo ſupra in principio thematis dictum eſt, cũ in hæreſim iã damnatã lapſus eſſet, alios excommunicare non potuit. excommunicatus enim alios excommunicare non poteſt. ad quòd induxit ſeq. cap.

AVdiuimus.] CASVS. Archiepiſcopus Rauennas hæreticus, & excommunicatus Valerianum epiſcopum excommunicauit: quod cum Alexan. ſecundus audiſſet, ſcripſit Valeriano epiſcopo, vt de illa ſententia non

præcauerunt; vt quod contra vnamquamq; hęreſim coacta [a] ſemel ſynodus pro fidei † communione, & veritate catholica atque Apoſtolica promulgaſſet; non ſinerent [b] nouis [c] poſthęc retractationibus mutilari; ne prauis occaſio præberetur, quę medicinaliter fuerant ſtatuta, pulſandi; ſed auctore [d] cuiuslibet inſaniæ, ac pariter errore damnato, ſufficere iudicauerunt; vt quiſquis aliquando huius erroris communicator exiſteret, principali ſententia damnationis eius eſſet obſtrictus. *& infra.* ¶ Sic Sabellium dãnauit ſynodus; nec fuit neceſſe, vt eius ſectatores poſtea damnarentur, ſingulas viritim ſynodos celebrari: ſed prò tenore conſtitutionis antiquę cunctos, qui vel prauitatis [e] illius, vel communionis [f] exitere participes, vniuerſalis eccleſiæ duxit † eſſe refutandos. Sic Arrium, Eunomium, Macedonium, Neſtorium ſinodus ſemel geſta condemnans, vlterius ad noua concilia venire non fiuit [g]. † *al.fide*

† *al.dixi.*

Item Fœlix Papa.

¶ *Polycarpus lib. 1. tit. 16. citat ex Gelaſio, apud quem habetur in communitorio ad Fauſtum.*

¶ Non vltra in eum procedere oportet, qui in hæreſim damnatam recidit. C. III.

ij ACHatius [h] nou fuit noui vel proprij inuentor erroris, vt in eum noua ſcita [i] prodirent †: ſed alieno facinori ſua communione ſe miſcuit. Itaque neceſſe eſt, vt in illam recideret iuſta lance [k] ſententiam; quam cum ſuis ſucceſſoribus per conuenientiam [κ] ſynodalem ſuſceperat auctor erroris.

Poly. l. 5. tit. 16. † *al. procederent.*

κ ¶ Conuenientiam.] *Sic in vetuſtis etiam Gratiani exemplaribus & re centioribus editionibus conciliorum. In antiquioribus vero conciliorum & epiſtolarum Pontificum editionibus legitur,* conuentiam.

Si ergo epiſcopus ille in hæreſim iam damnatam lapſus eſt; antiqua excõmunicatione damnatus, alios damnare nõ poterat. Excommunicatus enim alios excommunicare non valet.

Vnde Alexander ſecundus ſcribit Valeriano epiſcopo martyri ß.

ß ¶ Martyri.] *Apud Iuonem eſt* Gulielmo marcioni. *In vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur,* martyr *ſeu,* martur, *vt videatur hoc nomine ſignificare voluiſſe cuius eccleſiæ eſſet epiſcopus. In quibuſdam vero tantum eſt,* Valeriano epiſcopo.

¶ Excommunicatus alium excommunicare non poteſt. C. IIII.

AVdiuimus, quòd Henricus, Rauẽnas dictus archiepiſcopus, niſus ſit te excommunicare. Verum, quia

Iuo p. 14. c. 57. Pann. l. 5. c. 135.

non curreret; abſoluendo de facto.] Abſoluendo, [id eſt abſolutos: vel abſoluendos, id eſt, non ligatos.

Excommunicatus non poteſt excommunicari.

a ¶ Quia excommunicatus.] Et ita excommunicatus non poteſt excommunicari: ſed ſuſpenſus excommunicatur 11. q. 3. §. euidenter. Nunquid ergo excommunicatus [a] te excomunicare non potuit [b]; Apoſtolica auctoritate te, tuoſque abſoluendo [c], mandamus exinde nunquam curare.

Si autem α ex corde ſuo nunquã hæreſim [d] confinxerit, ex quo talia prædicare cœpit, neminem damnare potuit: quia nec poteſt deijcere quemquam iam proſtratus [e]. Ligãdi namque, vel ſoluendi poteſtas veris [f], non falſis § ſacerdotibus à Domino tradita eſt. Apoſtolis enim dicturus, [*Quorũ remiſeritis peccata, &c.*] *præmiſit,* [*Accipite ſpiritum ſanctũ,*] *vt euidenter cũctis oſtenderet eũ, qui ſpiritũ ſanctũ non habet, peccata non poſſe tenere, vel remittere. Porro ſpiritũ ſanctũ nemo, niſi intra eccleſiã accipit: quia & ipſam vnitatem per gratiam facit.* ¶ *Vnde non niſi congregatis in vnum dictum eſt,* [*Accipite ſpiritũ ſanctũ:*] *nec niſi ſuper congregatos in vnum die Pentecoſtes deſcendit ſpiritus ſanctus. Sicut autẽ extra eccleſiã nõ accipitur ita extra eã nihil operatur. Cum ergo, ſicut & Apoſtolus ait, ſpiritus poſtulet ꝓ [h], ſpiritus impetret [i], extra eccleſiã nec poſtulare facit, nec impetrare. Vnde Dominus dicturus,* [*Quodcũque petieritis, &c.*] *præmiſit:* [*Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram ex omni re, &c.*] *& iterũ:* [*Vbi duo, vel tres cõgregati fuerint in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorũ: numerũ cũctis oſtendens, ſe nõ habitare in cordibus eorũ, qui ſuperbiæ ſingularitatẽ ſequuti, à corporis Chriſti cõpage ſemetipſos abrũpũt. in quibus autẽ Chriſtus non habitat, in eis ſpiritus ſanctus mentiũ ſciſſuras refugiens locũ nõ habet. Cũ ergo peccata dimittere, vel tenere, excõicare, vel reconciliare opus ſit [k] ſpiritus ſancti & virtus Chriſti; apparet, ꝙ his, qui extra eccleſiã ſunt nec ligare poſſunt, nec ſoluere, nec reconciliando eccleſiaſticæ cõmunioni reddere, nec excõicãdo eius ſocietate priuare, qua ipſi hæreſi, vel ſchiſmate polluti, ſiue ſententia notati penitus carere ꝓbantur. Vnde cũ omnibus diſcipulis parẽ ligãdi ata; ſoluendi poteſtatẽ Dominus daret; Petro [l] ꝓ omnibus, & præ omnibus [m] claues [n] regni cælorũ ſe daturũ ꝓmiſit, dicẽs:* [*Tibi dabo claues regni cælorũ.*] *Quicumq. ergo ab vnitate eccleſiæ (quæ per Petrum intelligitur) fue*

Matt. 16.

Ioan. 20.

Act. 2.

Rom. 8.

Matth. 18.

Suspensus nieari poteſt? dico referre an ſit ſuſpenſus ab officio, vel iurisdictione. nam ſi ab officio tantum, ea non poterit quæ officij ſui ſunt, exercere, puta celebrare: & ſimilia. ſed ea poterit quæ iurisdictionis ſunt, vt dare præbendam, & excommunicare: quia hoc iurisdictionis eſt extra de elec. tranſmiſſam. & de cle. excõ. mi. ſi celebrat. Econtra etiam ſi ſuſpenderetur à iurisdictione, & non ab officio: quia poſſet ea, quæ eſſent officij: non autem quę ſunt iurisdictionis. Si autem ab vtroque, tunc neutrum extra de concef. præben. quia.

Quid interdictum exercere poterit.

b ¶ Non potuit.] Non eſt contra. ſu. 11. q 3. plerumque. nam ibi de alio malo, non hęretico: vel ibi de occulto. ſu. 11. q. 3. excellẽtiſſimus. ſu. 11. q. 3. ſi quis cõfugerit: ſu. 16. diſt. concubinę. & ſu. 23 diſtinct. quorundam. ſupr. 11. q. 3. ſi epiſcopus. ſu. 11. q. 3. contra. 2. q. 6. §. itẽ ſi plures.

c ¶ Abſoluendo.] Id eſt, abſolutos eſſe oſtẽdendo. id eſt non ligatos. ſimilis expoſitio eſt. C. de le. hær. l. 2. ſic 11. q. 3. excellentiſſimus. 15. q. 6. auctoritatem, vel dic abſoluendo, ſcilicet de facto. ſic ſup. 1. q. 1. ſi quis confugerit. 17. diſt. concilia. 23. diſt. quorundam. & extra de appell. ad præſentiam. 2. q. 1. primates. Sed contra 2. q. 6. §. item ſi plures.

SINAVTEM. CASVS. Hactenus oſtendit G. de eo qui incidit in veterem hæreſim. Nunc vero dicit de eo, qui nouã confingit: qui ab eo tempore quo talia ꝑ dicare cœpit: ſi propter hoc fuerit excõmunicatus, poteſtatẽ ligandi, vel abſoluẽdi non habet. quę poteſtas veris & nõ falſis ſacerdotib. à Deo tributa fuit. Quod tribus rationibus ꝓbat prima eſt, quia ipſi hæretici ſpiritũ ſanctum non habent quod quattuor auctoritatibus probat. Secunda ratio eſt: quia ipſi ſunt extra eccleſiã, & ideo aliquem condemnare non debent, vel non valent: quod quinq; auctoritatibus ꝓbat. Tertia ratio eſt: quia ille, [qui benedicit & maledicit, maior eſt eo cui benedicitur vel maledicitẽ, & ideo hæreticus in catholicum tãquam in ſuperiorem ſentẽtiam dictare non ꝓteſt: in hæreticum vero tanquam in ęqualẽ ſententiam ferre nõ põt. Prima ratio incipit ibi, [Ligandi nãque.] Secũda ibi, [Cũ ergo peccata dimittere.] Tertia ibi, [Vel potius, quia ſicut.] Sequẽs. §. pater. d ¶ Hæreſim.] Hoc fuit de cap. infra ea. ait Cælestinus. ſed hodie nihil eſt, vt no. ſu. ea. §. 1.

r Die melius toleratus ligare poteſt de officio, 3. q. 7. §. vlti. ſup. r. q. 1. ſi fuerit. Arc.

d ¶ Iam proſtratus.] Per hęreſim.

[f] ¶ Abijcienda.] Hoc intelligas de penitus incorrigibilibus: ne sit contra sup. prox. q. 5. cum homo 1.

[g] CLericus.] ¶ Orandũ est.] De. conse. d. 1 episcopus nul-

1 Arg. ex. de iudi. cũ non abhoſe aliàs cõtra sup. 5. c.1. & q.3. si si quis tortui to. quidam hoc intelligunt in spirituali pœna, illud in corporali. & sic non est contra. L.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullũ contra. Dic, illic est derogatum per hoc c. & per consuetudinem generalem ecclesiæ, supra distin. 4. §. leges. Ioan.

CVm quibus.] CASVS. Achatius cõquerebatur, ꝙ Gelasius illum cũ suis fautoribus condemnauerat absque episcoporũ synodo congregata. Gelasius uero respõdet dicens, ꝙ synodus congregari non debuit: tum quia ibi non erant catholici episcopi: sed tantum hæretici, cum quibus non erat synodus in eunda, qđ probat auctoritate psalmistæ. tum quia ipse Achatius inciderat in hæresim iã damnatã: & ideo propter hoc nõ erat opus nouum cõcilium congregari. De eadẽ materia loquitur c. sup. 22. dist. qua traditione.

a ¶ Cum quib.] CASVS. Achatius Constãtinop. patriarcha excõmunicauit. Anthiochenũ & Alexandrinũ, quia nõ recipiebant statuta, quæ ipse fecerat: propter hoc Papa excommunicauit eum, & de hoc conquestus est Achatius, ꝙ sine synodo excõicauit eũ: Papa vero dixit, ꝙ synodus congregari nõ debuit: tũ quia nõ erant ibi catholici episcopi, cum quibus posset haberi synodus: tum quia incidit ipse in hæresim iam damnatam, vnde nõ fuit opus nouo concilio.

Fidei disputatio cũ hæreticis est ꝓhibita.

b ¶ Certamẽ.] Ergo cum hæreticis nõ est disputandum, nec cũ aliquo de fide est disputandum. extra de hære. c. 1. & C. de sũmi. tri. l. nemo. sed ad hoc potest disputari cum eis, ut conuincantur non vt in dubium reuocẽt fidem nostram, ut extra de hære. capit. primo, Ioan.

NOtandum.] CASVS. Quidam reprehendebant Vrbanum Papam, qui criminosos excommunicabat, & dicebant eum facere contra Euangelium, vbi Dominus præcipit zizania non esse eradicanda, & contra Augustinum, dicentem, quod mali sunt ferendi, & non abijcendi. Sed Vrbanus eos super hoc conuincit exemplo Augustini, & duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli.

c ¶ Notandam.] Supra 23. q. 4. recedite. & c. ecce.

a ¶ Disciplina.] Medicina animę est excommunicatio, ut secunda q. 1. multi.

DEus quãdo.] CASVS. Docet Augustinus in hoc c. differẽtiã esse inter maledictum Dei, & maledictum prælati: quia maledictum Dei semper iustum est, cum ipsum nõ fallat peccati qualitas, neque peccantis affectus: sed maledictio prælati duob. modis est iniusta. Primo quia licet maledicat ut iudex: potest tamen nõ subesse causa maledicendi, cũ ipse ignoret affectum delinquentis. Secundo, cũ ex certa scientia maledicit hominem tibi conuitiãtem, propter quod uitium resecandum præcepit Apostolus ne maledicamus.] Quo, scilicet mandato. Quæ autẽ postea sequuntur usque in finem, patent, nec legantur in scholis.

b ¶ Promit.] Sicut vtile est dæmones esse propter malos, ut 23. quæst. 5. quia malos. hic 1. q. 3. Saluator. in princip. & 26. q. 5. nec mirum.

c ¶ Scire.] 22. q. 5. hũmanæ.

d ¶ Cognoscere.] 85. distinct. archidiaconum.

e ¶ Maledicendi.] 27. q. 1. nec aliqua.

Car-

Item Gelasius Papa in epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶ Canonum obseruatores cum hæreticis nullum debent inire certamen. C. XXXVI.

CVm quibus [a] erat synodus ineunda? Catholici pontifices fuerant undique iam depulsi: solique remanserant socij perfidorum: cum quibus iam nec licebat habere conuentum, dicente psal. [Non sedi in concilio uanitatis; & cum iniquia gerentibus non introibo.] Nec ecclesiastici moris est cum his, qui pollutam habent communionem, permistamque cum perfidis, miscere concilium †. Recte igitur per Chalcedonensis synodi formam, huiusmodi præuaricatio repulsa est potius, quàm ad ✠ concilium uocata: quod nec opus erat post primam synodum: nec cum talibus habere licebat. *Idem in commonitorio ad Faustum.* ¶ Canonum ß magistris, atque custodibus nobus nullum fas est inire certamen [b] cum hominibus communionis alienæ.

Psal. 25.

† *al. consilium*

✠ ¶ Quàm ad.] *In originali legitur*, quàm per concilium, quod nec opus, &c.

ß ¶ Canonum.] *Gelasius in commonitorio ad Faustum obiurgans Græcos illos, qui cum maxime canones violarent, eorum tamen se obseruatores simulabant, in hæc prorumpit verba*, o canonum magistros, atque custodes. Nobis nullum, &c.

Item ex epistola Vrbani Papæ.

¶ Non contradicit, sed potius obedit Euangelio qui malos excommunicat. C. XXXVII.

NOtandum [c] est, quòd quidam dicunt contra Euãgelicam parabolam nos facere, vbi de zizanijs nõ eracandis Dominus præcepit: cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subijcimus: & aiunt etiã sanctum Augustinum hoc contradicere in illo loco, vbi ait, [Quia non est præcidenda vnitas; ferendi sunt mali, non abijciendi.] Quibus hoc primum respondendum est. Si hæretici, & mali homines excommunicandi non sunt; quare ipse Augustinus cum legatis sanctæ Romanæ ecclesiæ, & cum sanctis Episcopis suis Pelagium, & Cœlestinum nouam hæresim in sanctam Dei ecclesiam introducentes excommunicauit, & ab ecclesia Dei separauit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista, & multa his similia loquitur, tam ipse, quàm omnis ecclesia Dei excommunicatos habuit? &, nisi prius pœnituissent, & per manus impositionem reconciliati essent eis nequaquam communicabat? Idem ipse Dominus, qui hoc parabolice hic narrat, aperte alibi excommunicationem fieri iubet dicens, [Frater, qui corripitur ab ecclesia, & non obedit; sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] Vnde apparet liquido, aliud esse excommunicationem; aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur (vt Apostolus ait) ad hoc excõmunicatur, vt spiritus eius saluus fiat in die Domini,

Matt. 13. ✠

Snia habetur. 23. q. 3. per totũ. In cõciliis Meleuitano, & Africano.

Matt. 18. paulo aliter.

1. Cor. 5

Disciplina [a] enim est excommunicatio, & non eradicatio.

Nisi forte ex contemptu, & superbia excommunicati proueniat.

† *al.* Item

Vnde † *Origenes* ✠ *in libro Numerorum, homilia 19. ad c. 23.*

✠ ¶ Origenes.] *Sic est restitutum cum ante æset*, Augustinus. *Et magnam huius capitis partem glossa ordinaria ad eundem locum ex ipso Origene refert: indeque nonnulla emendata.*

¶ Diuina maledictio meritum maledicti designat. C. XXXVIII.

DEus, quando maledicit meritum eius designat, cui maledicitur, & sententiam † promit [b], vt pote quem nõ fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem quia hæc non potest scire [c] (neque enim propositum, mentemq; alterius videre alius, aut cognoscere [d] potest;) idcirco etiam si iudicantis, vel sententiam promentis intuitu proferat maledictum; non potest esse iusta maledicendi [e] causa, vbi ignoratur peccantis affectus: maxime cum humanum vitium tunc sciat maledicta proferre; cum forte conuitijs, aut iniurijs prouocatur. Quod vitium volens resecare Apostolus, ne maledictis maledicta & cõuitijs conuitia prouocemus; mãdatum necessarium ponit; vt benedicamus, & non maledicamus, quo conuitiandi vitium resecetur, non quo iudicandi veritas, quæ hominesl atet, & pronunciandi auctoritas perimatur.

† *al. sententiã feram promit*

1. Pet. 3. Rom. 12.

Sectæ vero hæreticorum quot sint, & vnde nomina acceperint; Isidorus octauo libro Etymologiarum, c. 5. determinat dicens.

¶ Quot sint sectæ hæreticorum. C. XLIX.

QVidam autem hæretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt.

Rabanus l. 2. de inst. cle. 6. 38. Aufl. l. 12. c. vlt. Pann. l. 5. c. 345.

¶ Simoniani dicti à Simone magicæ artis perito; cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quòd ab Apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam non à Deo, sed à virtute quadam superna creatam.

Simoniani. *Act. 8.*

Menandrini † *al. Menandriani.*

¶ Menandrini à Meuandro mago discipulo Simonis nuncupati: qui mundũ non à Deo, sed ab Angelis factum asseruit.

Basilidiani

¶ Basilidiani à Basilide appellati: qui inter reliquas blasphemias Iesum passum abnegauit.

Nicolaitæ *Act. 6*

¶ Nicolaitæ dicti à Nicolao diacono ecclesiæ Hierosolymorum, qui cum Stephano & cæteris constitutus est à Petro: qui propter pulchritudiuem relinquens vxorem dixerat, vt qui vellet, ea vteretur: versa est in stuprum talis consuetudo, vt inuicem coniugia commutarentur. Quos Ioannes in Apocalypsi improbat dicens, (Sed hoc habes, quòd oditi facta Nicolaitarum.)

Apoc. 2.

Gnostici

¶ Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Ani-

Universidad de Deusto Biblioteca

mam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

Carpocrani. ¶ Carpocratiani a Corpocrate quodam uocantur: qui dixit Christum, hominem fuisse tantum, & de utroque sexu progenitum.

Cerinthiani ¶ Cerinthiani & à Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem obseruant: mille annos post resurrectionem in uoluptate carnis futuros prædicant. Vnde

Millenarij & græce χιλιάζειν, latine Millenarij sunt appellati.

Nazarei ¶ Nazaræi dicti: qui dum Christum (qui à uico Nazaræus est appellatus) filium Dei confiteantur; omnia tamen ueteris legis custodiunt.

Ophitæ ¶ Ophitæ à colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum † induxisse uirtutis cognitionem.

† al. paradiso.

Valentiniani ¶ Valentiniani a Valentino quodam Plotini eo sectatore uocati: qui αἰῶνας, id est sæcula quædam in originem Dei ceratoris induxit: Christum quoq; de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asserunt.

Apellitæ † al. præcepi ¶ Apellitæ, quorum auctor † Apelles fuit: qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis Israel illum igneum affirmans dixit, & Christum non in ueritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse.

Archõtiaci ¶ Archontiaci à principibus appellantur: qui uniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

Adamiani ¶ Adamiani uocati, quòd Adæ imitentur nuditatem. Vnde & nudi orant, & nudi inter se mares fœminæque conueniunt.

Cainani † al. Cayani al. Caiania ni. ¶ Cainani † ✠ inde sunt appellati: quoniam Cain adorant.

Sethiani ¶ Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui uocatus est Seth; dicentes eundem esse Christum.

Melchisedechiani ¶ Melchisedechiani uocati pro eo, quòd Melchisedech, sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed uirtutem Dei esse arbitrantur.

Angelici ¶ Angelici uocati, quia Angelos colunt.

Apostolici ¶ Apostolici hoc sibi nomen ideo sumpserunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquo † in hoc mundo utuntur.

† al. aliquid

Cerdoniani Marcionistę ¶ Cerdoniani a Cerdone quodã nominati: qui duo contraria principia asserunt.

¶ Marcionistæ à Marcione Stoico philosopho appellati: qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis †, & bonitatis. † al. ita

Artotyritæ ab oblatione uocati: panem enim & caseum offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & à fructib. omniũ fuisse celebratã. Artoty

Aquarij ¶ Aquarij appellati, eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti. Aquar

Seuerianí ¶ Seueriani à Seuero exorti uinum non bibunt: uetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt.

Tatiani Encratitæ ¶ Tatiani à Tatiano quodam uocati: qui & Encratitæ dicti; quia carnes abominantur.

Alogij ¶ Alogij uocantur tanquam sine uerbo. λόγος enim græce, uerbum dicitur. Deũ enim uerbum non credunt, respuentes Ioannis Euangelium, & Apocalypsim.

Cataphr. ¶ Cataphrygis nomẽ, prouincia Phrygia de gedit, quia ibi extiterunt. Auctores eorum Mótanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentũ spiritus sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.

Cathari ¶ Cathari propter munditiam ita se nominauerunt, gloriantes enim de suis meritis, negant pœnitentibus ueniam peccatorum: uiduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere uellẽt: mundanos se potius, quàm mundos uocarent.

Paulani ¶ Paulani à Paulo Samosateno exorti sunt qui dixit non semper fuisse Christum, sed à Maria sumpsisse initium.

Hermogeniani ¶ Hermogeniani ab Hermogene quodam uocati: qui materiam non ♭ natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matremque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus improbat elementis seruientes.

Manichæi ¶ Manichæi à quodam Persa extiterunt; qui uocatus est Manes. Hic duas naturas, & substantias introduxit, id est bonam, & malam; & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit: testamentum uetus respuit, nouum ex parte recipit.

Antropomorphitæ ¶ Antropomorphitæ ♭ dicti pro eo, quòd simplicitate rustica eum habere humana mẽbra, quę in diuinis libris scripta sũt, arbitrantur, ἄνθρωπος enim græce, latine homo interpretatur. Ignorantes uocem Domini, qui ait: ¶ Spiritus est Deus. Incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.

¶ Hie-

Hierarchitæ ¶ Hierachitæ ♭ ab Hierarcha auctore exorti monachos tantum recipiunt: coniugia respuunt: regna cœlorum paruulos habere non credunt.

Nouatiani † al. Romano ¶ Nouatiani à Nouatiano † Romæ urbis presbytero exorti: qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizare baptizatos.

Montani ¶ Montani, hæretici dicti, quòd tempore persecutionis in montibus latuerunt; qua occasione se à catholicæ ecclesiæ corpore diuiserunt.

Ebionitæ † al. prouectum ¶ Ebionitæ ab Ebione dicti, siue à paupertate; Christum enim per profectum † solum, uirum iustum putant effectum. Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt: & ita tenent Euangelium, ut legem carnaliter seruent: aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur.

Gal. 5.

Photiani ¶ Photiani à Photino Gallograeciæ Syrmij episcopo nuncupati: qui Ebionitarum hæresim suscitans asseruit Christum à Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

Aetiani ¶ Aetiani ab Aetio uocati: Ijdemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico Aetij discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium, & filio spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum † imputari peccatum in fide manentium.

Aetiani Eunomiani

† al. nulli

Origeniani ¶ Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quòd non possit uidere filius patrem, nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diuersitate peccatorum è cœlis usque ad terras † diuersa corpora, quasi uincula meruisse, eaque causa factum esse mundum.

† al. terras [offas.] Origeniani

Neotiani ¶ Neotiani à quodam Neoto uocati, qui docebant Christum eundem esse, & patrem, & spiritum sanctum: ipsam Trinitatem in officiorum nominib. non in personis accipiunt. Vnde & Patripassiani uocãtur, quia patrem passum dicunt.

Patripassiani

Sabelliani ¶ Sabelliani ab eodem Neoto pullulasse dicuntur: cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, unde & Sabelliani uocati sunt. Hi unam personam patris, & filij, & spiritus sancti astruunt.

¶ Arriani ab Arrio Alexandrino presbytero orti sunt: qui coæternum patri filium non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit; & contra illud, quod ait Dominus: [Ego & pater unum sumus.] Arriani Io. 10

¶ Macedoniani à Macedonio Constantino politano episcopo dicti sunt, negantes Deũ esse spiritum sanctum. Macedoniani

¶ Appollinaristæ ab Apollinare uocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse. Apollinaristæ

¶ Antidicomaritæ appellati sunt pro eo, quod Maria uirginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum uiro suo fuisse commistam. Antidicomaritæ

¶ Metangismonitæ; ideo tale nomen acceperunt: quia ἄγγος Græce, uas dicitur. Asserunt enim sic esse in patre filium, tamquam uas minus intra uas maius. Metangismonitæ

¶ Patritiani à quodam Patritio nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt. Patritiani

¶ Colluthiani à quodam Collutho nominati: qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est: [Ego Dominus creans mala.] Colluthiani Esa 45.

¶ Floriani † à Floriano: qui ècontrario dicunt Deum creasse mala contra hoc, quod scriptum est: [Fecit Deus omnia bona.] Floriani † al. Floriniani à Flone. Gen. 1

¶ Donatistæ a Donato quodam Afro nuncupati: qui de Numidia ueniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, & minorem filio spiritum sanctum, & rebaptizans catholicos. Donatistæ

¶ Bonosiani à Bonoso quodam Episcopo exorti produntur: qui Christum Dei filium adoptiuum, non proprium asserunt. Bonosiani

¶ Circumcelliones dicuntur, eo quòd agrestes sint: quos Scototopicos ✠ uocant, supra dictæ hæresis habentes doctrinam. Hi amore martyrij semetipsos perimunt, ut uiolenter de hac uita discedentes, martyres nominentur. Circumcelliones Scototopoci

¶ Priscillianistæ à Priscilliano uocati: qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manichæorum permistum dogma composuit. Priscillianistæ

¶ Luciferani à Lucifero Sardiniæ episcopo orti: qui episcopos catholicos, qui Constantij † persecutione perfidiæ Arrianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, damnantes Luciferiani † al. instiati Aug de Agone Christiano, c. 30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue quod crediderant, siue quod se credidisse simulauerant, quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanquam Petrum post fletum negationis; Iranc illi matris charitatem superbe accipientes, eosque recipere nolentes, ab ecclesiæ communione recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui manè oriebatur, cadere meruerunt.

Iouiniani-sę ¶ Iouinianistæ à Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptarũ, & virginum esse distantiam; nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen.

Heluidiani ¶ Heluidiani ab Heluidio nominati: qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de viro suo Ioseph peperisse.

Paterniani ¶ Paterniani à Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur.

Arabici ¶ Arabici nuncupati eo quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo vtrumque resurgere.

Tertullianistæ ¶ Tertullianistæ dictæ à Tertulliano presbytero Africanæ proninciæ ciuitatis Carthaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dæmones verti putantes.

Tessarescedecaritæ ¶ Tessarescædecatitæ dicti quod decima quarta luna Pascha cum Iudæis obseruandum contendunt. Nam τέσσαρες quatuor, δέκα decem significat.

Nyctages ¶ Nyctages à somno nuncupati, quòd vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani ¶ Pelagiani à Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuinę gratiæ anteponũt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa diuina.

Nestoriani ¶ Nestoriani à Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati; qui beatam Mariam Virginem non Dei, sed hominis tantummodo matrem asserunt, vt aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec vnum Christũ in verbo Dei, & carne credidit: sed separatim, atque seiunctim alterum filium Dei; alterum hominis prædicauit 6.

Eutychiani ¶ Eutychiani dicti ab Eutyche Cõstantinopolitano abbate: qui Christum post humanam assumptionem negauit existere in duabus naturis: sed solam in eo diuinam asseruit esse naturam.

¶ Acephali dicti, idest, sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor, à quo exorti sint. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona naturam prædicant. Acephali

¶ Theodosiani κ, & Gaianitæ appellati à Theodosio, & Gaiano: qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria, populi per uersi electione, vna die ordinati sunt episcopi. Hi errores Eutychetis, & Dioscori sequẽtes, Chalcedonense concilium respuunt: ex duabus vnam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitæ in corruptam contendunt. Theodosiani, & Gaianitæ

¶ Agnoitæ λ, & Tritheitæ à Theodosianis exorti sunt: ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti: quia ad peruersitatem, à qua exorti sunt, id adijciũt, ꝙ Christi diuinitas ignoret futura, quæ sunt scripta de die, & hora nouissima: non recordantes Christi personam in Esaia loquẽtis, [Dies iudicij in corde meo.] Agnoitæ. Tritheitæ.

¶ Tritheitæ vero vocati, ꝙ sicut tres personas in Trinitate; ita quoq; tres asserunt Deos esse contra illud, quod scriptum est, [Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est.] Deuter. 6.

¶ Sunt & aliæ hæreses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibus aliæ putant triforme esse Deum: aliæ Christi diuinitatem passibilem dicunt: aliæ Christi de patre natiuitati initium temporis dant: aliæ liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione non credunt: aliæ animam, imaginem Dei negant: aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcumque animalia existimant: aliæ de mundi statu dissentiũt: aliæ innumerabiles mundos opinantur, alię aquam Deo coæternam faciunt, aliæ nudis pedibus ambulant, aliæ cum hominibus non manducãt.

¶ Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortæ, & ab Apostolis, & à sanctis patribus, vel concilijs prædamnatæ; quæ dum in se multis erroribus diuisæ, inuicem sibi dissentiunt; communi tamen nomine aduersus eccleſam Dei conspirant.

¶ Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quàm sensus spiritus sancti flagitat, à quo conscripta est; licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.

κ ¶ Cainani.] *Apud Beatum Augustinum in libro de hæresibus (ex quo magnam partem huius capitis accepit Isidorus) & in aliquot vetustis*

His Gratiani exemplaribus legitur. Cayani. *In uno autem eiusdem Gratiani*, Cayni. *De quibus quidem hæreticis Tertullianus in libro de præscriptione aduersus hæreticos hæc scribit.* Sũt, & nunc alij Nicolaitæ: Caiana hæresis dicitur *& paulo inferius.* Nec non etiam arripit alia quoque hæresis: quæ dicitur Caianorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti uirtute conceptum, quæ operata sit in ipso.

β ¶ Non natam] *Locus hic emendatus est ex plerisque uetustis, & Isidoro. Antea enim legebatur,* Non naturam introducens, Deo, non naturæ eam comparauit.

γ ¶ Anthropomorphitæ.] *In codicibus Isidori vulgatis, & aliquot manuscriptis antecedunt hæc:* Anomiani; latine sine lege dicuntur: *quæ tamen absunt à codice Isidori peruetusto, & valde emendato monasterij B. Augustini in carbonaria Neapolit.*

δ ¶ Hirarchitæ.] *Tota mutatum est ex libello B. Augustini, quæ mutatio in aliquot ipsius editionibus sit,* Hierarchitæ *Hierarchæ vero hæretici meminit B. Hilarius libro quarto & sexto de Trinitate. Antea legebatur,* Hieraclitæ ab Heraclio.

ε ¶ Montani.] *Horum nulla mentio est apud B. Augustinum: sed Montensium; quo nomine Donatistas Romę vocari solitos tradit.*

ζ ¶ Metangismonitæ.] *Sic emendatum est ex Isidoro, & B. Augustino, cum antea legeretur* Metangi nominati.

κ ¶ Scototopicos.] *Apud Isidorum, in Pannonia, & in aliquot manuscriptis Gratiani est,* Cotopitas. *Quod vero ait, supradictæ hæresis habẽtes doctrinam referendum est ad Donatistas, non ad Bonosianos.*

θ ¶ Prædicauit.] *In eodem uetusto Isidori codice Neapolitano hic est finis capituli, & incipit nouũ caput,* De philosophis gentium.

ι ¶ Chalcedonensium.] *Tria capitula tractata & definita sunt in quinta synodo sub Iustiniano, quę significantur supra distinct. 15. sicut sancti. Qui uero occasione horum trium capitulorum ab ecclesię recesserant; non Chalcedonensem, sed quintam synodum impugnabant.*

κ ¶ Theodosiani.] *Horum meminit Liberatus in Breuiario, Nicephorus lib. 18. c. 45 49 & 50. ec Gregorius Cedrenus anno xiiij. Iustiniani Imperatoris. B. Augustinus mem. orat Theodotianos à Theodotione: sed idem videtur qui Theodorus, de quo Epiphanius lib 2. tomo 1. hæres 54.* Theodotianos *a* Theodoto: *ut etiam Philastrius, & Damascenus.*

λ ¶ Agnoitæ. & Tritheitæ.] *Sic restitutum est quamuis in coditibus Isidori, & Gratiani legeretur,* Gnoitæ Trithoitæ. *De his meminit Nicephorus in locis proxime indicatis: eosque à Theodosianis profectos scribit. De Agnoitis uero multa dicit B. Gregorius lib. 8. epist. 35. & 42. ad Eulogium.*

Item Augustinus de Genesi contra Manichæos, lib. 1. c. 1.

¶ Quare diuina prouidẽtia multos errare permittat. C. XL.

DEo diuina prouidẽtia multos diuersi erroris hæreticos esse permittit; vt, cum insultant nobis, & interrogãt nos ea, quæ nescimus, vel sic excutiamus pigritiã, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Propterea & Apostolus ait, [Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiãt inter vos.] Hi autem Deo probati sunt; ꝙ bene possunt docere: sed manifesti κ hominibus esse nõ possũt, nisi cum docent.

α ¶ Sed manifesti.] *Hæc addita sunt ex originali, itẽque alia nonnulla, & emendata.*

I Deo.] Hæc est sexta pars qõ. in qua dicitur, quòd ad experientiam bonorũ hominum permittit Deus esse hæreses. 1. q. 3. saluator. Ioã. de Fan. & ett huic simile de consc. dist. 2. & sancta. Arch.

Sancta Romana ecclesia.] CASVS. Expedito tractatu hæreticorũ, subijcit Grati. xxv. causam, in qua tractat de priuilegijs Romanæ ecclesiæ: de quibus ut nos compendẽtius instruat, thema proponit, de quo duæ quęstiones eliciuntur. I. Cor. II.

a ¶ Oritur.] Primo inter episcopum & clericos 1. Secundo inter clericos & monachos. & hæc dist. ferentia istarũ quæstionum. Ostendit ergo primo, ꝙ clerici non possunt se defendere contra episcopum per tale priuilegiũ. & ad hoc inducunt 1 De hoc lo quitur hæc 1. qõ. & hoc patet inf. eo. §. his ita, in fi. ver. clerici ergo &m Lauren.

CAVSA XXV.

Sancta Romana ecclesia quãdã baptismalem ecclesiam suis muniuit priuilegijs, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuẽs. Item quoddã monasterium simiiter muniuit priuilegiis, decernens, vt ex propriis prædiis nulli decimas persolueret. Accidit itaque, vt in diœcesim præmunitæ baptismalis ecclesiæ præfatum monasteriũ alia emptione, alia donatione prædia sibi inueniret. Oritur a itaque contentio inter monachos & clericos de decimis.

1 *Hic primum quæritur, an clerici baptismalis ecclesiæ, auctoritate priuilegii, decimas suæ diœcesis ex integro sibi valeant vendicare.*

2 *Secundo, an subsequenti priuilegio monachorum derogetur antiquioribus priuilegiis baptismalium ecclesiarum.*

Quæ cuntur omnia ista c. eod. q. Papa non potuit dare tale priuilegium. Ioan.

Vòd vero.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes: in quarum prima probat magister per 19. cap. q. priuilegia ecclesiarum, scilicet per quæ firmatur status ecclesiæ, non sunt immutanda. Secunda ibi,] Si ergo. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 1. quæstio, qua quæritur an clerici baptismalis ecclesiæ possint decimas totius episcopatus sibi uendicare auctoritate priuilegij Apostolicæ sedis. Et respõdet q. sic, ut inf. ea. §. [His ita.] Primo tamen probat, q. non possint, cũ decimę in quatuor partes diuidi debeant, ut sancti canones declarãt manifeste. & not. quod in hoc loco usque ad §. [His ita.] probat Gratia. quòd Papa nõ potuit concedere tale priuilegiũ clericis baptismalis ecclesiæ.

CONfidimus, q.] CASVS. Dicit Gelasius i hoc c. qđ nullus magis tenetur custodire constitutũ uniuersalis synodi, quàm dominus Papa, cuius auctoritate unaquæque synodus confirmatur, qđ nullus Christianus debet ignorare.

Oportet nõ semper est uerbum ne offensatis.

a ¶ Oportere.] Hoc uerbũ oportere, est uerbũ honestatis. sic ponitur 19. q. 1. c. 1. sicut hęc dictio, debet quandoque honestatem designat, ut extra de despõ. impub. tua. quandoque est uerbũ officij, ut 25 dist. unũ quidoque est uerbũ necessitatis, ut 3. quæst. 9. non oportet. hoc ideo dico, q. principes legibus solutus est, ut extra de elect. significasti. tamen honestum est ut secundũ leges uiuat, ut ff. de leg. l. 3. ex imperfecto. C. de testa. ex imperfecto. Ioan.

DIuinis.] CASVS. Docet Leo Papa in hoc capit. quòd Apostolicus uigilans debet esse in omnibus, ut ea quæ male sunt usurpata, eius auctoritate reuocentur: quod si neglexerit, summum pastorem non uidetur amare: nec Petrum apostolum imitari, cui dictum fuit, ut Christi oues si Christum diligat, diligenter pascat.

1 Sub qñq; necessitatẽ, ut extra ut ecc. benefi. ca. vno. ver. & ideo. & extra de ap. proposuit. qđ hic vt ḋ hoc plene no. ff. de of. Præfi. sæpe.

b ¶ Trina.] Ter enim confessus est Christum, 2, ut ostenderet se amare.

2 Vt 6. q. 1. imitare

QVÆSTIO I.

VÒd vero auctoritate illius priuilegij decimas sibi ex integro clerici vendicare non valeant hinc probatur: quia decimæ iuxta decreta sanctorum patrum quadripartito diuiduntur, quarum vna pars episcopis, secunda clericis, tertia fabricis reẽstaurandis, quarta vero pauperibus est assignata. Decreta vero sanctorum canonũ neminem magis, quàm Apostolicum seruare oportet.

Vnde Gelasius Papa ait in epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶ Constitutum synodi, quod vniuersalis ecclesiæ probauit assensus, Romanam sedem seruare oportet. C. I.

CONfidimus, quòd nullus iam veraciter Christianus ignoret, vniuscuiusque synodi constitutum, quod vniuersalis ecclesię probauit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere [a], quàm primam: quæ & vnãquamque synodum sua auctoritate confirmat †, & continuata moderatione custodit.

Poly. 1. t. 1. Anſ. l. 1. c. 49.

† al. firmanis

Item Leo Papa epist. 4. episcopis Siciliæ.

¶ Qui negligenter pascit Dominicum gregem sibi commendatum, conuincitur summum non amare pastorem. C. II.

DIuinis præceptis, & Apostolicis monitis incitamur, vt pro omnium ecclesiarũ statu, impigro vigilemus affectu: ac, si quid vsquam reprehensioni inueniatur obnoxium, cleri solicitudine aut ab ignorantiæ imperitia, aut à præsumptionis vsurpatione reuocemus. Monente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina [b] admonitione « mysticis sanctionibus imbuitur, vt Christi oues, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam gratiæ diuinę præsumus, reuerẽtia coarctamur †, vt periculum desidiæ, quantum possumus declinemus; ne professio summi Apostoli, qua amato rẽ Domini esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quia negligenter pascens Dominicum gregem toties commendatum, conuincitur summum non amare pastorem.

Anſ. l. 1. c. 31. & 43. & l. 2. c. 22

Io. 21.

† al. cohortamur

« ¶ Admonitione.] *In originali, & apud Anselmum legitur* trina repetitione mysticæ sanctionis *Alia vero quædam sunt amen data ex ipsa epistola.*

Idem Anatolio episcopo, epist. 51.

Capi. 1. 6. c. 256 & l. 7. c. 222.

Qua

QVæ ad perpetuam.] CASVS. Anatolius episcopus prægrediebat fines sui episcopatus aliena usurpando, & ideo Leo Papa præcipit, ut suis terminis sit contentus: & quæ ad communem vtilitatem sunt ordinata, nulla commutatione varientur.

a ¶ Nulla

¶ Non debent vllo modo variari, quæ ad perpetuum ordinantur quietem. C. III.

Anſ. l. 16. c. 121. Iuo p. 16. c. 317.

QVæ ad perpetuam vtilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione [a] varientur: nec ad priuatũ [b] trahantur commodum, quæ ad bonum sunt commune præfixa *: sed † manentibus terminis, quos constituerunt patres, nemo iniustę « vsurpet alienum: sed intra fines proprios, atque legitimo, prout quis valuerit † in latitudine se exerceat charitatis.

* Cone. l. 2. §. si quis municipalis. ff. si quis caut. & l. vltim. §. fi. C. de op. pu.

† al. voluerit.

« ¶ Iniuste.] *Apud B. Leonem legitur*, nemo in ius tendat alienum. *Apud Iuonem, & in capitularibus legitur*, nemo damner alienum. *Apud Anselmum vero*, nemo iniuste damnet.

Item Hilarius Papa in synodo Romana, c. 1.

¶ Nulli diuinas constitutiones, & Apostolicæ sedis decreta temerare licet. C. IIII.

Poly. l. 1. tit. 17. Anſ. l. 1. c. 47. & 62. Iuo p. 5. c. 37.

† vel. perisse mi

NVlli fas sit sine status sui periculo, vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare: quia nos, qui potentissimi & † sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inuenti: quia meminimus, quòd timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentiæ sacerdotum. Si quidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur † & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas [c] peccantium †.

†† Concor. cen. in vbe. mo. C. de epis. & cle. & l. nouit. 3. inse. ti. de ge.

Ezec 3. & 34

† al. dignitatũ] Orig.

6 ¶ Potentissimi.] *Sic apud Anselmum, & in cęteris vetustis Græciani exemplaribus, præter vnum, in quo habetur vt in concilio ipso*, potissimi.

Item Damasus Papa.

¶ In spiritum sanctum blasphemant, qui sacros canones violant. C. V.

Deuſ. ledit p. 4. Anſ. l. 3. c. 116. Poly. l. 4. tit. vlt.

VIolatores canonum voluntarij grauiter à sanctis patribus iudicantur, & sancto spiritu (instinctu cuius, ac dono dictati sunt) damnantur: quoniam blasphemare [d] spiritum sanctum non incongrue videtur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libẽter, vt præmissum est, aliquid, aut propterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste vnũ genus est blasphemantium spiritum sanctum: quia, vt iam prælibatũ est, contra eum agit, cuius nutu, & gratia sancti canones editi sunt.

Item Vrbanus Papa.

¶ In quibus Romano Pontifici liceat nouas condere leges. C. VI.

SVnt quidam dicentes Romano Põtifici semper licuisse nouas condere leges. Quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quia inde nouas leges condere potest contra generale ecclesiæ statutum dispensare, nec contra articulos fidei. nã & si oẽs assentiantur ei, non valet statutum: sed omnes hæretici essent, ut 15. dist. sicut, & sic potest intelligi int. ea. c. sunt quidam. & c. seq. sed cõtra statutum ecclesię, quòd non est ita generale, sicut & cõtinẽtia 1 sacerdotũ, bñ põt dispẽsare.

Papa in alio non dicit.

a ¶ Nulla commutatione.] Ex hoc patet, q. Papa non liquid statuere contra euangelium, vel contra Apostolos vel prophetas, hæreticus esse conuinceretur. Seq. ca. planum est.

b ¶ Nec ad priuatum.] Communis vtilitas priuatę præiudicat, vt 7. q. 1. sicas. & 8. q. 1. inscripturis.

1 Vide qđ legitur, & no. sup. 88. dist. cum. 1a præterito.

NVllis fas sit.] CASVS. Ostendit Hilarius Papa in hoc c. q. nullus debet venire contra decretũ Apostolicę sedis, nisi velit deponi: quia quanto quis in maiori positus est dignitate, si sacras constitutiones violat, vel negligẽs inueniatur: tanto maiori reatu constringitur.

c ¶ Sublimitas.] Crimen enim augetur p. dignitatem, vt 40. d. homo. ff. de re milit. omne delictum, §. 2. Ioan.

VIatores.] CASVS. Quidam episcopi canones spõte violabant, vel violantibus consentiebant. quare Damasus Papa eos reprehendit, dicens, q. tales blasphemant spiritũ sanctum, instinctu cuius canones editi erant: & ideo à sanctis patribus, & spiritu sancto grauiter iudicantur.

d ¶ Blasphemare.] Immo eo ipso videt excommunicatus, & hæreticus, vt 19. dist. nulli, & inf. ea. c. generali.

SVnt quidam.] CASVS. Quidam dicebant, q. semper licuit Romano Pontifici condere nouas leges: quibus Vrbanus Papa consentit, confirmando quod dicunt, dummodo contra Euangelium, vel contra Apostolos legem non edant: vbi enim Dominus, vel Apostoli vel eius sancti patres aliqd sãctialiter diffinierunt, ibi Romanus Pontifex nouam legem condere non debet sed quod statutum est, vsque ad sanguinis effusionem defendere. nam si vellet aliquid statuere contra euangelium, vel contra Apostolos vel prophetas, hæreticus esse conuinceretur. Seq. ca. planum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papa utrũ possit cõtra Apostolorũ dispensare. * *Videqd notatur ibi*

a ¶ Apostoli.] Hic uidetur, q̃ Papa non possit dispensare contra Apostolum, vel Dominum qualiter ergo Martinus dispensauit cum bigamo contra Apostolum, vt 34. dist. lector *. Item cum canon Apostolorum dicat, presbyter si fornicatus fuerit, deponatur. 81. dist. presbyter. quomodo ergo Gangrẽse concilũ dispensat in tali casu, vt di. 82. presbyter. Itẽ cõtra Dominum dispensauit, qui dixit, Vouete, & reddite, & tamen absoluit à iuramẽto, & a voto. 15. qõ. 6 iuratos. extra de vot. & vo. redemp. per torũ. Satis potest sustineri q̃ Papa contra Apostolum dispensat: nõ tamen in his, quæ pertinent ad articulos fidei. eodem modo dispensat in Euangelio interpretãdo ipsum. ext. de testi. licet. in fin. item nõ est uera dispẽsatio quæ sit in uoto perigrinationis quia non dicitur uouẽs liberari ab illa obligatione: sed potius dr̃ in melius commutari, ut extra de iureiurand. perue nit. sed circa uotum cõtinentiæ fortè nõ posset dispensare 1. quia vix inueniretur melius in quòd possit cõmutari 2. vt extra de stat regu. cum ad monasterium. in fi Ioan. quidquid dicat Ioan. quandoque dispensat Papa contra generale statutũ ecclesiæ sicut fecit in Lateranen. concilio generali Innocẽtius, ut extra de consag. & affin. non debet. licet cõtra articulos fidei non dispenset. 1. quæstione 7. & si illa. B.

Cõtinentia in melius. 1 Contrariũ not. su. ea. q. qui ad perpetuam. in gl. 1. sed nõ est contra, si bũ videatur 2. Ecclesiastici 26. nõ est digna põdératio aĩæ cõtinẽtis. icorruptio n. fa. cit proximũ Deo. Sap. 5. ad idẽ 32. q. 1. nuptiæ. Arch.

b Contra statuta] Scilicet vt dictum est de articulis fidei, supra cap. proxi.

c ¶ Potest.] Supple de facto, vel de iure.

Omne.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In 1. dr̃, quòd catholica ecclesia debet defendere ea, quæ sunt iustè statuta. In secunda parte dicit, quòd in iusta diffinitio regio metu vel cuiuscunque iudicis au ctoritate composita valere non debet. Nam quæ contra Euangelicam doctrinam Apostolicam, vel prohe ticam statuuntur: non ai firmitate carebunt; & quod ab infidelibus uel hæreticis factum fuerit, omnio cassabitur. Secunda pars incipit ibi, [Iniustum autem,] sequens c. patet.

b ¶ Iniustum.] supra 11 q. 3. c. iniustum.

c ¶ Ab infidelibus.] Arch. quòd id quod fit ab intruso, non

dere potest, vnde Euangelistæ aliquid, & prophetæ α nequaquam dixerunt: vbi vero apertè Dominus, vel eius Apostoli [a], & eos sequentes, sancti patres sententialiter aliquid finierunt; ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius, quod prædicatũ est, vsq; ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli, & Prohetæ, destruere (quod absit) niteretur; non sententiam dare, sed magis errare cõuinceretur. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini ecclesiam contra luporum insidias optimè custodierunt.

α ¶ Et prophetæ.] *Absunt hę voces à multis manuscriptis.*

Item Zozimus Papa.

¶ Apostolicæ sedis auctoritas cõtra sanctorum statuta aliquid condere non valet. C. VII.

Iuo p. 4. c. 226 Pan. 1. c. 4. concordat.

Contra statuta [b] patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest [c] auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus uiuit antiquitas †, cui decreta patrum sanxere reuerentiam.

† Cõ. s. fegi. C de. lib. & ci. C. ad

¶ *Epistola vnde sumptum est hoc caput non est inuenta: Iuo autem in loco indicato, & in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem affert hoc ex epistola Zozimi ad episcopos Narbonensis prouinciæ: & ipse Zozimus in 1. epistola ad Hesychium narrat se scripsisse ad episcopos Galliæ, & Hispanię.*

Item Marcellinus & Papæ epist. 2.

& ¶ Marcellinus.] *Restitutum est ex vetustis exemplaribus. Nam in vulgatis erat,* Marcellus.

¶ Stare non valet, quod contra Euangelicam, vel prophe ticam doctrinam, seu constitutionem factum fuerit. C. VIII.

sup. d. 81. si quis fine. 11. q. 3. iniustũ. Anſ. l. 3. c. 27.

Omne, quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. *Infra.* ¶ Iniustũ [d] iudiciũ, & diffinitio iusta regio metu, vel iussu à iudicibus ordinata, nõ valet. Nec quidquam [γ], quod contra Euangelicæ, vel propheticæ aut Apostolicæ doctrinę constitutionem, successorũve eorum, siue sanctorum patrum actũ fuerit, stabit: & quod ab infidelibus [e] hæreticis factũ fuerit, omnino cassabitur.

γ ¶ Nec quidquam.] *Emendatus est hic locus ex ipsa Marcellini epistola.*

Item Hormisda Papa episcopis Hispanię.

¶ A statutis patrum non deuiare, & fidei regulam custodire primâ salus est. C. IX.

Et in libello Ioannis Constantinop. episcopi ad Hormisdã.

Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare.

Item Pelagius Papa Childeberto Regi.

Satagendum.] CASVS. Quidam dicebant Pelagium infidè errare. de quo cum suspicaretur rex Childebertus, misit Rufinum legatum suum Romam, vt à Pelagio postularet, vel vt significet sibi qualiter fidem vel chartam B. Leonis, in qua fides catholica scripta continet.

¶ Profitetur Pelagius Papa tomum sui decessoris per omnia seruare. C. X.

Iuo p. 5. c. 328. † regibus] Iuo

Satagendum est, vt pro auferendo suspicionis scãdalo, obsequium confessiouis nostræ legib. † ministremus: quib. nos etiam subditos [a] esse sacræ scripturæ præcipiũt. Veniens etenim Rufinus vir magnificus excellẽtiæ vestræ legatus confidenter à nobis, vt decuit, postulauit: quatenus vobis, aut beatæ recordationis Leonis Papæ tomum à nobis per omnia conseruari significare debuissemus; aut proprijs verbis nostræ confessionem fidei destinare. Et primã quidem petitionis eius partem, quia facilior fuit, mox, vt dixit, impleuimus: nosque in omnibus præsulis tomum pro catholicæ fidei assertione conscriptum, Deo propitio, custodire manus nostræ ad vos professione significamus †. Vt autem nullius deinceps (quod absit) suspicionis reside ret occasio; illam etiam aliam partem, quam memoratus vir illustris admonuit, facere maturaui; scilicet proprijs verbis confessionem fidei, quam tenemus, exposui.

†al. significauimꝰ

Et cap. 1. 6. c. 249

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. vlt.

¶ Anathema apud Deum fiat, qui censuram Romanorum Pontificum violat. C. XI.

Deusſde. p. 1. 3. 4 Anſl. 1. 2. c. 2. & 1. 3. c. 32. & 1. 4. c. 40. Poly. 1. 4. tit. vlt.

†al. fuꝰ

Generali decreto constituimus, vt execrãdum anathema sit †[b], & veluti prævaricator catholicæ fidei semper apud Deum reus existat; quicunque regum; seu episcoporum α, vel potentum deinceps Romanorum & pontificum decretorum censuram in quocunque crediderit, vel permiserit violandam.

α ¶ Seu episcoporum.] *Hæ voces non leguntur in ipso capitulo, neque in capitulari. sunt tamen apud Anselmum, & in Polycarpo.*

& ¶ Romanorum.] *In capitulo habetur*, deinceps canonum censuram: *nec multo aliter in capitulari. Anselmus tamen, & Polycarpus habent vt Gratianus.*

Item Damasus Papa, epist. 4. Prospero † episcopo.

¶ Non licet alicui episcopo contra Romanorum pontificum decreta aliquid agere. C. XII.

†al. Stephano Et Leo papa ep. 1. c. 5.

Poly. l. 3. tit. 22. Anſl. l. 4. c. 47. Pan. l. 3. c. 3. ſimile.

†Hæc decreꝛ

Omnia [c] decretalia †, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quę de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita à vobis, & ab omnibus episcopis, ac cunctis generaliter sacerdotibus cu stodiri debere mandamus; vt si quis in illa commiserit, ve niam sibi deinceps nouerit denegari.

(alia) orũ. Pan. l. 3. c. 3. ſi. mile.

Item Gregorius lib. 2. epist. 7. seu c. 46. ad Joannem episcopum.

¶ Non communicet sacris altaribus, qui nescit sacris obedire canonibus. C. XIII.

Poly. l. 4. tit. vl. † al. Hæc

Hæc † consona sanctis patrib. diffinitione sancimus; vt qui sacris nescit [d] obedire canonibus; nec sacris

Papa q̃q; subest Imperatori.

non solum fidem, & chartam beati Leonis conseruabat, sed etiam proprijs verbis professionem suæ fidei ei destinauit, vt nulla possit de cæteris suspicionis occasio residere. [Satagendum est.] Ideſt videndum est. [vt legibus,] ideſt, secundũ leges ecclesiasticas, aliàs regib. [Tomum,] ideſt, ũdem vel chartam in uiolatam, in qua fides scripta continebatur. [Nosq.] Hanc litteram sic formabis, quæ, pro &. [significamus ad vos professionem.] Ideſt, subscriptionem nostræ manus. [nos in omnibus, &c.] Scriptum, ideſt, quod in scripto continetur.

a ¶ subditos.] Arg. q̃ Papa subest Imperatori: intelligo quo ad hoc, quod sua ecclesia dat tributa fortè Imperatori, vt extra de cens. omnis anima. & 11. q. 1. magnum. & ca. si tributum. 23. quę. 8 tributum. Nam aliàs omnes principes subsũt episcopis, vt ext. de ma. & obedien. omnes principes. Ioan. de Fan.

Generali.] CASVS. Statuit Hadrianus Papa in hoc c. vt quicunq; fecerit vel fieri pmiserit cõtra censurã, & decreta Apost. sedis, velut hæreticus, & catholicæ fidei prævaricator anathematizet.

b ¶ Sit.] Ideſt, fiat. Nã hæc verba, sit & fiat, respiciunt quandoque futurum tempus, vt ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. deinde. Ioan.

Omnia decretalia] CASVS. Præcepit Damasus Papa in hoc c. vt quicunq; eps vel sacerdos cõmiserit contra decreta Romanorum Põtificũ, deponatur sine spe restitutionis. Quæ autem sequuntur plana sunt vsque ad §. [si ergo.

c ¶ Omnia.] Hoc c. hic attribuitur Damaso: aliàs Leoni, vt 19. dist. c. 1. ver. quoniam 1. Io.

1 Vel dic, q̃ potuit esse vtriusq; cãficut & aliàs sup. 1. q. 1. de cætero. de conſ. d. 1. inconsulto. in subscriptione vtriusq; c. patet.

d Hæc cõsona.] ¶ Nescit.] Id est, contemnit, vel loquitur de ignorãtia iuris, quæ quibusdam est damnabilis, vt 38. distinct. si in laicis. Ioan.

Ideo

tinebatur, conseruet: vel professionem suæ fidei verbis propriis sibi destinaret. Pelagius vero significabat sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Deo permittente.] SI ERGO. Hæc est 2 pars quæſtionis, in qua primo infert ex præcedentibus, ſubſequenter, uenit ad diuerſas ſolutiones. Io. de Fant.

CASVS. Nunc Grat. ex ſupradictis c. concludit dicens, q̃ Papa priuilegium clericis baptiſmalis eccleſiæ concedere nõ poſſit: cum videtur facere contra ſtatuta ſanctorũ patrũ, quę inuiolabiliter ſeruari oportet. Non enim debet priuilegia concedere, q̃ bus ſtatus eccleſiarũ turbatur.

HIS ITA. CASVS. Hucuſque Grat. probauit, quod Papa priuilegium clericis baptiſmalis eccleſiæ cõcedere non potuit. Nunc uero reſpõdet allegatis, duas adhibendo ſolutiones. Iſte ergo, §. in duas partes diuiditur. In prima parte ponit ſolutionem quandam, ſcilicet q̃ Papa non eſt ſubditus canonibus: ſed põt uenire contra illos quando uult. & hoc probat p tria exempla, ſcilicet Chriſti, qui tãgendo leproſum fecit contra legem: & exẽplo Apoſtolorum, qui euulſerũt ſpicas, & cõficauerũt eas in die ſabbati contra legem veterum: quos Apoſtolos cum à Iudæis reprehenderentur, Chriſtus tripliciter excuſauit, ſcilicet exemplo Dauid, & circumciſionis, & oblationis, quę fiebant in die ſabbati contra legem. Tertium exmplum etiã eſt Chriſti, qui docebat i templo ſcribas & Phariſæos, ut oſtẽderet ſe Dominũ legis. In ſecunda parte ponitur alia ſolutio, quæ talis eſt, ſcilicet q̃ Papa non facit cõtra canões anteceſſorũ, ſi concedit priuilegium alicui plebi. Nam cum in conciliis ſtatuitur aliquid obſeruãdum dicitur, niſi Romana eccleſia aliter ſtatuerit: vel ſalua eius auctoritate. aliter priuilegia concedi nõ poſſunt: niſi contra legem concedantur communeme, vt probatur auctoritate Grego. & Hieronym. Poteſt ergo concedere priuilegia cauſa religionis, neceſſitatis, vel ſeruitij exhibiti: dummodo alij enormiter non lædantur. & ad hoc inducit auctoritatem Apoſtoli, & legem ſequentem, cuius cauſus pater cum § ſeq Secunda pars incipit ibi, [Quanquam ſi decretorum.

a ¶ His ita.] Prima ſolutio magiſtri occupat primam columnam: ſecũda ſecundam prima talis 1. eſt, quia Dominus

1 Solus non valet.

adminiſtrare, nec communionem capere ſit dignus altaribus.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 1.

¶ Obſeruandæ ſunt regulæ à ſanctis patribus in ſynodo ſtatutæ. C. XIIII.

A Sanctis patribus in vnaquaque ſynodo vſque nunc prolatas regulas teneri ſtatuimus.

Item Greg. ad Montanum, & Thomam, lib. 5. epiſ. 12. ſeu c. 112.

¶ Voluntatem, & ſtatuta ſuorum deceſſorum cuſtodiant qui ſua ſeruari volunt. C. XV.

IVſtitiæ, ac rationis ordo ſuadet, vt qui ſua à ſucceſſoribus deſiderat mandata ſeruari; deceſſoris ſui proculdubio voluntatem, & ſtatuta cuſtodiat.

Item Leo Papa quartus.

¶ Contra ſtatuta ſanctorum patrum agit, qui ea nõ ſeruat intacta. C. XVI.

IDeo permittente Domino paſtores hominũ ſumus effecti: vt quod patres noſtri ſiue in ſanctis canonibus, ſiue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra eorum quippe ſaluberrima agimus inſtituta; ſi, quod ipſi diuino ſtatuerunt conſulto †, intactum non conſeruamus. † al. conſilio

2 *Si ergo primam ſedem ſtatuta conciliorum præ omnibus obſeruare oportet, & ſi proſtatu omnium eccleſiarum neceſſe eſt illam impigro uigilare affectu, ſi ea, quæ à Romanis Pontificibus decreta ſunt, ab omnibus obſeruari conuenit, ſi illi, qui neſciunt ſacris obedire canonibus, altaribus miniſtrare non debent; patet, quòd cõtra ſtatuta ſanctorum canonum, quibus ſtatus eccleſiarum uel cõfundantur, vel perturbẽtur, priuilegia ab Apoſtolico concedi nõ debẽt. His ita[a] reſpõdetur. Sacroſan. Rom. eccle. ius & auctoritatem ſacris canonibus impertitur, ſed nõ eis alligatur[b]. Habet enim ius condendi canones, vt pote quæ caput eſt, & cardo omnium eccleſiarum, à cuius regula nemini diſſentire licet. Ita ergo canonibus auctoritatẽ præſtat, vt ſeipſã non ſubijciat eis. Sed ſicut Chriſtus, qui legem dedit, ipſam legem carnaliter impleuit, octaua die circumciſus, quadrageſimo die in templo cum hoſtijs præſentatus, ut in ſeipſo eã ſanctificaret, poſtea vero ut ſe dominum legis oſtenderet, contra legis litteram leproſum tangendo mundauit, Apoſtolos quoque contra litterã ſabbati per ſata prætergredientes, ſpicas vellentes, & confricantes manibus ſuis, probabili exemplo Dauid, & circũciſionis, & templi excuſauit dicens, [Non legiſtis, quid fecerit Abimelech quando venit ad eum Dauid, & dedit* Luc. 2. Matt. 5 Matt. 12. 1. Reg. 21

γ ¶ Curam.] *Sic in vetustioribus conciliorũ editionibus, & duobus Vaticanis codicibus. sed in recentioribus Colonien sibus est*, censuram: *in codice autem regio*, pœnam.

Et in Venet. c. 16.

Item ex concilio Agathensi, c. 42.

¶ De his, qui augurijs, & diuinationibus studeant. C. VI.

Rabanus ibidē Pur. l. 10. c. 27. Iuo p. 11. c. 4. Pann. l. 8. c. 69.

ALiquanti clerici, siue laici studeant augurijs, & sub nomine fictę religionis per eas, quas sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur: aut quarumcũque scripturarum inspectione futura promitunt: Hæc † quicumq; clericus, aut laicus, detectus fuerit vel consulere, vel docere; [a]; ab ecclesia habeatur extraneus.

† al. Hoc

Item Leo quartus episcopis Britanniæ, c. 4.

¶ Sors nihil aliud quam diuinatio, & maleficium esse decernitur. C. VII.

Iuo p. 11. c. 8. Pann. l. 8. c. 70.

SOrtes, quibus cuncta vos in vestris discriminatis [b] iudicijs (quod patres damnauerunt) nihil aliud, quam diuinationes, & maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Christianos vltra nolumus nominari; & ne exerceantur † sub anathematis interdicto prohibemus.

† al. vt abscindantur.

¶ *In epistola Leonis quarti (cuius pars extat in vetusto codice) c. 4. hæc leguntur.* De expetentia autem diuinationum, vel maleficiorũ scriptum quidem in sacris habemus canonibus, vt ipsa ponamus, ita: Qui diuinationes. & c. *supra eod. ex concilio Ancyrano.* Vnde ad illorum similitudinem sortes, quibus vos cuncta in vestris discriminatis iudicijs, nil aliud, quàm quod illi patres damnarunt, diuinationes, & maleficium esse decernimus, &c.

Item Gregorius Hadriano notario, libro 9. epist. 47.

¶ Incantatores, sortilegos velut Christi inimicos insequi oportet. C. VIII.

Poly. ibidem Burc. l. 10. c. 4. Iuo p. 11. c. 31.

PEruenit ad nos quòd quosdam incantatores, atque sortilegos fueris insecutus: & omnino nobis solicitudinem, zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. *& infra.* ¶ Et ideo studij tui sit solicite quærere, & quoscumque huiusmodi Christi inimicos inueneris, districta vltione corrigere.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 32.

¶ Excommunicetur clericus, monachus, laicus, diuinationes, vel auguria, vel sortes secutus. C. IX.

Concor. cõcil. Antifiod. c. 4.

SI quis clericus, monachus, vel sęcularis, diuinationẽ, vel auguria credidit obseruãda, vel sortes, quas mẽtiũtur esse sanctorũ, q̄buscũque putauerint intimandas; cũ his, qui eis crediderint, ab ecclesiæ cõmunione pellantur.

Item Gregorius in libro 7. epist. 66. ad Ianuarium episcopum.

¶ Contra sortilegos idolorum cultores custodia pastoralis inuigilet. C. X.

Ber. l. 10. c. 13. Iuo p. 13. c. 32. & 55.

† al. Contra

COntra idolorum cultores, vel aruspices †, atque sortilegos, fraternitatẽ vestram vehementius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publice in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque à tanti labe sacrilegij, & diuini intentione iudicij, & præsentis vitæ periculo adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen, si emendare se à talibus, atque

corrigere nolle repereris, feruenti eomprehendere zelo te volumus: & si quidẽ serui sunt verberibus [a] cruciatibusq; quibus ad emendationẽ peruenire valeant, castigare: si vero sunt liberi, inclusione digna, districtaque sunt in pœnitentiam redigendi, vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contẽnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem.

¶ Caput hoc locupletatum est ex epistola Gregorij cum vetustis exẽplaribus collata.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 89.

¶ Ab ecclesia separetur augurijs, & incantationibus deseruiens. C. XI.

Pur. l. 10. c. 7. Iuo p. 11. c. 35. Pann. l. 8. c. 72.

AVgurijs, vel incantationibus seruientem, similiter & Iudaicis superstitionibus, vel ferijs inhærentem, à conuentu ecclesiæ separandum [præcipimus.]

Item ex concilio Anquirensi α c. 1.

α ¶ Anquirensi.] *Sic etiam in vetustis. Burchardus & Iuo habẽt* Anchyrensi. *Verumtamen in concilio Ancyrano græco, aut latino neque impresso, neque manuscripto est inuentum. licet, qui tomos conciliorum ediderunt, asserant haberi in quodam vetusto codice xvi. librorum partialium.*

¶ Sortilegam, & magicam artem episcopi omnibus modis † elimanire studeant. C. XII.

† al. viribus Burc. l. 10. c. 1. & l. 19. credidisti. 9 multę. Iuo p. 11. c. 30. Pann. l. 8. c. 75. † al. maleficã.

EPiscopi, eorumq; ministri omnibus modis elaborare studeant, vt pernicioſam, & à diabolo inuentam sortilegam, & magicam † artẽ ex parochijs suis penitus eradicent: & si aliquem virũ, aut mulierẽ huiusmodi sceleris sectatorẽ inuenerint; turpiter dehonestatum de parochijs suis eijciant. Ait enim Apostolus: [Hæreticum hominem post primã, & secundã correptionem deuita: sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est.] Subuersi sunt, & à diabolo captiui tenentur, qui relicto cr̃eatore suo, diaboli suffragia quærunt: & ideo à tali peste debet mundari sancta Ecclesia. ¶ Illud etiam non est omittendũ, quòd quædam sceleratæ α mulieres retro post satanam conuersæ, dęmonũ illusionibus, & phantasmatibus seductæ, & creduũt & profitentur se nocturnis horis cum Diana dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierũ equitare super quasdã bestias, & multarũ terrarũ spatia intempestæ noctis silentio pertranſire, eiusq; iussionibus velut dominæ obedire, & certis noctib. ad eius seruitium euocari. Sed vtinã [b] hæ sola in perfidia sua perijssent, & non multos secũ ad infidelitatis interitũ pertraxissent. Nã innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorũ inuoluuntur, cũ aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnũ Deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi cõmissas populo Dei omni instantia prædicare debent, vt nouerint hęc omnino falsa esse, & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fideliũ † irrogari.

† al. infidelitã. Aug. ibidem. 2. Cor. 11.

¶ Si quidem ipse satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatẽ subiugauerit, illico transformat se in diuersarũ species personarũ, atq; similitudines, & mẽtem, quã captiuam tenet, in somnis deludens, modo lætã, modo tristitia, modo, cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quęque deducit; &

a ¶ Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Sed in corpore.] Idest, corporeo sensu percipi, &c.

NONNVLLI. Hæc est 2. pars q. in qua dicitur, q in seq. c. continetur. Ioan. de Fan. Et ponit hic incidentem quæstionem.

CASVS. Superius q. habitæ sunt diuinationes & sortilegia. Nunc vero ostendit Gra. q in perniciem inimicorum altaria vestib. exui non debent vel lugubri veste accingi, vel luminaria ecclesijs deputata extigui, vel Missa defunctorum celebrari pro viuis, & ad hoc probandum inducit seq. c.

QVicumq;] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In 1. parte dr, quod si quis sacerdos vel minister ecclesiæ, altaria vestibus exuat, vel lugubri veste accingat, vel exstinguat luminaria in perniciem alicuius, deponatur: nisi coram metropolitano pniam egerit, exceptis illis personis, quæ hoc faciunt vel pp hæreticos, vel pp hostilitatem, vel alia iusta ex causa. In secunda parte dicitur, quod sacerdos, qui cantauerit Missa defunctorum vt inimicus mortem incurrat, deponatur: tam ipse sacerdos, quam ille qui sacerdotem ad talia incitauerit, perpetuo exilio puniatur. Secunda pars incipit ibi, [Pleriq; etiam.]

Tristitiæ cã permittuntur aliqua.

b ¶ Doloris.] Nisi forte ideo faciat qa ecclesia sua spoliat, vt illud in signũ mœroris faciat, sicut quidam ponunt spinas super altare: sicut et denudatur altare in passione Dñi in signum tristitiæ.

c ¶ Satisfactio.] Ar. quod

cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore [a] euenire opinatur. Quis enim non in somnijs, & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis vero tam stultus, & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit? & Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore vidit, & audiuit, sicut ipse dicit? [Statim inquit, fui in spiritu.] Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est, quòd qui talia, & his similia credit, fidem perdit: & qui fidem rectam in Domino non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, idest, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: [Omnia per ipsum facta sunt, &c.] Quisquis ergo aliquid credidit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt; proculdubio infidelis est, & pagano deterior.

Ezech. 3 Apoc. 1. & 4.

2. Cor. 12

Io. 1.

α ¶ Sceleratę.] *Fere eadem habentur apud beatum Augustinum in libro de spiritu & anima, c. 28. & in vita Damasi Papæ primi, quæ extat Romæ in perueturto de vitis sanctorum codice sanctæ Mariæ Maioris: vbi postquam aliqua relata sunt ex synodo Romana in qua Damasus Macedonium & Apollinarem damnauit, additur anathematizatos in ea synodo esse, maleficijs, superstitionibus, & incantationibus seruientes. In quibus etiam mentio est harum mulierum, quæ putabant nocturno silentio cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum super bestias equitare, & multa terrarum spatia pertransire.*

2 *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem suorum inimicorum altaria sacris vestibus exuunt, aut veste lugubri accingunt, vel consueta luminariorum obsequia ecclesijs Dei subtrahunt, vel Missam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrat hominibus.*

Quorum omnium maleficia nequissima Toletanum concilium 13. condemnat dicens, c. 7.

¶ Abijciatur sacerdos, qui huiuscemodi maleficijs operam dederit. C. XIII.

QVicumque sacerdotum, vel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris [b], vel amarirudinis permotus, aut altare diuinum vestibus sacris exuere præsumpserit, aut qualibet alia lugubri veste accinxerit †, seu etiam, si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit, & extingui præceperit; si eum antea veræ pœnitudinis coram metropolitano satisfactio [c] non purgauerit; ignobilitati perpetuæ mancipatus iuxta superiorem sententiam Domini, loci sui dignitate se nouerit, & honore priuari: illis proculdubio personis ab hac vltionum sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subuersionem sanctæ fidei metuentes, aut hostilitatem, vel obsidionem perferẽtes, seu etiam diuinorum iudicio

† *al. accingit* orig.

rum sententiam metuentes talia fecisse contigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placatur, quam interni liuoris dolositas declaratur. Plerique etiam sacerdotum sauciati inimicitiæ dolo Missam, p requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis studeant celebrare hominibus, non ob aliud, nisi, vt is, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interuentu mortis incurrat periculũ. Proinde nostræ eligit vnanimitatis conuentus, vt si quis deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, à proprij deponatur ordinis gradu, & tam ipse sacerdos, quàm etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitasse perpendituꝛ, exilij perpetui ergastulo relegentur †.

al. relegẽtur

¶ *Principium huius capituli vsque ad ver.* Plerique, *est ex 13. concilio Toletano c. 7. Reliqua vero sunt ex 17. Toletano, ca. 5. quorum conciliorum duo exemplaria sunt habita ex Hispania & inde non nulla hic emendata, & addita.*

2 *Ex præmissis auctoritatibus colligitur, quòd arioli, aruspices, incantatores, & sortilegi, atque cæteri huiusmodi sectatores ab ecclesia sunt eliminandi, & nisi resipuerint, p petuo excommunicandi. Sed quod in vltimo Anquirensi † capitulo ea, quæ fiunt per incantatores, non in corpore, sed spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de ciuitate Dei videtur asserere, ita dicens.*

fu. ead. episcopi
† al. Ancyrẽsi

¶ *Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de magorum præstigijs, quem ipse ex varijs locis Augustini & Isidori, vt antea dictum est, confecit. Burchardus citat ex dictis Augustini.*

¶ Quæ magorum præstigijs fiunt, non vera sed phantastica esse probantur. C. XIIII.

Isidorus l. 8. etymol. c. 9. Burc. l. 10. c. 42. ex dictis Augustini. Ino. p. 11. c. 67. Pann. l. 8. c. 65. Exo. 7. Aug. 18. de ciuit. Dei. c. 17.

NEc mirum [a] de magorum præstigijs, quorum in tantum prodiere maleficiorũ artes, vt ẽt Moysi similli mis signis resisterent, vertẽtes virgas in dracones, & aquas in sanguinem. Fertur ẽt in gentilium libris, q quædã maga famosissima Circe, socios Vlyssis mutauerit in bestias. Legitur, & de sacrificio, quod Archades Deo suo Licæo immolabant, ex quo quicunq; sumerent, in bestiarum formas conuertebantur. Sed hæc omnia magicis præstigijs potius fingebãtur, q̃ rerum veritate complerentur. Vt ergo ipsi errores ignorãtibus manifesti fiant; de errorum proprietate, atque inuentoribus iuxta traditionẽ maiorũ primum dicere congruum arbitramur. ¶ Magi sunt, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nũcupantur. Hi permissu Dei elementa concutiunt, turbãt mentes hoium minus cõfidentium in Deo, ac sine vllo veneni haustu, violẽtia tãtum carminis interimunt. Vñ Lucanus: [Mẽs hausti nulla sanie polluta veneni, Incantata perit.] Dæmonib. n. accitis audent ventilare, vt quiq; suos perimãt malis artibus inimicos. Hi ẽt sanguine vtuntur, & victimis & sæpè contingunt mortuorum corpora. ¶ Necromãtici sunt, quorum præcantationibus vñr resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata rñdere. νεκρος enim Græce, mortuus, μαντεία diuinatio nuncupatur: ad quos suscitandos cadaquòd si aliquis satisfecerit & crimine, vel inde egerit pœnitentiam: amplius nõ possit accusari: licet sit publicum crimen 1. vt notatur 33. q. 3. ad monere. Ioan 2.

1 Adde ad hoc qđ not. gl. & doct. in l. q ei mense. ff. de iur.

EX PRÆMISSIS. Hæc est 3. pars quæstio. in qua magister ponit casus, & originem his phantasmatibus. & quomodo accidant. Io. de Fan.

2 De hoc not. 49. dist. §. 1. vbi videas.

CASVS. Concludit G. ex supradictis, q sortilegi, & diuini nisi resipiscant, sunt excommunicandi. Postea ostendit, q ea quæ fiunt per incantatores: non in corpore, sed in spiritu dicuntur fieri. Et ad hoc inducit seq. capit.

a NEc mirum.] CASVS. Hoc cap diuiditur in tres partes. In prima parte Augu. docet tria. Primo docet non esse mirum, si magi vertebant virgas in dracones; aquam in sanguinẽ, Moysi resistẽdo quia similia fecit. Circe, & Mercurius ad sacrificium Bacchi. hæc tamen magis apparebãt, quàm in veritate consisterent. Secundo ponit multa genera magorum, & incantatorum, & eorũ etymologias. Tertio ponit quare tanta potestas diabolo datur, vt homines sic seducat, quod fit ideo vt veritatem spernentes illudat: hoc tamẽ non fit sine permissu Dei & Dicit quare illi incãtatores virgas suas in dracones conuertebant. In secũda parte continetur. quod quidam obijciebant Au. si phythonica diuinatio errori magicæ artis est deputanda qualiter pythonissa Samuelẽ suscitauit ad colloquium regis Saulis. Cui obiectio resp. ndet Au. dicens illum nõ fuisse Samuelem, sed diabolum. Quod probabat tribꝰ rationibus vel auctoritatibus, multa verba inferen

Universidad de Deusto
Biblioteca

do. In tertia parte obijcitur Aug. sic: Si illiqui diuini dicũtur vel faciũt incãtationes, nõ habẽt aliq̃ propriæ virtutis, vel potestatis: qũo eueniunt quæ dicunt; ſt rñdet Aug q̃ licet ea eueniant, tamen nullus eis credere debet quia ſi ſanitatem languidis cõferre videãtur: vel infirmitatẽ ſanis inferre: totum fit p̃missione diuinat vt appareat qualis fidei vel deuotionis ſint erga Deum qui hæc audiunt vel uidẽt. Et ad hoc probãdum inducit auctoritatem Deuter. Secũda pars incipit ibi, [Præterea quidam] Tertia ibi, [Si autem aliquis.] Quod ait, ſ. Saul. [retulit.] hiſtoria. & quia dicit Auguſt.]titulis,]id eſt, argumentis uel ratio nibus.

† *al. & imagines ludiſi cationis, vel & imagines & ludifica tione*

Bur. l. 10. c. 44
Ino p. 11. c 63
Pãn. l. 8. c. 67

a ¶ Si nõ attractus.] Quia ab angelo fuit nunciata nativitas eius.

b ¶ Permãet.] Vt ſupr. 25. diſt. qualis.

Onid. meta. l. 15.

2. Ti. 4. & 3.

a ¶ Tripenitus execratione repudiãda, atq. dãnanda. ¶ Auguria autẽ auium Phtyges primi inuenerunt. ¶ Præſtigiũ vero Mercurius primus dr̃ inueniſſe. Dictũ eſt autẽ præſtigiũ, q̃ præſtringat aciẽ oculorũ. ¶ Haru ſpicinæ artẽ primus Hetruſcis tradidiſſe dr̃ quidam Tages. Hic ex horis haruſpicinã dictauit, & poſtea non apparuit. Nam dr̃ fabulosè, ante quodam ruſtico, ſubito ex glebis exiliuiſſe, & haruſpicinam dictaſſe, qua die, & mortuus eſt. Quos libros Romani ex hetruſca lingua in propriã mutauerunt. His ergo portentis per dæmonum fallaciam illuditur curioſitas humana, quando ad impudenter appetunt ſcire, quod nulla ratione eis competit inueſtigare. Hæc poteſtas immundis ſpiritibus ideo datur, vt per vaſa ſibi apta, hoc eſt, prauos homines, ſeducant illos, qui ſpernũt veritatem, & credunt mẽdacio, & iuxta Pauli ſententiam, ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur: onerati peccatis ducentur varijs, deſiderijs ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruinientes. Quemadmodum autem Iannes, & Mambres reſtiterunt Moyſi; ita & iſti reſtiunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed vltra non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. Nec ideo quiſquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere poſſe ſine permiſſu Dei,) qui omnia, quæ fiũt, aut iuſto iudicio facit, aut permiſſu ſuo ita fieri ſinit) quòd prædicti magi leguntur ſimilia feciſſe Moyſi: qui virgam ſuam proiecit, & conuerſa eſt in draconem, proieceruntque ipſi ſingulas virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones; ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum, nec magi, nec angeli mali, quibus miniſtris illa operabantur. Inſunt [a] enim rebus corporis per omnia elementa mundi q̃dam occultæ ſeminariæ rationes, quibus cũ data fuerit oportunitas temporalis, atque cauſalis prorumpunt in ſpecies debitas ſuis modis, & finibus; & ſic nõ dicuntur angeli, qui iſta faciunt, animalium cretores, ſicut nec agricolæ ſegetum, vel arborum, vel quorumcunque in terra gignentium creatores dicendi ſunt, quãuis nouerint præbere quaſdam viſibiles opportunitates, & cauſas, vt illa naſcantur. Quod autem iſti faciunt viſibiliter, hoc illi iuſtibiliter. Deus vero ſolus vnus eſt creator, qui cauſas ipſas, & rationes ſeminarias rebus inſeruit. ¶ Præteria quidã quærendum putant, quomodo ſcriptura narret Pythoniſſam Samuelẽ prophetam ſuſcitaſſe ad colloquium Saul impijſſimi regis; ſi pythonica diuinatio errori magicæ artis deputanda ſit. Quibus ita reſponderi poteſt, indignum omnino facinus eſſe, ſi ſecundum verba hiſtoriæ commodetur †aſſenſus. Quomodo enim fieri poterat, vt arte magica attraheretur vir & nauitate ſanctus, & uitę operibus iuſtus; aut ſi non attractus [a] eſt, conſeſit? Quod utrumque de iuſto credere aduerſum eſt. Si enim inuitus adductus eſt, nullum ſuffragium habet iuſtitia; ſi autem voluntarius amiſit meritum ſpirituale, quod poſitus in carne quæſierat; q̃d [b] uel de abſurdũ eſt, quia qui hinc iuſtus recedit, permanet [b] iuſtus. Porro aũt hoc eſt præſtigiũ ſatanæ; quo vt plurimos fallat, ẽt bonos in poteſtate ſe hr̃e confingit. Quod Apoſtolus inter cętera oſtendit, dicẽs: Ipſe ſatanas transfigurat ſe in angelũ lucis. [Vt.n. errorẽ faceret, in quo glorificaretur †, in habitu viri iuſti, & noie ſe ſubornauit: ut nihil proficere ſpẽ, quã prędicabant Dei cultores, mentiret: q̃n hinc exeuntes iuſtos finxit in ſua eſſe potiate. Sed hoc quoſdam fallit, quòd de morte Saul, & filij eius non ſit mentitus: quaſi magnũ ſit diabolo ante occaſum, mortem corporis prævidere: cum ſigna quædam ſoleant apparere morituris, q̃ppe à qua ius Dei protectio amota videtur; quãto magis diabolo †, quem angelica poteſtate †ſublimem prophetica oracula fuiſſe teſtantur; de cuius magnitudine Apoſtolus ait: [An ignoratis, altitudinem Satanæ? Quid mirum ergo, ſi imminentem prope mortẽ potuit prędiuidere; cũ hoc ſit unde fallit, & ſe in Dei poteſtate vult adorari? Nam tanta habetudine demẽs effectus eſt Saul; ut ad Pythoniſſam confugeret. Deputatus enim cauſa peccati, ad hæc ſe contulit, quæ damnauerat. Sed ſi quis propter hiſtoriam, & ea, quę verbis expreſſa ſunt, putet non prætermittenda, ne ratio hiſtoriæ inanis ſit; rectè faciet quidem: tamen minime iſtud ad veri rapiat rationem, ſed ad viſum, & intellectum Saul. Neq; enim reprobus factus poterat bonum intellectum habere. Hiſtoricus enim mentem Saul, & habitum Samuelis deſcripſit; ea quæ dicta & viſa ſunt, expreſſ; prætermittẽs, ſi vera, an falſa ſint. Quid enim ait? [Audiens, in quo habitu eſſet excitatus: intellexit, inquit, hunc eſſe Samuelẽ.] Quid intellexerit, retulit: & quia non bene intellexerit, contra ſcripturam alium adorauit, quam Deum: & putans Samuelem, adorauit & diabolum: vt fructum fallaciæ ſuæ haberet Satanas. Hoc enim nititur, vt adoretur quaſi Deus. Si enim illi vere Samuel apparuiſſet, nõ vtique vir iuſtus permiſiſſet ſe adorari; qui prædicauerat Deum ſolum eſſe adorandum. Et quomodo homo Dei, qui cũ Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virũ peſtilentiæ, dignum adorare gehennę: [Cras mecum eris?] His duobus titulis [a] ſubtilitatem fallacię ſuæ prodidit improuidens Satanas: quia & adorari ſe permiſit ſub habitu, & nomine Samuelis contra legem: & virum peccatis preſſum, cum magna diſtantia peccatorum & iuſtorum ſit, cum Samuele iuſtiſſimo futurum mentitus eſt. Verũ poteſt videriſi de Samuelis nomine taceatur; quia Saul cum diabolo futurus erat: ad eum enim tranſmigrauit, quẽ adorauit. Semper ergo diabolus ſub velamine latẽs, prodit ſe, dũ ea cõfin

† *al. & ima gines ludiſi cationis, vel & imagines & ludifica tione*

† *al. gloria vitur*

1. Reg. 18.

† *al. diabolus*

† *al. maieſtate*

Apoc. 2. & Cor. 2.

1. Reg. 28.

a ¶ Titalis]Ideſt, argumentis. Io. Quòd

† *al. alhayveans. al. a perſonis*] cod. Antuer. p.

Deut. 13.

ſup. ea. q. 2. intelligi.

git, quæ horreant † perſonis, per quas fallere nititur. ¶ Si autem aliquis mihi opponit, & dicit: quomodo eueniunt illa, quæ illi diuini prædicũt futura; aut qũo poſſunt ægris prębere medelam, aut ſanis immittere ægritudinem, ſi aliquid proprię virtutis, ac poteſtatis non habent; hoc à me recipiat reſponſum, q̃ ideo quiſq; non debet eis credere, quia aliquãdo eueniunt quę prædicũt, aut ſanare videntur languidos, aut lædere ſanos, quia hoc permiſſu Dei fit; vt ipſi, qui hęc audiunt, vel vident, probentur; & appareat, qua fide ſint, vel deuotione erga Deũ. Sicut in Deuteronomio legiſ Moyſes verbo Dñi populo Dei præcepiſſe, ita dicens, [Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomniũ dicat ſe vidiſſe, & prædixerit ſignũ, atq; portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi eamus, & ſequamur Deos alienos, quos ignoras. & ſeruiamus eis, non audies uerba prophetæ illius, aut ſomniatoris; quia tentat uos Dominus Deus veſter; ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. In toto corde, & in tota anima ueſtra Dominum Deum ueſtrum ſequimini, & ipſum timete, mandata eius cuſtodite, & audite uocem illius, ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis, &c. [Vbi ſane intellligi uoluit, etiam illa, quæ à diuinantibus non ſecundum Deum dicũtur, ſi accidant quæ dicuntur, non accipienda ſic, ut fiant quæ præcipiuntur ab eis: aut colantur quæ colũtur ab eis. Nec præter ſuam poteſtatem Deus oſtendit eſſe, quòd iſta cõtingunt ſed quaſi quæreretur, cur ea permittat, cauſam tentationis expoſuit, ad cognoſcendam utique eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum ſuum; cognoſcẽdam vero ab ipſis potius, quàm ab illo, qui ſcit omnia antequam fiant.

α ¶ Suſcitare.] *Apud Rabanum hic interponitur, c. legitur, ſup. ea. q. 3. & 4.*

β ¶ Ad hæc.] *Bona pars huius verſiculi habetur apud beatum Auguſtin. l. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 20.*

γ ¶ Nec ideo] *Similia leguntur apud B. Auguſtinum, lib. 3. de Trinit. c. 7.*

δ ¶ Inſunt] *Vſque ad ver. Præterea ſunt magna ex parte verba B. Auguſtini in libro quæſtionum ſuper Exod. c. 21.*

ε ¶ Si acciderint.] *Emendatus eſt hic locus ex B. Auguſt. vt habetur ſup. ead. quæſtio. capitu. intelligi. Apud Rabanum vero legitur, ſi acciderint, quæ dicuntur, non accipienda: vel etiam ſi fiant quæ præcipiuntur ab eis, vel colant, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVòd autem.]CASVS. Hic intitulatur 6.q. qua quæritur, vtrũ excõicatus ab epo possit à psbytero reconcilari, epo incõsulto. Et rñdet ꝙ ligatus à maiori, à minori absolui nõ põt, vt 21. dis. inferior. nisi in mortis articulo. vt ex. de sen. exco. non dubiũ. G. tñ latius extendit q̃stionẽ, an sacerdos posset recõciliare pœnitẽtes epo inconsulto. Et rñdet ꝙ sic priuata reconciliatione, s. qñ peccata sua confitẽtur, vel in articulo necessitatis, ut inf. ea. §. ecce. sed publica non potest. Primo tamen probat, ꝙ excõicatus ab epo, ab alio incõsulto epo recõciliari nõ põt, nisi per metropolitanũ, uel Apostolicum. Quod probat una ratione & una auctoritate. Ratio autem inuenitur in §. auctoritas uero in cap. §. cum duobus sequentibus cap. patet.

a ¶ Ab epo.]Certum est ligatum à maiori non potest minor absoluere, vt 23. dist. inferior. & c. deniq. & extra de elect. innotuit, nisi in articulo mortis, ut extra de sent. excom. non dubiũ. Magister tamẽ largius prosequitur quæstionem, an presbyter possit reconciliare pœnitentes. Dicas ergo quòd est reconciliatio quædã publica, quædam priuata: publica solus episcopus potest recõciliare, ut if. e. c. 1. & 50. di. in capite. in illa nõ fit nisi in crimine qđ totam urbẽ commouet, ut inf. e. c. ulti. priuata autem potest sacerdos recõciliare, vt inf. e. presbteri, & tẽpore necessitatis q̃libet potest aliũ reconciliare ecclesiæ, ut de consecrat. distinct. quarta. sanctum. Ioan.

Reconciliatio est duplex.

c ¶ A presbyteris.]Vidua tamen ab eis potest recipere sacrum uellamen, vt 20 q. 1. vidua.
d ¶ Recõciliare.]Est ergo hic ar. ꝙ cum presbyter non possit alliquẽ reconcilare ecclesiæ, ꝙ multo fortius non possit [illegible]

QVÆSTIO VI.

QVòd autem ab episcopo [a] excommunicatus inconsulto ab alio reconciliari non possit, forte per eius metropolitanum [b], vel per summum Pontificem, ratione, & auctoritate probatur. Presbyteri namque potestatem excommunicandi, vel reconciliandi ab episcopis accipiunt, non episcopi à presbyteris: atque ideo excommunicatos à sacerdotibus reconciliare non possunt; excommunicatos uero ab episcopis sacerdotes recõciliare non possũt. Reconciliatio namque pœnitentium, episcopalis officii est, non sacerdotalis.

Vnde in concilio Carthaginensi secundo, c. 3. Fortunatus episcopus dixit.

¶ Pœnitentium reconciliatio, schismatis, & puellarum consecratio à presbyteris non fiat. C. I.

SI iubet sanctitas vestra: suggero. Nam memini præterito concilio fuisse statutum, vt chrisma vel recõciliatio pœnitentium, necnon & puellarum consecratio à presbyteris [c] non fiat. Si quis autem emerserit hoc faciens; quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit: audiuit dignatio vestra suggestionem fratris, & coepiscopi nostri Fortunati: quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est. Chrismatis confectio, & puellarum consecratio à presbyteris non fiat: vel reconciliare [d] quemquam in publica Missa presbytero non licere: hoc omnibus placet. Sent. 4. dist. 20.

Puellarum tamen consecratio, episcopo consulto per presbyterum fieri valet.

Vnde in Carthaginensi concil. 3. c. 36.

¶ Permissione episcopi virgines consecrare presbyter valet. C. II.

PResbyter inconsulto [e] episcopo, virgines non consecret: chrisma vero nunquam conficiat. Sent. ibidem.

Item ex concilio Agathensi, c. 43. & 44.

¶ Nec diacono ministrare, nec pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero licet. C. III.

MInistrare [f] diaconus, aut cõsecrare altare presbyter

Metropolitanus an possit absoluere suffraganei subditũ, q. ad ipsum non appellauit.

b ¶ Metropolitanum.]Hoc tamen est uerum, cũ est appellatũ ad ipsũ, vt ex. de sen. exc. per tuas. Si tñ metropolitanus absoluat, cum non sit appellatũ ad ipsum: dicunt quidam ꝙ tenet absolutio, licet absoluere non debeat. Sed hoc vix credo 1, cum canon vocet eũ peregrinum siue extraneum iudicem; ut 6. q. 3. scitote. & 3. q. 6. peregrina, nec habet iurisdictionem nisi in certis casibus, ut extra de ofic ordi. pastoralis. Ioan.

1 Ad hoc L. q. 3. c. a. nullius. i. prin. ubi ã hoc.

SI iubet.]CASVS. Quæsitum fuit in Carthag. concil. vtrum presbyter possit conficere schisma, uel reconciliare pœnitentes in publica Missa, uel uirgines consecrare. & respõsum est ad suggestionem episcopi Fortunati, ꝙ presbyteri hoc facere non possint. Sequens possit aliquem eijcere publice extra ecclesiam. sic uidetur ꝙ non possit excommunicare 2. intelligunt autem quidam quod hic dicitur, ꝙ tunc sacerdos non possit publice reconciliare, cum episcopus indixerit pœnitentiam alicui: secus si sacerdos indixerit pœnitentiam, tunc publice reconciliare potest, vt dicunt, ex mandato episcopi. inf. ea Aurelius. Ioan.

e ¶ PResbyter inconsulto.]Vel vacat hic arg. à contrario sensu: vel locale fuit, vel temporale: sicut illud 95. dist peruenit. hodie enim solis episcopus illud competit 68. quamuis. Ioan.

f ¶ MInistrare.]i. cõficere corpus Christi, uel etiã tradere sine mãdato sacerdotis. ut 1. q. 1. in ecclesia.

2 De hoc [illegible] doctores.

a ¶ Bene-

a ¶ Benedictionẽ.]Scilicet solẽnem, quæ fit per talia verba: Sit nomen Domini benedictum. & sic non obst. 95. dist. peruenit Ioan. 1.

ECCE QVOD AB. CASVS. Concludit G ex supradictis, ꝙ presbyter excommunicatum ab episcopo reconciliare nõ potest. Postea soluit distinguendo inter publicam & priuatam reconciliationem. Publica reconciliatio tantum per impositionem manus episcopalis fieri debet ante ingressum ecclesiæ. Priuata vero reconciliatio per sacerdotem fieri potest. Et ad hoc inducit sequentia c. Sequens cap. patet.

b ¶ PResbyteri.] Iussione.] Si intelligas hoc de excommunicato planum est: vel intelligas de illo cui episcopus pœnitentiam iniunxerit. Nam absente episcopo sine mandato eius potest reconciliare, si necessitas fuerit, vt infr. ea. ca. vlt. vel intelligas hoc iussione generali arg 16. q. 1. § ecce. & c. cunctis.

AVrelius.]CASVS. Quæsitum fuit in conci. Carthag. vtrum presbiter possit reconciliare hominem in periculo constitutum. Et respondet Aurelius eps, vbi eps est absens, psbyter eum consulere debet, & eius auctoritate periclitantem reconciliare cuius responsio fuit à cæteris approbata.

c ¶ Si episcopus.]Illud intelligas, cũ qs est excõmunicatus ab episcopo, vel cũ epis indixerit ei pœnitentiã. aliàs secus videtur, vt inf. e. c. vl. & de conse. d. 4. sanctum. Et est hic arg. ꝙ cum in sacramentis cõferendis absẽs citatur, ꝙ multo potius absentes in electione sunt vocandi. de illa materia notatur 7. q. 1. factus. Io.

Absentes sunt ad electionem vocandi.

Cap. 44.

non præsumat. ¶ Benedictionem [a] quoque super plebẽ in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit.

Ecce quòd ab episcopo excommunicatus per sacerdotem reconciliari non potest. Sed notandum est, quod reconciliatio alia est publica, alia priuata. Publica reconciliatio est, quando pœnitentes ante ecclesiæ ingressum publice repræsentantur, & per impositionẽ manus episcopalis, ecclesiæ publice recõciliãtur. Hęc sacerdotibus videtur esse prohibita. Vnde circa finem illius capituli non simpliciter prohibentur pœnitẽtes reconciliare, sed in publica Missa. Priuata vero reconciliatio est quando de occultis peccatis pœnitentes, vel extremis agentes ad gratiam reconciliationis accedunt. Hæc reconciliatio potest fieri per sacerdotem.

Vnde Euaristus Papa ait.

¶ Iussione episcopi de occultis peccatis presbyteri pœnitentes reconcilient. C. IIII.

Burc. l. 18. c. 16. Iuo p. 15. c. 38.

PResbyteri de occultis peccatis iussione [b] episcopi pœnitentes reconcilient: &, sicut supra præmisimus, infirmantes absoluant, & communicent.

Item ex concilio Charthaginensi 2. c. 4.

¶ Si episcopus absens est, per presbyterum reconcilietur in periculo constitutus: C. V.

Sent. ibidem. Burc. l. 18. c. 13. Iuo par. 15. c. 2.

AVrelius episcopus dixit: si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari diuinis altaribus petierit: si episcopus [c] absens fuerit: debet vtique presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab vniuersis episcopis dictum est; Placet, quod sanctitas uestra necessario nos instruere dignata est.

Item ex concilio Martini Bracharensis, c. 82.

¶ Qui metu mortis reconciliatur, conualescens, sine communione pœnitentiæ impleat tempus. C. VI.

Ex conc. Niceno. 1. c. 13.

SI quis de corpore exiens nouissimum, & necessarium [d] communionis viaticum expetit; non ei denegetur. Quod si in disperatione [e] positus post acceptam communionem iterum sanus fuerit factus; tantum oratione particeps sit: sacramentum vero non accipiat [f], donec constitutum pœnitentię impleat [g] tempus, Qui ergo in exitu mor

SI qs de corpore.]CASVS. Duo dicũt in hoc c. Primũ est, ꝙ si quis in extremis positis petat viaticum, ei negari non dẽt, sed si postea conualescat, debet à viatico abstinere, donec adimpleatur pœnitentiæ tempus. Secundum est, quòd si pœnitens in extremis laborans desiderat reconciliari, fiat hoc cum consideratione episcopi.

d ¶ Necessariũ.]Necessarium est ad salutem, saltem quia tollit peccata venialia, vt de conse dist. 2. cũ omne, nec alicui negatur etiã si debeat suspendi in patibulo 13. q. 2. quæsitum.

Eucharistia etiam suspendendis in patibulo non est deneganda.

e ¶ In desperatione.]sanitatis.

f ¶ Nõ accipiat.]Nõ tñ idem est in illo, q est absolutus ab excommunicatione, ille non recidit in excommunicationem. talis enim si fuerit absolutus tenetur adire sedem Apostolicã cũ oportunum fuerit 2, vt extra de sent. exc. de cætero. Et sic est argu quòd re aliqua restituta in pristinum gradũ priora iura ei vel contra ipsum restituuntur, ut infra e. q. proxi. c. 1. extra de elect. quia diligentia argu. contra de consec dist. 4. quæris. Sed hæc fuit ad tempus sopita, non omnino sublata extra de sol. Odoardus,

g ¶ Impleat.]Quandoque tamen indulgetur communio corporis Domini ante finitum tempus pœnitentiæ, vt 82. distinctio. presbyter. 12. quæstio. 2. de viro. Ioan.

2 Quòd si non fecerit, in eandem sententiam reincidit ipso iure, ut libro. 6. de sent. excom. eos q. Vbi corrigitur dicta sententia. Ioan. de de Fan.

QVi recedunt.] CASVS. Quatuor dicuntur in hoc c. Primum est, q̃ pœnitentes, de quorum uita desperatur, communionem corporis Domini recipiant sine reconciliatoria manus impositione solenni. si uero euaserint, abstineant à cõmunione donec ips pœnitẽtiæ fit cõpletũ, & tũc communionem, & reconciliationem accipiãt. Secundum est, quòd clericis pœnitentibus priuata pœnitẽtia non est deneganda quod quidam intelligunt de publica. Tertium est quod si subito obmutescens, & baptizari, & pœnitẽtiam accipere potest si de eius contiterit prætenta uoluntate. Quartũ est, quod amentibus quæcumq; sunt pietatis, sunt conferenda.

a ¶ Sine reconciliatoria.] Solenni, s. episcopali, ne sit contra. inf. c. proxi.

b ¶ Pœnitentia.] Priuata, nã soleni nõ faciũt clerici, vt 50. d. cõfirmandum. 82. d. presbyter. nisi fuerit depositus, vt de pœnit. d. 6. sacerdos.

c ¶ Pœnitentiam.] Id est, fructum pœnitentię.

d ¶ Amentibus.] Id est, si quis fuerit amens * à natiuitate. talis potest baptizari, & corpus Christi in nec estitate recipere: si uero non fuit amẽs à natiuitate sed credit esse in mortali peccato, nõ est ei dãdum corpus Christi, vt ext. de bap. & eius esse maiores.

IS qui.] CASVS. Infirmus quidam pœnitentiã petijt; antequam sacerdos ueniret obmutuit, vel factus est phreneticus. quæritur fuit in Carthag. concil. quid sit super hoc faciẽdum; Et respõ. q̃ qui eum audierunt, debent testificari de hoc, & sic infirmus pœnitentiã accipiat: & si continuo creditur moriturus, reconcilietur priuata reconciliatione, & Eucharistia ori eius infundatur. si uero conualuerit, prædicti testes dicant suæ uoluntari satisfactum fuisse, & pœniteat quamdiu sacerdos, qui pœnitentiã dedit, approbauerit. Pœnitentes uero solenniter, qui communionem recpiiunt, si superuixerint manum reconciliatoriam soleniter per episcopum recipiant. Sequ. c. idem dicit cum illo, si quis de corpore exiens.

e ¶ Qui eum audierunt.] Nunquid creditur simplici uerbo istorum, siue isti fiat bonæ famæ, siue non. Item nũquid soli testi in hoc casu creditur, cũ pluraliter hic loquitur? Vt, q̃ plures requirũtur 1 q̃ tũ vni soli credatur vt ex hoc, q̃ istud nõ cedit in præiudiciũ alicuius vt inf. de conse dist. 4. cũ itaq;. & c. placuit. alias volũtas defuncti non põt probari per tale testimonium, qđ dicit tis sunt, & desiderant accipere sacramentum; cum cõsideratione, & probatione episcopi accipere debent.

Amentib. à natiuitate nõ est dãdum corpus Christi: sed bene ĩ mortis articulo ijs, in quib cũ erãt cõpotes suę mẽtis apparuit deuotio huius sacramenti. Vide B. *Th p. 3. q. 80. art. 9.*

Item ex concilio Arausico, c. 3.

¶ Sine manu simpositione pœnitentes recedentes de corpore reconcilientur. C. VII.

OVi recedunt de corpore pœnitẽtia accepta; placuit sine reconciliatoria [a] manus impositione eos† communicare: quod morientis sufficit reconciliationi ⁎ secundum diffinitiones patrum; qui huiusmodi communionem congruè viaticum nominauerunt, Quòd si superuixerint stent in ordine pœnitentium; vt ostensis necessarijs pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant. Clericis quoque desiderantibus pœnitentia [b] non est neganda. Similiter subito obmutescens (prout statutum est) baptizari, aut pœnitentiam [c] accipere potest; si voluntatis præteritæ, testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis, aut nuto. Amentibus [d] etiã, quæcũque pietatis sunt, conferenda sunt.

Burc. l. 18. c. 17. Iuo p. 15. c. 38. † *al. eis*

Ibidem c. 4.

Ibidem c. 12.

Ibidem. c. 13.

⁎ ¶ Reconciliationi.] *In originali impresso, ac manuscripto, & apud Burchardum, & Iuonem legitur*, consolationi: *aut* consolatione.

Item ex concilio Carthaginensi, 4. c. 76.

¶ Aliorum testimonio moriturus reconcilietur, si obmutuit, vel in phrenesim versus est. C. VIII.

IS, qui pœnitentiam in infirmitate petit; si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate ob mutuerit, vel in phrenesim versus fuerit; dent testimonium qui eum audierunt [e], & accipiat pœnitentiam [f]: & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur �§ ori eius Eucharistia. Si superuixerit, admoneatur à supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus; quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit. *Item cap.* 78.

Capit. l. 5. c. 75. Poly. l. 8. tit. 14. Bur. l. 2. ca. 10. Iuo p. 15. c. 8.

¶ Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione si superuixerint.

Burc. l. 18. c. 33. Iuo p. 15. c. 10.

Item ex Niceno concilio, c. 12.

¶ Cura, & probatione episcopi morientes reconcilientur. C. IX.

DE his vero qui recedunt [h] ex corpore, antiquæ legis cit se audiuisse à defuncto, licet sup tali negocio alius verus testis hẽatur. ext. de succes. ab intesta. cũ dilectus.

Burc. l. 19. c. 6. Iuo p. 15. c. 31.

e ¶ Qui eum audierunt.] Nunquid creditur simplici uerbo istorum, siue isti fiat bonæ famæ, siue non. Item

f ¶ Pœnitentiam.] Id est, absolutionem. Formam absolutionis habes extra de sen. excom. à vobis.

g ¶ Et infundatur.] Sed qualiter recipiat Eucharistiã, qui ita infirmatur? si enim tincta in pane datur ei, hoc prohibetur. de consec. dist. 2. omne. nec alio modo videtur danda, quia puniturus infirmus, qui euomit Eucharistiam, vt de consec. d. 2. si quis per ebreitatem

h ¶ His.] ¶ Recedunt.] Hic est argu. qui absolui desiderat, siue mora, (etiam non obstante aliqua

aliqua appellatione) est absoluendus, vt extra de appel. qua sponte. L.

HIs, qui.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̃ si peccator catholicus, qui est in mortis articulo constitutus, pœnitentiam petat, & reconciliationem, non est deneganda, quia Dñs cũ recepit quandocunque conuertatur. & hoc probat. Lex auctoritate propheræ. Si vero antequam veniat sacerdos obmutescat: testificentur pro eo qui ipsum audierunt, qui ei prodesse debebunt. In secunda parte dicitur, q̃ ĩ hæretico supradicta omnia sunt seruanda, & præterea debet recipi cum iuramento. Secunda pars incipit ibi, [Simul.]

a ¶ Fide.] Tales enĩ non sunt recipiendi sine reconciliatione solenni, aut iuramẽto, vt 1. quæst. 7. conuenientibus. &c. quoties.

SI aliquis.] CASVS. Quidam post receptionem pœnitentię mortuus est in via, vel ĩ aqua, ita quòd ad sacerdotem uenire non potuit: quæsitum fuit in cõcilio Hispalensi, vtrum pro eo oblationes sint faciendæ ad altare? Et respondet quòd sic.

b ¶ Cõfessus.] Se velle accipere pœnitentiam.

c ¶ Oblationẽ.] Hoc intelligẽdum est de tali, qui deliquerat, & nõ satisfecerat. si enĩ talis fuerat excõmunicat[y], licet apparuissent signa pœnitentiæ, non tamen orandum est pro eo, Et licet infirmus potest absolui à quolibet sacerdote 1 non tamẽ mortuus, ut extra de sent. excom. à nobis. in fi. sed à solo Papa si incidit in canonem late sententię. 17. q. 4. si quis suadẽte. Ioan.

RECCE. CASVS. Cõcludit Gr. ex supradictis dicens, quòd pœnitentes de occultis delictis possunt per presbyterum recõciliari, vel in periculo cõstituti, episcopo tamẽ præcipiente. Sed si episcopus abiens est, nec cõsuli potest: oĩs in necessitate positi poterunt per presbyterum recõciliari qđ probat quibusdã auctoritatibus, & rõnibus. cum etiã à latencis ĩ articulo mortis baptisma suscipi possit, maximè cũ secũdum Augustinum iocio

Sacerdos q̃ libet infirmum, sed nõ mortuũ absoluit.

1 Intellige de illo infirmo, qui statim creditur moriturus, su. ea. de his q̃ infirmitate. inf. eod. c. vl. 17. q. 4. si quis suadẽte. ext. de sẽten. excom. non dubiũ. c. ex nosciscitur. §. si uero & ca. q̃ de his & c. q̃is ext. de tepult. paro chiano ext. de raptoribus. in litteris. & inf. e. §. cũ aũt. Ar.

Sent. 4. d. 20. Burc. l. 11. c. 51. Iuo p. 14. c. 114. Pann. l. 5. c. 120.

Ins. de pœn. dist. 1. multipliciter. §. his autem.

Sen. 4. dist. 20. Burc. l. 18. c. 4. Iuo p. 15. c. 29.

Esa. 30. apud lxij.

y ¶ Excommunicatus.] *Addita est vox ista ex cæteris collectoribus.*

Ecce, quòd episcopo præcipiẽte pœnitẽtes de occultis peccatis, siue in periculo constituti per presbyterũ possunt reconciliari. Sed si necessitate mortis peccator vrgetur, & episcopus ita remotus est quòd presbyter eum consulere nõ possit: negabitur pœnitentia morienti? & beneficium re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cio possit peccator turpitudinem criminis confiteri. In fine ät, ꝙ nulli pœnitenti est pœnitētia denegāda. & hoc probat per sequentia.

S[presbyter.]CASVS. Quidam presbyteri morientibus pœnitētiam denegābāt, quare quæsitum fuit à Iulio Pap. utrū hoc facere dēant? Et respondet, quòd nō: & hoc, probat auctoritate Euangelij exēplo latronis; quē Dominus recepit in hora suæ vltimæ confessionis. Sigs vero presbyter cōtrafecerit, erit reus animarū eorū, qui sine pœnitentia moriuntur.

a ¶Vltimo.] Tamen dicit Aug. quòd sero pœnitētibus pœnitētiam dare possumus, securitatē dare non possumus: non dico, ꝙ condēnabitur, sed nec dico, quòd liberabitur, ut de pœn. dist. 7. nemo. & §. seq. Item raptori. nocet sera pœnitētia. quia negatur ei sepultura, licet admittatur ad pœnitētiam. extra de rapt. super eo. Io

AGnouim[9].]CASVS. Quidam sacerdotes pœnitentiā denegabant quibusdā in multis, vel magnis sceleribus cōstitutis, de ipsorū salute desperātes. Quos Cœlestinus Papa grauissimè reprehendit, cum de misericordia Dei diffidant, & mortem morientibus addant, & ꝙ hoc facere nō debeant, auctoritatibus probat, & rationib. & vno latronis exemplo. Quę autē potest a sequitur vsq; ad qstionē, plana sunt, & p te videbis.

Mēsura doloris est consideranda.

b ¶Mente.] Non n. consideranda est mēsura temporis, sed doloris, vt de pœn. d. 1. mensuram.

a ¶Presbyter.] ¶Publicum.] Hoc ideo fit, vt non tantum profit illi ad salutem, sed alijs fit in exemplū, ut de pœn. dist. 1. in actione. in fin. & patet hic, ꝙ fm pro notorio crimine est iniungenda sollēnis pñia.

Fœna sollēnis tūr pro notorio imponit

b ¶Apsidam.] Altera producta.

De tempore.] ¶Redimere.] *Sic etiam est in manuscriptis, & in vetustioribus conciliorum editionibus. Verum in codice canonum impresso, & vno manuscripto, inter decreta Cœlestini, num 15 legitur*, perdere. *In recentiori autem Colonienſi conciliorum editione, itemque apud Burchar. & Iuonem est*, pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare.

Cui autem pœnitentia non negatur; nec reconciliatio sibi deneganda est. Inconsulto ergo episcopo pœnitentum presbyter reconciliare nō debet, nisi vltima necessitas cogat. Unde in Carthaginensi concilio 3. c. 32. legitur.

¶Inconsulto episcopo pœnitentem presbyter reconciliare, nisi vltima necessitas cogat, non debet. C. XIIII.

PResbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente episcopo vltima necessitas † cogat. Cuiuscumque autem pœnitentis publicum [a], & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam commouerit ecclesiam [b]; ante apsidam [b] manus ei imponatur.

† al. & ne essitate co Rome

6 ¶Ecclesiam.] *Antea erat*, vrbem. *Emendatum est ex plerisque conciliorum editionibus & duobus codicibus Vaticanis, & Sorienſi regio, & Burchardo, & Iuone. In recentiore autem Colonienſi editione est*, quod vniuersa ecclesia nouerit.

QVAESTIO VII.

Pa 1

DE tempore [c] vero satisfactionis, an sit imponendum morituris; Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus in pœnitentiali suo diffinit.

¶In periculo constitutis, pœnitentiæ quantitas non est imponenda, sed innotescenda. C. I.

ABinfirmis i periculo mortis positis per presbyteros pura inquirenda [d] est confessio peccatorum: non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ: sed innotescenda, & cum amicorum orationibus [e], & eleemosynarum studijs pondus pœnitentiæ subleuandum, & si forte migrauerint, ne obligati à communione, & consortio veniæ fiant alieni. A quo periculo si diuinitus ereptus conualuerit; pœnitentiæ modum à sacerdote † sibi impositum diligenter obseruet: & ideo secundum auctoritatem canonicam, ne illis ianua pietatis clausa videatur? orationibus, & consolationibus ecclesiasticis, sacra vnctione olei inuncti †, secundum statuta sanctorum patrum, communione viatici reficiantur.

† al. fuo con ceſſore

† al. animati

2 Alijs uero pro qualitate peccati, & præsidentium arbitrio tempora pœnitentiæ decernenda sunt.

Et tēpore.] Hæc q. diuiditur in v. partes quarum prima dicitur vt hic in summa cōtinetur. Secunda ibi,]Alijs [Tertia ibi [Quo affectu,] Quarta ibi, [Non licet.] Quinta ibi, [De temporum.] Io. de Pan.

CASVS. Hic intitulatur 7. quæst. qua quæritur an moribundis sit pœnitentia imponenda. Et respondet, ꝙ non: sed eis est indicenda, nel innotescenda, ut eam facere debeant si conualescant, ut infra. c. 1.

c ¶De tempore.] In hac q. quæritur an pœnitentia o-

Pœnitentia nō est moriēntibus iniungenda.

morientibus impsit nenda, & dicendū ꝙ nō, ut inf ea. cap. 1. sed tamen innotescēda est eis per hęc vērba propter ea quę tu commisisti, quæ tu fecisti, taliter debes pœnitere, sed expectamus quousq; euaseris, ut de pę. dist. 9. q. vult. Secundū mēbrū huius q. est, vtrum sacerdos pro suo arbitrio possit iniungere pœnitentiā? Et dicēdū ꝙ sic, 1, ut inf. c. tempora. c. hoc sit. cōfiderabit tamen quilibet sacerdos circūstantias omnes, scilicet personæ, tēporis, loci, criminis qualitatem & quantitatem, & cauſam, prout dicitur de pę. dist. 5. in princ. & dist. 1. ca. aut facta. quæ p hos versus habentur.

Pœnitentia est arbitrio sacerdotis iniūgenda.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quo modo, quando.

ABinfirmis.]CASVS. Quæsitum fuit à Theodoro Cantuar. archiepiscopo, vtrum pœnetentia in mortis articulo constitutis sit sub quantitate temporis indicenda? Et respondet ꝙ non, sed est notificāda. in cęteris vero sacramentis est eis subueniēdum, in quibus ecclesia morièctibus consulere consueuit: ita tñ, ut cum conualerint, pœnetentiæ modum sibi à sacerdotibus impositum diligenter obseruēt. d ¶Inquirēda.] Diligēter sacerdos ęstat circūstantias, ut de pœn. dist. 5. in princ.

1 De hoc le. & nota. de pœ. dist. 1. mensuram. ibi uideas.

e ¶Orationib.] Nā per orationem vnius deletur peccatum alterius, ut 18. quæst. 2. pro obeūtibus & ca. animæ.

ALIIS Hæc est 2. pars q. in qua probat magister, ꝙ pna est secundum canones imponend, tamen fm arbitriū sacerdotis ex causa est modernāda & hoc teneas pro regula aliàs contra, de pœ. dist. 5. falsus. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum est qualiter pœnitentia sit danda infirmis. Nunc vero tractat G. de illis, quibus pro arbiter

Ezech. 18. Mala. h. 3.

inf. de pœn. d. 1. c. quem pœnitet. §. tāta. & di. 6. cap. 1. §. tanta itaque.

sent 4. d 20. Bur. l. 18. c. 21. Iuo p. 15. c 43. Ezech. ibid.

† al. conuerſo.] Burc. & Iuo. Luc. 23.

In conc. Triburiēſi sub Arnulpho, c. 31. Rabanus in lib. pœ. c. 38. Burc. l. 18. c. 21. Iuo p. 15. c 44.

† al pietate

In Moguntino sub Raba. c. 27.

Ezech. 33.

† al. cl. mētis Luc. 23.

Burc. l. 18 c. 1. Iuo p. 15. c. 26. Eſa. 30. apud LXX.

a ¶Re.

Universidad de Deusto
Biblioteca

arbitro sacerdotis secundum quantitatem peccati est pœnitentia imponenda.

TEmpora.] CASVS. Quæsitum fuit à Leone sub quo tempore pœnetentia sit peccatoribus imponenda? Et rñdet, quod est in arbitrio sacerdotis habita cõsideratione & moderatiõe circa deuotionem conuersorum, ætatem senilem, & ægritudines, & periculosa, in omnibus quib. tempora pœnitentiæ moderari debebit sacerdos prout uiderit expedire.

a ¶ Tuo iudicio.] Ex hoc patet, q̃ pœnitentiæ omnes sunt arbitrariæ, unde episcopus põt diminuere pœnitentiam, quam indixit Pap. 1, ut 33. q. 2. Iatorem 2. sicut procurator ex causa potest mandare contrarium illius quod mandauit Dominus, vt ff. mandati, si hominem.

Pœnitentiæ omnes sũt arbitrariæ.

b ¶ Ætatis senilis.] nota, q̃ habet̃ ratio senectutis, ut 86. dist. tanta. Et iuuentuis, vt 33. q. in adolescentia. & 50. dist. pœnitentes. Itẽ & nobilitatis vt 41 dist. non cogantur. Itẽ paupertatis, extra de sen. excom. c. vlti. melius in cap. quod de his. Item inimicitiarum, ut extra ea. de cęter. contra 23. qõ 8. peffimam. Sol. ibi incorrigibilis, hic corrigibilis. Ioan.

DE his vero.] CASVS. Quidam significauit Papę Nicolao, q̃ quidam milites post pœnitentiã ad militiã redierunt. Alij vero pp magnitudinem delictorum de misericordia diffidẽtes desperauerũt. Alij eriã propter hoc ad paganos confugerũt: qui modo nolũt ad pœnitẽtiam reuertisquare q̃liuit quantam pœnitentiam debeat eis iniũgere. Et respon. Nicolaus, q̃ peccata non sunt æqualia neque æqualitas relationum, nec gehennæ pœnitentiũ, vel confessiones: & ideo tu ipse præsens quantam pœnitentiã iniungere debeas, melius inspicere poteris. Ibi legitur hoc c. de pœn. solenni: postquã fideles pœnitẽa ad militiam reuerti non potest, ut 33. qualitio. 2. admonere. 51. distinctio. si quis post. acceptũ. Sequentia cũsq; ad ff. quo affectu. plana sunt, in quibus dicit, q̃ pro qualitate delictorum, & deuotione pœnitentis, est pœnitentia imponenda. In illo tamen c. sacerdos, aliquid plus dicitur, & hos casus per te formabis, nec est necesse, ut membranam occupent.

c ¶ Militiæ.] Quod licet, vt dist. 51. si quis post acceptum. & 33. q. 2. admonere.

d ¶ Præsens.] Sic iudex potest melius scire quanta fides adhibenda sit testibus. vt ff. de testi. l. 3. Ioan. Sacer.

Vnde Leo Papa epi. 77. al. 79. & Nicætam episcopũ, c. 6.

¶ Præsidentium arbitrio præfigantur tempora pœnitudinis. C. II.

TEmpora pœnitudinis habita moderatione cõstituenda sunt † iudicio [a] prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos: pariter etiam habens ætatis senilis [b] intuitum, & periculorum quorumque, autem ægritudinis respiciens necessitates. In quibus si quis ita grauiter vrgeatur; vt dũ adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur; oportet ei per sacerdotalem necessitudinem communionis gratia subueniri.

† al. persuasus. Burc. l. 19. c. 35. Iuo p. 15. c. 67. & 38.

¶ *In epistola, & apud Burch. & Iuonem hæc antecedunt.* His vero, de quibus dilectio tua nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum uel metu coacti sunt, uel errore † traducti, & nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse agnoscunt; ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis manus, communionis recipiant vnitatem temporis pœnitudinis habita moderatione tuo cõstituenda iudicio, prout, &c.

† Tex. est in simili in l. 14. & 12. his accusa. re. C. de ac. cusũ. & in §. hinc nobis. in authẽ. de monas. coj. s. C. 81. C. 64. C. 79.

† *sic legunt Burc. & Iuo.*

Poly. l. 3. tit. 10. Burc l. 4. c. 48. Iuo p. 1. c. 242.

Item Nicolaus Papa.

¶ Et qualitas criminis, & contritio pœnitentium in satisfactione imponenda à sacerdote considceretur. C. III.

DE his vero, qui pro criminibus pœnitentiã egerunt †, & ad cingulum militiæ [c] reuertuntur, constat eos cõtra sacras regulas agere. Verum quia crimina non æqualia sunt, perhibesque alios horum propter nimiam hebetudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos fugisse; tibi hoc committimus decernendum, nimirum, qui loca, & tempora religionis † illius, & modum culpæ, necnon & pœnitentiam, & gemitus hominum ad confessionẽ venientium præsens [d] positus inspicere vales.

† *al. gerunt.* aliquot manuscrip.

† *al. regionis.* aliquot manuscrip.

Item ex concilio Laodicensi, c. 2.

¶ De eodem. C. IIII.

HIs; qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt, & oratione α, & confessione, ac pœnitentia malorum suorum perfectam conuersionem demonstrant, pro qualitate peccati, pœnitentię tempus attribuendũ est propter misericordiam, & bonitatem Dei. Qui ergo huiusmodi sunt; reuocandi, & ad communionem sunt applicandi.

Burc. l. 19. c. 41. Iuo p. 15. c. 36.

α ¶ Oratione.] καὶ προσκαρτερήσαντας τῇ προσευχῇ πᾶς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας, quod Dionysius uertit, & perseuerantes in oratione confessionis, & pœnitentiæ; *cuius uersio proprius accedit ad uerba Græca, etiam in cęteris huius capitis partibus, quam priscæ quamuis in hoc etiam sententia conflet.*

Item ex concilio Carthaginensi 3 c. 31.

In Afric. c. 10.

¶ Episcopi arbitrio pro qualitare peccati pœnitentiæ tempora distribuantur. C. V.

Burc l. 19. c. 40. Iuo p. 15. c. 30.

PŒnitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

Item ex concilio Carthaginensi, quarto, c. 74.

¶ Sine personarum acceptione imploranti pœnitentia detur. C. VI.

SAcerdos pœnitentiam imploranti absq; personarũ † [a] acceptatione † pœnitentiam secundum leges iniũgat. Negligentiores vero pœnitentes tardius reconcilientur. Omni autem [b] tempore ieiunij [c] manus pœnitentibus à sacerdotibus imponantur. Diebus autẽ remissionis [d] pœnitentes genua flectant, & mortuos in ecclesiam afferant & sepeliant [e]. Die autem Dominico β [f] non ieiunent. Nam qui Dominico die studiosè ieiunant, non creditur esse catholicus. Pœnitentes [g] vero, qui leges pœnitentiæ attente exequuntur, si casu in itinere, vel in mari fuerint mortui, vbi eis subueniri non potest; memoria eorum & oblationibus, & orationibus commendetur.

α ¶ In ecclesiam.] *In recentiore Colonienſi conciliorum editione legitur*, ecclesiæ afferant, *In antiquioribus vero editionibus, & duobus Vaticanis codicibus ſic habet integer locus*, mortuos ecclesiæ pœnitentes efferant, & sepeliant.

β ¶ Die autem Dominico.] *Pro his vſq; ad vocem* catholicus, *in can 64 hæc legũtur*, Qui Dominico die studiosè ieiunat, non credatur catholicus.

Vnde in octaua [h] synodo legitur.

¶ Tempus pœnitentiæ pro qualitate peccati impendatur. C. VII.

PRo qualitate delicti tempus pœnitentię impendatur.

¶ *Videri potest sumptum ex regulis breuioribus* B. *Basilij c. 106. quod notatum alibi est, euenire in ijs capitibus, quę ex octaua synodo citantur.*

Smaragdus in regulis B. Bened. dict. c. 24.

Item.

¶ Tempus, & modus pœnitendi delinquentibus præsidentium imponatur iudicio. C. VIII.

HOc sit in iudicio positum eorum, qui præsunt, vel quanto [i] tempore, vel quali modo pœnitere debeant qui delinquunt: quia ætas [k], & eruditio multam haberi facit differentiam pœnæ.

¶ *Caput hoc habetur in libello* B. *Basilij de institutis monachorum, Rufino interprete c. 90. ibi enim vltima interrogatio est hęc.* Qualibus correptionibus vti oportet inter fratres ad mendationem, eorum, qui delinquunt? *Responsio.* Hoc sit in iudicio positum eorum, qui præsunt, vel quanto, &c. *Itaque ex interrogatione, & responsione confectum est hoc caput; sicut & duo sequentia, quæ apud eundem Ruffinum leguntur.*

3 *Quo affectu pœnitentẽ suscipere, & impœnitẽtẽ abijcere debeamus, ex cadẽ synodo euidẽter ostenditur; cũ dicitur.*

¶ Intimo charitatis affectu pœnitentem debemus suscipere. C. IX.

Burc. l. 19. c. 39. Iuo p. 15. c. 55. † al. qui sort.

POenitentem ex corde ita oportet suscipi; sicut Dominus ostendit, cũ dicit, quia † conuocauit amicos suos,

a SAcerdos. ¶ Absque personarũ.] Id est, nõ fauore personæ 1. sed alias personæ qualitates cõsiderabit, vt dixi su. e. tempora.

1 Quia non respicit an sit amicus. vel nõ Lau.

b ¶ Omni autem.] Id est, in omni anno.

c ¶ Tẽpore ieiunij. 2.] vt 50. d. in capite.

2 Id est, per singulos annos in Quadragesima. ſm Ioan. de Fan.

d ¶ Remissionis.] Id est, ieiunij.

e ¶ Sepeliant.] Debent enim pœnitentes se uilioribus officijs applicare, vt de pœnit distinct. 2. in prin.

f ¶ Dominico.] ſu. 30. distinctio. si quis tanquam. & capi. si quis presbyter, 76. d. vtinam.

g ¶ Pœnitentes.] Hic non erit §. vt patet per sequentia. Ioan.

h ¶ Vnde in octaua.] Hic non etit vnde. sed item.

i HOc sit.] ¶ Quãto.] Sed nunquid potest sacerdos totum tempus remittere? Non vt 23. quæstio. 4. si is qui prælatus 3.

K ¶ Quia ætas.] Supra ead. tempora. 33. q. 2. c. vlt. in fi. quandoque ętas non excusat, vt 21. qõ. 5. si quis cuiuslibet Ioan.

3 Ad idẽ de pœn. dist. 1. mensuram &c. si peccatum. 90. dis. alienus su. e. tpa. arg. 15. q. 7. hi qui, ſm. Lau.

QVO AFFECTV. Hęc est 3. pars. quęst. in qua probat per 4. auctо. quòd cũ directione, & dulcedine debent sacerdotes iu scipere pœnitentes, semper in mitiorem partem declinando. Ioannes de Fant. & hic ponitur quæstio incidens. Archidiacono.

CASVS. Dictum est supra, quod pro arbitrio sacerdotis pœnitentia est iniungenda. Nunc vero docet Gratian quo affectu pœnitentes suscipere debeamus, & impœnitentes abijcere.

POenitẽtem.] CASVS. Probatur in hoc cap. quòd pœnitens debet recipi affectuosè ab ecclesia: quod ꝓbatur auctoritate Domini dicentis: Congratulamini &c.

Affe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

AFfectum.] CASVS. In hoc ca. docet.8.synodus, q tantum affectum debẽt in se recipere pœnitẽtes, quantum habuit Dauid, & pælati & alij Christiani; & tantum debent habere affectum in recipiendo vel reijciendo peccatores, quantum ostendit Apostolus habuisse aduersus Catholicos in abiciendo vel recipiendo Corinthium fornicatorem, qui sua nouerca publice abutebatur. [Sed excusationem.] supple non solum solicitudinem, sed etiam excusationem, & indignationem, & ita in alijs. [Æmulationem,] virtutum. [Sed ipsis.] factis vel actibus in quibus deliquit.

a ¶ Affectum.] Hoc vult dicere, quod tãtum debemus habere affectum in eijciẽdo, & in recipiendo peccatores, sicut Apostolus habuit cũ excõmunicauit, & postea recepit Corinthium qui publice tenebat nouercã suã.

Præcatores sunt cauendi, & recipiẽdi.

b ¶ Operatum est hoc ipsum.] Scilicet contristari secundum Deum.

c ¶ Solicitudinem.] De futuris peccatis.

d ¶ Deliquit.] Aliquis, sed excusationẽ habet de præteritis peccatis.

e ¶ Multa cõtraria.] Pœnitens enim contraria debet facere illis pro quibus pœnitet, quia contraria cõtrarijs curantur, ut pœni. d. 1. si quis semel, Ioan.

Contraria contrarijs curantur.

ERga eum.] CASVS. Dicitur in hoc c. q impœnitentẽ debemus abijcere: & non ei communicare. Et hoc probatur duabus auctoritatib. Christi, & Pauli.

f ¶ Subtrahite.] A societate eius ex quo est excõmunicatus. Vel dic. f. opere, non pietate. 23. q 4. recedite, fm. Io. de Fan.

ALligant.] CASVS. Quidã erãt sacerdotes, q nimis graue pñam iponebãt deliquẽtib. quã ad instar grauis põderis vel fascis abijcere oportebat, sicut adolescẽs portãs põdus graue reijcit illud ne subanimio pondere coofringat. Sed tales sacerdotes Ioãnes Chrysostomus reprehẽdit dicẽs, melius est imponere minorem pœnam peccati futuram †. Sicut enim si fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare posueris, necesse habet, vt aut fascem reijciat, aut sub pondere confringatur; sic & homini, cui graue pondus pœnitentiæ imponis, necesse est, vt aut pœnitẽtiam tuam reijciat; aut suscipiens, dum sufferre non potest, scãdalizatus amplius peccet. Deinde, etsi erramus modicam pœnitentiam imponentes; nonne melius est [a] propter misericordiam rationẽ reddere †, quàm propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus est; dispensator non debet esse tenax [b]. Si Deus benignus est, ut quid sacerdos eius austerus? Vis apparere ∝ sanctus? circa uitam tuã esto austerus? circa alienum benignus.

† al. dare.

∝¶ Vis apparere.] *Locupletatus est hic locus ex indicata epmilia: cum antea legeretur* ut quid sacerdos eis austerus vult apparere.

Item Martinus Bracharensis, c.74.

¶ Calendarum obseruationes agere non licet. C. XIII.

Poly.l.6.tit.11. Burc.l.10.c.15. Iuo p.11.c.43.

NOn licet [c] iniquas obseruationes agere Calendarũ, & otijs vacare gentilibus: neq; lauro, aut viriditate arborum cingere domos [d]; omnis enim hæc obseruatio paganismi est.

Vnde Zacharias Papa concilio Romano, c.9.

¶ Anathema sit, qui ritum Paganorum, & Calendarum obseruat. C. XIIII.

Poly.ibid. Burc.l.10.c.16. Iuo p.11.c.43.

SI quis [c] Calendas Ianuarias, & brumam ritu paganorum colere, uel aliquid plus noui facere propter nouum annũ ß, aut mensas cum dapibus vel epulis in domibus prẽparare: & per uicos & plateas cantiones, & choros ducere præsumpserit, quod magna iniquitas est corã Deo; anathema sit.

¶ *Hoc est caput nonum in concilio Romæ à Zacharia habito, quod asseruatur in Vaticana bibliotheca: & inde nonnulla sunt emendata, & addita. De hac autem superstition Bonifacius legatus Germaniæ epistola 2. quæ est in tomis conciliorum, ad ipsum Zachariam multa scribit: cui Zacharias vltima epistola respondens mentionem huius concilij videtur facere his verbis.* Et quia per instigationẽ diaboli iterum pullulabant; à die, qua nos iussit diuina clementia (quamquam immeriti existamus) Apostoli vicem gerere; illico omnia hæc amputauimus. *Idem prohibetur pluribus verbis in canonibus, qui sexta synodo adscribuntur. c.62. Et multa in huiusmodi superstitionem scribit Tertullianus in libro de idololatria, & alij graues auctores.*

ß¶ Vel aliquid plus noui facere propter nouum annum.] *Hæc non sunt in codice istius concilij Vaticano.*

& vicinos, dicens, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram.

¶ *Burchardus, & Iuo citant ex dictis Basilij episcopi, & in regulis illius breuioribus numero 8. est sententia huius capitis: quod tamen acceptum videtur ex c.24. eiusdem libelli de institutis monachorum Vbi secunda interrogatio sic habet.* Pœnitentes ex corde quomodo debent suscipi pater? *Responsio.* Sicut Dominus ostẽdit, cum dicit, qui conuocauit, &c.

Item.

¶ Pœnitentes legem Dei diligant; iniquitatem odio habeant. C. X.

AFfectum [a] illum in se recipiat pœnitens, quem gerebat ille, qui dixit: [Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.] Sed & ea, quæ scripta sunt in sexto psalmo atq; in quam plurimis alijs: sed & illa, quæ Apostolus dixit ad eos, qui secundum Deum contristati sunt. [Quantam, inquit, operatum est hoc ipsum [b] in vobis solicitudinem [c], sed excusationem, sed indignationem, sed æmulationem, sed vindictã. In omnibus exhibuistis vos castos ∝ esse negocio.] Sed & in his ipsis, in quibus deliquit [d], agens multa contraria [e]: sicut & Zachæus fecit.

Ps.118.

2.Cor.7.

¶ *Sententia huius capitis est in regulis breuioribus num. 5. Acceptum tamen videtur ex cap.19. eiusdem commemorati libelli: in quo hæc est interogatio.* Quommodo quis debet pœnitere in vnoquoque, delicto? *Responsio.* Affectum illum in se recipiens, quem gerebat ille qui dixit, iniquitatem. &c.

∝¶ Castos.] *Antea legebatur*, cautos. *Emendatum est ex libello Ruffini: in vulgata est* incontaminatos, *Græcè*, ἁγνούς.

Item.

¶ Impœnitentes tanquam ethnici habeantur. C. XI.

Burc.l.19.c.64. Iuo p.13.c.93. *Matth.18. 2 Thes.3.*

ERga eum qui peccata sua non punit, tales esse dẽmus, sicut Dominus præcepit dicẽs, [sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] & sicut Apostolus docuit dicens, [Subtrahite [f] vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam tradidimus vobis.]

¶ *Hoc etiam habetur in regulis breuioribus, nu.9 In eodem vero libello c.24. vltima interrogatio est hæc.* Erga eum, qui non pœnitet pro peccato, qualiter esse debemus pater? *Responsio.* Sicut præcepit Dominus, dicens, sit tibi, &c. *Apud Burchardum, & Iuonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, initium sic habet.* Erga eum qui pro peccato commisso non pœnitet, tales, &c. *quod magis conuenit cum prædicta interrogatione, quam quomodo est apud Gratianum.*

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti homilia 43. ad c.23. Matthæi.]

¶ Melius est errare in misericordia remittendi, quàm in seueritate vlciscendi. C. XII.

Matth.23.

ALligant autem onera grauia, & importabilia, &cet.] Tales sunt nunc etiam sacerdotes: qui omnem iustitiam populo mandant: & ipsi nec modice † seruant: videlicet, non vt facientes † sint iusti: sed vt dicentes appareant iusti. Tales sunt, & qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt: qui dicunt, & non faciunt: & sic, dum pœna præsentis pœnitentiæ fugitur; contemnit quandoque tamen potius seruatur rigor quàm misericordia, scilicet ubi non est spes correctionis, vt 23. q. 4. est iniusta.

† modicam † al. faciendo dicendo

d ¶ Tenax.] Hoc est rõ, quare iudex potest augere onus legis, sed illud non põt diminuere, ut ff. de re iu. si se non. §. si quis. similiter generalia verba quæ princeps ponit in suis priuilegijs, tu non debes stricte & tenaciter interpretari, ut extra de deci. ad audientiam. & 16. q. 1. frater. extra de do. cum dilecti.

NOn licet.] Hæc est 4. pars q. in qua reuertitur ad quintã q & probat per 4. capi. q nõ debemus seruare augu ria. nec alia superstitiosa Ioan. de Fant. & ista capit. nihil faciunt ad illã quæst. Lau.

CASVS. Ab isto loco usque ad finem cause repetit G. quedã c. que superius prætermiserat super diuinationibus & superstitionibus quibusdam in quibus omnibus Christiani reprehenduntur, qui ad instar paganorum dies obseruabant & annos, & alias multas superstitiones & iõ p uos legatis: quia in scholis legi nõ consueuerunt. Si autem aliqui ex sua diligentia casus uoluerit formare facile poterit: qa tales si clerici sunt, deponãtur, & laici anathematizentur. In illo c. nõ obseruetis. & in c. seq. repetit quæ dicta fuerãt sup. c. q. 5. non licet. & c. fortes. & etiã addit quædam alia: quæ facile p te uidebis.] Pyctaciolas.] Id est, breues in chartula scriptos. [Io grãdinarijs,] q grãdo posset moueri per magicas artes.

c ¶ Nõ licet.] Ab hoc loco usque ad finem repetit quædam cap. quæ omiserat in 5. quæst. in quibus omnibus reprehenduntur Christiani, qui ad instar paganorum friuolas superstitiones.

Dies & anni non sunt obseruandi.

Contraria contrarijs curantur.

Poly.l.6.tit.11. Burc.l.10.c.15. Iuo p.11.c.43.

Poly.ibid. Burc.l.10.c.16. Iuo p.11.c.43.

Matth.25. præcepta diuina.

rem pœnitentiam q maiorem: quia ubi pater familias, i. Deus, benignus est ad miserendum, sacerdos eius uicarius austerus esse non debet.

a ¶ Melius est.] Aug. quidex potius seruabit misericordiã q rigorẽ. 50. dist. põderet. in. fi & 86. distin. non facti. 11. q. 3. nemo peritorum. extra de sortile. cap. 2.

b ¶ Domos.] Cum hoc fit ideo qua creditur aliquid salutis inde recipere.

c ¶ Si quis.] Hic recipit magister ea quæ tradidit Sobliuioni in. 5. q.

Universidad de Deusto
Biblioteca

α NOn obseruetis.] ¶ Aegyptiaci.]Quos Aegyptij inuenerunt, ut q aliquod opus die tali inchoaret, malum haberet exitum: tamẽ ex antiqtate ecclesia signat hos dies in calendarijs suis, vbi reprobãtur 37. distin. legimus.

Item Augustinus.

¶ Infirmitatibus hominum incantationes nihil remedij præstant. C. XV.

In Turonensi 3.c.42.& i adie ctis capit.c.94. Poly.ibidem. Bur. l.10.c.40. Iuo p.11. c 63.

ADmoneant sacerdotes fideles populos, vt nouerint magnificas artes, incantationesq; quibuslibet infirmitatib. hominum nihil remedij posse conferre; non animalib. languentibus, claudicantibusue, vel etiam moribundis quidquam mederi: non legaturas α ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse, sed hæc esse laqueos, & insidias antiqui hostis: quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis hæc β exercuerit; clericus degradetur, laicus anathematizetur.

¶ *Caput hoc Burchardus & Iuo citant ex dictis Augustini: apud quem similia reperiuntur in locis allatis supra ea.q.5. nec mirum. Sed eadem omnino verba præter vltimam clausulam leguntur in concilio Turonensi 3.c.42. & in adiectis capitularibus, c.94.*

α ¶ Non ligaturas.] *Hinc vsque ad ver. prodesse. sunt addita ex concilio, & capitularibus.*

β ¶ Et si quis hæc.] *Postrema hæc tota clausula non legitur in concilio, neque in capitularibus, sed apud Burchardum & Iuonem.*

Item Augustinus.

¶ *In plerisque vetustis exemplaribus est tantum,* Item, *& in Polycarpo etiam refertur sine auctoris nomine.*

¶ Dies Aegyptiaci, & Ianuarij Calendæ non sunt obseruandæ. C. XVI.

Poly.l.6. tit.

NOn obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci [2], aut Calendas Ianuarij: in quibus cantilenæ quædam, & commessationes, & ad inuicem dona donantur, quasi in principio anni, boni fati augurio, aut aliquos mẽses, aut tẽpora, aut dies, & annos, aut lunę, solisque cursum: quia, qui has, & quascunq; diuinationes, aut fata, auguria obseruat, aut attendit; aut consentit obseruantibus inutiliter & sine causa; magis ad sui damnationem, quàm ad salutẽ tendit: siue qui per quosdam numeros litterarũ, & Lunæ, & per Pythagoricam necromantiã ægrotantiũ vitã, vel mortẽ, vel prospera, vel aduersa futura inquirunt, siue qui attendunt somnialia scripta, & falso Danielis nomine intitulata, & sortes quę dicuntur sanctorũ Apostolorũ, & auguria auiũ, aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda, aut in collectionib. herbarũ carmina dicunt, aut pyctaciola pro quauis infirmitate scripta super homines, vel animalia ponunt, præter symbolũ, & orationẽ Dominicã, aut magicis falsitatib. in † grandinarijs tẽpestatibus credunt. Qui autẽ talibus credunt, aut ad eorũ domũ euntes, aut suis domibus introducunt, vt interrogẽt; sciant se fidẽ Christianã, & baptismũ præuaricasse, & paganũ, & apostatã, id-est, retro abeuntẽ, & Dei inimicũ, irã Dei grauiter in æternũ incurrisse: nisi ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus: [Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, in quo viuimus, mouemur, & sumus.] 1.Cor.10 Act.17.

† al.&

De temporum quoque obseruationibus scribit Augustinus in Enchiridio y, c.79.

y ¶ Enchirido.] *Exponẽdæ sunt voces, quæ subsequebantur,* id-est, manuali libro. *Absunt enim à vetustioribus.*

¶ Graue peccatum est dies obseruare, vel menses, & annos. C. XVII.

Beda Gal.4. Iuo p.15.c.19. Pann.l.8.c.80.

QVis æstimaret, quàm magnum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos

& uiu

VIdam autem.] CASVS. Gratianus primo tractauit de officijs clericorũ. Secũdo de causis & negotijs eorũ. Tertio trãsfert se ad sacramenta. Sed quia matrimonium ẽgeris sacramẽtis est tempore antiquius & annos, & tempora (sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus, siue annis uolunt, & nolũt aliquid inchoare, eo quòd secundum uanas doctrinas hominum fausta, uel infausta existiment tempora;) nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus; qui talibus ait: [Timeo, ne forte sine causa laborauerim in uobis.] *Item super epistolam ad Galatas, c.4.*] Intelligat α lector ad tantum periculum animæ pertinere superstitiosas temporum obseruationes, vt huic loco subiecerit Apostolus: [Timeo uos, ne forte sine cã laborauerim in uobis.] Qđ cum tãta celebritate, atque auctoritate per orbem terrarũ in ecclesijs legatur; plena sunt tamen conuenticula nostra hominibus; qui tempora rerum agendarum à mathematicis accipiunt. Iam uero, ne aliquid inchoetur, aut ædificiorum, aut huiusmodi quorumlibet operum diebus quos Aegyptiacos uocant, sæpe etiam nos monere non dubitant.

Gal.4.

Beda ibid. Iuo p.11. c.15.

α ¶ Intelligat.] *B. Augustinus explanans ea verba Apostoli ad Gal.4.* Dies obseruatis, & menses, tempora, & annos: *ipsa tam ad gentiles quàm ad Iudæos referri posse demonstrant, tuncq; subiungit:* Ergo eligat lector, vtram volet sententiam, dummodo intelligat ad tantum, &c.

Item Hieronymus.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex dictis Hieronymi, sed Polycarpus auctorem non nominat.*

¶ Sine incantatione herbas, vel petras licet habere. C, XVIII.

Poly.l.6.c.12. Burc.l.10. c.50. Iuo p.11.c.75.

DAemoniũ sustenenti licet petras, uel herbas habere sine incantatione.

CAVSA XXVII.



VIdam votum castitatis a *habens desponsauit sibi vxorem: illa priori cõditioni renunciãs, transtulit se ad alium, & nupsit illi: ille, cui prius desponsata fuerat, repetit eam.*

1 *Hic primũ quæritur, an cõiugium possit esse inter uouentes.*

2 *Secundo, an liceat sponsæ à sponso recedere, & aly nubere.*

Matrimoniũ est antẽ quius & cõius alijs factis.

Matrimonium unde dicatur.

Matrimonium vbi & per quę verba fuit institutum.

Matrimonij cõtrahendi cauſę multiplices.

& vsu o mcmunius; ideo de illo prætmittit. Vnde videndum est quid sit matrimonium: unde dicatur, quitus verbis instituatur, quæ sint eius impedimenta, quæ ut melius sibi pareant, uidebis in summa huius causæ. & tractat hic de illo impedimento, quod est uotum. Ancquæ ut etiam de interdicto ecclesię, & de quibusdã aliis, unde elicitens quæstiones.

α ¶ Quidam uotum castitatis.] Tractato de negotijs & sacramentis. primo de matrimonio, licet alia sint digniora, & magis necessaria; & hoc ideo, cum matrimonium magnũ nt in Christo & ecclesia sacramẽtum, & tẽpore antiquius est, & vsu cõius. Antiquius, quia ante peccatũ institutũ est. cõius quia cũ sacramenta oĩa sint in ecclesia Dei, hoc tñ apud gentes oẽs est: sanctitas aũt eius nõ est nisi in monte sancto eius id est, ubi ecclesia ædificata est. Et q a de matrimõio sępe quęritur in iudicio, ideo assignando multiplicia eius impedimenta tracturus de eo cõtinuat x causas. Ad eius ergo euidentiam prælibandum est quid sit matrimonium, & unde dicatur. & vbi, & quãdo, & quibus uerbis fuerit institutũ, & quę sint causę matrimonij, uel quę & quot sint eius bona, quę vel quot eis impedimenta. Quid sit matrimoniũ, habetis e.q.2.§.1. ubi explicabimus singula posita in descriptione. Dicitur autẽ matrimonium, quasi matris munium, i. officium. Sed quare potius dicitur à matre, quàm à patre, qui auctor est generationis, vt diceretur patrimonium? Resp. quia plura onera matrimonij subit, & tolerat mulier: est enim in conceptu grauida in partu dolorosa, in lactando laboriosa ex. de conuer. in fin. c.2. Fuit aũt institutũ in paradiso. 32. qõ. 2. §. his ita. & ante peccatũ de pę d.2.§ Romanos ver. Adam. causa sobolis procreandę, vt repararet lapsus angelorum. de consecr. dist.1. hi duo. Et fuit institutũ his verbis. Hoc nũc os. &c. Alij dicũt q alijs verbis scilicet his: Crescite & multiplicamini. sed credo, q illis verbis vsus est Dñs tãtum, ut præciperet carnalẽ cõmistionẽ: sicut patet ex eo q ẽt post diluuiũ eisdẽ verbis usus est dñs ad Noe, & filios eius iam pridem vxorates. Fuit ẽt matrimoniũ secũdo institutũ post peccatũ ad remediũ, ut uitaretur fornicatio, vt 32.q.2 §. his ita. Causę aũt matrimonij quędã sũt p quas cõtrahitur matrimoniũ, vt sp ósalia & cõsensus. quædã ppter quas: & ex his q̃dam sũt principales, vt vitatio fornicationis, susceptio sobolis; Aliæ secundariæ, q̃ sunt multę ut pulchritudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matrimonij impedimenta.

ſeminæ diuitię, amicitiæ, amicorum copia, pacis reformatio. Bona matrimonij ſunt tria, fides, proles, ſacramẽtum. infra ea.q.1. omne. Impedimenta matrimonij ſunt 16. C. votum, ordo, habitus. diſpar cultus. error perſonæ, error conditionis, cognatio. ligatio, publicę honeſtatis iuſtitia, enormitas delicti, impoſſibilitas coeũdi, tempus feriarum, interdictum eccleſiæ, coactio, ætas, furor. Io. Veruntamẽ q̃dã ex his impediunt contrahendũ ſed non contractum dirimunt, vt infra dicetur. Impedimenta prædicta in his verſibus ſunt collecta.

Votũ, cõditio, violentia ſpiritualis.
Proximitas, error diſſimiliſque fides.
Culpa, dies vetit⁹ honor, ordo, ligatio, ſanguis.

Quæ ſit & affinis, quinq; coire nequit,
Additur his ætas, habitum coniunge furrori.
His interdictum ſubditur eccleſiæ.
Hæc (ſi canonico vis conſentire rigori.)
Te de iure vetant iura ſubire thori.

Habitus impedit, ſed non dirimit, extra qui cle. vel vo. cõſuluit. B. contra. quia nec impedit ſecundum eum. ſimiliter ætas impedit matrimonium & furor carens interuallo 32.q.7. neque.

QVÆSTIO PRIMA.

VÒd vouentes[a] matrimonia contrahere non poſſunt: multis auctoritatibus probatur.

Item concilio namque Carthaginenſi quarto, c. vlti. ſtatutum inuenitur de viduis, quæ profeſſam† continentiam præuaricatæ ſunt.

† al. profeſſa

¶ Excommunicentur viduę, quæ religioſo habitu abiecto nuptias elegerint. C. I.

SIcut bonum eſt caſtitatis præmium; ita & maiori obſeruantia, & præceptione cuſtodiendum eſt, vt ſi quę viduę[b] quantumlibet adhuc in minoribus annis[c] poſitę, per confeſſionem propriam alicuius, q̃ uotũ fecerit? quàm cito. n. conſtat eccleſiæ per confeſſionem, vel per teſtes dr notorium: & ſic deberet eccleſia dirimere matrimonium per illud uotum contractum. Io. Tu breuiter dicas, q̃ profeſſio tacita uel expreſſa alicuius religionis impedit contractum & contrahendum. extra de regu. uidua. & 27. diſt. quod interrogaſti, & extra de reg. conſulti. & cap. ſtatuimus. & præcedenti c. quæ ea. & expreſſe hoc dicunt, quod cum aliquis dicit, deuouco me huic religioni, ibi poſſeſſio continentiæ tacita intelligitur, & religionis expreſſa. Ordo ſimiliter impedit, ſi eſt ſacer. nam ibi intelligitur tacita continentia facta cum ſolennitate, & ex conſtitutione eccleſiæ? & ita ſemper conditio tacita vel expreſſa, uel conſtitutio eccleſiæ, ſolennizat uotum. Sic mihi Bar. Brix. uidetur dicendum. extra qui cle uel nouen. c. rurſus.

Profeſſio religionis impedit matrimoniũ.

ADDITIO. De hoc etiam not. 22. diſtin. quidam extra qui cle. uel uo. rurſus. quod per Innoc. extra de reg. portectum & not. de uo. per tuas. & in c proxi. &c.

SIcut bonum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̃ uotum caſtitatis eſt magnum, & ideo magna debet obſeruantia cuſtodiri. In ſecunda parte pœna imponitur tranſgreſſoribus, quia & damnationem habebunt, & à communione aliorum ſeparabuntur. nam ſi uxor, quæ frangit fidem mariti eſt puniendа, multo magis quæ non ſeruat fidem Chriſto. In tertia parte dicitur, quod ſi aliqua Deo deuota fuerit per uim oppreſſa, & delectatione libidinis poſtea habitare cum raptore conſenſerit, pœna ſuperius dicta tenebitur. Secunda pars incipit ibi, [Vt ſi quæ.] Tertia ibi, [Quæ etſi.]

Burc. l. 8. c. 39. Iuo p. 7. c. 58. & 147.

b ¶ Vt ſi quæ uiduæ.] Licet de illis ſpecificet, de omnibus intelligi deber.

c ¶ In minoribus annis.] Videlicet xxv. anno, uel xij. uel xiij. Et dñr minores annis multipliciter, quantum ad diſcretionem uſque ad xvij. C. de iure deli. ſi infantia. Item quantum ad matrimonium uſque ad duodecimũ annum in fœmina, in uiro uſque ad decimumquartum annum. Item quantum ad factionem teſtamenti uſque ad xiij. annum in maſculo, in fœmina uſque ad xij. ff. quia teſtamenta poſſ. quæ ætate in prin. 2. q. 6. §. diffinitiua. Item quantum ad reſtitutionem uſque ad xxv. annum ff. de mi. l. hic autem uocat minores qui ſunt infra. xxv. an. nã alias uelles tantũ accipiendo non obligatur ſolennizat uotum. Et not. quòd uotum continentiæ ter pater poſſet eos reuocare ſi eſſent infra xij uel xiiij. an. ut 20. q. 2. c. 1. & 2. Sed quare non reſtituitur puella infra xxv. ann. ut habitum quem ſuſcepit, poſſit denere, ſicut in alijs cõtractibus? Reſpon quia non eſt læſa, quia ei nubit quo melioremn nõ põt inuenire, illud

Matrimonium à uouente contractum, vtrũ teneat.

Votum an impediat & dirimat matrimoniũ.

Votum ſolenne quod dicemus eſſe.

illud Agnetis, illi ſum deſponſata cui angeli ſeruiunt &c. & minor non reſtituitur niſi cum læditur. ff. de minor. verum, §. ſciendum.

a ¶ Immatura.] Ideſt non matura. nam viduę ante annum xl. non velantur, vt 20. q̃ 1. ſanctimoniales. vel quæ

1. Tim. 5 † al. niſi

& immatura[a] ætate à viro relictæ ſe deuouerint Domino, & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio[b] epiſcopi & eccleſiæ in religioſo habitu[c] apparuerint[d] poſtea vero ad nuptias ſæculares tranſierunt; ſecundum Apoſtolum dãnationem habebunt: quia fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ † ſunt. Tales ergo perſonæ à Chriſtianorum communione ſequeſtrentur, neque conuiuio[b] cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ[γ] coniuges reatu ſunt viris ſuis obnoxiæ; quanto magis viduæ, quę religioſitatem mutauerunt, crimine adulterij no tabuntur, ſi deuotionem, quam Deo ſponte, non coactæ[c] obtulerunt, libidinoſa corruperint voluptate, & ad ſecundas nuptias tranſitum fecerint? Quæ etſi violentia irruente ab aliquo oppreſſæ † fuerint, ac poſtea[f] delectatione libidinis permanere in coniugio raptori, vel violento viro conſenſerint; damnationi ſuperius comprehenſę teneantur † obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus: [Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.]

† al. præcepte

† al tenebunt 1. Tim.

Vouere religionem, & vouere continentiã differunt.

« ¶ Immatura.] *In variis conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus, & Sorenſi regio legitur*, matura. *Iuo habet*, in matura.

b ¶ Neque conuiuio.] *Sic eſt emendatum ex manuſcriptis Gratiani exemplaribus expunctis verbis illis*, donec ad bonũ, quod cœperant reuertantur: *quæ ex capite ſequenti videntur huc fuiſſe translata. In conciliorum autem impreſſis, & manuſcriptis codicib. legitur.* Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Chriſtianis communicent.

γ ¶ Adulteræ.] *Sic eſt emendatum ex memoratis conciliorum exemplarib. Nam antea legebatur.* Nam ſi adulterij coniuges reę ſũt, ſi ſuis obnoxiæ uiris non fuerint, quanto, &c.

Item ex epiſtola Gregorij miſſa ad Bonifacium.

¶ *Sic etiam citant cæteri collectores. Habetur autem & paulo ritiam copioſius, in capitularib. adiectis, c. 215.*

c ¶ Habitu.] Arg. q̃ Habitus eſt ita tenetur voto qui triplex. publice in religionis habitu apparuerit, ac ſi publice habitũ ſuſceperit. ex. de reg. vidua. & inf. ead vidua.

d ¶ Apparuerint.] Ita quòd aliquamdiu in eccleſia iter alias ſteterit. ſ. per triduum. extra de reg. & tranſe. ad religio. ad noſtrã 1. Vel diſtingue q̃ triplex eſt habitus, ſcilicet profeſſionis, qui votũ habet annexum, & dirimit

1 De hoc no. inf. ea. c. 3 & ſup. 20. q̃. 3. c. 2.

duæ dictiones ſunt in ætate matura thoro. iuxta illud. Ia matura thoris plenis adoleuerat annis uirginitas.

b ¶ Sub teſtimonio.] Nam ita ſolennizatur votum (vt dicunt quidam) cum ſcilicet, accepit veſtem ab epiſcopo ut hic, vel de manu presbyterorum, vel miniſtri. 20. q̃ 1. vidua. Quod credo, dum tamen omittat uotum. Nam alias uelles tantũ accipiendo non obligatur ſolennizat uotum. extra de regu. porrectum, & extra qui cle. vel vo. conſuluit. nec obſtat 27. d. quod interrogaſti. & ext. de regu. vidua. quia ſolus habitus (vt dixi ſupra) non facit monachum, vel non ſolennizat votum.

Habitus ſolus non ſolẽnizat votũ. 1. Ar. 1. q̃. 1. conſtat. ff. de re milit. non omnis. § qui captus. Arc.

c ¶ Non coactæ.] Tunc enim ſecus eſſet. ext. quòd met. cau. perlatum.

d ¶ Poſtea.] Argumen. quòd non excuſat vis præcedens ſi poſtea ſequitur conſenſus 1. quæſt. 34. q. 1. cum per bellicam. & extra de eo qui dux. in matr. ſignificauit.

Viduas.]CASVS. Hoc cap.diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ viduæ, quæ viduitatis votum deseruerunt, damnari debent, & à communione aliorum expelli. In secunda parte dicitur, ꝙ virgines, quæ virginatis votum dimittunt, agere pœnitentiam de hoc debent, & a cœtu hominum separari: nam si cõtractus, qui fiunt cum hominib. seruandi sunt: multo fortius cõtractus, qui initur cum Deo debet seruari. In 3.parte dr̃: si virgines, quæ sic peccãt, grauiter puniuntur, multo fortius uiduæ puniri debent: cum iam sint virorũ libidine saciatæ. Et quod puniri debeãt, probat trib. auctoritatib. Greg. s. Apostoli, Moysi, & prophetæ, & vna ratione. Secunda pars incipit ibi, [De virginibus.] Tertia ibi, [Si virgines.] Hæc vero verba sunt Inno. [Si virgines.] Verba Grego. [Apostatauerunt,] idest, retro abierunt. Sequ.capit. patet.

Sol.ibi.loquit de virgine illa quæ uelum cõsecrationis accepit, quæ si puaricata sit, plus peccat quàm uidua. hic loquitur de ea, quę non accepit votum consecrationis, vnde videtur minus peccare quàm uidua. vel quodam respectu magis uidetur virgo peccare, quàm vidua,

¶ De uiduis, & uirginibus, quæ à religionis proposito discedunt. C. II.

Sent 4. d 38. Ansl.11.c.177. Burc.l.8 c.45. Iuo p.7.c.63. Pãn.l.3.c.204. 1.Tim.

VIduas à proposito discedentes uiduitatis, super quibus nos consulere uoluit dilectio tua, frater charissime, credo te nosse à Sancto Paulo, & à multis sanctis patribus, nisi cõuertantur, olim esse damnatas. Quas & nos Apostolica auctoritate damnandas, & à communione fidelium, atque à liminibus ecclesiæ arcendas fore censemus, usquequo obendiant episcopis suis, & ad bonum quod cęperunt, inuitæ, aut uoluntariæ reuertantur. ¶ De uirginibus autem non uelatis, si deuiauerint, à sanctæ memoriæ prædecessore nostro Papa Innocentio taliter decretum habemus: Hæ uero [a], quæ necdum sacro uelamine [b] tectę, tamen in proposito uirginali semper se simulauerunt [c] permanere; licet uelatæ non fuerint, si nupserint, aliquanto [d] tempore his agenda penitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus [e] nulla ratione dissolui; quanto magis [f] ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine uindicta non poterit? & cæt. ¶ Si uirgines nondum uelatæ taliter pęnitentia publica puniuntur, & à cętu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur; quanto magis uiduæ, quæ perfectioris ætatis, & maturioris sapientiæ, atque consilij existunt, uirorumque consortio [g] multoties usæ sunt [h], & habitum religionis assumpserunt, & demum apostatauerunt, atque ad priorem uomitum sunt reuersæ, à nobis, & ab omnibus fidelibus à liminibus ecclesiæ, a cœtu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tradendæ, qualiter iuxta apostolum Paulum tradentes huiusmodo hominem satanæ, ut spiritus eius saluus sit in die Domini? De talibus enim, & Dominus per Moysem loquitur, discens: [Auferte malum de medio uestri.[De quibus, & per prophetam ait: [Lętabitur [i] iustus, cum uiderit uindictam; manus suas lauabit in sanguine peccatoris.[h] [De talibus namq;, & eorum similibus, atq; eisdem consentientibus dicitur: [Quia non solum, qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibns.]rei sunt.

inf.e. Hæ uero

1.Cor.5.

Deut. 13.

Ps.57.

Rom.1.

Itẽ ex decreto Gelasii Pap.ad Siciliens.ẽpos misso, c.9.

a ¶ Hæ vero.]Hanc litterã intelligit Cardinalis de voto simplici pp illud, nõdũ tectę; & illud, nondũ velatæ; & illud, à Domino, quasi dicat, nõ ab ecclesia, & illud aliquanto tpe. i. trib. ann. 27 d. si uir. sed nos intelligimus de voto solenni: q̃a publica pœnitentia, de qua subditur, nõ imponitur pro fractione simplicis uoti. arg 27. dist. si vir. Item inutiliter argumentaretur Greg. de talib. virginibus. ad viduas solenni uoto obligatas. Vñ intelligas illud, necdũ sc̃ro velamine tectę, & velatę, nõ de velo consecrationis, sed de velo pfessionis, q̃d velũ cõsecrationis non datur ante xxv. annũ. 20.q.1.placuit.

Pnia publica nõ est violatorib. voti simplicis imponenda.

b ¶ Velamine.]Extra de reg.ut clerici.

c ¶ Simulauerunt.] Arg. ꝙ voti simulatio sicut ipsa pfessio obligat quenquam, ut c.proxi. neq. & distin.27. quod interrogasti.

Voti simulatio obligat.

d ¶ Aliquanto.]x.ann.inf. ead. deuotam. secũdum nos Io.tñ dixit, aliquando, quia arbitarium est huius pœnitentię tps, licet ordinariè dixerim esse decem annos.

e ¶ Cnntractus.]Hic large sumitur hęc appellatio, vt etiam comprehendat cõtractus stricti iuris: quia in nullo dolus interuenire debet. C. de præscri. x. vel xxv. ann. l. si fraude.

f ¶ Quanto magis.]Inf.ead.q.c.hæ vero, contra, in fin. dua, quia à maiori bono cadit.

g ¶ Consortio.]Arg. de pœ.dist.5. consideret. in si vbi dr̃. Timeat docta experimento quod ignorauit uirgo [illegible] maioris [illegible]

h ¶ Vsæ sunt.]Dicit Hier. Libido in virginib. [illegible] quod nesciunt [illegible] patitur famem, dũ dulcius esse putant quod nesciunt [illegible] videt, sed quia [illegible]

i ¶ Lætabitur.] Non de vindicta, quam videt, sed quia [illegible] non est in illa; & quia non committit consimilia.

K ¶ Manus suas laua. in sang. peccatoris.i.in pœna. id [illegible] est, pp pœnam quam uidet: quia cum stultus punitur, [illegible] sapiens sit astutior, ut 23.q.6.vides. & exemplis citius ducitur quis ad benefaciendum, & ad uitandum cri[illegible] men. de pœn. dist. 2. citius vnde dicitur: Fœlix quem faciunt aliena pricula, cautum.

a ¶ Ne-

Votũ diuersa sortitur vocabula.

a NEque uiduas.]¶ Proposito.] idest, uoto. Nota ꝙ uotum secundum diuersos status diuersa sortit uocabula. Primo. n. est cum quis in origine disponit aliquid boni facere, & tũc dicitur deliberatio, vt 17.q. 1.c.qui bona. & hoc infringere ueniale est. Quandoq; & hoc in suam excusationem allegabant. contra quarum excusationem loqtur hic Cyprianus, eas grauiter reprehendens: q̃a in aspectu talis membri oculus sæpe fallitur. & præterea si membriũ illud sit incorruptum, anima tñ potest esse corrupta: vnde delinquere videntur. nam si spõsus videns sponsam suam in amplexibus alterius irascit: multo fortius Christ⁹ de sua sponsa hoc faciẽte irascitur & dedignatur. In secunda parte dicitur, quòd si tales voluerint pœnitere, & inueniantur integræ, recipi debẽt in suo statu: quę si postea cũ supradictis viris familiaritatem habere videantur, eijciantur: nec postea recipiantur de facili, & si aliqua talium fuerit inuenta corrupta, post pœnitentiam redire poterit ad ecclesiam. quæ si de cętero peccauerit, amodo non recipietur: ne scilicet pbeat cæteris exemplum ruinæ. Secũda pars incipit ibi, [Quòd si.]Exomologesi,]idest, confessione sua facta. Sequens c. patet.

¶ *Burchardus, & Iuo parte 7.c.64. citant item vt Gratianus; sed rursus Iuo eadem parte, c.144. ex Gelasio ad Cæsarium, c.4. Extat autem in epistola Symmachi ad Cæsarium, c.4. eumque citat Polycarpus.*

¶ Transire non possunt uiduę, & uirgines post religionis propositum ad nuptias. C. III.

Poly.l.4.tit.35. Burc.l.8.c.46. Iuo p.7.c. 64. & 144. Pãn.l.3.c 203.

NEque uiduas ad nuptias transire patimur, quę in religioso proposito [a] diuturna [b] obseruatione permãserũt. Similiter uirgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasterijs ætatem peregisse contigerit.

Item Cyprianus ad Pomponium de virginibus.

¶ Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest. C. IIII.

NEc aliqua putet se posse hac excusatione defendi, ꝙ inspici, & probari possit, an uirgo sit: cũ & manu obstetricum [c], & oculi sæpe fallãtur [h]: & si icorrupta inuẽta fuerit virgo ea patre, qua mulier potest esse: potuerit tamẽ ex alia corporis parte peccasse, quæ corrumpi potest, & tamen inspici non potest. Certe ipse concubitus [c], ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & coniacentiũ duorum turpis & fœda dormitio, quãtum dedecoris, & criminis confiteatur [f]? Si superueniẽs maritus sponsam suam iacentem cum altero videat: nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem † fortassis [g] & gladium in manum sumit? Quid Christus Dominus, & iudex noster, cum virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam, iacere cum altero cernit [h], quam indignatur, & irascitur? & quas pœnas in scœlestis eiusmodi coniunctionibus comminatur? Cuius vt gladium spiritalem, & venturum iudicij diem vnusquisque fratrum possit euadere, omni consilio prouidere, & laborare debemus.

† al. liuorem

Idem in eadem epistola.

[illegible] procedit, & proponit idem se firmiter facturum: & dicit propositum 17.q.1.c.2. & q.2. nos nouimus. huius fractio veniale est ẽm quosdam. sed graue est 2. hæc matrimonium contrahendnm impediunt, sed non dirimunt iam contractum: si vero accedat obligatio, dicitur votum: cuius fractio mortale peccatum est, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, si solenne fuerint. 27.d.§.vlt.

b ¶ Diuturna.] Maxime. nam & idem esset si per momentum, ar. inf. e. viduas, nec ideo minus venditio tenet, ꝙ, &c. C. de contrah. emp. non idcirco. Vel potest hoc intelligi quando non expresse se religioni obligauerunt: quo casu exigitur, ꝙ per aliquod tempus fuerint in monasterio cum alijs, quod tempus potius est ad arbitrium boni viri referendum, quàm aliter determinandum. ar. ext. de do. Apostolicæ. ff. de iur. delib. l. 1. ff. solu. quod dicimus. Vel dic hoc tempus trium dierum esse, ext. de reg. ad nostram. licet quidam illud intelligant de illectis, vt 20.q.3. constituit.

NEc aliqua.]CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dr̃, quòd quædam erant sanctimoniales, quæ cũ viris iacentes se corrumpi non pmittebant,

[illegible]

c ¶ Obstetricum.]ar. contra illam pbationẽ, quæ fit per obstetrices, quod nulla sit valida: sed tamen cõtra adulterium. inf. e. c. bene recipitur. & ar. ex. de prob. proposuisti. & dicit lex eã admittendam, dum tamen peritæ mulieres sint. ff. de ven. in spi. l. argu. contra. C. quando tutor. vel curator esse desi. l. inde decoram. vbi repobatur probatio per aspectum corporis. & 32.q.5. nec solo. & inf. 33. q. 1. ꝙ autem & c. si q̃s contra. Ibi enim in ueritate uiri, hic stat in ueritate mulieris. sed ibi soluitur. si enim duæ vel tres nobiles probæ mulieres dicerent uirginem non esse cognitam à uiro, harũ testimonio staret. 21.q.2. si qualibet.

Probatio p obstetrices, facta erit inualida.

d ¶ Fallantur.]arg. contra testimonium uisus: sæpius tñ non fallitur: & ideo admittitur testimonium de visu. nam ad ea quę frequẽnter fiunt, iura adaptantur, &c ff de legi nam ad ea.

Testimoniũ visus q̃nque fallitur.

c ¶ Cócubitus.] hic enim est unus casus, quo p exteriora interior voluntas denoscitur. per cõfabulationem enim, & amplexus, & huiusmodi deprehẽditur fuisse corrupta. si. 31. q. 2. c. 1. sup. 50. d. si quis præpostera. 34. quæst. 1. non satis, distin. 50. si quis diaconus, & 32. quæst. 5. nec solo.

Interiora dinoscuntur p exteriora.

f ¶ Confiteatur.] Quia ex eis pręsumitur adulterium. 32.q.1.C. de adult. quamuis.

g ¶ Fortassis.] De facto: quia non licet viro interficere adulterium. ff. de adult. mariro. nisi post denunciationẽ.

h ¶ Cum altero cernit.] Propter talem suspicionem poterit eam accusare, vt 32.q.1. dixit Dominus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Q Vòd si pœnitentiam.] Iterum, ideſt, fœpe. ff. de eden. veluti. §. hęc vox iterum, aliàs, interim.

b ¶ Accepta.] Præmiſſa tamen pœnitentia.

c ¶ Reuerſæ.] arg. per reiterationem peccati aggrauari pœnã: & peccata iterata grauius eſſe puniẽda. ar. 15. q. vltima. hi qui.

d ¶ Domo.] argu. ex loco præſumt contra aliquem, argum. 18. q. 2. diſſinimus.

e ¶ Tecto.] tecti hic appellat quemlibet locum priuatum. 35. q. 6. ab iſto.

f ¶ Facile.] not. q; ſi aliquis monachꝰ, vel monacha ſemel deliquit, nõ ideo ſtatim debet abijci: ſed ſi ſecundo peccat, difficilius debet recõciliari: ſi tertio, tũc detruditur in aliud monaſterium, vt inf. e pœnit. ſed ſi clericus aliqs pecauerit. ſtatim prima vice poteſt expelli, vt 48. diſt. quoniam multa.

g ¶ Plenã.] ideſt publicam 1. Ex hoc volunt quidã, q; ſanctimonialis poſſit agere ſolennem pœnitẽtiam, nec impeditur conſecratio: quod eſt contra illud quod de clerio dictum eſt ſu. diſtinctio. 50. cap. his vero. Vel, plenam, id eſt, x. annorum. iuſte. deuotam.

h ¶ Exmolegeſi.] id eſt, confeſſione facti ſui. ſed dic, ideſt, pœnitentia vel ſatisfactione: pars. n. hic ponitur pro toto, ſecundum ſynec dochẽ. cõfeſſio enim eſt pars pœnitẽtię, & maxima de pœnit. en. diſtinct. 1. quem pœnitet.

i Si quis epiſcopus.] ¶ Deponatur. jvt 30. q. 1. ſi quis ſacerdos.

K ¶ Excommunicetur.] hoc de conſuetudine canonum 2. nam ſecundũ leges aliter. inf. 36. q. 2. ſi quis non dicam.

D E uiduis.] CASVS. Dicitur in hoc c. q; ſi viduę, vel puellæ in domibus proprijs habitum religionis aſſumant ſolenniter vouendo: ſi poſtea nubunt, debẽt ſuſpendi à communione ſacramentorum cum ſuis prælatoribus ſuis donec pœniteãt: qđ ſi neglexerint. vſque ad ſatisfactionem ſint anathematizati.

l ¶ Puellis.] ideſt, virginibus: alias videt contra. 20. q. 1. illud. Vel intellige de doli capacibus ſecũdum H. etiam ante 12. ann. ibi. de non doli capacibus.

m ¶ Proprijs.] poteſt ergo aliqua in domo ꝓpria accipere veſtẽ religioſam. ar. 33. q. 5. q; Deo inf. c. mulieres 3. & 20. q. 1. vidua. & extra qui cle. vel vo. inſinuãte. nec tamen monialis erit, cum nulli monaſterio ſe tradat hoc ergo intelligo de profeſſa: vel vt dixi, ex ſolo habitu non præiudicat ei. arg. extra qui cle. vel vo. conſuluit. Si autẽ habitũ ſuſceperit, & denuuet ſe religioni, in qua non licet habere proprium: videtur quid quid ita habẽt deuolui ſuccedentibus ei ab inteſtato. ar. C. de epi. & cl. ſi qs ꝓsbyter. dẽt tñ neceſſaria ab hæredib. ſuſci-pe.

Peccatum iteratũ eſt grauiꝰ puniendum.

1 Al. perfectam, Pœnitentia ſolennis an poſſit agi ꝑ ſãctimonialem.

2 Et ꝓpt dici excõicetur. ff. ſi fuerit. cõtumax. ad hoc 22. q. 1. c. vlt. vel dic q; ad ipſs ſeparatur a cõmunione

3 Vide q;

¶ De eodem. C. VI.

Q Vòd ſi pœnitentiam[a] huius illiciti cõcubitus ſui egerint, & a ſe inuicem receſſerint, inſpiciantur iterũ[2] virgines ab obſtetricibus diligenter: & ſi virgines inuentæ fuerint: accepta[b] cõmunione ad eccleſiam admittantur: hac tamen interminatione, vt ſi ad eoſdem maſculos poſtmodum reuerſę[c] fnerint, aut ſi cum eiſdem in vna domo[d], & ſub eodem tecto[e] ſimul habitauerint: grauiore cenſura eijciantur nec in eccleſiam poſtmodum facile[f] recipiantur. Si autem de eis aliquæ corruptæ fuerint, & deprehenſę; agãt pœnitentiam plenamg: quia quę hoc crimẽ admiſit, nõ mariti, ſed Chri adultera eſt: & ideo æſtimato iuſto tempore, poſtea exomolegeſi[h] facta ad eccleſiam redeat. Quòd ſi obſtinate perſeuerant, nec ſe ab inuicem ſeparant: ſciant ſe cum hac ſua impudica obſtinatione numquam a nobis admitti in eccleſiam poſſe: ne exemplum ceteris ad ruinam delictis ſuis facere incipiant: nec putent ſibi vitę, uut ſalutis conſtare rationem, ſi epiſcopis, & ſacerdotibus obtemperare noluerint.

α ¶ Irerum.] *In codicibus Cypriani impreſſis, & octo manuſcriptis quæ Romæ ad operum ipſius emendationem collata fuerunt, legitur interim. quæ varietas notatur etiam in gloſſa.*

Item ex ſexta ſynodo in Trullo, c. 4.

¶ Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cũ ſanctimoniali mœchatus fuerit. C. VI.

1 SI quis epiſcopus, presbyter, diaconus, aut ſubdiaconus aut lector, aut pſalmiſta, aut oſtiarius cum muliere ſanctificata Deo mœchatus fuerit, deponatur[1]: quia ſponſam Chriſti corrupit: ſi vero laicus excõmunicetur[k].

Item ex concilio Toletano 4. c. 8.

¶ *In concilijs Toletanis non eſt inuentum. Eſt autem li. 7. capitular. c. 338.*

b ¶ Sed mœchus.] Si fuit sponsa de præsenti; quod magis uidetur ex eo, quod dicit, non potuit ei commisceri, quia ad id sponsus iam deuenerat, ut tentaret, sed non potuit aliquo impedimēto impeditus. Vel fuit sponsa de futuro, cum qua nō committitur mœchia, id est adulteriū: dic mech[b] & mœcha, id est, fornicarius, & fornicaria: quia fornicatio mœchia dicitur. arg. 32. q. 4. meretrices. & hoc est q̄ sequitur fornicationis, &c.

Adulterium cum sponsa non committitur.

c ¶ Licita.] Post mortem spōsi. si erat spōsa de præsenti, eccē minus puniūtur iſti, quàm adulteri in superiori c. sed hoc nō contigit propter cōiugium, vt intelligit G. sed quia peccauerunt minus, ob publicæ hōestatis iuitiā, quàm si esset iam cognita, & affinitas interueniſſet. Io.

¶ De eo, qui dormiuit cum sponsa fratris sui.
C. XXXI.

Burc. l. 17. c. 49. Iuo p. 9. c. 100.

QVidam desponsauit vxorem, & dotauit [a] eam: & cum ea coire non potuit: quam clanculo frater eius corrupit, & grauidam reddidit. Decretum est, vt quamuis nupta esse non potuerit legitimo viro: desponsatam tamen fratri frater habere non possit: sed mœchus [b], & mœcha fornicationis quidem vindictam sustineant; licita [c] vero coniugia eis non negentur.

Item ex eodem.

¶ Si quis sponsam filij sui oppresserit, simul cum ea sine spe coniugij maneat. C. XXXII.

Sent 4 dist. 27. Burc. l. 17. c. 18.

SI quis sponsam [d] filij sui oppresserit, & postea filius eius eam duxerit; pater [e] postmodum non habeat vxorem, nec mulier virum. Filius, qui patris facinus ignorauit, aliam accipiat.

Si illa, quam vir sororis suæ cognouerit [f], perpetuo copulari prohibetur; hic vero, qui sponsam fratris sui corrupit, peracta pœnitentia matrimonium cōtrahere permittitur; apparet & hanc non fuisse coniugem fratris eius.

¶ Item mulier causa fornicationis à viro suo dimisso, aut ei reconciliabitur, aut eo uiuente innupta manebit. De spōsa [h] uero contra inuenitur in 1. lib. capit. c. 105. & lib. 7. c. 83. quibus locis sic legitur.

¶ Si sponsus raptam recipere noluerit, liceat sibi alij nubere. C. XXXIII.

Iuo p. 8. c. 26.

RAptor pœnitentia publica mulctetur. Raptæ vero, si eam sponsus recipere noluerit [i], & ipsa eidem crimini consentiens [k] non fuit [l]: licentia nubendi alij non negetur.

Item ex concilio Toletano.

¶ In nullo Toletano concilio insertum est. Sed fere eadem leguntur in concilio Rhemensi Tosleiano & lib. 1. capitul. ca. 105. & libro 7. capit. 183. & in legibus Longobar. lib. 1. tit. de rapt. mul. l. 12.

SI quis. [CASVS. Desponsauit aliquis aliquam per verba de futuro, pater eius eam postea oppressit: cū qua filius postea per uerba de præsenti contraxit de facto. Dicitur hic, q̄ tam pater, quàm illa sint sine spe coniugij: filius vero aliam accipiat.

d ¶ Sponsam.] Scilicet de futuro.

e ¶ Pater.] Quare ergo frater permittitur vxorem habere in consimili casu, ut sup. in c. præcedenti; Respon. quia pater proximior est filio quàm frater. nam una persona intelligitur esse cum eo 1: unde magis punitur. Ioan.

1 De hoc 35. q. 3. § hac autē torite. in princ.

SIC ILLA. CASVS. Infert Gra. ex supradictis dicens, si illa quam vir sororis suę cognouit, contrahere non potest: quia vero spōsam fratris sui corrupit, post pœnitentiam contrahere potest; apparet q̄ hęc non fuit coniux fratris eius. Item uxor post fornicationē potest viro suo reconciliari; & eo viuo manebit innupta: de sponsa vero contrarium inuenitur: quod probatur p̄ sequen. cap.

f ¶ Cognouerit.] Supra ea. qui dormierit.

spōsus eā recipere noluerit, ipsa poterit alij nubere si raptori in crimine nō consentit. Idē est casus seq. ca.

i ¶ Noluerit.] De facto. supple, si intelligas de sponsa de præsenti, nam de iure compellitur eam recipere, si ipsa non peccauit nec consensit, sed per uim est passa. argu. 32. q. 5. reuera. ff. de adul. si uxor. §. si quis plane. nisi uelit sponsus religionem intrare, ut extra de conuer. coniug. ex publico. & secūdum hoc quod dicitur in fin. quia illa possit nubere cum alio, intelligas post mortem uiri sui. si autem sponsa est de futuro, non est compellendus 2: quia libera debent esse matrimonia, ut extra de spon. requisiuit, nam propter modicā causam potest dimitti uxor de futuro, extra. iureiurando. quemad modum.

2 Hoc tu

matrimoniū so & raptore. nam cum raptore non debet contrahere
sponsa & in odium rapinæ. si tamen contrahit, tenet matrimo-
tenet. nium. argum. extra de rap. accedens. Ioan.

k ¶ Consentiens.] Infra 36. quæst. 2. si autem. contra. sed hoc de rigore iuris. Ioan.

l ¶ Non fuit.] Ante uel post. non enim refert quando dolus committatur, argu. 1. q. 1. eos. & ff. de calum. l. 1. §. qui autem.

Statu-

a STatutum est.] Rapuerit.] Idest, violenter corruperit. Si hoc intelligas de sponsa de præsenti, dic ad hoc dicit nubendi, idest, carnaliter commiscendi: si autem legas de sponsa de futuro, dicas alij, scilicet à sponso

contra. sed ibi de rapta nondum alteri desponsata, hic vero de rapta alteri desponsata.

d ¶ Vsque ad satisfactionem.] Idest, donec pœnitentiā agant de rapina. Io.

APPARET. Hæc est 3. pars quæst. in qua probat G. per 12. cap. q̄ sponsa de præsenti dicitur: uxor, non de præsenti, sed spe futurorum, scilicet quia non est ibi significatio, quæ est inter Christū & Ecclesiam. unde qui ducit talem, non est bigamus. Io. de. Fan. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis illam nō fuisse coniugem, cui uiuente spōso nubendi licentia conceditur. Postea dicit, q̄ inter spōsum & sponsam est matrimoniū initiatum, & nō ratū, quod in desponsatione initiatur, sed in commistione perficitur. Quod probat per sequ. quattuor c. quæ per se patent.

e ¶ Sed sciendū est.] Ponit distinctionem suā de matrimonio initiato: & eam probat p̄ ca. quę sane in ītellecta aliud sonāt.

f CVm initiatur.] quo ad significationem, nam quo ad essentiam statim plenum est & perfectum: quia simplex est, sicut & omne sacramentum. Ioan. r.

1 De hoc ēt le. & no. sup. e. cū initiat.

g QVa propter p ficiūtur.] Nō quo ad sui essētiam: sed quo ad significationem. nō tamē sequitur, quod ante non fuerit perfectum: quia perfectum amplius potest perfici. arg. 11. q. 3. an tecessor. Perficitur autem matrimoniū per coitum quo ad sui significationem: quia tunc utramque habet significationē scilicet coniunctionem animæ fidelis ad Deū, & Christi ad ecclesiā, ext. d biga. c. debitū. Sed quare se paratur matrimoniū causa religionis post

Mrimoniū per quod p ficitur.

¶ De eodem. C. XXXIIII.

Sent. 4. dist. 27. Burc. l. 9. c. 17. Iuo p. 8. c. 175.

STatutum est a sacro conuentu, vt si quis sponsam alterius rapuerit [a]; publica pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiēs [b] non fuerit; licētia nubendi alij non negetur. Quòd si post hæc coniungere se præsumpserint [c], vtrique vsque ad satisfactionem α [d] anathematizentur.

α ¶ Vsque ad satisfactionem.] *Hęc verba non sunt in Trosleiano, neque in capitularibus. sunt tamen apud Burchardum, & Iuonem, qui etiam citant Toletanum.*

fa. cū initiat. & If si quis despō sata cum sequ.

3 *Apparet ergo hanc non fuisse coniugem; cui uiuēte sponso, alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergo secundum Ambrosium, & reliquos patres, sponsæ coniuges appellantur; & hi omnibus argumentis coniuges nō esse probantur? Sed sciendum est [e], quòd coniugium desponsatione initiatur, commistione perficitur. Vnde inter sponsū & sponsam coniugium est, sed initiatum; inter copulatos est coniugium ratum.*

Vnde Ambrosius.

¶ In desponsatione coniugium initiatur.
C. XXXV.

t al. virili sup. ea. cum ini tiatur. Iuo p. 8. c. 2.

ij CVm initiatur [f] coniugium; coniugij nomen ascisci tur, non cum puella viri † admistione cognoscitur,

¶ *Integer textus affertur sup. ea. cum initiatur.*

Ecce quòd in desponsatione coniugium initiatur, nō perficitur. Item Ambrosius in libro 1. de Patriarchis.

¶ *Caput hoc non est inuentum apud Ambrosium, neque sequens apud Hieronymum.*

¶ Coniunctorum commistio matrimonium perficit.
C. XXXVI.

Sent. 4. dist. 30.

IN omni matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis; quam confirmat, & perficit coniunctorum commistio corporalis.

Item Hieronymus super Abdiam prophetam.

¶ Matrimonium sponsali conuentione initiatur, commistione perficitur. XXXVII.

Osee 4.

QVapropter in filiabus vestris fornicabuntur, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.] Notandum est, quòd in filiabus dicit fornicationem futuram, & in coniugibus adulteria: quæ sponsali conuentione initiantur, & commistione corporum perficiuntur g.

Item Ambrosius ad Paternum, epist. 66.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro nunquam à deitate separata est, ideo post talem conjunctionem matrimonium nunquam dissoluitur. Vel pōt dici, q̄ facilius est q̄ vna alia separetur à Deo, quam tota ecclesia: immo impossibile est, q̄ tota ecclesia separatur à Deo: quia ecclesia non potest nulla esse. 24.q.1. pudenda. & 27. dist.

c Ioannes.

a SIquis.] ¶ Tradita.] Ergo si non fit tradita sibi, & tradu&a, & ea vtatur, vim facit, vt C de rapto. vir. l. vna. sed lex illa non tenet, vt infra ead. lex. extra. de rapt. cum causam. Ioan.

QVARE. CASVS. Hic Gra. ponit quandam incidentem quæstionem, quare scilicet sponsa nō statim tradatur sponso, & eā determinat in sequēti cap. cuius casus pater.

b INstitutū.] Non statim.] Quia nisi intra duos mēses i. extra de cōue. coniu. ex publico. similiter fideiussor non debet statim venire cū sacco paratus. ff. de sol. quod dicimus. 50. distin. quamuis.

c ¶ Ne vilem.] Nam gratior est fructus, quem spes productior edit. Et not. q̄ pp cauendam utilitatem multa omittūtur. 16. qō. 1. præcipimus. ff de off. præsid. obseruandum 45. distinc. de Iudæis. 50. dist §. potest.

IVXTA. CASVS. Iste §. diuiditur in tres partes. In prima approbat distinctionē positā sup. ead. in §. apparet. de matrimonio initiato & perfecto; secundum quam ut dicit Gra. intelligitur auctoritas Augu. sup. ea. nō est dubiū. &c. Leonis. & c. cum societas. In secunda parte obicitur, quia dicit Aug. q̄ iter Maria, & Ioseph fuit perfectum matrimonium: & tamē carnalis copula non interuenit. Sed solui Gratia. dicēs, q̄ perfectum intelligitur, non ex officio carnis, sed ex his bonis, quæ officiū coniugij comitantur. In tertia parte ad solutionē aliā, dicens, q̄ sponsa dī uxor spe futurorum, & non re præsentium: secus in carnaliter cognita. Quod probat quatuor auctoritatibus, s. una Ambrosij: duabus Aug. & una Bedæ. Secunda pars incipit ibi, [sed obijcitur.] Tertia ibi [Potest & aliter.] [Non effectu præsentium i. non usu carnis. Ad probandam aūt hanc vltimam distinctionem inducit Gra. cap. sequens.

¶ Cum desponsata fuerit tradita, & in vsum deducta, recte coniunx appellatur. C. XXXVIII.

SIquis desponsata sibi, & tradita [a] vratur; rite [α] coniugium vocatur.

α ¶ Rite.] *Apud B. Ambrosium legitur*, vtatur; coniugium vocat. *Sicut etiam apud Iuonem. Et quę antecedunt, ac sequuntur ostendunt aliam fuisse ipsius mentem, atque Gratianus putarit, & auctor Pannormiæ.*

Quare autem post nuptialia pacta non statim tradātur sponsæ, Aug. in lib. 8. confessionum, c. 3. ostendit dicens.

¶ Quare sponsæ post pactum non statim tradantur. C. XXIX.

INstitutum est, vt iam pactæ sponsæ non statim [b] tradantur; ne vilem [c] habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsus dilatam.

Iuxta hanc distinctionem [d] intelligenda est illa auctoritas Augustini: [Non dubium est illam mulierem nō pertinere [e] ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus.] Ad matrimonium, perfectum, subintelligendum est, tale videlicet, quod habeat in se Christi, & ecclesiæ sacramentum. Ita & illud Leonis Papę intelligendum est: ¶ Sed obijcitur illud Augustini: [Inter Mariam, & Ioseph fuit perfectum coniugium.] Sed perfectum intelligitur non ex officio, sed ex ijs, quæ comitantur† officium coniugij: ex fide videlicet, prole, & sacramento. Quæ omnia inter Christi parentes fuisse, auctoritate Augusti. probantur. Iuncta ergo, quæ de non separando coniugio inducta sunt, de perfecto intelliguntur, quod Sponsali conuentione est initiatum, & officio corporalis comixtionis est consummatum. Illa vero quibus separabile coniugium ostenditur, de initiato intelliguntur, quod nondum officio sui perfectum est. ¶ Potest & aliter distingui. Sponsæ [f] appellantur coniuges consuetudine scripturę, spe futurorum, non effectu præsentium. Vnde Ambrosius cum dixisset, [cum initiatur coniugium] non addidit, tunc res, vel effectus, sed, tunc nomen coniugij adsciscitur. Ostendens tales coniugij nomen habere, non rem, vel effectum. Item Augustinus cum de parentibus [h] Domini loqueretur, ait [coniuges fuerunt mente, non carne, sicut & parentes [i].] Ex quo datur intelligi, quòd sint Ioseph pater Domini dictus est non effectu genituræ, sed officio, & curadem ratione dici potest, quòd committat adulterium spe futurorum, non re præsentium, qui cum sponsa alicuius fornicatur: quod ridiculum est dicere.

Vide quod le. & not. su. ea. coniuges

Fructus diu expectatus gratissimus est.

Sent. 4. dist. 27. Iuo p. 8. c. 31. Pann. l. 6. c. 16.

su. e. nō dubiū.

su. e. cū societas su. e. B. Maria.

† al. comitantur coniugium.

sup. ead.

su. ea. coniunx.

d ¶ Hanc distinctionem.] De initiato, & cōsummato.

e ¶ Non pertinere.] Ex his verbis Grat. bonus intellectus haberi potest: sed quòd ipse malum habuit, patet ex illo loco: Cuncta ergo.

f ¶ Sponsæ.] Nec hæc solutio multum valet: quia eadem

g ¶ Effectu.] Id est, propter fidele coniugium, vt supra. ead. coniunx.

h ¶ De parentibus.] Ioseph enim putatiuus pater Domini dictus est.

i ¶ Sicut, & parentes.] Quo ad Ioseph. Nam Maria carnale fuit eius parens. vnde expone, parentes, i. parens; plurale pro singulari 2. q. 1. in primis.

a ¶ Quia futura.] Ex hoc loco habuit tam Gādulphus q. Gratianus i. causam sui erroris, dicentes uerum conjugium nō fuisse inter Mariam. & Ioseph: quod tñ falsum est, vt sup. ea. coniūx. Et est hic. a. g. aliquem sumere ex illo loco: Cuncta ergo.

b ¶ Genuit.] In prima parte commentatur Hieronymus super illa auctoritate, Genuit Ioseph. In secunda commentatur super illa, Inuenta est, &c. In tertia commentatur super illa, Ioseph filij Dauid, &c.

c ¶ Genuit Ioseph. [Verba sunt Euangelistæ.

d ¶ Nuptiarum.] i. carnalis commixtionis: quia carnalē copulam eius non cognouit.

e ¶ Heluidium.] Hæreticum: qui dicebat Beatam Virginē alios filios genuisse, eo q̄ Euangelium dicit, Peperit 2. filium suum primogenitū: & Ioseph de alia muliercula plures filios habuisse: vt sic Christi parentes infamaret.

Maria vnicē genuit.

2 Sic dictus, quia ante eū nullus est natus ex ea, & dē vnigenit⁹ quia post eū nullus ex ea natus est. f. in Hug. de hoc leg. & not. & ext. de verb. sign. Ioseph. Arch.

a Scilicet sua. q. 5. in secta solutione. Matrimoniū inter Mariā & Ioseph.

† al. indiuiduæ ea. coniunx. Matth. 1.

Ad c. 1.

prouidendi: sic & coniunx matris eius appellatur non coniugii effectu, sed subministratione necessariorū, & individuæ† mentis affectu. Hinc Augustinus ait: [Noli timere accipere Mariā coniugem tuam.] coniugem noiauit, quia futura [a] erat vxor:] Hinc & Beda super Leuiticum,] si quis sponsam alterius violauerit, &c.] sponsam vxorem dixit, non quæ tunc erat, sed quæ futura erat vxor.]

Hinc etiam Hieronymus super Matthæum in Euangelio. [*Cum esset desponsata.*]

¶ Consuetudine scripturæ, sponsę coniuges, & sponsi viri appellantur. C. XL.

GEnuit [b] Ioseph [c] virum Mariæ.] ¶ Cum uirū audieris; suspicio tibi non subeat nuptiarum [d], sed recordare consuetudinis scripturarum: quod sponsi, viri, & spōsę, vocentur vxores. *& infra.* ¶ Non ab alio inuenta est, nisi à Ioseph: qui penè licentia maritali futurę uxoris omnia nouerat. *& infra.* [¶ Ioseph fili Dauid, &c.] iam & supra diximus sponsas vxores appellari: quod plenius liber aduersus Heluidium [e] docet.

Beda † quæstionibus in Gen. ex Hier. Gen. 19.

Item super Genesim.

¶ De eodem. C. XLI.

EGressus itaque Loth, locutus est ad generos suos: qui accepturi erant filias suas.] In sequentibus filiæ Loth virgines esse dicuntur. Et ipse ad Sodomitas dixit: [Ecce [f] duæ filiæ meæ, quæ non cognouerunt uirum. Nunc autem dicitur habuisse generos. Quidam arbitrantur eas, quæ uiros habuerunt, in Sodomis perijsse: & quę uirgines erant cum patre exijsse. Sed hebraica ueritas habet. [Egressus Loth locutus est ad sponsos [α] suas, qui accepturi erant filias eius.] Nec dum igitur uirgines filiæ matrimonio fuerant copulatæ.

¶ In hoc capite Gratianus retulit verba gl. ord. in c. 19. Gen. ex Hieronymo.

α ¶ Sponsos.] *Sequebantur hæc,* suos; quod quidem magis verum esse uidetur, ex hoc quod sequitur, qui accepturi, &c. *quæ sunt expuncta, quia neque apud B. Hieronymum, neque in glo. ord. habentur. Ex ijsdem vero addita sunt à ver.* Nec dum. *vsq; in finem, quoniam inde colligitur id, quod vult Gratianus.*

Vnde datur intelligi, quòd scriptura sponsos generos uocat †.

Item Ioannes os aureum hom. 4. ad c. 1. Matth.

¶ Maria coniunx dicitur more scripturæ, cum simpliciter sponsa esset. C. XLIII.

PRius quam [h] conuenirent.] ¶ Non dixit, prius quā in

† Conuenti. in lege Iul. & ibi glo. & ff. de ritu nup. l. 1. & 2.

GEnuit Ioseph.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Euangelistæ. In secunda ponuntur uerba Hieronymi dicentis, Cum audieris, q̄ Ioseph fuerit vir Mariæ, non suspiceris, q̄ eam cognouerit: sed scias q̄ ſm consuetudinem scripturarū sponsus de pñti ante carnalē copulā vir appellat. & sponsa uxor. Secta pars incipit, [Cum virum.] ta pars dicit, quòd cum Ioseph vellet Mariam velut suspectam dimittere: angelus eum reconciliauit sibi, non ad carnale commercium, sed ad cōis habitaculi consortium. Secunda pars incipit ibi, [Non dixit.] Tertia ibi, [Noli timere.] Quarta ibi, [Sicut enim.] Sequ. c. paret. [Vxoris.] f. cognitæ. [illi] f. discipulo Ioanni.

Prius qñ quę nō notat ordinem.

a ¶ Quia

extra de verb.sig.quod dicitur. arg.19.q.1.vlt.nunc autem.Vnde non sequitur, quod postea conuenerunt. Et etiam concor.huic argum lex.nam lex dicit, quod si seruus non fuerit euictus prius quam moreretur, vel mortuus esset,nec inde sequitur quòd post euincatur: quia hoc esset impossibile.ff de euict.si seruus.

i ¶ Dico coniugem.]In persona angeli quasi loquitur hoc Origenes.
K ¶ Vt legis.] Quia secundum legem, quæ iam sponsa erat,lapidabatur ob fornicationem.34.q.2.non satis.sed quæ nondũ erat spõsa alicuius, & fornicabaẽ nõ puniebat mor- [Sponsa [illegible] erat lapida[illegible]]

a ¶ Seruabat.] Non tamen vbicunque: immo alicubi contrarium obtinebat:prout statim subditur de generis Loth.
b ¶ Haberentur.]ff. de ritu nupt.l.mulierẽ, unde nisi post puberes annos spõsa inueniatur in domo sponsi, non præsumitur vxor,ut ff.de ritu nup.l.4 Itẽ.licet post puberes annos spõsa inueniatur in domo sponsi,tamen nisi cõstet de sponsalibus, hoc ipso quod secũ reperitur,non præsumitur matrimonium, vt ff.de spon. quæsitum. & extra de restit. spol.ex parte.
c ¶ Sic etiam Maria.] Similitudo est per cõtrarium:vel in eo quòd & isti & illi cohabitabãt spõsis sine carnali cõmixtione.
d ¶ Sed dimittere.] .i.ad eã nõ accedere.
e ¶ Retinere.] Ergo & accipere est retinere: arg. 12.q.2.si qua de rebus.
f ¶ Dimiserat.]Quia suspicatus de ea fuerat adulterium.2.q.1.si peccauerit.
g ¶ Copulat.]Id est, reconciliat, non desponsat. sed quod dicit,copulat:iam mẽte dimiserat eam: & quasi separati erant quo ad mentem: Ioseph tamen prius ei fuit coniunctus per consensum matrimonialem,& cõsensit in carnalem copulã.su. ead.§.1.

sponsi adduceretur domum. Hunc quippe morem seruabat [a] antiquitas; vt sponsæ in sponsorum domibus haberentur [b]. Quod nũc quoque fieri interdum videmus. Vt enim generi Loth apud socerum leguntur habitasse cum sponsis nondum sibi copulatis lege coniugij; sic habitabat etiam Maria [c] cum sponso. *& infra.* ¶ Neque enim eã voluit de domo expellere, sed dimittere [d]. *& infra.* ¶ Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.] Quo sermone spõsam similiter indicauit; sicut etiã eos, qui adhuc spõsi sunt, generos appellare scriptura consueuit. Quid enim est, [accipere?] domi profecto retinere [e]. Iam enim illam mente dimiserat [f]. *& infra.* ¶ Sicut enim postea illam cõmendauit Christus ipse discipulo; sic & nunc Angelus copulat [g] sponso, non in fœdus solenne coniugij, sed in consortium communis habitaculi. Gen.19 Matt.1.

Idem homilia 5. ad idem c.1. Matth.

¶ Dominus non commendasset matrem discipulo, si eam Ioseph cognouisset. C. XLIII.

SI enim cognouisset eam, & loco habuisset vxoris [h]; quomodo illam Dominus quasi absque solatio, & nihil penitus habentem, discipulo commendasset, iubens illi, vt eam reciperet in suam? Ioan.19

Item Origenes in eadem homilia 1. Euang.

¶ Maria vxor Ioseph appellatur, quia sic ab eo putabatur futura. C. XLIIII.

INuenta est habens in vtero.]A beato Ioseph, qui licet eam non cõtingeret; futuræ tamen, vt putabatur, vxoris omnia nouerat. *& infra.* ¶ Si tibi vxor nominatur, si desponsata α tibi esse dicitur; non tamẽ tibi vxor est, sed Dei vnigeniti electa mater est. *& infra.* ¶ Dico coniugem [i] propterea vt diabolo virginitatem eius occultem; & vt legis [k] instituta non destruam. In consequentibus demonstrabo, quòd nec ista tua coniunx, secundum consuetudinem coniugij habeatur: nec iste qui generatur, tuus filius esse credatur. Copiosius in homilia.

α ¶ Desponsata.] *Sic est emendatum ex ipsa homilia. Antea legebatur*, & si in desponsatione uxor tibi esse dicitur. *Alia etiam nonnulla emendata, & addita.*

Item Gregorius in expositione Euangelij, homilia 26.

Ioseph tpe passionis uiuebat; & à virgine separatus fuerat.

h ¶ SI enim.] ¶ Vxoris.] Arg. quod viuẽte Ioseph, separata est virgo ab eo.arg.sup.ead.§.ecce. & hoc contra Petrum manducatorem, qui dixit [1]. quòd Ioseph mortuus erat tẽpore Dominicæ passionis. Hic enim exprimitur causa quare Dominus separauit eam à Ioseph.

1 Scilicet in historia Euãgelica, ubi tractat de nuptijs actis in Cana Galilææ

INuẽta est.]CASVS.Hoc c. diuidiẽ in duas partes. In prima ponitur verba Euangelistæ. In secunda verba Origenis dicentis, quod Maria fuit tantum sponsa de præsenti:sed ideo fuit appellata vxor, ut eis virginitas lateret diabolo: & ne parturiens non ex marito, lapidaretur. Secunda pars incipit ibi,]A beato. [Tibi vxor] carnaliter cognita.[scdm consuetudinem.]i. carnalem. morte,nisi postea copularetur alicui tãquã virgo:& ita lapidaretur B.Virgo.quia cum iam sponsum haberet, grauida apparebat:& ita cõstabat uel ante,uel post desponsationem eã fornicatam presumptiuè: & ideo fuit desponsata. Sed secũdum legem Romanam secus est: nam si quæ fuerit fornicata antequam sit sponsa, non potest accusari de adulterio.si uero post quam fuerit sponsa põt.ff.de adul.si uxor,§.si. quis vero. Tñ dñt quidã, quod simplex fornicatio morte puniebantur in Aato nitis.56 dist. Dñi.qa maior munditia exigebatur in eis: quia de eis auctor mundi, i. Christus erat nasciturus. Et nota,hic quod occultatẽ aliquid pp matilia eius cui sit licet occul- [Occul[illegible] ex [illegible]]

occultatio. quandoque occultatur aliquid pp rei excellentiam.43.d.in mandatis. quandoque ideo quia auditores capaces non sunt.8.q.1.oportet,& ibi, Multa habeo dicere,quæ non potestis portare modo.
SIc quippe.]CASVS. Greg.facit hic quandam collatio- sentium,sed spe futurorum: & suam conclusionem tribus similitudinibus approbat, respondendo quibusdã c.superius allegatis. Prima similitudo incipit ibi,]Sed à prima.]Secunda ibi:[Sed talis.]Tertia ibi [Sic quæ merito.[Et dicit H.quòd Grat.fere per totam hanc quæstionẽ maledicit: & per vnum falsũ vult probare aliud falsum. Tu autem dicas, quòd matrimonium est cum sponsa de præsenti: sed non cõsummatum.

a ¶ Ex his.] Fere per totum istum §. male dicit Gratianus.imò per totam hanc quæstionem.Ioan.
b ¶ Sicut.] Hic per unum falsũm vult aliud probare. nam quòd adulto non dimittantur peccata per fidẽ ante baptismũ, nemo catholicus dicit.hoc etiam Augu. expresse negat de consecra. distinct.4. non.dubito. & cap. baptismi uerum est quod non dimittuntur omnino ante baptismum quo ad omnem pœnam: quia non quo ad temporalem: quod fit per baptismum.de consecratio.distinct.4.sine pœnitentia. nisi summa esset contritio, vt in latrone. de conse. d.4.c. baptismi uicẽ.
c ¶ Syricius.] inf.e.q. de coniugali.& ita soluit quod non obiecerat: & sic est rota præcurrens.
d ¶ A beatudine.] Habuit quidẽ beatitudinem,sed non permanentem, uel confirmatam.unde dicitẽ nõ habuisse charitatem in cœlo. 16.q.2. uisis. de pœn. distin. 2. principium.19.di. propter totius.
e ¶ Sacerdotem.] Sed hoc nõ nisi post confirmationem, ut extra de accus.super his.Ioan.
f ¶ Acceperat.]Amittit ergo quis, quod non habet, ut C.de admin.tu. pupillorum l.argum.contra.

Pcc̃a adulti an dimittantur per fidẽ ante baptismum.

¶ Ad nuptias Mariæ Ioseph non peruenit. C. XLV.

Ioan.20. SIc quippe discipulum Dominus post resurrectionẽ † suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit; sicut ante natiuitatem suam habere Mariam sponsam voluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus est discipulus dubitans, & palpans testis veræ resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrimæ virginitatis.

Ex his [a] omnibus auctoritatibus apparet, spõsas coniuges appellari spe futurorum, non re præsentium. Quomodo ergo coniuges à prima fide desponsationis appellantur; si ista, quæ asseritur sponsa, coniunx esse negatur? Sed à prima fide desponsationis coniunx dicitur appellari; nõ quòd in ipsa desponsatione fiat coniunx; sed quia ex fide, quam ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges: sicut [b] per fidem dicuntur remitti peccata, non quòd ante baptismum per fidem remittantur, sed quia fides est causa, quare in baptismo à peccatis emendamur. ¶ Illud autem Ioannis Chrysostomi: [Matrimonium non facit coitus, sed uoluntas.] ¶ Item illud Ambrosii. [Non defloratio uirginitatis, sed pactio coniugalis matrimoniũ facit.] ita intelligendum est: coitus sine uoluntate contrahendi matrimonium, & defloratio uirginitatis sine pactione coniugali non facit matrimonium, sed præcedens uoluntas contrahendi matrimonium: & coniugalis pactio facit, ut mulier in defloratione suæ uirginitatis, uel in coitu dicatur nubere uiro, uel nuptias celebrare. ¶ Item Syricius [c] Papa discessionem sponsæ à sponso uocat coniugalem separationem. ¶ Sed talis discessio dicitur uiolatio coniugij nõ iam existentis, sed futuri, ut ex ipsa desponsatione sperabatur. Sic & diabolus dicitur cecidisse à beatitudine [d], nõ solum, quam tunc habebat, sed etiam, ad quam habendam creatus erat. ¶ Sic quę merito suę uitę, uel † scientiæ in sacerdotem [e], uel episcopum eligitur; si interim electionem suam cassari meruerit, dicitur amittere sacerdotalem, uel episcopalem unctionem, non quam iam acceperat [f], sed ad quam accipiendam electus erat. Non ergo illa auctoritate sponsa coniunx potest probari. Sed concedatur quòd sponsa non sit coniunx: tamen quæritur, utrum [g] liceat ei renunciare priori conditioni. Hoc autem prohibetur auctoritate Ancryani concilij, c.11. in quo statutum sic legitur,

su.e.m̃rimoniũ su.e. cũ initiaẽ.
inf.e.de coniugali.
† al. &

tionem inter Ioseph & Thomam apostolum, utrumq; enim permisit Deus dubitare; alterum de uirginitate Mariæ,& alterum de Christi resurrectione: tamen neutrum in dubitatione persistere permisit: & utroque usus est pro teste tam resurrectionis, quàm uirginitatis Mariæ.[Ad nuptias,]Id est ad carnalem cognitionem.
EX HIS OMNIBVS.CASVS.Concludit G ex præmissis,quòd nuncupatur sponsa & coniunx non re præ- ff.de reg.iur.non videtur.Non videtur re exclusus, qui rem non habuit.
SED CONCEDATVR. CASVS. Nunc reuertitur Gratianus ad principalem quæstionem. Sed capit. planum est,& intelligitur cum sequenti de sponsa.de præsenti.
g ¶ Quæritur vtrum.] Huius quæstionis nulla est uis, determinatur enim per id quod est extra de spons. duo. duo-

t Ad idẽ 23. di.quorũdã, in fi. vbi de hoc.& 5.q.6. e quia iusta. vbi de hoc.
Sponsa vtrũ cogaẽ stare cum sponso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duobus modis,&c. licet præter solitum. Sed in hoc dissentiunt doctores, an sponsa de futuro cogatur ttare cũ sponso suo: quod videtur, vt extra de spon. ex litteris. & de conuers. coniug. sane Item quia pro quolibet mortali peccato possumus cogi ad pœnitentiam. 22. q. 1. c. vlti. 1. Sed contra extra de spons. requisiuit. & su. e q 1. de viduis. Dicũt quidam, quòd cogi debeat à principio: si tamen perseuerauerit contumax non est amplius cogenda. Tu dicas semper esse cogendam, nisi euidentissima subsit causa. Sunt tamen casus 7. in quibus sponsa de futuro licite potest recedere à sponso. Vnus, si alter vult intrare religionem, & illud etiam tenet in sponsa de præsenti. extra de conuer. coniuga. ex plublico. Secundus casus si alter recedit ad remotam regionẽ nec põt inueniri. extra de sponsa. de illis. Tertius casus si alter incurrit lepram, uel aliquam deformitatẽ corporis. extra de de cõiug. leprosi. litteras. extra de iureiur. quẽ admodũ. Quartus si superuenit affinitas vel si fornicetur spõtanee uel coactus. extra de iureiran. quẽ admodum supr. ead. quidam desponsauit. Quintus secundum quosdam est, si mutuo se absoluerint. extra de sponsa. præterea. Sextus, si contraxit cum alio per verba de præsenti. extra de spon. duorũ. c. 1. & 2. sed in hoc casu est peccatũ. Septimus. si id quod minor fecit: non vult seruare in adulta ætate, ut extra de despon. impu. de illis. Hi casus & aliqui alij possunt his versibus haberi.

Lepra superueniẽs, furor, ordo: sanguis, & absens,
Læsaque virginitas, membri damnum, minor ætas,
Hæreseos lapsus, fideique remissio prorsus,
Sponsos disiociant & vota futura retractant.

a ¶ Desponsatas.] ¶ Erui.] Id est auferri à raptore.

b ¶ Desponsatæ.] Infra 34. q. 2. non satis contra vbi pcipitur non reddi priori viro. sed ibi consentit raptori. & hic loquitur de spon. de præsenti. Item contra C. de sponsa. l. 1. ibi dicitur, q̃ uni desponsata potest alij nubere. sed illud est abrogatum.

Atho.] CASVS. Quidam nomine Atho conquestus est Papæ mulierem sibi desponsatã raptam fuisse quare Papa rescribit Rostanno archiepiscopo vt compellat raptorem eam sibi restituere: alioquin conuocatis suis suffraganeis excommunicet eum & ipsam ra-

¶ Puellæ despõsatæ prioribus reddendæ sunt, si eis raptę fuerint. C. XLVI.

Ansl. 10. c. 8. Burc. l. 9. c. 38. Iuo p. 8. c. 176. Pann. l. 6. c. 19.

DEsponsatas puellas, & post ab alijs raptas placuit erui [a], & eis reddi, quib. ante fuerant desponsatæ [b]; etiam si eis à raptoribus vis illata constiterit.

Item Ioannes octauus α *Rostanno archiepiscopo.*

α ¶ Octauus.] *Sic est restituendum ex pleriſque vetuſtis & Iuone. In vulgatis erat,* Chrysostomus.

¶ Communione priuetur sponsa, nisi raptorem de ſerere, & ad sponsum suum redire voluerit. C. XLVII.

Iuo p. 14. c. 64.

ATho præsentium lator, dum in nostro seruitio fideliter excubaret, quẽdam virum fœminam sibi despõsatam conqueritur rapuisse. Et ideo fraternitas tua nostra auctoritate suffulta suffraganeos suos episcopos præsentialiter conuocet: & sic vnanimi sententia, si sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem, quàm rapta, si ad pristinum sponsum remeare [c] noluerint, omni communione priuentur.

4 *Sed aliud est priori conditioni renunciare, & de nuptiis cum alio agere: aliud est rapi, hoc est, illicite constuprari.*

Vnde Isidorus Etymolog. lib. 5. c. 26. ait.

¶ Quid si raptus. C. XLVIII.

36. q. 1. raptus. Iuo p. 8. c. 26. Pann. l. 6. c. 53. infr. 36. q. 1. lex illa.

RAptus [d] est illicitus coitus, à corrumpendo dictus: qui rapta potitur, stupro fruitur.

Hæc autem non ab alio rapta, sed alii desponsata monstratur. Raptam uero talem dici prohibet Gelasius Papa dicens.

¶ Ibi raptus admittitur, vbi puella abducitur, de cuius ante nuptijs nihil actum probatur. C. XLIX.

In codice Theodos. l. 9. titu. 24. de raptu vir. vel viduarum, le. 1. Poly. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 10. c. 11. fu. c. desp̃satas.

LEx illa [e] præteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, vbi puella, de cuius ante nuptijs nihil actum fuerit, uideatur abducta.

§ *Quod autem in fine capituli subiungitur;* [*etiam, si à raptoribus uis illata constiterit* [f]:] *ideo additum est: quia raptarum alię se rapiendas exponunt: aliæ violenter*

num est, si de sponsa de futuro, dic ut in summa.

SEE ALIVD. Hæc est quarta pars quæst. in qua quæritur quid iuris sit de raptis: & quis dicatur raptor, vel rapta, vel raptus. Io. de Fant.

d RAptus.] Hoc c. inducit G. ut probet illicitũ esse coitum in rapta: vnde per consequens vult probare, quod debeat à secundo separari, si eam rapuerit, cum illicite ei adiungatur: ita tamen, q̃ ille qui secundo rapuerit, non tractasset primo de sponsalibus. & ad hoc inducit c. sequens.

e Lex illa. [Sed vbi sit lex illa, ignoro. forte in Codice Theodosiano potius contrarium inuenio, ut C. de rapto, uir. l. 1. §. quibus. sed illud non tenetur, ut extra de rapto. cum causam.

QVOD AVTEM. Hæc est 5. pars. quæ. in qua dicitur. quod si per uerba de præsenti fuerit sponsa, & rapta, omnibus modis uiro reddenda est. Ioan. de Fant.

f ¶ Constiterit.] Sup. c, desponsatas.

a ¶ Hæc

abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, priori reddendæ sunt. Hæc autem [a]*, vt supra dictum est, nõ inter raptas, sed inter alias desponsatas connumeratur, & ideo non est huic auferenda, & priori reddẽda. Sequuntur aliæ auctoritates, quibus ista prohibetur nubere secundo, & iubetur redire ad priora vota.*

Ait enim Syricius Papa Hymerio episcopo Tarraconensi, epist. 1. c. 4.

¶ Puellam alij desponsatam alter accipere non valet. C. L.

Poly. ibidem. Anſl. 10. c. 9. Burch l. 6. c. 31. Iuo p. 8. c. 169. Pann. l. 6. c. 18.

DE coniugali violatione requisisti, si puellam alteri desponsatam alter in matrimonium possit accipere. Tale ergo α connubium anathematizamus, & modis omnibus, ne fiat, prohibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles, cuiusdam sacrilegij instar est, si vlla transgressione violetur.

α ¶ Tale ergo.] *In epiſtolarum Syricij codicibus, & in codice canonum, & apud cæteros collectores (præter Pannormiam,) & in capitular. Caroli Basileæ impreſsis lib. 1. c. vltimo legitur*: Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus. *Sed quoniam in caſu ſit mentio anathematis, non eſt mutatum.*

Sed auctoritate hac Syricii illa prohibetur ad secunda vota transire, quæ in propriam domum est ducta [b]*, & cũ spõso suo est uelata, & benedicta. Talium discessione uiolatur benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit. Verum hanc necdum sponsus in suam duxerat, nec cum ea benedictionẽ acceperat. Non ergo hac auctoritate huiusmodi copula prohibetur.* ¶ *Item illud Eusebii Papæ,* [*Desponsatã puellam nõ licet parentibus alii uiro tradere.*] *similiter & de huiusmodi desponsata intelligitur, quæ uidelicet cum sponso est uelata & benedicta.* ¶ *Itẽ obiicitur illud Gregorii* [c]*,* [*Quæ propter frigiditatem à uiro suo separata est, & alii nupta; si uir eius aliam cognouerit; illa est detrahenda secundo, & reddenda primo.*] *Sed eodẽ modo soluitur, quia ista uidelicet cum illo benedictionem acceperat.*

[*Augustinus de fide pactionis, & consensus.*]

¶ *Etiam in Decretalibus tit. de sponsa. duor. c. 1. citatur ex Augustino: apud quem non est inuentum.*

¶ Si quis alicui mulieri consensus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere. PALEA. C. LI.

DVobus modis dicitur fides, pactionis, & consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis; non debet aliam ducere. Si aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita: maneat tamẽ cum illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet eam, & adhærebit priori.

Est autem fides pactionis, quãdo aliquis promittit fidẽ alicui quòd eã ducet, si permiserit ei rem secũ habere, uel etiam pro consensu. Fides autem consensus est, quando etiã si non stringit manum, corde tamen, & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt unus alii, & mutuo se suscipiũt.

a ¶ Hæc autem.] De qua agitur in themate.

DE coniugali.] CASVS. Aliqua fuit desponsata alij p verba de præsenti. quærebat vtrũ posset eã accipere in vxorẽ; Et respondetur quòd non: & fic contrahentes debẽt anathematizari. nã si quis violat benedictionem, quam nupturæ sacerdos imponit, sacrilegium facit nuptutę, non quo ad matrimonium, sed quo ad copulam carnalem. Vel nupturæ, i. carnaliter cognoscendæ.

SED AVCTORITATE. CASVS. Solut Gratian. & malè dicens, quòd si sponsa velata fit & benedicta cum sponso, & in domum ducta, debet reddi priori: alioquin nõ. hoc autem facit G. respõdendo quibusdam c. contra hoc allegatis. Illud Greg. 33. q. 2. requisisti.

b ¶ Ducta.] Hoc malè soluit. nam huiusmodi solenitates nõ faciunt ad esse nisi matrimonij 30. q. 5. nostrates.

c ¶ Illud Gregorij.] 33. q. 1. c. 1. &c.

DVobus.] CASVS. Casũ huius Paleæ sic pone. Dicitur enim hic, q̃ si q̃s desponsauerit aliquã sine dote pactionis, nõ debet aliam ducere. si tñ duxerit, maneat cum secũda: agat tamen pœnitentiam de fide mentita. Si autẽ contraxerit per fidẽ consensus, erit tantum matrimonium cũ prima: & hoc in prima parte. In secunda dicitur, quod fides pactionis est quando aliquis promittit alicui mulieri quod accipiet eam in vxorem, si permiserit rem secum habere. Fides consensus est cum inter se consentiũt per verba de præsenti. Secunda pars incipit ibi, [Et autem.

Qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVidam infidelis.] CASVS. In superiori causa tractatum est de quibusdam impedimētis matrimonij, & quòd matrimonium non est inter religiosas personas, si de nouo contrahant: sed ne idem putetur esse inter infideles, ideo magister supponit hanc 28. causam, in qua ostendit matrimonium esse inter eos. Ostendit etiam quid iuris sit, si alter infidelium conuertatur, & addit vtrū debeat dici bigamus q̄ ante bp̄tisma habuit vnam, & postea alteram. vt autem hæc omnia competē tius agat, proponit thema, de quo tres elicit quæstiones.

a ¶ Quidam infidelis.] Superiori causa quinq; notātur causæ, quæ prohibēt matrimonium cōtrahere, & cōtractum iubēt dirimere: v.g. votum, ordo, religionis habitus, ligatio, & publicæ honestatis iustitia. in hac vero causas ponūtur quæ impediunt matrimonium: veluti gratia dispar cultus; vel dissimilitudo fidei, vt inter fideles, & infideles, & primo tractat an matrimoniū sit inter infideles, & ostendit etiam quid iuris sit, si aliter de duobus coniugibus infidelibus ad fidem conuertatur.

1 Subaud. altero remanente in infidelitate: vel si alter de duobus coniugibus fidelibus discedat à fide, altero remanēte in fide, sm H.

CAVSA. XXVIII.

QVidam infidelis [a] in cōiugio positus ad fidē cōuersus est: vxor vero odio fidei Christianę ab eo discessit. Ille quādā fidelè in uxorē accepit: qua mortua clericus efficitur. Tandē vitæ, & scientię merito in episcopū eligitur.

1 Hic primum quæritur, an coniugium si inter infideles.

2 Secundo an liceat huic aliam ducere, priore viuente.

3 Tertio, an sit reputandus bigamus, qui ante baptismum habuit vnam, & post baptismum alteram.

QVÆSTIO PRIMA.

[V]òd autem [b] inter infideles coniugium non sit; multis auctoritatibus probatur.

Ait enim Paulus, [*Omne, quod non est ex fide [c], peccatum est.*] *Coniunctio autem infidelium non est ex fide: & ideo peccatum est. Non est ergo coniugium, quia nullum coniugium peccatum [d] est.* ¶ *Item Augustinus* α, [*Non est uera [e] pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua.*] *Vbi autem uera pudicitia esse non potest, ibi nec verum coniugium est.* ¶ *Item Ambrosius* β, [*Iussit [f] Esdras dimitti [g] vxores alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos. Non est enim putandum matrimonium, quod extra [h] Dei decretum est factū, sed cū cognoscitur, est emendandum [i].*]

Rom. 14.

lib. 1. de adult. coniug. c. 18.

Sent. 4. dist. 39. Ad c. 7. 1. ad Corinth. & ibi gl. ordin.

[V]òd autem.] Hęc quæstio diuiditur in quinque partes. In prima quarum probat multis auctoritatibus quod matrimonium non est inter fideles. Secunda ibi, [Si quis.] Tertia ibi. [Iam nunc.] Quarta ibi, [Contra.] Quinta ibi, [Ex his.] Ioannes de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima q. qua quæritur, an sit matrimonium inter infideles. Et certum est, quòd sic, vt infra ead. §. 1. & cap. 1. Grat. tamen pro vtraque parte allegat. & bene soluit infra ead. §. ex his. Ponit etiam quædam cap. in hac quæstione, quæ ad secundam pertinent quæstionem, quæ est, an altero remanente: infidelis possit conuersus ad fidem se alij copulare. & de hoc quid iuris sit, in 2 q. tractatur. Est ergo casus huius §. talis. Probat hic Gra. superficialiter inter infideles non esse matrimonium. & hoc facit quatuor auctoritatibus, s. vna Pauli, duabus Augustini, & vna Ambrosij.

b ¶ Quòd autem.] Hic intitulatur 1. q. an scilicet matrimonium sit inter infideles: & certum est quod sic, licet non sit ratum. infra ead §. 1. & ca. 1. Grat. tamen ad vtrāque partem allegat, & bene soluit. infra ea. §. ex his. sed q. a in hac q. quædam c. ponuntur pertinentia ad secundā q̄onem, quæ est, an altero remanente in infidelitate possit conuersus ad fidem alij se copulare, de ea uideamus. Notandum ergo, quod cum unus coniugum ad fidem conuertitur: si remanens in infidelitate est Iudæus, nullo modo fidelis debet cohabitare cum eo, nisi velit ad fidem conuerti, & si non vult conuerti, potest aliam ducere. infra. eo. Iudæi. sed cōtrarium est hodie verum; & extra de diuor. quanto. & c. gaudemus, si autem est paganus, &

matrimonio: quod verum est hodie, ut extra de consan. & affi. non debet.

a ¶ Ratum.] Idest, separabile.

EX HIS. CASVS. Infert Gra. ex supradictis auctoritatibus matrimonium non esse inter infideles. Postea pro-

¶ Item Augustinus γ: [*Non est ratum [a] coniugium, quod sine [b] Deo est.*] ¶ *Et his omnibus auctoritatibus probatur, cōiugium non esse inter infideles. Sed contra aliæ inueniūtur auctoritates, quibus probatur coniugium esse inter infideles. Quarum prima est illud Euangelij, quod Christus ait:* [*Erunt quinque [b] in una domo: duo [c] in tres [d], & tres diuidētur in duos [e].*] *Deinde cum personas illas enumerasset, vxorem in virum esse diuidendam dixit, & econuerso.*

Luc. 12.

¶ *Item,* [*Qui non odit [f] patrem, aut matrem, aut vxorē, aut sororem propter me, non est me dignus.*] *Vxorem infidelem, non fidelem, dixit odio habendam.* ¶ *Item.* [*Omnis, qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut sororem, vel vxorem propter me; centuplum [g] accipiet, &c.*] *vxorem in hoc loco infidelem significat, quę propter Christum dimittitur, dumpotius ipsa, quàm Christi fides deseritur.* ¶ *Item Apostolus,* [*Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consenserit [h] habitare cum illo; non dimittat [i] illam, & si qua mulier habet uirum infidelem, & hic cōsentit habitare cum illa non dimittat uirum. Sanctificatus [k] est enim vir infidelis per fidelem.*] ¶ *Item ad Titū,* [*Hortare adolescentulas, ut diligant uiros suos.*] *Hoc tam de fidelibus, quàm de infidelibus intelligendum est. Infidelibus namque uiris mulieres propēsius propter Deū debent obsequi, ut sic uiros suos Christo lucrari ualeant.*

Luc. 14.

Matth. 19.

1. Cor. 7

ad Titum 2.

¶ Sicut in passione beati Clementis de Theodora [l], & Sisinnio legitur mirabiliter contigisse.

l Abdiæ historia, & vitas Clementis antiqua.

α ¶ Augustinus.] *Verba ipsa B. Augustini referuntur infra ead. sic enim. ver. nec uera.*

β ¶ Ambrosius.] *Hæc sunt potius accepta ex glossa ordinaria ad locum indicatum.*

γ ¶ Augustinus.] *Hoc non est inuentum apud B. Augustinum. Verum apud B. Ambrosium in idem c. 7. primę ad Corinthios hęc leguntur.* Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei deuotione est *& similia in glossa ord. ibidem ex B. Ambrosio.*

e Item Innocentius Papa Rufo, & Eusebio episcopis Macedonibus, epist. 22. cap. 2.

¶ Bigami probantur, qui ante baptismum habuerunt vnam, & post baptismum alteram. C. I.

NVnquid.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima Innocentius Papa reprehendit quosdam episcopos Macedoniæ dicentes matrimonium non esse inter infideles, & q̄ matrimonium sit inter eos, probat ex responsione Dñi: qui a Iudæis interrogatus rndit:

eis.

supra di. 26. deinde. §. nunquid. Bure. l. 4. c. 98. Ino. p. 8. ca. 303. Pann. l. 6. c. 96.

probat contrarium: & hoc facit 4. auctoritatibus Euangelij, & duabus Pauli: & una exemplo Sisinnij, ubi autem hęc incipiant, per te uidebis.

a ¶ Non dimittat.] Iudæi faciinf. ea. Iudæi. contra. lius fallunt Sed hic de Gentili, animas quē ibi de Iudæo: circa pagani. quē specialitas illud obseruatur: habent enim Iudæi legem & prophetas, quib. muniti & parati sunt animas simplicium fallere. 11. q. 3. ad mensam. sed gentiles hoc nō habent. hodie tamen hoc idem videtur de utrisque. extra de diuor. quanto.

K ¶ Sanctificatus.] Frequenter enim vnus sanctificatus per alterum. inf. ead. iam nunc. Et est arg. ad ea quę frequentius accidunt, iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea. 3. q̄. 5. accusatores, vel testes, & 25. de Syracusanę.

SIC IN PASSIONE. Historia Legitur in passione beati Clementis, q̄ Theodora vxor Sisinnij infidelis fuit ad fidem conuersa, cumque monasterium ingrederetur, zelo ductus, secutus est eam, sed post orationem Clementis, idem cæcus & surdus factus est: & cū dixisset seruis suis vt eum reducerent, ipsi non poterant ecclesiam egredi: precibus tandem Theodoræ egressi sunt. Deinde beato Clemente pro ipso in domo sua orante visum & auditum recepit: qui statim ut Clementem uidit, eū iussit ligari, sed cum serui eum ligare crederent, columnas, & saxa trahebant, & tandem orationibus & prædicatione beati Clementis est conuersus ad fidem. [Erunt quinque,] Scilicet pater, mater, filius, filia, uxor, filij, vel maritus filiæ. [In tres.] Idest contra tres, separando se ab eis contra fidem.

b ¶ In tres.] i. contra tres: contrarij enim sunt quando conuertuntur ad fidem.

c ¶ In duos.] .i. tres conuertuntur ad fidem, & separabuntur a duobus.

d ¶ Qui non odit.] Idest, qui non postponit amorem patri Clementis est conuersus ad fidem.

e ¶ Sanctificatus.] De Theodora.] Vxore Sisinnij: quia ambo erant infideles: sed postea illa conuersa est ad fidem, & per eam postea vir conuersus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis dicens: Qđ Deus coniunxit, hō non separet. In scđa parte probat contra opinionē Maced q̄ matrimonium in baptismate non deletur: quoniam nec fraternitas nec filiatio immutāt per baptismum. Scđa pars ibi, [Quæro.]

a ¶ Nunquid.] Hoc ca. est de verbo ad uerbum 19. dist. deinde & ibi exponitur. Ioan.

SI quis gentilis.] ¶ Hæc est scđa pars quæstio. in qua ponit magister tres casus, in quibus potest fidelis vir contrahere viuente vxore infideli: quod probat per 6. ca. Ioan. de Fant.

CASVS. Dī q̄ si gentilis ante baptismum vxorem gentilem dimiserit causa fornicationis, vel secundum consuetudinem gentilium, vel alia iusta causa: si postea factus est Christian[a], in potestate sua erit eam habere, uel non habere de consilio Apostoli. Sequens c. patet.

b ¶ Dimiserit.] Propter fornicationem quam fecit.

c ¶ Post baptismū.] si dicas alterius tantū, planū est, quia fideles non compelluntur in aliquo casu infidelem eam habere, sed non contrahere cū alia, nisi in tribus casibus. extra de diuor. gaudemus. Sed si vterq; factus fuerit fidelis, dicit H. q̄ quocunq; modo eā dimiserit, siue quia dedit libellū repudij, siue alio mō, semper compellit eā recipere post vtriusque baptismū. nā dicit omne peccatum deletum esse in baptismo, etiā exceptio, quæ viro competebat propter delictum mulieris. Sed tutius est distinguere cum Innocētio, vt si dicatur q̄ fm morē gentiliū, & nō pp fornicationem illius ante dedit ei libellum repudij, & mō] vterque conuersus est, compellitur eam recipere. nec pōt mō ei obijcere, si cū alio contraxerit. quasi obiectū fornicationis eam repellat. nam licet in veritate fornicata fit: quia tū illa fornicata licita est fm eos non potest eam repellere. Si vero alias fornicata fuisset, & pp illam fornicationem eam dimisisset, non compellitur eam recipere. Hoc totum habes extra de diuor. gaudemus. § vlt. nec est contra, de conse. dist 4. sine pœnitentia & de pœ. dist. vlt. nullus. Non enim dico per baptismum alterius exceptionem sibi competentem auferri sed baptismū, vt possit ire: & rationem istius plene notaui 26. d. deinde. in hoc allegatur inf. si quis fornicatio non tantum vxorem, sed etiam virum maculat. 32 q. 1. in coniugio.

Coniuges infideles si efficiant Christiani, vtrū teneantur se mutuo recipere.

1 Tollitur tū cusatio p mum alterius exceptionem sibi competentem auferri ptimū, vt possit: & rationem istius plene notaui 26. d. deinde. in hoc allegatur inf. si quis fornicatio non tantum vxorem, sed etiam virum na 26. q. 2. qđ autem.

quid [a] non erunt admittendi in hereditatis consortium, qui ex ea susceptī sunt, quę ante baptismum fuit uxor? eruntq; appellandi uel naturales, uel spurij, quia non est matrimonium legitimum (ut uobis uidetur;) nisi illud, quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus cum interrogaretur à Iudæis, si liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: [Quod Deus coniunxit, homo non separet.] Ac ne de his putetur esse locutus, qui post baptismum uxores sortiuntur; meminerint hoc & à Iudęis interrogatum, & Iudæis esse responsum. Quęro, & solicitus quæro, si una & eadem sit uxor eius, qui antea cathechumenus, & postea fit fidelis, filiosq; ex ea, cum esset catechumenus, susceperit, & postea alios filios, cū fidelis; utrum sint fratres appellandi, an non habeant postea defuncto patre cum cæteris erciscundæ hereditatis cō sortium; quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire, atque iudicare absurdum est; quæ (malum) ratio est hoc defendi, & uacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit?

Matt. 19.

Item ex decreto Eutychiani Papæ.

¶ In fidelis potestate sit, post baptismum vxorem recipere, quam ante dimiserat. C. II.

Eurc. l. 9. c. 56. Iuo p. 8. c. 155. Pann. l. 6. c. 97.

2 SI quis gentilis gentilium uxorem dimiserit [b] ante baptismum; post baptismum [c] in potestate eius erit eam habere, uel non habere.

Idem.

¶ Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur. C. III.

Eurc. l. 9. c. 60. Iuo p. 8. c. 2. 196. Pan. l. 6. c. 97.

SImili modo, si unus ex coniugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult; sicut dicit Apostolus, infidelis si discedit, discedat.

Item Augustinus de fide & operibus. c. 16.

Beda 1. Cor. 7.

¶ Sine culpa relinquitur uxor, quæ cum fideli habitare noluerit. C. IIII.

Iuo p. 8. c. 215. Pann. l. 3. c. 32.

VXor [a] [d] legitima societate [e] coniuncta [b], sine vlla culpa relinquitur [c], si cum viro Christiano permanere noluerit. Non attenditur [d] eo modo illam [e] rectissime dimittit, si viro suo dicat: non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut nisi folita lenocinia, quibus nostram domum transigebas [f], etiam Christianus excerceas, aut si quid aliud vel facinorosum, uel flagitiosum in uiro nouerat, quo delectata uel libidinem explebat, uel facilem uictum habebat, uel etiā ornatior incedebat. Tunc enim ille, cui uxor hęc dicit, si ueraciter egit pœnitentiam ab operibus mortuis, quando ad baptismum accessit, habetque in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur; procul dubio plus tenebitur amore diuinæ gratię, quam carnis luxuriæ: & membrum [g], quod eum scandalizat, fortiter amputabit [h].

Heb. 9. Gal. 5.

a ¶ Vxor.] *Totus Augustini sic habet.* Quamobrem & illud qđ dicunt, ueluti probare cupientes, quantum valeat sola fides, vbi Apostolus dicit quòd si infidelis discedit, discedat, non est enim seruituti subiecta frater, aut soror in huiusmodi, id est, vt propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate coniuncta sine vlla culpa relinquatur, si cum uiro Christiano ꝓpter hoc quod Christianus est, Permanere noluerit; non attendunt eo modo, &c. *Verū ob glossas, potissimū in per* non attenditur, *quoniam Iuo, & Panormia habent vt Gratianus, nihil est mutatum.*

Glost. ordin. 1. Cor. 7. & Beda.

Item sermone Domini in monte, lib. 1. c. 27. & 28.

¶ Licite dimittitur uxor, quæ uirum suum cogere quærit ad malum. C. V.

Deut. 19. Iuo p. 8. c. 248. & 249. Inf. 32. q. 7. Apostolus, in fi.

IDololatria [1], quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, nō iussit; dedit locum Apostolo monendi, ut qui uoluerit, nō dimittat uxorem infidelem, quo sic fortassis possit fidelis fieri. *Item c. 28.* ¶ Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia [k] idololatria; non est dubitandum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest recte à fornicationis genere separare; si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quòd propter illicitas concupiscentias non tantum, quæ in stupris cum alienis uiris, aut fœminis committuntur, sed omnino quaslibet, quæ animam corpore male utentem à lege Dei aberrare faciunt, & pernicio-

Vtinam nisi fidelis cum non vult cohabitare: vel vult, sed ea conditione vt vir committat aliquid mortale peccatum. De duplici fornicationem separatur.

b ¶ Coniuncta.] Olim in infidelitate.

c ¶ Relinquitur.] a viro facto Christiano, & tunc licite potest alij copulari vir.

d ¶ Non attenditur.] Alius casus est, & ponitur interrogatiue, quasi dicat, nō solum in præmisso casu licite dimittitur vxor, sed nō attenditur, idest, nōne, attenditur, &c.

e ¶ Illam.] scilicet infidelem.

f ¶ Transigebas.] i. pascebas.

g ¶ Et membrum.] Idest, vxorem. 33. q. 2. admonere.

h ¶ Amputabit.] Remonendo à se corporaliter.

1 Dololatria.] CASVS. Hoc c. secundū H. intelligitur de dispari coniugio, sicut & precedes: & intelligitur in eodē casu cū illo. Est ergo casus secundū eū sic ponendus. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̄ vxor potest dimitti causa infidelitatis Domino permittēte: sed quia non iussit: Dominus, pōt quis vxorem suam infidelem retinere si voluerit, vt sic fortasse possit per eum fidelis fieri. In secunda parte extendit fornicationē ad quolibet mortale peccatum siue delictum. vnde vxor infidelis dimittitur si velit virum fidelem trahere ad aliquod mortale peccatum. cum quodlibet mortale pcm̄ large fornicatio dicat. Quo,] i. vt. Secunda pars incipit ibi, [Item fi.] Quod autem de dispari cōiugio intelligatur cōiugio intelligatur, vt dicit H. innuūt verba Aug ponūtur sup loco illum Aff, vbi tractat de impari cōgio. Ben. vero & quidā alij ītelligūt hoc c. d pari cōiugio. Vñ de hoc. sic casum breuiter ponit dices. Pri

Itaq; fuit vel spiritualem. scilicet idololatrando tantum, aliàs nō. Sed B. ordin. Be ne. ꝓ rene ci. vnde si vxor Christiana pertrahat virum ad mortale pcm̄, verberet eam, & cattiget si potest; & non consentiat. Sed alij intelligunt hoc de pari coniugio: quia ibi fidelis fidelem bene potest dimittere si compellitur ab eo ad mortale peccatum, nec ferre resistere potest, sed expresse contradicit, extra de diuor. quasi sint. & c. quantum. sed pone quod dimisit. sed post pœnitet. nunquid ire possit ad illum. tenetur eum recipere. Dilige per decr. ext. de diuor. de illa 1.

a ¶ Societate.] Idest matrimonio.

mo ostendit Augu. q̄ omne peccatum mortale pōt dici fornicatio. Secundo, q̄ pro quolibet mortali peccato potest vxor dimitti: cum Dominus indeterminate permisserit vxorem causa fornicationis dimitti posse. & hoc rōne duplici, quia indeterminationē eius, qua fornicatur: & ad cautelam sui, ne fornicetur & corrumpatur ab ea.

1 ¶ Idololatriam.] Hoc c. secundum H. de dispari coniugio intelligitur sicut præcedens.

k ¶ Auaritia.] Auaritia est idololatria. & idololatria in Auaritia est fidelitas. & infidelitas est fornicatio: ergo auaritia est fornicatio. fornicatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Vniuersalem.] Arg. quod indefinite dicitur generaliter debere intelligi, ff. de iure. qui habet. §. vlt. 31. q. 1. quod si dormierit.

b ¶ Vtique.] Quia ipsa cogit eum fornicari spiritualiter.

c ¶ Sacrificare.] Idem est si cogat ad quodcunque mortale peccatum, vt innuitur ex litera superiore, & not. q propter fornicationem corporalē semel cōmissam potest eam

1 De hoc no. 30. q. 1. nosse. ibi videas.

dimittere 1. 32. q. 1. dixit sed propter spiritualem non, nisi perseueret in fornicatione spirituali perseuerauerit. & sic etiam ibi not. Gofred. & Arch.

ADDITIO. Etī hoc casu loquitur ext. de conuer. coniug. c. vlt. nā ex eo quod dicit, quod fuit iudicio ecclesiæ ibi matrimonium separatur datur intelligi, q ibi maritus in ipsa fornicatione spirituali perseuerauerit. & sic etiam ibi not. Gofred. & Arch.

NOn solum.] CASVS. Dicit hic q vxor licite dimitti potest: non solum pp fornicationē carnalem, sed etiam propter spiritualem, scilicet idololatriā vel infidelitatē: & si vxor in his psueranerit, vir nisi eā dimittat, particeps est illi⁹ peccati. & potest hoc casu intelligi ſm H. & Bene. de pari vel impari coniugio: q a propter fornicationem carnalē vxor fidelis vel infidelis dimittit. d ¶ Coinquinat.] Cū alio à coniuge suo.

e ¶ Simulachrum facit.] Idest, idolum.

f ¶ Recede.] Hoc c. intelligit H. de duobus fidelibus, quorū alter labitur in hæresim: inter quos cum ratum fuerit matrimonium: nec soluitur altero labēte, nec contrahere potest. licet secus sit in casu conuersō, scilicet cū alter infidelium conuertit, tunc in tribus casib. dissoluitur, & cōtrahere potest. & hoc totum habes, ext. de diuor. quanto. Itē nunquid est præceptum quod dicit, recede ab illa? dicit H. quia ex quo perseuerat, præceptum est, si est notorium sed hoc quantum ad reddendum debitum; sed exigere potest: & sic intelligit 32. q. 1. cap. 1. videtur tamen Ha. quod in hoc casu ad minus consilium sit quod recedat illa. arg. inf. ead. iam nunc. sed ibi est consilium quando alter infidelium conuersus est: hic vero præceptum. & potest esse ea ratio, quia maior est hic contumelia creatoris, vt extra de diuor. quanto, & quod sit præceptum, si cum tali vxore volueris habitare. Fides enim seruanda est, & vxor penitus relinquenda. Idem intelligendū est de parentibus, & filijs, & fratribus & sororibus, & de qualibet alia re.

Maritus ab vxore, quæ simulachrū facit, debet recedere.

se, turpiterque corrumpunt, possit sine crimine & vir uxorem dimittere, & vxor virum: quia exceptam facit Dominus causam fornicationis: quam fornicationem (sicut supra commemoratum est) generalem, & uniuersalem [a] intelligere cogimur. Cum autem ait: [excepta causa fornicationis:] non dixit, cuius ipsorum, uiri, an fœminę. Non enim tantum fornicantem uxorem dimittere conceditur: sed quisquis eam quoque uxorem dimittit, à qua ipse cogitur fornicari; causa vtique [b] fornicationis dimittit: uelut si aliquem cogat uxor sacrificare [c] idolis; qui talem dimittit, causa fornicationis dimittit, non tamen illius, sed & suę: illius, quia fornicatur; suæ ne fornicetur.

Idem de adulterinis coniugijs, lib. 2.

¶ In eo libro non extat: sed apud Hermem in libro pastoris, mandato quarto ex quo citat Iuo hoc vna cum palea, ego dixi. infra 34. q. 1. & 2. Et quoniam in eo mandato tam de viro, quàm de muliere agitur, est aliqua verborum varietas: sed eadem sententia.

¶ Quæ simulachrum facit, nec resipiscit, dimittatur à viro suo. C. VI.

Iuo p. 8. c. 243 Pann. l. 7. c. 34.

NOn solum mœchatio est illius, quę carnē suam coinquinat [d]: sed etiam, quæ simulachrum facit [e], mœchatur. Quòd si in his factis perseuerat, & pœnitentiam non agit; recede [f] ab illa, & noli uiuere cum illa. Sin autem [g]? & tu particeps peccati illius eris.

Item Ambrosius ad Hilarium.

¶ Sic etiam Iuo; sed habetur apud B. Augustinum. epist. 89. Beda 1. Cor. 7. citat ex Augustino ad consultā Hilarij.

¶ Amore cuiuslibet non est à fide recedendum. C. VII.

Iuo p. 8. c. 253. Pann. l. 7. c. 33 1. Cor. 7

SI infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat: non est enim seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi, id est, si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic agnoscat fidelis suam libertatem [h]: ne ita se subiectum deputet seruituti, ut ipsam dimittat fidē, ne coniugem amittat infidelem. Hoc & de filijs, atq; parentibus, hoc de fratribus, & sororibus intelligitur, propter Christum [i] omnes esse dimittendos. cū proponitur ista conditio, ut Christum ∝ dimittat, si illos secum habere desiderat. Hoc ergo & de domo, atq; agris, hoc & de ijs rebus, quæ iure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est.

g ¶ Sin autem.] Idest, si non reuocas eam à proposito.

h ¶ Infidelis.] CASVS. Dicitur in hoc c. q licet dimittitur vxor infidelis, si cum viro fideli noluerit habitare, nam cum ista cōditio apponitur, vt fidē dimittas fi

i ¶ Christum.] Argu. q modus facit conditionem

dicit, cum ponitur ista conditio, & post dicit, vt Christum, & c. fi. extra de conditionap. c. 2. & extra vt eccle. benefi. vt nostrum.

IAm nunc.] Hæc est 3. pars qō. in qua dissuadetur vt fidelis non dimittat vxorē infidelem propter Deum. eam.

∝ ¶ Christum.] *Antea legebatur*, vt propter Christum dimittat, si cum secum; &c. *Emendatum est ex epistola B. Augustini. Reliqua vero partim ex ipsa, partim ex vetustis Gratiani codicibus.*

Item Augustinus ad Pollentium, lib. 1. de adulter. coniugys. c. 13. & 14.

¶ Quòd etiam infideles sunt coniuges, & quòd fideli licet dimittere infidelem. C. VIII.

Pann. l. 6. c. 100. 1. Cor. 7.

3 IAm nunc [a] illud videamus, quod ait Apostolus: [Cæteris [b] autem ergo dico [c], non Dominus,] ad imparia scilicet, hoc est vbi non ambo Christiani fuerant, coniugia locuturus. Quod mihi visum est eū monendo [d] dixisse. Quia enim coniunx fidelis relinquere coniugem licite potuit infidelem; ideo fieri hoc non Dominus, sed Apostolus prohibet [e]. Quod enim Dominus prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apostolus [f], quo possit esse multorum occasio lucrandorum, vt fideles coniuges in relinquendis infidelibus permissa [g] licentia non vtantur. Tibi autem videtur infideles quoque dimitti à fidelibus non licere: quia hoc vetat [h] Apostolus, cum ego dicam licere, quia hoc non vetat [i] Dominus; non tamen expedire, quia hoc ne fiat, monet Apostolus, qui reddit etiam rationem, cur fieri non expediat, quamuis liceat. Quo-

†al. Quid

modo † enim scis (inquit) mulier, si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si saluam facies vxorem? cum & superius dixisset: [Sanctificatus est enim vir infidelis in muliere fideli: & sanctificata [k] est mulier infidelis in fratre,] hoc est in Christiano. [Alioquin [l] filij vestri, inquit, immundi essent: nunc autem sancti sunt. [m]] Sic ad lucrandos coniuges, & filios Christo, etiam exemplis, quæ iam prouenerant [n], videtur hortatus. Cur ergo non expediat infideles coniuges dimitti à fidelibus, causa euidenter expressa est. Non enim propter vinculum [o] cum talibus coniugale seruandum, sed vt acquirantur Christo, recedi ab infidelibus coniugibus Apostolus vetat. Multa sunt enim facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officijs [p] grationa, quæ, cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Vnde prior Dominus ipse cum tributum se non debere monstrasset: soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad æternam salutem gerens [q] hominem † consulebat.

Ibidem ca. 14.

†al. morem

Ioan. de Fan. CASVS. Super his verbis Apostoli. Ego dico, non Dñs, vt fidelis non dimittat infidelē volētē habitare cū illo, distenserunt Pollentius & Augustinus. Nā Pollētius exposuit hoc verbum, dico, i. præcipio. Augustinus vero exposuit hoc verbum, dico, de consilio, & non de præcepto. vnde dixit, dico. id est consulo, & suadeo. Est ergo casus secundum H. talis in hoc c. Ostendit Aug. illud verbum Apostoli esse intelligendum de consilio: & quare Apostolus hoc consulat, vt s. fidelis non dimittat infidelem: subdit rationem, i. ex cohabitatione tali infidelis conuentibus relictis, & cohabitare volentibus, filij, quos ex aliis genuerint, non erunt legitimi. Vel loquitur de filijs prius natis, qui remanent immundi, id est, infideles: quia non conuertuntur.

a ¶ Iam nunc.] Hic incipit continua. hactenus tractauimus de paribus coniugijs fidelium, sci licet de quibus dixit Apostolus in epistola ad Corinthios. His qui matrimonio iuncti sunt, dico nō ego sed Dominus, vxorem à viro non recedere: & vir vxorem non dimittat. nam cæteris disparibus, &c.

b ¶ Cæteris.] Id est. disparib⁹ coniugijs: quia, prius de paribus ait Apostolus.

c ¶ Dico.] Id est, consulo & suadeo; ex Dei tamen auctoritate, non mea. 1 Scilicet q fidelis non dimittat infidelem cohabitare volentem vide Hug.

d ¶ Monendo.] Id est: non præcipiendo.

e ¶ Prohibet.] Ponitur improprie, id est, sub forma prohibitionis dissuadet, & monet ne fiat.

f ¶ Apostolus.] Ideo scilicet.

g ¶ Permissa.] à Domino, id est, non prohibita.

h ¶ Vetat.] Id est, dissuadet.

i ¶ Vetat.] Argu aliquid esse hoc ipso licitū, quòd non est à Domino vetitū arg. 32. q. 1 quod si dormierit. ff. de procuratores. 2. 2 Arg. cō. extra de translatio. inter corporalia vbi de hoc.

K ¶ Sanctificata.] i. ad fidem conuersa.

l ¶ Alioquin.] Id est, si alijs adhæserint vi

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Testatur.] Argu. q per sequentia determinari possunt præcedentia, hoc generale habes 41 dist. sit rector. in fi.
b ¶ Cũ .n. sim liber.] Id est, nullius beneficijs obnoxius.
c ¶ Omnium.] Id est, talem me exhibui, vt commodum facerem: & hoc fecit, vt plures, &c.
d ¶ Potestatem.] Sed ne diceretur, cur iõ hoc faceret. quia nõ egeret: subdit, q.d. egemus quidem, sed non vsi sumus, ne q impedimentum, &c.
e ¶ Si alij.] Hypocritæ.
f ¶ Potestatis.] i. potestatiuè participẽt rebus vestris.
g ¶ Nõ magis nos.] qui amplius diligimus vos quàm res vestras.
h ¶ Sed oĩa.] i. Famẽ, sitim, & similia.
i ¶ Demus.] Nã Corinthij erãt auari. & se retrahebant à prædicatione. Vel ideo, quia si ipse acciperet, multi essent pseudo Apostoli, qui statim prædicarent, vt acciperent, & ita impedirent Euangeliũ. sed cum iste non acciperẽt, nec illi auderent accipere, & ita non prædicarent.

Paulus pdicens nihil accipiebat.

Iam vero Apostolus, quemadmodum ista cõmendet, eius verba testantur a, vbi dicit: [Cum enim sim liber b ex omnibus, omnium c me seruum feci, vt plures lucrifacerem.] cum paulo superius dixisset: [Nunquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? nunquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi, sicut cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? An ego solus, & Barnaba non habemus potestatem d hoc operandi? Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non comedit?] *Et paulo post.* [¶ Si alij e, inquit, potestatis f vestræ participant; quare non magis nos g? sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia h toleramus, ne quod impedimentum demus i Euangelio Christi.

1. Cor. 9. Ibidem.

Idem ibidem, c. 18. & sequentibus.

¶ Ab infidelibus coniugibus licet recedere, sed non expedit. C. IX.

SIc enim k recedere ab infidelibus vxoribus, vel maritis fideles viri, vel fœminæ non prohibentur l à Domino, vt neque iubeantur. Nam m si dimittere tales coniuges iuberentur; nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret. Nullo enim modo, quod Dominus iubet, seruus n bonus fieri prohiberet. *Item paulo post.* ¶ Cum ergo o cœpisset gentibus Euangelium prædicare, iam coniunctos gentiles gentilibus comperit coniuges. Ex quibus si non ambo crederent, sed vnus, aut vna infidelis cum fideli cõsentiret habitare; nec prohiberi à Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi: ideo scilicet non

Beda 1. Cor. 7. Pann. l. 6. c. 102.

SIc.n.] CASVS. In hoc c. disputat adhuc Aug. super eisdẽ verbis Apostoli: Ego dico, nõ Dñs. & suum c. distinguit in tres partes. In prima ponit expositio Augu. & probatio, vel ratio expositionis. & hoc facit vsq; ad locum illum, [Quoniam ergo.] In secunda parte ponuntur tres responsiones Aug. ad tres tacitas qõnes Pollentij: & hoc facit vsq; ad locum illum. [Tu vero cui.] In tertia continetur superficialis expositio Pollentij, & expositionis probatio: & tandem sequitur Augustini victoriosa sub epilogo conclusio. & hæc particula extenditur vsq; ad fi. §. Licet autem iste casus ita breuiter consueuit poni, H. tñ & Ben. in qualibet particula singularem casum ponunt. In prima ergo parte sic procedit August. dicens. Si Dñs iussisset, hic non esset locus consilij monentis Apostoli. Si enim Dominus hoc præciperet. Apostolus contrarium non consuluisset. Dominus autem non iussit fidelem dimittere infidelem: quia iustitia. i. Deus iustus permittit retinere, nec vetuit: vnde Apostolus retinere commonuit. In secunda parte respondet tribus obiectionibus Pollentij, quæ non sunt in littera, sed ex responsionibus eliciuntur. quarum obiectionum prima est: Si Dominus non iubet, nec vetat vxorem infidelem à fideli dimitti, ergo vacuum, & superuacuum est Apostoli consilium, quo monet non dimitti. Respondet Augu. immo sibi vtile est quando animæ expedit: & quia per inspirationem spiritus sancti hoc dixit.
K ¶ Sic enim.] In prima parte ponitur vsque ad §. Quoniã ergo, intellectus Aug. super illa auctoritate Apostoli: Ego dico, non Dominus, q si vir fidelis habet vxorem infidelem, non dimittat eam. & ostendit rationem quare Dominus non prohibuerit nec iussit. In secunda parte vsque ad §. Tu vero. ponuntur tres solutiones Aug. ad totidem obiectiones Pollentij. In tertia parte vsque ad §. Intelligis. ponitur expositio & intellectus Pollentij super auctoritate prædicta, quam Aug. reprobat. Vltimo ponitur epilogatio, quam Augu. facit inferens victoriosissimam conclusionem. Et construe sic. Fideles viri sic non prohibentur recedere ab infidelibus vxoribus: vel fideles fœminæ sic non prohibentur recedere ab infidelibus maritis, id est, sicut neque iubentur recedere, secundum hoc primum, neque, abundat, vel si vis, q nõ superabundet, dic neque recedere. i. retinere, &c. id est sicut fideles viri, & fœminæ non prohibentur non recedere, sic nec iubentur non recedere. q.d. q nec illud nec istud fiat. hoc continuatur ad præmissam partem c.
l ¶ Non prohibentur.] Non repetitur hic, neque, supra positum ut faciat vnam affirmationem: sed propter interpretationem suprapositam. potest tamen legi vtrumque, & idem erit sensus.
m ¶ Nam.] Prima ratio quare Dominus non præcipit dimitti tales, s. vt Apostolo esset locus monendi, vt non fieret hoc. sed non dico esse verum: immo ideo dixit Apostolus, dico ego, non Dominus: nam si, &c. vt ostenderet, quòd Dominus non iubet recedere: nam si, &c.
n ¶ Seruus.] Nam Apostolus nullo modo faceret contra Dñm: sicut dixit prætor, q contra legem, non tuebitur aliquem. ff. de pub. ac. cũ sponsus. § si res & non re. uocantur à filio q̃ à patre gerũtur. C. de resti mi. q̃ à pre.
o ¶ Cum ergo.] Ratio quare non prohibuit tales dimitti, s. vt nihil prohiberet quod iustitia exigit fieri, iustum enim est vxorem dimittere ob fornicationem præterquam spiritualem.

a ¶ Eius

a ¶ Eius.] i. virtutis: vel ducens ad virtutẽ. 32. q. 1. dixit.
b ¶ Pudicitiam.] sup. prox. q. 1. nuptiarũ. contra. sed ibi pudicitiam continentiam vel virginitatem nominat: hic vero virtutem & castitatem, quæ etiam inter nuptiarum opera non amittitur.

su. ea. in princ.

prohiberi, quia iustitia permittit à fornicãte discedere, & infidelis hominis fornicatio est maior in corde: nũc uera eius a pudicitia cum coniuge dici potest: quia omne, quod non est ex fide, peccatum est: quamuis ueram habeat fidelis pudicitiam b, etiam cum infideli coniuge, quę non habet ueram. Ideo c autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari. quia non cõtra iussionem d Domini gẽtiles fuerant ambo coniuncti. ¶ Quoniam ergo e ab infideli fidelẽ discedere nec prohibet, nec iubet Dominus; ideo, ut non discedat, Apostolus dicit f, non Dominus; habens utique spiritum sanctum, in quo dare possit utile, & fidele consilium. Vnde cũ dixisset g de muliere, cuius uir mortuus fuerit: Beatior autem erit si sic permanserit, secundũ consilium meum, (ne quis hoc consilium tanquam humanum, non diuinum contemnendum putaret, adiecit: [Puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam.] Proinde intelligendum est, etiam ipsa, quæ non à Domino iubentur, sed à sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam catholicus dixerit, quod † suadet spiritus sanctus, non Dominum suadere, & cum ipse Dominus sit, & inseparabilia h sint opera Trinitatis. Dicit tamen: [De virginibus autem præceptũ Domini non habeo: consilium autem do:] non vt hoc cõsilium alienum existimemus à Domino; cum continuo sequatur, & dicat, [tamquam misericordiam cõsecutus à Domino, ut fidelis essem.] Secundum Deum ergo dat fidele consilium in eo spiritu, de quo ait: [puto autem, quòd et ego spiritum Dei habeam.] Verumtamẽ aliud est Domini iubentis imperium: aliud cõserui secundum misericordiã charitatis, quæ illi à Domino est inspirata, atq; donata fidele cõsiliũ. Aliud ibi facere non licet; hic autem licet: ita sane i, ut ipsum licitum partim quidẽ expediat, partim uero nõ expediat. Expedit tunc, quando non solum per iustitiam k, quæ coram Domino est, permittitur; sed etiã hominibus nullum ex hoc impedimẽtum salutis infertur: uelut cum dat cõsilium nõ nubẽdi Apostolus virginibus, (vnde pceptum Domini se non habere testatur) licet aliud facere, id est, nubere, & minus, quàm cõtinentiæ, bonum tamẽ tenere nuptiarum: ipsumque licitum etiam expedit l; quoniam in uetita, & illicita ruituram carnis infirmita-

Rom. 4. 1. Cor. 7. al. quando. Ibidem.

c ¶ Ideo.] Secunda ratio quare non pręcipitur: sed manifeste dicit: quia prima non pręcessit quo ad istũ articulũ.
d ¶ Iussionem.] Argu. q si gentilis cum gentili contrahat, non facit contra præceptum Domini, cum matrimonium sit inter eos, vnde si veniunt ad fidem, non debent separari.
ADDITIO. Vt inf q. 2. c. 1. extra de diuor. c. gaudemus.
e ¶ Quoniam ergo.] Responsio Augustini ad Pollentium dicentem, q ex quo Apostolus consuluit, & non Dominus: eius consilium tanquam humanũ, non diuinum contemnendum est. i. Rñdit ergo Aug. quis id quod consuluit Apostolus, nõ præcipiat Dominus: nihilominus cõsilium Apostoli tanquã à spiritu sancto infusum acceptãdum est: & quod habebat à Spiritu sancto, pbat per duo similia. Et nota q obiectiones Pollentij nõ ponuntur hic, sed colliguntur ex responsionibus Augu. sicut dixit lex: q in instrumento cautum est mihi pecuniam dari, præsumitur stipulationẽ esse interpositam, vt C. de con. stip. l. 1.
f ¶ Dicit.] Idest, monet: non Dominus dicit, idest, pręcipit. ita reperitur verbum in alia significatione. nam si in eadem falsum esset: quia quidquid monet Apostolus, monet Dominus, prout sequitur: & expositio varia huius verbi, dico, bene probatur per intellectũ illius auctoritatis: De virginib. autem præceptum Domini nõ habeo, &c.
g ¶ Dixisset.] Ad ostendendum q habebat spiritum sanctũ. & eius consilio standum esset.
h ¶ Inseparabilia.] Pro maiori parte. nã quædam attribuuntur patri, quæ non filio, & econtra. H. Sed tu dic opera operantia. operata enim opera nõ sunt inseparabilia, de consecra. d. 3. c. vlt.

Opera trinitatis an sint separabilia.

i ¶ Ita sane.] Hic respondet, Aug. secundæ obiectioni Pollentij dicẽtis: quare Apostolus non plus dicit consulendo, bonum est dimittere vxorem infidelem: melius est autem cum ea manere: sicut alibi consulendo dixit: Qui dat nuptui, bene facit: qui non dat, melius facit. Et respondeo q quædam licita sunt, quorum vtrumque expedit, vt dare nuptui: & non dare nuptui. Alia quorum vnum expedit, aliud non, vt dimittere, nõ dimittere. cum primis recte ponuntur hæc adiectiua, bonum, melius: cum secundis non; quia vtrumque non est bonum, quia non meritorium: & ideo non dicit Apostolus: qui dimittit, bene facit, &c.
K ¶ Per iustitiam.] Idest, propter ipsum nubere, quod est iustum, 27 q. 1. nuptiarum.
l ¶ Expedit.] Infra 33. questione 5. qui sitit. contra. Expedit quidem, & non expedit. Expedit causa fornicationis vitandæ, non expedit, quoniam vxorati cum sint diuisi, & cogitare eos oporteat quomodo placere possint & seruire vxoribus. diuinis obsequijs & orationibus intendere adeo expedite non

Nubere expedit & non expedit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non valent. vt extra de cler.coniug.quod ate, expedit ergo nu bere quo ad fornicationem vitandã: sed non expedit volenti tendere ad regnum cęlorum. & sic soluũtur contraria 31. quę stio. 5. tunc saluabitur.

a ¶ Præceptum.] Infra 32. quæst.1. integritas.

b ¶ Sed prohibet.] i. sub forma prohibitionis dissuadet.

c ¶ Adulterinis.] Argu quòd fidelis, qui dimittit vxorem infidelẽ cohabitare volentem, non potest aliam ducere in matrimonium, nec illa alium: quia remanet matrimonium, vt infra q. 2. §. quod vero c. si quis.

d ¶ Non potest.] Hic elice secundum obiectionem Pollentij.

a Scilicet dimittere.

e ¶ Pariter.] Alterũ quidem propter idololatriæ fornicationem 2, alterum propter lucrandi occasionem.

a Vt sup. ea. idololatria.

ADDITIO. Idẽ Hu, cuius fuit hæc expositio, dicens non: ergo peccat fidelis si dimittat infidelẽ, licet non velit vti cõsilio Apostoli. Arch.

f ¶ Nisi ita.] i. nisi Dominus daret Apostolo liberum locum prohibendi, idest, dissuadendi: Apostolus dissuadere nõ deberet, si contrarium Dominus prohibuisset, vel præcepisset: quod non fecit.

g ¶ Iussionem.] Si Dominus prohibuisset.

h ¶ Proinde.] Hic incipit assignare similitudines & dissimilitudines.

l ¶ Consilium.] Supra 27. quæs. 1. nuptiarum.

K ¶ Dimittit.] Sicut qui dat nuptui, bene facit: sed qui non dat, melius facit: quia vtrumq; licitum est, sed non expediens.

l ¶ Ego exponens.] scilicet super Euangelium Matthęi.

a ¶ Pro-

tẽ sic excipit honestate nubendi, ut neminem impediat ad salutem: quamuis magis expediret, magisque honestum esset, si uirgò consilium, quo præceptum [a] eam non compellit, arriperet. Tunc autem nó expedit id, quod licitum est; quãdo permittitur quidem, sed vsus ipsius potestatis alijs affert impedimentum salutis: sicut est (unde iamdiu loquimur) discessio fidelis coniugis ab infideli: quam non prohibet Dominus præcepto legis: quia coram illo iniusta non est: sed prohibet [b] Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis: non solum, quia perniciosissime scandalizantur offensi; uerum etiam, quia cum in alia coniugia ceciderint uiuentibus eis, à quibus dimittuntur; adulterinis [c] nexibus colligati difficillime resoluuntur. Ideo hic, ubi id, quod licet, non expedit; nõ potest [d] dici, si dimiserit infidelẽ, bene faciet si non dimiserit, melius facit, sicut dictũ est: [Qui dat nuptũ, bene facit: & q̃ non dat nuptũ, melius facit:] q̃m illud nõ solum utrumq; pariter [e] licet (unde ad nihil horum præcepto Dñi quasdã cõpellitur) sed êt utrumq; expedit, aliud minus, aliud amplius. Vnde ad id, q̃d amplius expedit, consilio Apostoli, quicumque potest capere, prouocatur. Hic aũt, ubi de dimittendo, uel non dimittendo infidelis cõiugio quęritur; utrumque quidem pariter licitum est per iustitiam, quę coram Domino est; & ideo nihil horum Dominus prohibet: sed non utrumque expedit propter infirmitates hominum: & ideo id, quod non expedit, Apostolus prohibet, dante sibi Domino liberum prohibendi locum: quia neque id, quod monet Apostolus, prohibet Dominus; neque id, q̃ prohibet Apostolus, iubet Dominus. Quod nisi ita [f] esset; neque contra prohibitionem Domini Apostolus aliquid moneret, neque contra iussionem [g] eius aliquid prohiberet. Proinde [h] in his duabus causis, una de nubendo, uel non nubendo, altera de infideli coniuge dimittendo, uel non dimittendo, aliquid simile inueniatur in uerbis Apostoli, & aliquid dissimile. Simile quidem, quod [i] ibi dicit: [præceptum Domini habeo, consilium autem do.] & hic dicit: [ego dico, non Dominus.] Quale est enim, [præceptum Domini non habeo,] tale est, non dicit Dominus, & quale est, [consilium [l] do,] tale est, [ego dico.] Illud autem dissimile est; quia de nubendo, & non nubendo dici potest, hoc bene fieri, illud melius; quoniam vtrumque expedit, minus unum †, magis aliud: at uero de coniuge infideli dimittendo, uel non dimittendo, quoniam unum horum non expedit; aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit, bene facit: & qui non dimittit [k], melius facit: sed dici oportet, non dimittat: quia etsi licet, non expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugẽ non dimittere, quamuis liceat & dimittere: quemadmodum recte dicimus melius esse quod & licet, & expedit, quàm id, quod licet, & non expedit. ¶ His de causis factum est, ut exponens [l] Domini sermonem, quem prolixũ in monte habuit, vbi ventũ est ad qõnem de cõiugibus dimittendis, uel non dimittendis, adhibitis etiam Apostolis, Ecce ego dico quia si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit: ibi ponitur hoc verbum, dico, præceptiuè. quare ergo non similiter & hic? Sed Augustin. respondet dupliciter. Primo sic, dicit enim, non est absurdum si etiam ibi commonitorie & de consilio loquatur Apostolus: licet de præcepto quilibet ad illud cogatur. Sæpe enim monemus humiliter charos nostros vt faciant ea, quæ sunt præcepti: & hoc facit Apostolus parcens eorum infirmitati. Secundo dicit quod non est mirandum si ibi ponitur præceptiuè. hic vero commonitorie: quia ibi dicit, Ego dico, simpliciter. hic vero: Ego dico, non Dominus.

1.Cor.7

Ibid.19.

1.Cor.7

† al. aliud.

Ibid.c.10. Lib.1. de serm. Domini, c.14.

a ¶ Prohibendi.] Id est. dissuadendi.

b ¶ Non expediant.] Supra 1.4. quæst.1. quod præcipitur.

SI AVTEM. CASVS. Hic est responsio ad tertiam obiectionem Pollentij, quæ talis erat: Cum dixit Apostolus,

licitis testimonijs dicerem, consiliũ esse Apostoli, non præceptum Dñi, vbi ait: [Cæteris aũt ego dico, non Dñs; monens eos, qui hêrent coniuges infideles, vt cõsentientes habitare secũ non dimitterent. Q̃d vtiq; ideo monendũ, non iubendũ fuit: quia nõ tãto pondere prohibendi [a] sũt homines facere licita, quãtus non expediant [b], quanto pondere prohibenda illicita. Si aũt [c] alicubi Apostolus etiam illa, quæ iubenda sunt, monere dignitatis est; hoc fecit parcendo infirmitati, non præiudicando [d] iussioni. Vnde ipse † dixit:

1.Cor.7.

† al. sic

Non vt confundam vos, hæc scribo; sed vt filios meos charissimos moneo:] quid habet quæstionis, vbi ait [e]: [Ego dico, non Dominus.] Item, vbi ait: [Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumdamini, Christus vobis nihil proderit?] Nunquid [f] etiam hic dixit ꝙ, Ego dico, non Dominus? Non sunt itaq; ista similia: quia etiam illa, quæ iubet Dominus, non est indignum, neque contrarium: si eadem monet Apostolus. Monemus enim quos charos habemus, vt faciãt Domini præcepta, vel iussa. Cum vero † ait, [Ego dico, non Dominus.] satis ostendit Dominum non prohibere quod ipse prohibebat. Prohibuisset aũt Dominus, si esset illicitum [h]. ergo secundum ea, quæ supra diu diximus [i], multumque versauimus, licitum erat per iustitiam sed etiam licitum non erat faciendũ propter liberam bene uolentiam. ¶ Tu vero [k], cui placet ita non licere, quod non vetat Dominus, sed Apostolus, quemadmodum non licet, quod vetat Dominus; cum exponere voluisses, quid sibi vellet, quod ait: [Ego dico, non Dominus.] cum alloquerentur fideles, quibus essent coniuges infideles; dixisti, quia Dominus iussit, ne coniugia sibimet diuersæ religionis copularentur: & ipsum adhibuisti testimonium Domini di-

Gal.5.

† al. ergo

Ibid.c.21.

Deuter.7.

Dico, præceptiue & admonitiue ponitur.

d ¶ Non præiudicando.] Sicut dicit lex, ꝙ voluntariæ tutelæ munera priuilegijs non præiudicant. C. de excus. tut. voluntaria.

e ¶ Vbi ait.] Ratio ad tertiam.

f ¶ Nunquid.] Arg. quòd nullum verbum in oratione vacat mysterio: & arg. ff. de vsur. si stipulatus. nam ibi dicitur, ꝙ si stipulatus sum à te rem mihi dari, vacuamque possessionem tradi, fructus veniunt in stipulatione. si autem rem tantum mihi dari: non veniunt in stipulatione. argum. contra. ff. pro soc. sed & si adijciatur. Idem est hic argu. quòd non est argumentandum de consimilibus illis, inter quæ dissimilitudo attẽditur. ff de rei ven. si nauis. & ff. de cond. inde plane. & ita intellige. ff. eo. ti. si reus. & hinc bene dicitur. ff. de iniusto & rup. test. l. 4.

Fructus in stipulatione rei q̃q; veniunt, q̃q; non.

g ¶ Dixit.] si. ff. de iu. om. iudicium, si familia.

h ¶ Illicitum.] Arg. omne illicitum esse prohibitum saltem ibi, declina à malo, & fac bonum. dicit ibi expositor; à malo omni, & exaudi hoc de mortali: venialia enim non sunt prohibita. argu. 13. dist. nerui. 14. q. 1. quod præcipitur.

Peccatum mortale & non veniale est prohibitum.

i ¶ Supra diu diximus.] Supple quòd Dominus non prohibuit id quod Apostolus, &c.

K ¶ Tu vero.] Augustinus, qui dictum Apostoli intelligit de consilio, ego dico, non Dominus, intellectũ sunm & rationem suam posuit in prin. quare Dominus non

debuit præcipere, vt non discederet vir fidelis ab infideli. Pollentius autem, qui de præcepto intelligit, aliam rationem ponit, dicens quòd ideo præcipit Apostolus & non Dominus infidelem non dimitti, quia Dominus videretur contrarius sibi, cũ pceperit in vet. test. ne quis alienigenã duceret: cõcludit ergo: August. ex hoc quod dicit Pollẽtius, Apostolum in præcipiendo fuisse etiam contrarium Domino: ad quod respõdet Poll. q in diuersis casib⁹ loquuntur Apostolus, & Dominus: & ideo non est contrarius ei: infert ex hac responsione August. ergo nec Dominus erat sibi ipsi contrarius, si idem præciperet quod Apostolus[1]: cum Dominus de coniungendo, Apostolus de iam coniuncto loquatur matrimonio. quid ergo respondes, Pollenti, quare præcipiat Apostolus, & non Dominus, assigna causam.

a ¶ Addidisti.] Ad hoc idem probandum. & addidisti cõcludendo.

b ¶ Hoc docet.] Respondet 1. & ostendit conclusionem illam non prouenire: quia in alio & in alio casu loquitur Apostolus, & Dominus.

1 Scilicet Pollẽtius H.

c ¶ Esse.] De coniunctis.

d ¶ Talem.] i. nõ suę religionis.

e ¶ Vbi agitur.] In Apostolo.

f ¶ Ambo.] Pone exemplum, vt melius appareat quod dicit. C. de transact. vt responsum.

g ¶ Cur fidelem.] Intrat quæstionem, vt Pollentius aliter respondeat, cum prima eius responsio nulla fuerit.

h ¶ Loco.] Id est, locum non habet: non est verũ. q. d. nisi velis dicere, quòd Apostolus hoc non dixit auctoritate spiritus sancti.

i ¶ Intelligis ne.] Vnde philosophus. Sentis ne inquit hæc atque animo illabuntur tuo?

Aduersarius an dẽat aduersario aperire quæ dicit.

K ¶ Diligentius.] Arg. quòd aduersarius tenetur aperire quæ dicit suo aduersario, vt 5. quæst. 2. relatum. 11. q. 3. eorum: sed hoc cap. nihil facit: quia dicit Boetius in 4. lib. Topicorum, quod disputatio dialecticorum est ad alterutrum, causidicorum siue rhetorum ad tertiũ[2] Vnde in dialectica disputatione est necesse, quòd qui obijcit, exponat obiectiones ipsi respondenti. in rhetorica vero sufficit quòd faciat ipsi iudici fidem, si obijciatur 30. q. 5. iudicantem. dicimus quòd de mandato iudicis debet ei respondere, vel exponere si potest, aliter non tenetur. C. de non num. pec. generaliter. ff. de prob. quinquaginta.

l ¶ Ecce.] Ponit thema, vt apertius dicat.

1 Scilicet alium iudicem

centis: (Non accipies vxorem filio tuo de filiabus alienigenarũ, ne traducat eũ post Deos suos, & pereat aĩa eius.) Addidisti[a] ẽt verba Apostoli, vbi ait: (Mulier alligata est, quamdiu vir eius viuit: quòd si mortuus fuerit vir eius, liberata est: cui vult, nubat: tantum in Dño.) Quod ita exposuisti, vt adiungeres, id est, Christiano. Deinde secutus es, & addidisti†, Hoc est ergo Dñi præceptũ tã in veteri, q̃ in nouo testamẽto, vt non nisi vnius religionis & fidei coniugia sibi maneant copulata. Si hoc ergo est Domini præceptum tam in veteri testamento, quàm in nouo, & hoc iubet Dñs, hoc docet[b] Apostolus, vt non nisi vnius religionis, & fidei maneant copulata coniugia; quare contra hoc Dñi iussum, contra doctrinam suam, contra præceptũ veteris, & noui testamenti iubet Apostolus, vt diuersæ fidei cõiugia maneant copulata? Quia Paulus, inquis, gentiũ prędicator, & Apostolus iam in coniugio positos nõ solum monet, sed ẽt iubet, vt si vnus, aut vna è coniugibus crediderit, alterũ, vel alteram non credentem, secum tñ habitare consentientem non dimitteret. His verbis tuis aliud hoc esse[c], aliud illud, satis euidenter ostendis. Illud.n. de his coniugijs agit, quæ sibi primitus copulantur, ne nubat fœmina non† suæ religionis viro, vel ne vir talem[d] ducat vxorem: id.n. (vt dicis) iubet Dominus, docet Apostolus, vtrũque præcipit testamentum. Hoc autem diuersum esse quis abnuat, vbi agitur[e] non de coniungendis, sed de coniunctis? Ambo[f] quippe vnius eiusdem infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt: sed Euangelium cum venisset; alter sine altera, vel altera sine altero credidit. Si ergo aliud est hoc (quod sine scrupulo vllius dubitationis apparet) cur fidelem[g] cum infideli in coniugio permanere non & Dominus, sicut Apostolus iubet? Nisi fortè loco[h] isto vacat, quod tam fidenter ipse Apostolus ait: (An vultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus?) Et vtique Dominus est Christus. Intelligis ne[i], quid dicam? An in hoc explanando aliquanto diligentius[k] immorabor? Attende, vt rem ipsam tanquam in conspectu considerandam planiore sermone ponamus. Ecce[l] coniuges duo vnius infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt. Nulla de his quęstio est, quæ pertineat ad illam Domini iussionem, doctrinamque Apostolicam, & præceptum veteris & noui testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli coniugium copulare. Iam sunt coniuges, & ambo adhuc sunt infideles: adhuc tales sunt, quales fuerunt, antequam iungerentur, qualesque coniuncti sunt. Venit Euangelij prædicator, credidit eorum

1 Cor. 7.
† al. aisti
1. Cor. 7.
Sent. 4. dist. 30.
† al. nisi
2. Cor. 13.

2 ¶ Di-

a ¶ Dimittat.] Hæc littera §, non exorta est: potest tamen ita intelligi: iubet fideli Dominus vt infidelem dimittat, an non iubet vt dimittat, i. an iubet vt non dimittat? & assumit Aug. tñ alternam partem disiũctiue, hanc. s. iubet vt non dimittat: & ex ista procedit, si dixeris iubet, &c. Secundum aũt, q in littera est, non vt fidelem non dimittat, &c. plana est littera: & bene congruunt quæ sequuntur. nam si dicat, iubet vt dimittat: Apostolus est contrarius Domino, vbi dicit, dico ego, non Dominus. si autem dicat. non iubet vt dimittat, assignet aliam causam.

b ¶ Reclamat.] Nec reclamat Apostolus contrarium suadendo: nec reclamat per hanc litteram, non Dominus. & hoc cum non est ibi, non: sed credo litteram falsam esse siue non. M.

c ¶ Causam requiro.] Quare non iubet Dominus, vt non dimittat. Ioan.

CONTRA INVENITVR. Hæc est 4 pars quæst. in qua loquitur de Iudæis, à quibus vxores & filij baptizati sunt separandi: & alias eorum consortium vitandum. & hoc probat per quinque auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Dictum est, supra, quòd fidelis potest retinere infidelem volentem habitare cum illo. se Toletan. cõcilium dicit contra. Sed hoc specialiter est de Iudęis statutũ. & quę sit causa, in sequenti capitu. subnectit.

IVdęi q.] CASVS. Dicitur in hoc ca. si Iudæi vxor cõuertatur ad fidẽ, admoneri debet vir vt ipse similiter conuertatur: quod si noluerit, ipsa debet ab eo separari: filij vero cõmunes apud eum parentem qui fidelis est, debent nutriti. Sequẽs § patet, in quo redditur ratio quare aliud fit in Iudæo, quàm in Gentili.

d ¶ Iudęi.] Quod hic dicitur corrigitur extra de diuor. quãto 1. Vel quod dicitur hic separãdos esse, intelligas in illis casibus quando in contumeliam creatoris vult habitare cum eo, vel vt trahat eum ad aliquod mortale peccatum, & secundum hoc idem iuris est in Iudæo, & Gentili. Vel loquitur in eo casu quando primo fuerunt Christiani, & postea alter factus est Iudęus, vt tunc teneatur recedere ab ipso si voluerit conuerti, vt su. ead. non solũ. Vel dic, q aliud est[2] si vir conuertitur ad fidẽ, & aliud si mulier. Nam si mulier conuertitur, ipsa debet recedere à viro, ne vir eam reuocet ad priorem errorem. Secus est si uir cõuertitur: quia facilius possũt viri reuocare mulieres, quàm econuerso: nã vir caput eius est. 33. q. 5. cum caput. Sed qualiter potest ecclesia filios illorum quorum alter est conuersus, cogere ad baptismum? Respon. ex quo alter parens eorum conuersus est, iam est factus de foro ecclesiæ: ergo & filij eius per consequens, vt 15 q. vult. cum multæ. Ioan. sed melius credo, q intelligatur quando Iudæus existens Iudæus contraxit cum Christiana. B.

e ¶ Conditionem matris sequantur.] inf. 32. q. 4. liberi. contra. hic de conditione religionis: ibi de conditione seruitutis.

f ¶ Infidelitatis.] Iudæi vero difficiliores sunt ad conuertendum, & peritiores ad subuertendum, q̃ gentiles: quia legem habeant, & prophetas. & ideo hęc ro potius ha-

1 Tu dic, q hæc decre. nõ corrigit hoc cap. sed declarat in pdi. decret. patet versi. si. n. aliter, &c. & qd' sequitur, verius est.

2 Hoc est tenendũ sm Io. de. Fant.

Mulier ad fidẽ conuersa dẽt virũ infidelẽ relinqre sed non econuerso.

Pagani citius transeunt ad fidem q̃ iudęi.

vnus, aut vna, sed ita vt infidelis cum fideli habitare consentiat; iubet fideli Dominus, ne infidelem dimittat[a], an non iubet? si dixeris, iubet; reclamat[b] Apostolus; (Ego dico, non Dominus.) Si dixeris, non iubet, causam requiro[c]. Neque illam mihi responsurus es, quam tuis litteris indidisti, quia Dominus prohibet fideles infidelibus iũgi. Hic enim nullo modo est ista causa, de iam iunctis loquimur, non de iungendis. Si ergo tu causam non inuenisti, cur nõ vetet Dominus, quod vetat Apostolus (cernis enim iam, vt existimo, non esse ipsam, quam esse putaueras) vide[1], ne forte illa sit, quæ mihi visa est & tunc proferenda, & nunc defendẽda, vt scilicet illud intelligamus dicere Dominum quod habet coram illo nullo modo transgredienda iustitia, id est, quod ita iubet, aut vetat, vt aliud facere omnino non liceat.

¶ Iubet Apostolus.] *Quæ sequuntur vsque ad ver.* iam in coniugio, *addita sunt ex B. Augustino: quemadmodum & in extremo à ver.* vide ne forte *vsque ad finem, vt sit perfecta sententia. Multa autem sunt emendata ex eodem originali cum manuscriptis etiam exemplaribus, & Beda collato.*

2 *Contra inuenitur in concilio Toletano quarto, c. 62.*

¶ Nisi ad fidem Iudæus accesserit, separetur ab vxore fideli. C. X.

IVdæi[d], qui Christianas mulieres in coniugio habẽt, admoneantur ab episcopo ciuitatis ipsius, vt si cum eis pmanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quòd si admoniti noluerint; separentur; quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam in Christianam translata est fidem. Filij autem, qui ex talibus nati existunt, fidem, atque conditionem matris sequantur[e]. Similiter & hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam sequantur religionem, non Iudaicam superstitionem.

Verum hoc ideo statutum est, ne dum fidelis salutem quęrit infidelis; potius ipse cum ea infidelitatis[f] perditionem inueniat.

Vnde in eodem concilio, c. 59. tam. de filijs Iudęorũ, quã de cæteris ad fidem venientibus statutum est, vt infidelium consortia euitent.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet locum in eis,quàm in gentilibus.arg. 11. q. 3. ad mensam.

IVdæorum.] CASVS. Dicitur hic, q̃ filij Iudæorum ad fidē cōuersi,ne a parentib⁹ corrumpantur, dēnt separari ab eis,& nutriri vel in monasterijs, vel apud mulieres Christianas. vt in moribus, & fide proficiant.

Iudæorum filij non sūt per vim baptizandi.

a ¶ Iudæorum.] Quidam intelligunt hoc c. q̃ Iudæis auferendi sunt paruuli eorū & baptizandi, sed adulti nequaquam. sed certe sicut nec adulti,ita nec paruuli ad fidē vi trahēdi sunt. immo secūdū hoc in breui nullus esset Iudæus. qūo ergo reliquiæ Israel saluæ fierent postea ideo,intelligo hoc de filijs iā Christianis quos forte parentes circūcidere volebāt de conse.d. 4. plerisque, & hæc littera hoc idē innuit vbi dicit,separari: & ita per baptismū soluī ius patriæ potestatis: nec tñ priu abuntur isti paterna successione.extra de Iudæ.Iudæi.

b ¶ Proficiāt.] Iuxta illud: Auge nobis fidem de pœ.dist. 2.dū sanctam. ergo iā isti baptizati erāt, cum proficere debeāt in gradibus dignitatis, id est virtutis, vt de pœ.dist. 2. dum sanctam.

SÆpè malorum.] CASVS. Statuit hic vt Iudæi ad fidē translati non cōiceā cū Hebræis, nec corrūpantur ab eis, q̃ñ sæpè malorum consortia bonos corrūpūt.quod si fecerint, castigētur; & Hebræi cædibus deputentur. [Donentur.] Non vt serui eorū fiant: sed vt disciplina regantur ab eis.Sequen.c. planum est per se.

c ¶ Bos.] Id est,neophitos.

d ¶ Hebræis.] Isti ergo nomen antiquum retinent post baptismum.arg.contra 27.q.2 scripsit.

Ecclesia iudicat aliqñ de his qui sunt foris.

e ¶ Publicis.] Arg. q̃ ecclesia iudicat de ijs quæ foris sunt; quod verum est quantum ad corporales pœnas. cū enim peccant, possunt uerberari,vel alio modo corporaliter mulctari de præcepto episcopi, vel principis. argu. 17.q.4.§. 4.constituit.& extra de rapt.in archiepiscopatu.& alia etiam pœna possunt puniri, ut extra de vsu post miserabilem.sed quantum ad spiritualem pœnam ecclesia non iudicat de illis: quia non potest eos excommunicare: quia qui in ecclesia non est, ab ecclesia separari non potest, vt 11.q.3.omnis Christianus.

f NVllus eorum.] Nisi sit missus ad d prædicandum eis,extra de Iudæis,c.quàm sit laudabile.

g ¶ Percipiat.] Emere tamen p̃t ab eis aliquis, & post præparet.argu.C.de Iudæ.nemo.

OMnes deinceps.] CASVS. Statuitur hic, ut omnes Christiani vitent consortia, & conuiuia Iudæorum. Nam cum ipsi Christianorum cibis non vtantur, indignum est, vt Christianorum cibis non vtantur, ne inferiores eis efficiantur.

h ¶ Iudæorum.] Similiter & gentilium, cum & ipsi horum die etiam cibos discernant. licet enim nō contineantur verbis edicti, vt 11.q.3.ad mēsam cōtinentur tamē sententia, vt ff.de per. hære.item veniunt.§. ait senatus: & 2.q.1 multi.& ff.si qua.pau.fe.di.l. pe.sed quare loquimur cum eis: cum nec comedamus cū eis? sed hoc redditur ratio, quia maior familiaritas est in cibo sumendo, quàm in colloquio: facilius quis decipitur inter epulas, vt 22.q.4.vnusquisque.

i ¶ Inferiores.] Vt 2.q.7.in sancta.

¶ A parentum infidelium separarentur consortio fideles filij,ne eorum inuoluantur erroribus. C. XI.

IVdæorum [a] filios,vel filias,ne parentum vltra inuoluātur erroribus,ab eorū cōsortio separari decernimus,deputatos † aut monasterijs,aut Christianis viris,aut mulieribus Deum timentibus, vt sub eorum couersatione cultum fidei discant; atque in melius instituti tam in moribus,quàm in fide proficiant, [b].

Burc.l.4.c.81. Iuo p.11.c.227. Pann.l.11.c.73. † al. deputandos.

Item c.61.

¶ Iudæis ad fidem venientibus cum infideli nulla sit communio. C XII.

SEepè malorum consortia etiam bonos corrumpunt: quanto magis eos [c],qui ad vitia proni sunt? Nulla igitur vltra communio sit Hebæis [d] ad fidem Christianam translatis,cum his,qui adhuc in veteri ritu consistunt: ne fortè eorum participatione † subuertantur. Quicunque ergo ex his,qui baptizati sunt;amodo infidelium consortia non vitauerint;& hi Christianis donentur, & illi publicis [e] cædibus deputentur.

Burc.l.4.c.84. Iuo p.11.c.278. Pann.l.11.c.74. † al.participio

Item ex sexta synodo,c.11.

Apostolorum can.69.

¶ Cum Iudæis nec manducandum, nec habitandum, nec ab eis medicamentum accipiendum est. C. XIII.

NVllus eorum,[f] qui in sacro sunt ordine,aut laicus azima Iudæorum manducet,aut cum eis habitet, aut aliquē eorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis percipiat g,aut cum eis in balneo lauet. Si vero quisquam hoc fecerit;si clericus est deponatur:si laicus,excommunicetur.

Iuo p.13.c.216.

Item ex concilio Agathensi,c.40.

Cōcord. Venet. c.12.1

¶ Clerici,siue laici vitent Iudæorum conuiuia, nec eos ad sua consortia recipiant. C. XIIII.

OMnes deinceps clerici,siue laici,Iudæorum [h] conuiuia euitent:nec eos ad conuiuiū quisquam accipiat; quia cum apud Christianos communibus cibis non vtantur;indignum,atque sacrilegum est eorum cibos à Christianis sumi cum ea,quæ Apostolo permittente nos sumimus, ab illis iudicentur immunda; ac si inferiores [i]

Iuo p.13.c.217.

1. Tim.4.

EX HIS Hæc est 5.pars quæstionis,in qua ponit magister diuersas solutiones, quomodo intelligatur quod dicitur omne quod non est ex fide, &c. probat etiam q̃ nullus Christianus debet ducere mulierem infidelē: & distinguit iter matrimoniū fidelium & infidelium. Io. de Fā. C A.

incipiant esse Christiani, quàm Iudæi, si nos, quæ ab illis apponuntur, vtamur, illi vero à nobis oblata contemnant.

Rom.14.

PErlatum.] CASVS. Quidam ingenuus ingenuam habens vxorem, se fecit seruum cuiusdam, ut hac occasione diuerteret ab uxore, quare quæsitum fuit in cōcilio Triburiensi, vtrum illam tenere debeat: & si tenuerit, vtrum illa redigatur in seruitutem, & respondetur in concilio, quòd pp̄ter hoc non potest ab ea diuertere, nec illa ancilla efficitur. Sequens. §. patet.

d ¶Diuortij.] Sed vnde haberet iste occasionem diuortij propter hoc? Certe p legem, quæ dicit, quòd seruitus superueniēs dirimit matrimoniū. ff. de diuor. l. 1. & in auth. de nup. §. si vero, coll. 4. Sed qualiter potuit iste se vendere, cum ex hoc sequatur, quòd idem sit qui vendit, & qđ venditur: quod est contra illud, ff. de rerum permutatione, l. 1. maxime cū quinque exigantur vt vēditio liberi hominis teneat, scilicet vt patiatur se venundari ad pretium participandum, & vt in veritate participet, & vt non sit ignarus suæ conditionis, & vt emptor ignoret eius conditionem, & vt sit maior xxv. annis, ff. qui. ad liber. procla. non li. l. 1. & 2. Item quæritur vtrum iste, qui se vendit, possit repeti ab vxore, quæ ius habet in eo, & in cuius opprobrium redundat huiusmodi seruitus. ar. quod sic. ff. de libe. cau. l. 1. 2. & 3. quod concedit H. maxime cum ipsa fuerit absens: nec poterat proclamasse. argu. ff. man. si precedēte § Lucius. & hoc cōcedo cum vir nō habeat copiam sui corporis: sed mulier. & est arg. ad hoc 33. quæstio. 5. quod Deo.

Vēdito hoīs liberi tenet quinque interueniētib.

rūt promisisse, vt si probare [a] se liberā, adiuuāte Domino, ualuisset, suo eam uos coniugio reformaretis. Fraternitas igitur uestra cognoscat, quòd reuelante Deo libertatis auctore, approbata [b] sit libera: nullaque in ea macula seruilis inuenta est. His ergo cognitis, sine mora aliqua suo per uos eam uolumus marito [c] restitui; nec ulterius idem vir eius argumenta sibi occasionis † exquirat, quibus eam possit abijcere. Nam si à uobis (quod non credimus) minime fuerit adimpletum, eamque recipere forte distulerit; nos illud cognoscatis cum districta uindicta correcturos.

† *al. aliqua occasione.*

Cum dicitur, [sciēs illum seruum;] datur intelligi, quòd si nesciret illum seruum esse, non cogitur cum eo manere. Quia ergo hæc et personæ, et cōditionis dolum passa est, nō cogitur adhærere ei, cuius fraude decepta est. si uero liberū acceperit, & ille, vt causam præstet dissidij, se alicuius seruum fecerit: nec ille uxorem dimittere, nec illa ob uinculum coniugij in seruitutem redigi potuerit.

su ea. si fœmina Sent. ibidem

Vnde in Triburensi conciilo.

¶Occasione conditionis dolosè mutatæ, uir non discedat ab ea, quàm libertatis tempore acceperit. C. VII.

PErlatum est ad sanctam synodum, quòd quidam ingenuus ingenuam accepit uxorem, & post filiorum procreationem occasione diuortij [d] cuiusdam seruum se fecit, utrum necessario mulierem tenere debeat: & si tenuerit, utrum illa quoq; secundum sæcularem [e] legem seruituti subijci debeat, quæsitum est α. Iudicatum est uxorem minime debere dimitti [f], non tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigi: dum ille non ex consensu cōiugis se seruum fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.

Sent 4. dis. 36. Burc. l. 9. c. 75. Iuo p. 8. c. 212. Pann. l. 6. c. 99.

α Quæsitum est.] *Hæ duæ uoces absunt à cæteris collectoribus præter Magistrum: Lex vero sæcularis, cuius hic mentio fit, est inter leges Longobardorum, ut in glossa dicitur.*

Quæritur etiam, si seruus vnius, alterius ancillam acceperit, an sit coniugium inter eos.

De his ita statutum est in concilio Cabilonensi 2. c. 30.

Et in capitular. adiectis, c. 55.

sponte assumpsit hoc onus 1, unde mos ei gerendus erat, vt ff. de prob. circa.

b ¶Approbata.] Idest, à iudice pronunciata. Et nota ꝙ si iudex pronunciaret eam liberam & ingenuam, talis sententia omnib. præiudicat. ff. de statu ho. ingenuum. Si autem pronunciaret non esse seruam petenti, illi soli nocet sententia. ff. de liber. cau. l. diui.

c ¶Marito.] Arg. ꝙ qui initio litis restitutionem non petijt, postea petere non possit, sup. 3. q. 6. § exceptio. sed hoc verum est, cum in modum exceptionis obijcitur restitutio: sed si directe in modum actionis posset, vsq; ad sententiam, vt extra de causa pc flesi pastoralis.

CVM DICITVR. CASVS. Iste §. respicit illud ca. si fœmina, & ex eo infert, quod si nescierit eum seruum esse, non cogitur cum eo remanere. Postea ponit Grat. quandam incidentem q. quæ incipit ibi, [Si vero.] & ad eam soluendam inducit c. sequens.

e ¶Secundum sæcularem] Non Romanam. nam s̄m eā ob seruilem conditionem viri non mutatur conditio vxoris, sed secundum legem Lombardam, secundum quā non illa vxor vel filij rediguntur in seruitutem, sed secunda cum filijs. vt in Lombarda de ijs qui se in ser. alteri. sub. l. pe. & vlt. In his enim legibus dicitur ꝙ vxor, quam tunc habebat, vel filij non rediguntur in seruitutem, sed secunda cum filijs, sed si illa defuncta alia ei nubat libera, & ipsa & filij eius rediguntur in seruitutem. Vel facit hic mentionem de senatusconsulto Claudiano s̄m quod si libera ibat in amplexus serui, serua efficiebatur, sed sublatum est hoc. C. de senatuscon. Claud. l. 1.

f ¶Dimitti.] Arg. licet aliquid deueniat ad id à quo incipere non potuit, non tamē propter hoc irritatur. 2. su. d. 55. præcepta. inf. prox. q. 1. ad limina.

a De hoc habetur pro & contra. ff. de ver. obl. l. existimo. & l. pluribus.

DIctum est nobis.] CASVS Quidam propter potestatem, quam habebant, præsumebant dirimere matrimonia inter seruos contracta: & ideo statuit Cabilonense concil. vt matrimonia seruorum non dirimant, etiam si diuersos habeant dominos, sed in coniugio permanentes dominis suis seruiant. idem erit obseruandum & si de voluntate dominorum serui fuerint coniuncti.

Vxores à viris per dños si dñi sint in diuersis aõ separent. quincijs? Credo alterũ compellendum vt vẽdat reliquo: vel si neuter emere vult, redimat ecclesia. Non .n. dñt vxores à viris separari, vt 33.qõ.2. quos Deus cõiunxit, & C.com. vtriusque jud. postlessionum. & arg. ff. de ædi. edi. plerique. Nam peccat et domini eos separando: & ita saltẽ indirecte sunt compellendi relaxare eos, vt ext. de jud. nouit. si non est qui emat: & potius sequitur vxor virum quàm econuerso. 13. q. 2. vnaqueque. Vel distingue, ancilla nubat volente dño, vel non, vt dixi 33. q. 2. vnaqueque.

b ¶ Legalis coniunctio.] idest, legitima, idest, cõis consensus.

c ¶ Voluntatem.] Maxime, quia etiam eis inuitis potest cõtrahi matrimonium, vt extra e. c. 1. Io.

¶Legitima seruorum coniugia sua auctoritate domini non dirimant. C. VIII.

DIctum est nobis, quòd quidam legitima seruorum cõiugia† potestatiua quadam præsumptione dirimant, non attendens illud Euangelicum: [Quod Deus cõiunxit, homo non separet.] Vnde nobis uisum est, ut cõiugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant [a]; sed in uno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est, ubi legalis coniunctio [b] fuit, & per uoluntatem [c] dominorum.

Sent. ibid. Burc. l. 9. c. 29. Iuo p. 16. c. 335. & p. 8. c. 167. Pann. l. 6. c. 40.

† al. Matrimonia.

CAVSA XXX.



Vidam populorũ frequentia impeditus, filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere: vxor autem eius, dum callide uellet suscipere proprium, suscepit alienum: quẽ uir adoptauit sibi in filium, & ex vxore sibi filia nascitur, quã filio suo adoptiuo, spirituali vxoris, dum vterque esset in cunabulis tradidit. Post triennium uxor moritur, & compater eius, relictam compatris uxoris suę vir clam sibi de sponsauit: aliquantulum temporis effluxit, & alius eam publice duxit in uxorem.

1 *Quæritur primum, an vxori suæ debitum reddere valeat, qui propriũ filiũ de sacro baptismate suscepit.*
2 *Secundo, an sponsalia contrahantur inter infantes.*
3 *Tertio, an spirituales, vel adoptiui filij naturalibus copulari valeant.*
4 *Quarto an vxorem compatris vxoris suæ alicui ducere liceat.*
5 *Quinto, an clandestina desponsatio manifeste præiudicet.*

QVAESTIO PRIMA.

Vòd autem [d] proprium filium in spiritualem sibi transferens, uxori suæ debitum reddere non ualeat: ratione, & auctoritate probatur. Nulla enim auctoritas

Vod autẽ.] Hæc q. diuiditur in tres partes in prima quarum probat per duo cap. q. si vir accipit filium suum de sacro fonte, q. separabitur ab vxore: sed hoc non tenet inf. e. c. dictum ext. de cog. spi. c. 2. Secunda ibi. [Econtra.] Tertia ibi: [Filia.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur vtrum vir, qui suscipit proprium filium de sacro fonte, possit reddere debitum vxori suæ: & certum est q. sic, vt inf. e. dictũ. & c seq. Idẽ dixit Alex. extra de cog. spi. si proprium filium de sacro fonte, possit postea commisceri carnaliter suæ vxori, cui per tale factũ comparet factus est? Et dicunt quidam q. sic: licet canones variẽ loquantur de eo. In primo & in secundo c. dr, q. debeat ab ea separari. In quinque aũt capitulis seqq. dr contrariũ q. non debeat ab ea separari. Sed contrarietas hæc soluitur extra de cog. spi. si vir vel mulier, vbi dicit Alexander, q. siue vir siue mulier ex malitia siue ex ignorantia susceperit filium suum de sacro fonte, non ideo a uiro se separandi, non tenent: quia sunt contra Euangelium, quod dicit ob solam causam fornicationis debere fieri separationem 33. q. 2. quod Deus. vel quod dicitur in eis, q. debeant separari, intelligas tamdiu quousque pœnituerint. Vel dic q. debent separari sub ea conditione, si pos-

c ¶ Voluntatem.] Maxime, quia etiam eis inuitis potest cõtrahi matrimonium, vt extra e. c. 1. Io.

d ¶ Quod autem.] Hic depingitur 1. q. an. s. qui suscipit proprium

permittitur [a], ut quis commatri suæ carnaliter copuletur. Hic autem uxorem suam sibi communem effecit: non ergo illi ulterius carnaliter copulari poterit. Hinc Deusdedit sãctæ Romanæ ecclesię episcopus scribit Gordiano [x] Hispalensis [x] ecclesiæ episcopo, & fratri charissimo.

a Permittitur.] Hoc male dicit. innuit. n. q. nõ possit contrahere nisi inuenitur concessum. sed contrarium verum est. infr. ead. 4. qui spiritualem: extra de spon. cum apud.

x ¶Hispalensis.] *In fragmento huius epistolæ, quod est in tomis conciliorum, legitur,* Hispaniarum. *apud Anselmum vero, ac Burchardum,* Hispanienses.

¶Separentur uiri ab vxoribus, qui aliquo casu natas proprios coram episcopo tenent. C. I.

Ient. 4. dist. 42. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 29. Burc. l. 17. c. 44. Iuo p. 1. c. 301. Pann. l. 6 c. 127.

PEruenit ad nos Diaconus vester sanctitatis vestræ epistolam deferens; quòd quidam viri, & mulieres præterito sabbato paschali die præ magno populorum incursu nescientes proprios filios suscepissent ex lauacro [b] sancto. Cupis ergo scire, si pro tali accidenti ratione debeant viri, ac mulieres ad proprium usum [c] redire, an non. Nos uero mœsti ex hac re inquisiuimus proprium patrum nostrum dicta †. Inuenimus autem in archiuijs [d] huius Apostolicæ sedis iam talia contingisse in ecclesijs Isauriæ, Ephesiorum, simulque Hierosolymæ, aliarumque ciuitatum [x]. Episcopis etiam earum ciuitatum ab hac Apostolica sede volentibus scire, vtrum uiri, ac mulieres redirent ad proprium thorum, beatæ memoriæ [e] sanctissimi patres, Iulius, Innocentius[f], & Cælestinus cum episcoporum plurimorum, & sacerdotum consensu † in ecclesia Apostolorum principis prohibentes talia perscripserunt; & confirmauerunt, vt nullo modo se in coniugio reciperent mulieres, ac viri, quicumque † aliqua ratione susciperint natos proprios; sed separarent se: ne suadente diabolo tale uitium inolescat. Scitis, quia quomodo sunt septem dona spiritus sancti, ita sunt septem dona baptismi [f] à primo [g] pabulo [g] sacrati salis, & ingressu ecclesiæ vsque ad confirmationem sancti spiritus per chrisma. Ab hoc ergo primo spiritus sancti dono usque ad septimũ nullus Christianus suam commatrem in coniugium susci-

† Concord. rex. in 8. in 1. fin. § sed quia. C. de iure delibe. & in l. C. de caduc. tol. lan.

† al. conuentu

† al. qui quacumq; rõne.

a Et tunc al. nec fornica. gna spirit. cap. 2. tur. &c. inf. e. c. nosse. in glossa. illa tã. &c. in fin.

b ¶ Ex lauacro.] Dicunt quidam, q. si suscipio filium Iudæi de sacro fonte, inter me & ipsum non contrahitur compaternitas: quia nihil ad constitutionem ecclesię de ijs qui foris sũt. 2. q. 1. multi. vnde si Iudæa postea cõuertatur ad fidem, possum cum ea contrahere: qa non reuiuisceret, quod nihil fuit. Dicunt tamen, q. si ita esset secundum legẽ Mosaicam, q. contraheretur inter eos cõpaternitas per circũcisionẽ sicut nũc per baptismã contrahit. Inter susceptum autem & suscipientem in ijs, quæ præcedũt baptismum, contrahitur vinculum compaternitatis: & licet adhuc non sit in fide vel in veritate ante baptismum, vt 28. q. 1. caue. destinatione tamen quadam fidelis reputat. extra de bap maiores. vers. quamuis. H. tñ & R. dicunt, q. iter me & Iudæam cuius filiũ de sacro fonte suscipio, contrahitur cõpatrietias 2. vnde nõ possum postea cũ illa ad fidem cõuersa cõtrahere. sed dt H. tamen q. bñ cõtrahit cõpaternitas inter me & patrẽ suscepti de sacro fonte, licet sit hæreticus, si aliquando fuerit baptizatus.

Cõpaternitas an cõtrahaẽ si Christianus filiũ Iudæi de fonte sacro suscipiat.

2 Sed licet sic contrahatur, non cõtrahitur matrimoniũ post talem cognatio, nem contracti cũ separat. extra l. b. 6 de cognat. spi. per cat chismum. in fi. Archiuium Baptismi se ptem sunt

c ¶ Vsum.] Loquitur de cõiunctis ante cõ paternitatem, & nõ de coniunctis post, prout quidam mentiuntur.

d ¶ In archiuijs.] Ab archa dictum est archiuium: vbi scilicet reponuntur libri & per tales libros fit fides, vt extra de præscr. ad audientiam.

dona.

3 Vertex pars capitis in qua capil li colligunsputo. Tertiũ est in pectore & in fronte crucis facta fi gnatio, ut ead. dist. postea signatur. Quartũ est olei sancti vnctio ut ea dist. deinde à sacerdote. Quintum baptismi ablutio, ut ea. di. uenit. Sextũ in uertice 3 chrismatis perunctio, ut ea. di. postquam. Septimum eiusdem in fronte facta signatio, ut ea. presbyteri.

ex his, quæ baptismum præcedunt.

e ¶ Memorię.] Hic inclpit respondere.

f ¶ Septẽ dona baptismi.] Primũ salis collatio, vt ut inf. de cons. di. 4. ex hinc Secundũ auriũ & nariũ linitio cũ

g ¶ Pabulo.] Hic videtur q. ex omnibus, quæ præcedunt baptismũ cõtrahat cõpaternitas, ut inf. e. q. 4. si qs unus ex. & inf. de consc. di. 4 in catechismo. nã & Christiana dr postquam catechizata est, 28 q. 1 caue. Sed cõtra: Clemens dixit q. ea quæ præcedunt baptismum nix impediunt matrimonium cõtrahendum, & non diri-

Universidad de Deusto Biblioteca

munt contractum, vt extra de cogna spi contracto. Item baptismus est ianua omnium sacramentorum, vt 32. dist. §. verum. cum ergo ianua non sit aperta, nullum sacramentum potest ingredi. Item propter catechismum non sit aliquis aptus contrahere matrimonium, 28. q. 1. caue. Item si decederet sine baptismo, nõ ꝓdesset ei catechismus quin perpetuo esset dãnatus. inf. de consec. d. 4. firmissimè. & ca. nulla. ergo patet, ꝙ adhuc membrũ est diaboli: non ergo potest esse filius spũalis. H. dicit, quòd in quolibet istorum contrahitur compaternitas: & dicit, ꝙ ante baptismũ nondum est hõ spiritualis: est tñ filius spũalis & dr spiritualis ad differentiam carnalis, vel adoptiui filij. Si hoc vis dicere, tũc dicas, ꝙ in illa decre. contracto, filius ille non erat filius viri, sed tantum mulieris, & sic plana est. Vel dic, quòd licet contrahatur cõpaternitas, nõ tamen talis cõpaternitas sufficiẽs est ad dirimẽdum. Alij dicunt, ꝙ tãtum in baptismo & confirmatione contrahitur cõpaternitas. Sed q̃ro quod donum contrahatur ꝑ ista, quę precedunt baptismum vt sine spe damnatus sit etiam infans, qui moritur ante baptismũ, vt inf. de consec. d. 4. firmissimè. & c. nulla? Dicũt quidam ꝙ prosũt ad minorẽ pœnam. sed hoc non videtur, quia leuissima est pœna paruulorum, vt inf. de consec. d. 4 c. regenerante. ergo videt, ꝙ non possit esse leuior. Alij dicũt, ꝙ hęc dona ꝓ sunt viuentibus, sed non morientibus. Fortiores enim sunt ad resistendum diabolo, vt infra de consec. dist. 4. postea. & c. ex hinc. Sed ex hoc sequitur, quòd omnes paruuli æqualem pœnam patientur: quod vix est credibile. Si quæras an hæc dona sint sacramentum, vel non. Dico quòd non: quia omne sacramentum confert salutem, vt su. 1. q. 1. multi. sed si appelles sacramentum, id est, signum futuræ gratiæ, tunc concedo esse sacrm.

Dona, q̃ cõtrahũtur ꝑ catechismũ ad quid prosint.

Sacrm omne salutem confert.

S I quis.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis tenuerit ad confirmationem filiam vxoris suæ, quam de alio viro habuit, debent separari, & de cætero non contrahant. Quidam tamen intelligunt hæc duo c. de matrimonio contrahendo, & dicunt quòd in hoc cap. tenuit filium concubinæ ad confirmationem: & in filio concubinæ posuit Beneuen. hunc casum, qu mihi non placuit, siue placet. B.

ECONTRA Hæc est 2. pars q. in qua probat per 5. c. quòd matrimonium contractum legitimè non soluitur per compaternitatem superuenientem. Ioann. de Fant.

N Osse.] CASVS. Quędam mulieres leuabant filios virorum suorum de sacro fonte, quod ex alijs mulieribus habuerũt: hoc aũt faciebãt in fraudem, vt separarent à viris: vel ꝑꝑ odiũ virorũ, vel ꝑꝑ fragilitatẽ incõtinentiæ volentes alijs cõmisceri. quare quæsitum fuit à Nicolao quid de hoc esset faciendum: qui rñdet dicens, ꝙ tales separari non debent immo vxor dẽt reddere debitum viro: ne prætextu pietatis videatur impietatem operari. Et ꝙ viro debeat reddere debitum probatur tribus auctoritatibus Apostoli. [Infirmitatem. id est, fragilitatem incontinentiæ.

a ¶ Ex alia] Id m & si esset ex illa. inf. ea. de eo.

b ¶ Copulari.] i. carnaliter commisceri. su. dist. 31. aliter. arg. ꝙ nunquam malũ est faciendum ꝑꝑ bonum, quod inde sequitur, sup. 1. q. 1. non est putãda. sup. 14. q. 5. forte. int. 32 q 4. sic non sunt. infra 33. q. 5. si dicat.

c ¶ Fraudare.] i. subtrahere debitum, quod inuicem debe-

pere debet. Et qui præsumpserit: tamdiu vinculo anathematis religetur, donec pœnitentiam digne egerit.

α ¶ Ciuitatum.] *Variè hic locus legitur in vetustis codicibus & apud collectores aptatus autem precipuè ex Anselmo est.*

β ¶ A primo.] *Idem factum est in hoc loco ex eodem Anselmo, Burchardo, & fragmento epistolæ. Similia etiam leguntur apud Petrum Damainum in inuectione in episcopum monachos ad sæculum reuocantem.*

Item ex concilio apud Vermerias, c. 3.

¶ Ab vxore separetur, qui filiastrum suum coram episcopo tenuit. C. II.

Et cap. l. 5. c. 5. Et in Moguntino. 1. c. 55.

Sent. ibidem. Burc. l. 17. c. 22. Iuo p. 1. c. 302. & p. 9. c. 80. Pann. l. 6. c. 125.

S I quis filiastrum, vel filiastram suam ante episcopum tenuerit ad confirmationem; separetur ab vxore sua, & nunquam aliam accipiat.

¶ *Burchardus & Iuo par. 9. cap. 80. citant ex concilio apud Vermerias, & ab vniuersitate Louaniensi scriptum fuit in exceptis decretorum bibliothecæ B. Trudonis citari ex eodem concilio. Idem autem Iuo p. 1. c. 302. & magister sententiarum citant ex capitularibus, vbi extat l. 5. c. 5.*

2 *Econtra vero scribit Nicolaus Salonitano † episcopo dicens.*

† al. Salamonio.

¶ Non separetur à viro, quæ filiastrum suum de sacro fonte leuauit. C. III.

Sent. 4. dist. 42. Iuo p. 1. c. 136. Pann. l. 6 c. 124. Dist. 28. si quis. docuerit. & d. 31. quicunque.

N Osse desideras, vtrũ mulier, quæ viri filium ex alia [a] fœmina genitum de sacro fonte leuauerit; postmodũ possit cũ eodẽ viro copulari [b]. Quos ideo iungi posse decernimus, quia secundum sacros canones, nisi amborũ consensu, nullius religionis obtentu debet coniux dimittere coniugem. Pertinet autem ad ingens vxoris exitium, quæ habens odio virum, vel infirmitatem eius non considerans, quasi causa pietatis operatur impietatem: maximè cum Apostolus præcipiat, [Nolite, inquiens, fraudare [c] inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.] Ergo si non ex consensu vtriusque coniugis hoc factum esse probatur:

1. Cor. 7.

debetis vobis: nisi ex consensu: quod forte facitis vt expeditius uacetis orationi. 33. q. 4. Christiano.

a ¶ Non fraudentur.] Ille tamen qui leuat filium sum de sacro fonte, perdit ius exigendi r. sicut ille qui fornicatur cum altera. Sed nunquid si talis perdit debitum debet vxor ei reddere? Dicit H. ꝙ sic, licet ille peccet petendo. & est arg. pro ipso. 13 q. 5. manifestũ. ext. de iureiu. debitores. Idem dicit de illis, qui vouerunt ad tempus. sed si perpetuo vouissent, secus esset, vt 33. q. 5. quod Deo. Tu dicas, ꝙ statim ipso facto perditum est ius exigendi, licet per sententiam ecclesiæ non sit ablatum ius: & cum non habeat alter ius petendi, nec reliquus dare tenetur vel soluere: quia vbi nulla est petitio, ibi nulla est mora, vt ff. de verb. ob. si pupillus. Sed nonne videtur contrarium 32 q. 1. dixit vbi dicitur. ꝙ Dñs solam causam fornicationis excepit, quare vxor possit negare debitum viro, vel econuerso? Sed illud sane intelligas, quòd ob solam fornicationis causam põt eam expellere de domo sua, & ab omni cura dimittere. dum tamen illud intelligas prout no. 28. q. 1. idololatria. sed plures sunt causæ, propter quas non cogitur reddere debitum viro: sed in illis casibus non potest eam a se abijcere, licet possit ei debitum denegare. Item si vterque leuauit filiũ suũ de sacro fonte neuter habet ius petẽdi: & licet neutri subueniat petitionis iure: vtrique tamẽ subuenitur iure replicationis sic extr. de diuer. significasti. & bonũ simile est extra de except. cum ecclesiasticæ. Sed quid si promiserunt perpetuam cõtinentiam, & alter postmodum fornicatur: nunquid poterit tunc reliquus petere debitum? Videtur, ꝙ possit, etiam si ambo fornicati essent, etiã si iurauit non repetere eam, vt extra de iure iu. tua. Ar. cõtra 33. q. quod Deo. Respon. quòd non potest petere: sed ecclesia coget reliquum reddere debitum, vt extra de diuor. ex literis.

Filium de sacro fonte leuans & multi alij perdũt ius debiti exigendi.

1 Ista fuit snia B. Isi. & Mel. Alij cõtra quia in hoc casu nõ est prohibitũ, ꝙ nõ exigit, & iõ nõ est prohibẽdus exigere, quamuis in fraudem fecerit. Arch.

Cõtinentia ꝑ coniuges ꝓmissa si alter fornicet, an possit reliquus ab eo debitũ petere.

non fraudentur [a] inuicem, sed reuertãtur in idipsum: præsertim cum dicat Apostolus: [Vxor sui corporis potestatem non habet, sed vir: & vir potestatem sui corporis non habet sed mulier.]

Item ex concilio Cabilonensi 2. c. 31.

¶ Non separetur a viro, sed pœnitentiam agat, quæ filium suum coram episcopo fraudulenter tenuit. C. IIII.

Sent. ibidem. Burc. l. 17. c. 23. Iuo p. 9. c. 81. Pann. l. 7. c. 65.

D Ictum est nobis, quasdam feminas desidiose, quasdam vero fraudulenter, vt à viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Vnde nos dignum duximus, vt si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam [b] suam aut propter fraudem; quamdiu viuet agat pœnitentiam [c]: à viro tamen suo non separetur.

Item ex concilio Moguntinensi, c. 10. in claustro sancti Albani habito.

¶ Separentur, & graui pœnitentia plectantur, qui filiolam suam; vel spiritualem matrem ducunt in vxorem. C. V.

Sent. ibidem. Burc. l. 17. c. 24. Iuo p. 9. c. 82. Pann. p. 7. c. 66.

† al. cuius vxor.

† al. discidium

D E eo, quod interrogastis, si aliquis filiolam suam in vxorem duxit, & de eo, qui filium suum babtizauit, & vxor, † eius eũ de fonte suscepit, hac causa, vt dissidiũ † coniugij fieret, si postea in tali copulatione possint permanere de talibus sic respondendum est. Si filiolam, aut commatrem suam aliquis in coniugium duxerit; separandos esse iudicamus, & graui pœnitentia plectendos. Si autem coniuges legitimi, vnus, aut ambo ex industria fecerint, vt filium suum de fonte susceperint, si inupti permanere voluerint, bonum est: sin autem grauis pœnitẽtia insidiatori iniungatur, & simul maneant: & si præuaricator coniugij superuixerit, acerrima pœnitentia mulctetur, & sine spe [d] coniugij maneat.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi episcopo.

¶ Non separentur ab vxoribus, qui filiastros suos coram episcopo tenent. C. VI.

Iuo p. 1. c. 304. Pann. l. 6. c. 126.

D E his, qui filiastros suos ad confirmationem coram

D Ictum est.] CASVS. Dicit hic, quòd si qua vxor vel ex desidia, vel ex fraude vt à viro separetur, communẽ filium ad confirmationem tenuerit, quamdiu vixit, pœnitẽtiam agat; & propter hoc nõ separetur à viro.

b ¶ Fallaciam.] Ar. ꝙ dolus nemini debet patrocinari, vt 15. q. 6. c. 1. & 20. q. 2. constituit. ff de dolo. nec ex dolo.

c ¶ Pœnitentiam.] s. interiorem, i. semper doleat se fecisse hoc. sic 50. d clerico

D E eo] CASVS. Aliqui ducebãt filias suas spirituales vel commatres in vxores, alij suscipiebãt proprios filios de sacro fonte causa diuortij. & ideo statutum fuit in concilio Mogun. vt qui contrahunt cum filia spirituali, vel commatre, separentur, & graui pœnitentiæ subdantur. Si autem vnus aut ambo filium suum ex industria de sacro fonte susceperint: si voluerint continere, bonum est; alioquin simul permaneant: grauis pœnitentia insidiatori imponatur: si superuixerit, de cætero non contrahat.

d ¶ Sine spe.] 27. q. 1. hi qui.

D E his.] CASVS. Dicitur in hoc ꝙ aliquis ignoranter filiastram suam ad chrisma tenuerit; propterea hoc non debet ab vxore separari: sed debet lugere dicendo: Delicta ignorantiæ meæ ne memineris.

Ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD limina.] CASVS. Quidã nomine Stephanus proprium filium, in mortis articulo constitutũ in absentia presbyteri baptizauit: propter quod episcopus loci eum à sua vxore separandũ iudicauit, & cum hoc per dictum Stephanum Papæ significaretur, Papa scribit illi episcopo commendando eundem Stephanum de hoc quod fecit, & dicit, quòd propter hoc separari ab vxore nõ debet: quia nisi causa fornicationis separari non debet, dicente scriptura: quod Deus coniũxit, homo non separet. Sequens §. pater, in quo ostenditur quot modis filia spiritualis dicatur, & ad hoc inducit sequens cap.

a ¶ Innotuit.] Id est, notificauit.

b ¶ Cogente:] sed idẽ esset absq; necessitate: sed tunc ei pœnitẽtia imponenda esset, & vrgẽtissima necessitas excusat. de consecra. distinctio. 1. sicut. non tamen pater filium in necessitate confirmabit. quia illud episcopale est. de consecra. distin. 5. manus.

c ¶ Dicente.] Supra d. 26. deinde.

d ¶ Necessitas.] Sic infra. de consec. dist. 1. sicut, infra 34. q. 1. cap. 1.

e ¶ Vxerit.] Non ergo quod prius legitime factum est, propter superuenientem causam infringi debet, etiã quamuis res deueniret ad eũ statũ, à quo incipere nõ potuit, vt supra 55. distin. præcepta.

z Et su. 29. q. 2. per latum. vbi de hoc.

f ¶ Auctoritate.] .s. qđ Deus coniunxit. homo nõ separet. & ibi dicitur vxorẽ .s. esse dimittendam nisi causa fornicationis. 33. q. 2. ca. quos Deus.

FILIA. Hęc est tertia pars q in qua dicitur quod in sequentibus capitulis continetur. 10. de Fant.

Om.

episcopis tenent, id est qui filios vxoris suæ de viro priori, dum chrismantur ab episcopis, super se sustinent; si in scientia †, sicut asseris, fiat; licet sit peccatum, non tamen vsque ad separationem coniugij puniendum est: lugeant tamen, & digna pœnitentia hoc diluentes Domino dicant, [Delicta ignorantiæ nostræ ne memineris.]

† al. si in scientia vt asseritur fit Psal. 24.

Item Ioannes Papa VIII. Anselmo Lemouicinæ ecclesiæ episcopo.

¶ Non separetur ab uxore, qui necessitatis causa filium suum baptizauit. C. VII.

AD limina beatorum Petri, & Pauli apostolorũ principium hic præsens homo nomine Stephanus rationis causa veniens, nostro præsulatui suggerẽdo innotuit [a], quòd filium suum in extremo vitæ positum necdum baptismatis vnda lotum, absentia scilicet sacerdotũ, necessitate cogente [b] baptizasset, eumque ipse proprijs manibus retinendo suscepisset: atque pro huius rei negotio notitiæ tuæ patefacto, reuerentia tua, quasi rectitudinis zelo flagrans, præfatum hominem à sua coniuge iudicauerit separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicẽte [c] scriptura a Domino iunctam esse viro vxorem, & [Quod Deus coniunxit, homo non separet.] Vnde & Dominus in Euangelio nõ dimittere posse vxorem suam, nisi causa fornicationis, apertissime iubet. Quapropter & nos tantæ auctoritatis iussione præcipuè freti, dicimus omittendum [α] esse, & inculpabile iudicandum, quod necessitas [d] intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicã auctoritatem †, si necesse fuerit facere, libere conceditur. Vnde si supradictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua morte pereuntem dimitteret sacri vnda baptismatis lauit, vt eũ de potestate auctoris mortis, & tenebrarum eriperet, & in regnum Christi iam regnaturum † sine dubitatione transmitteret: bene fecisse laudatur; & idcirco suę vxori sibi iam legitime sociatæ impune, quamdiu vixerit [e], iudicamus manere coniunctum. nec ob hoc contra præfatas auctoritates [f] diuinas aliquatenus separari debere †.

Sent. ibidem. Ply. l. 6. tit. 4. Ansl. l. 10. c. 30. Iuo p. 1. c. 306.

Prouerb 16. iuxta LXX. Matth. 19.

† al. sanctionũ

† al. regenerasturum

† al. debuisse

¶ *Epistola Ioannis octaui, ex qua sumptum est hoc caput, extat in bibliotheca Vaticana scripta Anselmo Lemouicinæ ecclesiæ episcopo, & in concilio Ticinensi tempore eiusdem Ioannis cum legatis ipsius & magna parte episcoporum Italiæ, & Gallię habito in subscriptionibus est*, Anselmus Lemouicensis ecclesiæ episcopus. *Itaque emendatum est*, Lemouicinæ: *cum antea legeretur*, Lemosinæ.

α ¶ Omittendum.] *Sic emendatum est ex aliquot vetustis, epistola ipsa, & Iuone infra etiam 34 q. 1. & 2. ca. 1. Leo eisdem verbis vtitur*, omittendum est, & inculpabile iudicandum *quem imitari videtur Ioannes voluisse. In vulgatis erat*, dimittendum nõ esse.

Sent. ibidem.

3 *Filia dicitur spiritualis non solum eius, qui accipit, sed etiam eius, qui trinæ mersionis uocabulo eã sacro baptismate tingit. Dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis, quæ ei peccata [g] sua confitetur. Harum omnium flagitiosa coniunctio est, & eadem pœna plectenda.*

Vnde Symachus Papa ait.

OMnes.] CASVS. Docet Symmachus in hoc c. qp qui recipit pœnitentiam à sacerdote, ita est filius eius spiritualis sicut ille quem immergit, vel sicut ille quem suscipit de sacro fonte. vnde sicut Syluester docet, nullus fornicationis causa accedat ad suam filiam pœnitentiam habere. argum. hic. si tamen contrahit, forte tenet matrimonium. videtur enim tantum hoc sacerdoti prohiberi 1: cum eius tantum sit officium audire peccata confitentium. Sed nunquid sacerdos orientalis audiet peccata vxoris suæ? Non: quia nec ipsa ei libere confitetur, si commisit adulteriũ. Sed obijcio: tu dicis hic qp in baptizando contrahitur compaternitas. sed monachi ex officio quandoque debent baptizare: & tamen non possunt fieri compatres. vt 18 q. 2. peruenit? Respon. possunt esse compatres baptizando, & non leuando. 16 q. 1. placuit.

¶ Par pœnitentia ei indicitur, qui spiritualem filiam, & pœnitentialem suam violare monstratur. C. VIII.

Sent. ibidem.

OMnes [a], quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sũt spirituales filij, ut & ipsi [b], quos uel nobis suscipientibus, uel trinæ mersionis uocabulo mergentibus, unde sacri baptismatis regenerauit. Siluester quoque docens admonet unumquemque sacerdotem, ut nullus causa fornicationis ad suam pœnitentialem accedat: quia scriptum est: † Omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, ut in baptismate suscepti.] Quapropter hoc scelus si quis perpetrauerit, non solum dignitatis honorem amittat, uerumetiam usque ad exitum vitæ suæ iugi pœnitentiæ, [c] se subdat.

Item Cęlestinus.

¶ De eodem. C. IX.

Poly. l. 4 tit. 39.

SI quis sacerdos cũ filia spirituali fornicatus fuerit; sciat se graue adulteriũ commisisse. Idcirco fęmina, si laica est, omnia derelinquat [d], & res suas pauperibus tradat, & conuersa [e] in monasterio Deo vsque ad mortem seruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & pegrinando [f] duodecim † annis pœniteat: postea uero ad monasterium uadat, ibiq; cunctis diebus uitæ suæ Deo seruiat.

† al. quadecim

† al Idem

Item †.

Polycibidem.

¶ De eodem. C. X.

NOn debet episcopus, aut presbyter commisceri cum mulieribus, quæ ei sua fuerint cõfessæ peccata. Si forte (quod absit) hoc contigerit; sic pœniteat, quomodo de filia spirituali, episcopus quindecim annos, presbyter duodecim [g], & deponatur: si tamen in conscientiam [h] populi deuenerit.

His itaque auctoritatibus apparet, quòd siue proprium, siue tantummodo uiri filium mulier de sacro fonte susceperit; non ideo à viro suo est separanda. Quod & de uiro similiter oportet intelligi.

1 Ar. ad hoc su. e. non debet, vb i antũ sit mẽtio de epo, & sacerdote: & hoc teneas, prout no. ex. de cog. spi. & vlt.

Pœna publica virũ per sacerdotem agi possit.

Pœna sacerdotis filiam spiritualem cognoscens.

2 Et qđ dubitat scelerata esse commissum, &c. vt 24. q. 1. non afferam. as.

a ¶ Omnes.] Hæc tria c. non inducit Gr. nisi vt ostendat quot modis dicatur filia spiritualis.

b ¶ Vt & ipsi.] Nec notat omnimodam similitudinem, nisi quo ad ipsum sacerdotẽ, qui suscipit in pœnitentiã. filius enim eius, bene potest ducere, quam pater recepit ad pœnitentiam, non tamen quam immersit in baptismo multa enim attenduntur in baptismo, quæ non attenduntur in pœnitentia. Si enim te suscipio ad pœnitẽtiã, non ideo parentes tui mihi compatres sunt: & per baptismum plena fit remissio peccatorum, non autem per pœnitentiã. Si ergo laicus audiat in necessitate peccata alicuius mulieris, non potest postea cum ea contralem: quod qui fecerit, deponetur, & perpetuæ pœnitentiæ subiacebit.

c ¶ Omnes.] Hæc tria c. non inducit Gr. nisi vt ostendat quot modis dicatur filia spiritualis.

d ¶ Nec notat omnimodam similitudinem, nisi quo ad ipsum sacerdotẽ, qui suscipit in pœnitentiã. filius enim eius, bene potest ducere, quam pater recepit ad pœnitentiam, non tamen quam immersit in baptismo multa enim attenduntur in baptismo, quæ non attenduntur in pœnitentia. Si enim te suscipio ad pœnitẽtiã, non ideo parentes tui mihi compatres sunt: & per baptismum plena fit remissio peccatorum, non autem per pœnitentiã. Si ergo laicus audiat in necessitate peccata alicuius mulieris, non potest postea cum ea contralicti. 20. q. 1. sicut. licet quidam ista velint intelligere de consilio.

f ¶ Peregrinando.] Et ita sacerdos potest agere publicam pniam. de pœn. d. 6. sacerdos, quod concedo de deposito sine spe restitutionis, scilicet quòd publicam & solennem agere possit, vt dixi 50 dist. confirmandum, licet alij dicant contra.

g NOn debet.] ¶ Duodecim.] Magis enim peccat sacerdos cognoscendo filiam spiritualem, quã vxorem alterius: quia pro hac imponitur pœnitẽtia xij. ann. pro illa x. 2. vt 82. dist. presbyter.

h ¶ In conscientiam.] Non est ergo quis deponẽdus nisi pro publico crimine, quod in notitiam populi deuenerit. 50. dist. sacerdotes, &c. seq.

Spon.

Ponſal ia.] CASVS. Hic intitulatur 2.q.qua quæritur, vtrum ſponſalia contrahantur inter infantes, ideſt, ante ſeptennium. & certum eſt quòd non: quia conſenſus inter eos interuenire non poteſt, vt infra cap.vno. & quia cõſenſus inter infantes interuenire non poteſt, patet quòd inter eos non contrahantur ſponſalia.

Sponſalia an inter infãtes contrahi poſſint.

a ¶ Sponſalia.] Hæc eſt 2.q. vtrum ſcilicet inter infantes contrahi poſsint ſponſalia. Et quidam dicunt ꝙ nõ inf.ea.c.1.cum enim infantia duret vſque ad ſeptẽnium. C.de iure deli.l.ſi infanti. & ętas illa neſciat quid uideat, ut C.de fal.mo.l.1.& cũ infantes adhuc conſentire non poſsint, ſponſalia non contrahunt: quæ ſine conſẽſu cõtrahi nõ poſsũt. ext. de deſpon. imp. acceſsit. ff.de ſpon.in ſponſalibus, niſi proximi ſint ſeptennio: ita ꝙ ſint capaces intelligẽtiæ. Ad matrimoniũ aũt cõtrahẽdũ tria exigũt, cõſenſus, & ꝙ ſit pubes, & ad coeundum potẽs. arg.33.q.1.ca.1.nam non poteſt uideri nupta quę uirum pati non poteſt. ff. quando dies legati ced. l. vlt. ſi tamen & ante ętatem illam coire poſſunt, teneret matrimoniũ. arg. prędictæ l. & ex.de deſpõ. impu. puberes, &c. de illis.

Matrimonio tria ſunt neceſſaria.

ſoluere, vt extra de ſponſ. præterea. ſed Hu. dicit Alexandrum ibi magiſtraliter potius quàm Papaliter reſpondiſſe.

d ¶ Conſentiat.] Arg ꝙ ſequens ratihabitio confirmat prius factum inualidũ. extra de iu.patr. cura paſtoralis. 16. q.

QVAESTIO II.

Ponſalia [a] ante ſeptennium contrahi nõ poſſunt. Solo enim conſenſu contrahuntur: qui interuenire nõ poteſt, niſi ab vtraque [α] parte id intelligatur, quod iter eos agitur. Probatur ergo ſponſalia non poſſe cõtrahi inter pueros, quorum ætatis infirmitas conſenſum non admittit.

α ¶ Vtraque.] *Sic eſt emendatum ex pleriſque uetuſtis, cum ante legeretur,* alterutra *utriuſque enim conſenſus neceſſarius eſt.*

Teſtatur hoc idem Nicolaus Papa dicens.

¶ Ante tempus conſentienti coniugium contrahi non poteſt. C. I.

Extra de deſp. impub.c.2. Pann.l.6.c.122.

VBi non eſt [b] conſenſus utriuſque, nõ eſt coniugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & econuerſo; nihil [c] faciunt, niſi uterque puerorum, poſtquam venerit ad annos diſcretionis, conſentiat [β] [d], etiam ſi pater, & mater hoc uoluerint, & fecerint.

¶ *In Decretalibus tit. de diſpenſatione impub ca. 2. habetur initium huius capitis: & adyciuntur alia ex eo Nicolai reſcripto.*

β ¶ Conſentiat.] *In uulgatis codicibus ſequitur,* nec eſt coniugium, niſi ſit conſenſus utriuſque: *quæ verba abſunt à pleriſque manuſcriptis.*

QVÆSTIO III.

Sent. 4. diſt. 42.

Vòd autem [c] *ſpirituales, vel adoptiui filij naturalibus copulari non poſſint, Nicolaus Papa reſpondens ad conſulta Bulgarorum, ca. 2. teſtatur ita dicens.*

VBi non eſt.] CASVS. Dicitur, ꝙ vbi cõſenſus non eſt, nec matrimonium poteſt eſſe, nec ſponſalia. vnde qui pueris dant puellas in cunabulis, nihil agunt, etiam ſi parentes hoc velint: niſi ratihabitione puerorũ hoc confirmetur cũ ad annos diſcretionis peruenerint.

b ¶ Vbi nõ eſt.] Hoc c. de matrimonio, & de ſponſalib. intelligi poteſt, ſm quod de ſponſalib. dic coniugium, ideſt, promiſſio futuri conjugij. inf.ea.q.5. noſtrates.

c ¶ Nihil.] Sed pone ꝙ parentes iurauerunt ꝙ filios & filias dent nuptui ad inuicẽ: nunquid potuerunt ſe obligare ad alienum factum 1, cum alienũ factũ poſſit nemo promittere; Item nunqiud ſunt periurij, ſi filij non contrahunt? Reſp. in matrimonio ſpeciale eſt ꝙ alienũ factum poteſt promitti: nec ſunt rei periurij, licet filij nõ contrahunt, dummodo parentes dent operam quam poſſunt, vt inf.31.q.3. ſi qui parentes. Vel poteſt dici, ꝙ intelligunt promiſiſſe ꝙ darent operã vt fieret, vt ff de ver.obl. quoties, & in l. illa, inter ſtipulantẽ 2. Item hic eſt ſpeciale, ꝙ alteri poſſumus paciſci, ut ext. qui cle. uel vo. veniens. Item ſi parentes apponunt pœnam contra actũ ſponſalium: peti non põt pœna: quia matrimonia non poſſunt adſtringi vinculo pœnæ, vt ff. de ver.oblig. l. Titia. Dubitari conſueuit, Ecce aliqui contraxerũt ſpõſalia de futuro, volunt ſe mutuo conſenſu abſoluere, quęritur an poſſint H. dicit ꝙ non, & eſt argu. 31.q. vlt. cap. vnico. Alij dicunt ꝙ etiam ſi iurauerint, poſſunt ſe ab-

1 Adde ad hanc qõnem Cy. in l. mul tum C. ſi qs alteri, vl ſibi

2 De hoc no. ext de ſpon. ex literis 2. & c. ſicut. in prin. Arch.

16.q.1. quoniam quidquid 3. Sed eſto quòd aliqui ante vij. annum contrahant ſponſalia, poſt ſeptennium non contradicunt, nec etiam expreſſe conſentiunt: nunquid ſunt ſponſalia confirmata? Vel pone ꝙ aliqui ante pubertates annos contraxerunt ſponſalia: poſt pubertatem nõ contradicunt, nec etiam expreſſe conſentiunt, nunquid ſunt ſponſalia confirmata per talẽ taciturnitatẽ? videtur quòd adhuc inquirendum ſit ab eis an perdurẽt in priori conſenſu. 20.q.1. illud. & 28. d. de his. Econtra videtur ſufficere, quod non contradicant, vt extra de de ſponſ. impub. de illis. & c. litteras. & c. acceſſit. Dico ꝙ ſi ſimul habitabant, & non contradicunt poſt ætatem legitimam, matrimonium eſt confirmatum, vt ff. de ritu nup. minorem. ſecus ſi ſeorſum habitant. extra de de ſpon. impub atteſtationes.

3 Adde ad hoc ... [illegible]

Vòd autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima quarum probat per tria ca. ꝙ filij naturales non poſſunt contrahere cum filijs ſpiritualibus. Secunda ibi, [Filij vero.] Tertia ibi, [Si quis vero.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 3.q. qua quæritur vtrum ſpirituales filij vel adoptiui poſſunt naturalibus copulari: & certum eſt quod non, cum ſint fratres, vt inf. ca. 1. Quid autem interſit, de hoc plenius in ſumma huius quæſtionis notatur.

¶ Quod autem.] Ad intelligentiam huius quæſtionis eſt [Cognatio] triplex not.

not. ꝙ triplex eſt cognatio: ſcilicet carnalis, de qua agitur inf. 35. cau. per totam, legalis, & ſpiritualis: de quibus hic agitur. Cognatio ſpiritualis contrahitur ꝑ ſeptẽ dona baptiſmi, ſecundum quod dixi ſu. ea.q. 1. c. 1 & talis cognatio diuiditur in paternitatem, & filiationem, & frater-

li. Alij dicũt, ꝙ nec arrogatus nec adoptatus põt copulari naturalibus: quia licet adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis, acquiruntur tamen ei quædam iura ex adoptione, quæ diſſoluuntur per emancipationem, vt C. de adop. l. pen. §. pen.

¶ Qui de ſacro fonte ſuſcipitur, filius eſt eius, à quo ſuſcipitur. C. I.

Sent. ibid. Iuo p. 2. c. 135. & p. 9. c. 34. Pan. l. 6. c. 123. Iuo ſerm. 1. de rebus eccleſiaſticis.

ITa diligere debet homo eum, qui ſuſcipit de ſacro fonte, ſicut patrem. *Item.* ¶ Eſt inter fratres, & filios ſpirituales gratuita, & ſancta communio, quæ non eſt dicenda conſanguinitas, ſed potius habenda ſpiritualis proximitas. Vnde inter eos [a] non arbitramur poſſe fieri quodlibet legale coniugium: qnandoquidem [b] nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filij ſunt, uenerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. *Item.* ¶ Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit; quanto potius à carnali oportet inter ſe contubernio ceſſare, quos per cœleſte ſacramentum regeneratio ſancti ſpũs uincit? Longe igitur congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quẽ gratia diuina potius, quàm quẽ humana voluntas, vt filius patris mei, vel frater meus eſſet, elegit, prudentiuſque ab alterna corporis commixtione ſecernimus.

ITa diligere.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima, dicitur, quòd ita debemus diligere patrem ſpiritualem ſicut carnalem. In ſecunda parte dicitur, ꝙ filij carnales non poſſunt cõtrahere cũ filijs ſpiritualibus, cum ſint fratres ad inuicem. Nam cum filius adoptiuus non poſſit contrahere cũ filia naturali, quos adoptio fecit fratres, multo minus contrahere poterunt quos diuina gratia fratres coniunxit. In tertia parte dicitur, quòd magis teneor diligere fratrem vel ſororẽ ſpiritualem, quam carnalem: & potius debet ſpiritualis frater appellari frater quam carnalis. Secũda pars incipit ibi, [Itẽ eſt.] Tertia ibi, [Longe inquit.] verbum eſt Gratiani. [Inter fratres,] i. filios naturales, q ſunt fratres ſpirituales.

a ¶ Vnde inter eos.] Hoc vltra filium nõ protẽditur. nepos. n. meus, & frater cum filia mea ſpirituali bene cõtrahunt. ar. 1. inſtit. de nupt. §. eius vero mulieris. & q. 1

Item Zacharias epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei reuerẽdiſſimo Theodoro epiſcopo eccleſię Ticinenſis.

¶ Filia ſpiritualis carnali filio nullo modo nubere poteſt. C. II.

Poly. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 10. c. 27. Iuo p. 1. c. 307. Pann. l. 6. c. 128. † al. fonte

PItacium [c] nobis tua ueneranda fraternitas obtulit: per quod ſciſcitari curaſti, ſi liceat filio, cuius pater alterius filiam ex ſacro baptiſmate † ſuſceperit: ſuſceptam, id eſt, ſpiritualem eius patris filiam (quod dici crudele eſt) in matrimonio accipere: quod apud te enormiter aſſeruiſti contigiſſe. ¶ Sed bene tua ſancta fraternitas compertum habet, quòd Dominus præceperit per Moyſem dicens: [Turpitudinem [α] patris tui, vel matris, vel ſororis [d]

Leuit. 18.

fraternitatẽ, & ſororitatem: ſed non procedit vlterius, ſ. ad nepotes. quia aliquis fit pater, & filius, vel frater, vel ſoror ſpiritualis: ſed nullus fit nepos ſpiritualis. Spiritualis itaque filia non poteſt copulari filio carnali: cum illi ſint inter ſe ſpirituales fratres, vt hic in ca. 5. Legales cognatio eſt quæ fit per arrogationem vel per adoptionem. Dicitur autem arrogare illum, qui ſui iuris eſt, & per arrogationem tranſit in noſtram ptãtem. Adoptare dicimur illum, qui eſt in alterius poteſtate, & non tranſit in noſtram poteſtatem. Et fit arrogatio auctoritate principis: adoptio autem per quemlibet magiſtratum, vt inſtit. de adoptio. §. 2. & 3. Filij autem naturales nõ poſſunt copulari filijs adoptionis, vt inf. cap. 1. Sed de filijs ſpiritualibus non eſt prohibitum, quin poſſint copulari filijs adoptiuis. Sed hoc ſcias ꝙ inter collaterales, vt inter fratrẽ naturalem, & ſororẽ adoptiuã non impeditur matrimonium, niſi quãdiu durat adoptio, vt extra de cogna. le. ſi qua 1. ſed inter aſcendentes, & deſcendentes perpetuo impeditur matrimonium: licet ſoluatur adoptio, vt ff de ritu nup. quin ẽt. Item poteſt dici, ꝙ filius qui adoptatur, non dico arrogatur, poſſit copulari filiæ naturali, cũ adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis, vt inſtit. de adoptio. § 2. Item poteſt dici, ꝙ filius illegitimus põt copulari filiæ adoptiuæ: q illegitimus nõ eſt in ptãte patris, vt inſti. de nu. §. vlt., licet illegitimus non poſſit copulari filię ſpiritua-

1 Vbi plene de hac materia huius gloſ.

nuſquam prohibentur.

b ¶ Quandoquidem.] Hæc non eſt bona ratio: quia leges permittunt, & c. qñq; enim leges prohibent matrimonium, nec tamen canones, vt inter tutorem & pupillam, & inter ſenatorem, & libertam. ff. de ſponſa. l. tutor. & leges prohibent acolythos vxores ducere; non tamẽ canones. 15 q 3. § cum autem.

PItacium.] CASVS. Quidam epiſcopus quæſiuit à ſummo Põtifice, vtrũ filius carnalis alicuius poſſit copulari filiæ ſpirituali eiuſdem. Et reſpondet, ꝙ non. & hoc probat auctoritate Domini præcipientis Moyſi, Turpitudinem patris, &c. Et quicũq; auctor fuerit tãtæ præſumptionis, ſeparetur ab vxore, & pniæ ſubijciatur, vt anima eius acquiratur Chriſto. [Pitacium,] id eſt, charta vel ſcriptura continens petitionem alicuius: à pingẽdo vel a petendo dictum, & ſupple ibi, [Accepimus, Hug. tamen dicit, quòd non debet ibi eſſe [qđ.] & ſecũdum hoc ſine ſupplemento plana eſt littera. [Cauendi.] id eſt, prohibendi.

Pitacium quid ſit.

c ¶ Pitacium.] A petendo. & dicitur charta vel ſcriptura continens petitionem alicuius.

d ¶ Sororis] Arg. ꝙ in primo uel in ſecũdo gradu dominus Papa etiam ſi velit non poſſit diſpenſare: quia à naturali iure habuit initium. & in veteri teſtamento fuit prohibitũ, ne quis ſororẽ in vxorẽ acciperet: q. licet de ſola ſorore dixit, tñ ſub appellatione ſororis cõtinetur

Papa vtrum poſſit in primo vel ſecũdo gradu diſpenſare.

netur neptis.arg.22.q.2.quæritur cur patriarcha.In tertio gradu non fuit prohibitum : quia in eo diſpenſauit Greg.vt 35.q.3.quædam.Alij intelligunt, ꝙ fuerit prohibitio facta tantum de primo gradu : quia in ſecundo gradu (vt dicũt) coniugũtur:ſed in Leuitico expreſſe inuenit prohibitus ſecundus gradus in cõſanguinitate, & affinitate primi gñis, vbi dicit:Turpitudinẽ ſororis tuę,& filię eius non reuelabis.filiam filiæ eius nõ ſumas quia vna caro ſunt.Turpitudinẽ filiæ tuæ vel neptis ex filia non reuelabis. Sed obuiat extra de diuortijs,gaudemus. vbi dicitur, quòd, ſi pagani contraxerũt in ſecũdo gradu,poſt conuerſionem non ſunt ſeparandi¹. Sed dic quòd in Leuitico prohibetur ſecundus gradus in deſcendentibus,nõ in collateralibus.vnde in ſecũdo collaterali bñ põt Papa diſpenſare. videtur tamẽ quòd ſit ei prohibitum 22. q. 2. quæritur . ſed ibi eſt ar.contra:quia ipſe duxerat eã , ſed adhuc obſtat ext. de reſti.ſpo.litteras.vbi dicitur,ꝙ Papa nõ poteſt diſpenſare in ſecundo gradu.Sed dic quòd non poteſt ita de facili.

ε ¶ Multo magis.] id eſt, multo ſanctius q̃a religioſiores ſunt copulæ mẽtiũ quàm corporum.ar.27.q.2. coniuges. 33.q. 6. ꝙ Deo.Et eſt arg.ꝙ pater ſpiritualis eſt magis diligendus quam carnalis.2.q 7.qualis ſententia.ſed in ſuperiori capitulo dicit, ꝙ æque:ſed iſtud nõ remouet quin plus. cui ergo potius teneor ſubuenire in neceſſitate, carnali , in beneficiorũ temporalium exhibitione? nam de carnali eſt dictum , Honora patrem.86.diſt.non ſatis.in exhibitione 1. autem reuerentiæ plus deferendem eſt ſpirituali.30. diſt.c. 1. Ioan. non credo,nec c.contradicit.B.

Pater carnalis an plus ſit diligendus q̃ ſpiritualis.

hoc inducit ſequens cap.

b ♭ In diuina.].i.eccleſiaſtica conſtõne.ar.3.q. 5.quia.

FILII.Hæc eſt.2.pars quæ ſecundum Io.de Fant.

c ¶ Filij.] Præter illum per quem compaternitas eſt contracta,vel fraternitas ſpiritualis.

.d ¶ Vnde

n

non reuelabis;turpitudo e im tua eſt.]Cum ergo β à propria conſanguinitate iubemur abſtinere, multo magis ᵃ à ſpirituali noſtri patris filia,omni excuſatione, aut argumẽto ſepoſito,ſub nimia diſtrictione nos cauere conuenit: ne in iram diuini examinis incidat, ſi quis tali facinore mixtus,minimè reſtrinxerit fręna luxuriæ. Vnde, & omnes γ omnino cauẽdi ſunt à tali ſceleris commixtione, ne in perpetuum pereãt;ſed hunc,qui huius pernicioſæ temeritatis auctor,animæ ſuæ ſalutem deſpiciens , impijſſimo ſe miſcuit matrimonio,per omnia tua fraternitas ſtudeat ſeparare,& pænitentię dignè ſubmittere;quatenus ab ęterna erutam † damnatione animam eius lucreris.

† al.erutas dãnatione animas eorum

α Turpitudinem.] *In decretis Zachariæ (quæ ſunt in vetuſto codice) & apud Anſelmum , & Iuonem habentur omnia vt in capite 18.Leuitici.*

β ¶ Cum ergo.] *In eiuſdem decretis ſic legitur.* Turpitudinem.n. non reuelare dicitur,dum à propria conſanguinitate præcipimur abſtinere.Multo magis,&c.

γ ¶ Vnde,& omnes.] *Apud Anſelmum eſt*, Vnde,& omnes omnino cauendæ ſunt talis ſceleris commixtiones.

Item Zacharias, & Deuſdedit.

¶ Filio ſuo filiam,quam de ſacro fonte ſuſcepit, nullus tradere audeat. C. III.

Poly.ibidem. Auſ.l. 10.c.28.

NOn oportet filiam,quam de ſacro fonte ſuſceperit, aliquãdo filio ſuo in matrimonium tradere.quia in diuina ᵇ ſententia germani eſſe inueniuntur.Si quis tali facinore cõmixtus minimè reſtrinxerit fræna luxuriæ; ab eccleſia catholica abominabitur.Sed ſi cõuerſus fuerit, poſt ſeparationem ſeptem annis pœnitentiam gerat. Conſcijs ſimul cum auctore † ſit iſta conditio:id eſt ſimul cum cooperatoribus,& conſentientibus pœniteat.

† al.actore

2 *Filij ᶜ uero ſiue ante compaternitatem, ſiue poſt nati fuerint, licitè coniungi poſſunt.*

Vnde Vrbanus ᵈ ſcribit Vitali presbytero Brixienſi, dicens.

¶ Filij,vel filiæ ante,vel poſt compaternitatem genitæ, legitimè coniungi poſſunt. C. IIII.

Sent.4. diſt.42.

SVper quibus cõſuluit nos tua dilectio,hoc videtur nobis ex ſententia reſpondendum : vt & baptiſmus ſit,

1 Ar. ad hoc 86 diſt. non ſatis.in fi· & hic videas q̃d no.30.d. c.1. & 62.diſ. quicamus. Archid.

NOn oportet.] CASVS.Dicitur hic,ꝙ nullus pater debet tradere filiam ſuam ſpiritualem nuptui filio ſuo carnali:germani enim ſunt : id eſt, fratres.& ſi coniuncti noluerint ſeparari,excommunicentur. Separãti vero ſeptem annis pœniteant. Conſentientes vero ſimili pœnitentiæ ſubiacebunt.[Aliquando,]id eſt, aliquo tempore.[Diuina ſententia.] Id eſt,eccleſiaſtica cõſtitutione. Sequens §.patet:quia certum eſt, ꝙ omnes contrahere poſſunt,excepta illa perſona:per quam cõpaternitas vel fraternitas ſpiritualis contrahitur. & ad

d ¶ Vnde Vrbanus.]Iſtum præceſſit Paſcalis. argu.1. q. 1.ſaluato. & extra de ſponſa.duorum , licet præter ſolitum. quod eſt verum de primo; ſed ſeq. cap. attribuitur Paſcali ſecundo,qui ſecundum chronicam ſucceſſit Vrbano.

SVper quibus.] CASVS.Vitalis presbyter quæſiuit ab Vrbano,vtrum pater vel mater poſſit dare baptiſma in neceſſitate filio ſuo : & vtrum filij duorum patrinorum ſimul valeant copulari . Ad primam quęſtionem rñdet dicẽs.ꝙ baptizatus eſt quem pater vel mater tempore neceſſitatis nomine Trinitatis baptizat. Ad ſecundam reſpondet, quòd filij duorum patrinorum poſſunt copulari,excepta illa perſona,qua mediante compaternitas eſt contracta.Sequens §.patet.

a ¶ Fœmi-

a ¶ Fœmina.]Inf.de conſec.d 4. mulier. contra . ſed hoc in neceſſitate intelligitur.

POſt ſuſceptum.]CASVS.Secundum Gra.& Alexandrum caſus huius c.ſic poni debet Dicitur in hoc c. quòd filij nati ex duobus compatribus , ſimul copulari non

xander innuit extra de cogna. ſpir. cap.1. ſcilicet derogetur ei per præcedens ca.legas litteram,prout iacet,vel ſi vis potes addere in littera,nõ poſſunt cõiungi:ſupple filijs ſpiritualibus. & ſic non eſt correctũ. Et male intellexit Alex.hoc cap.nam dicit cap. Vrbani eſſe poſterius & ita derogaret alij c.Paſchalis: cum tñ Vrbanus Paſchalem præceſſerit. Sed dici poteſt ꝙ hæc littera eſt mendoſa, vbi dicit, Paſchalis ſecundus . nam debet dici ibi, Paſchalis primꝰ. nam primus Paſchalis pręceſſit Vrbanũ ſecundum. vnde nihil eſt in littera ſupplendum , & eſt hoc abrogatum,& intelligitur prout ſonat: & huic iuri antiquo innuitur illa conſuetudo ext.de cog ſpir. ſuper eo.

c ¶ Nõ emãcipatos.] Nam filius emãcipatus bene poteſt copulari filię adoptiuę ff. de ritu nup.per adoptionem,vel emãcipatæ.ſ. adoptiuus copulari poteſt .

ſi inſtante neceſſitate fæmina ᵃ puerum in nomine Trinitatis baptizauerit;& quòd ſpiritualium parentum filij,vel filiæ, ante, uel poſt compaternitatem geniti poſſunt legitime coniungi,præter illam perſonam,per quam compatres ſunt effecti.

Paſchalis uero ſecundus poſt compaternitatem genitos copulari prohibens ſcribit Rhegino epiſcopo.

¶ Qui ex compatre, uel commatre poſt ſuſceptos filios de fonte nati fuerint, coniungi non poſſunt. C. V.

Sent.4 diſt.42. Poly.l.6.tit.6. Anſ.l.10. c.34.

POſt ſuſceptum ᵇ uero de fonte filium,uel filiam ſpiritualem,qui ex compatre,uel cõmatre nati fuerint, matrimonio coniungi non poſſunt; quia leges ſæculi non emancipatos ᶜ adoptiuis prohibent copulari.

¶ *Anſelmus libro 10.c 34.refert fere integram hanc epiſtolam, itẽ que Polycarpus, cuius initium eſt in c.poſt vxoris infra ead.q.4.& continenter poſt illud ſequitur hoc caput, & deinceps c. porro duorũ. infra 32.q.2.& 3.Ipſius uero epiſtolæ auctorem & ipſi citant Paſchalem ſecundum.*

Tit.2.l.17.

[*Idem ex lib. 24.digeſtorum,tit.de ritu nuptiarum per penditur, in quo ita legitur.*]

PALEA. C. VI.

PEr adoptionem quæſita fraternitas euſque impedit nuptias , donec manet adoptio : ideoque eam , quam pater meus adoptauit , & emancipauit , potero uxorem ducere . Atque & ſi me emancipato , illam in poteſtate retinuerit, poterimus iungi matrimonio . Itaque uolenti generum adoptare,ſuadetur, vt filiam emancipet. Similiter ſuadetur ei, qui uelit nurum adoptare,ut emancipet filium.

¶ *Hæc Palea habetur in aliquot vetuſtis,à quibus cęteræ abeſſe ſolent, & non diſtinguitur à ſuperiore capite.*

3 *ſi quis uero aliquo fortuito caſu filiam ſuæ commatris uxorem acceperit, non cogitur eam dimittere.*

Vnde in Triburienſi concilio legitur, c.48.

¶ Non cogitur quis dimittere filiam ſuæ commatris, quam duxit in coniugem. C. VII.

Sent.ibid. Burc.l.17.c.46 Iuo p.9.c.67.

ILlud etiam nec canonica inſtitutione definimus ᵈ , nec interdictione aliqua refutamus : ſed propter eos,qui diuerſe de eo ſentiunt , hoc loco aliquid commemoramus. Si quis ſuæ ſpiritualis commatris filiam ᵉ fortuito ᶠ, & ita contingente rerum caſu in coniugium duxerit; conſi-

PEr adoptionẽ.] CASVS. Dicitur in hac lege,quod durãte adoptione,adoptiuus filius & naturalis in eiuſdẽ poteſtate exiſtẽtes cõtrahere non pñt. ſed ſi alteruter emancipet, contrahere poſſunt.

SI QVIS VERO. Hæc eſt 3.pars q.ſm Io.de Fant.

CASVS.Dicitur hic, ꝙ non ſolum filius poteſt ducere in vxorem ſororẽ ſuſceptæ a patre: ſed etiã ipſe pater. & ſi acceperit ſeparari non debẽt. & ad hoc indũcit ſequens cap.

ILlud ẽt.]CASVS. Dr in hoc c. quòd ſi aliquis fortuito caſu duxerit in vxorẽ filiam cõmatris ſuę, quæ nõ eſt ſua filia ſpiritualis, nõ debet ab ea ſeparari : ſed ſub honeſto cõiugio eam retinebit.

1 De hoc no.33.d hi-buiſſe. in fi.

Pr ſpiritualis licite copulat ſorori filiꝰ ſpũalis.

2 Sed quare non extenditur:dic,ꝙ hoc ideo ẽ, q̃a filia ſpiritualis filij mei carnalis,nec eſt filia mea carnalis , nec ſpũalis, nec neptis: quia cognatio ſpũalis vltra paternitatẽ vel filiationem non extenditur , vt dr ſu.e.in ſum. filia ãt ſpũalis pris mei , ſoror mea eſt, vt ſu e. ca. 1.& cũ ea cõtrahere non poſſim : vt ibi dr. Arc.

non poſſunt:quia etiam adoptiuis exiſtentibus in poteſtate copulari non poſſunt.Vnde dixit Alexander huic c.derogatum per præcedens c. Vrbani. H. autẽ intelligit hoc c.ſm præcedens.ſ quod filij duorum compatrũ poſſint copulari adinuicem,præterquam illæ perſonæ per quas cõpaternitas eſt contracta.& ſm H.hoc c.non eſt abrogatum.Idem intelligit de tenente & mergente: tamen bene poſſunt contrahere cum ſororibus vel fratribus ſuſcepti vel ſuſceptæ.Sequens § patet.

b ¶ Poſt ſuſceptum.]Si intelligimus cap.hoc prout Ale-

d ¶ Definimus.]Immo poſtea definit.& ita in re dubia certa fertur ſententia,vbi de iure dubitatur 1.

e ¶ Filiam.]Scilicet commatris poſſe ducere in vxorẽ.

e ¶ Filiam.]Hic vides ꝙ pater ſpiritualis poteſt copulari ſorori filiæ ſpiritualis.ſimiliter & filiæ poteſt:quia talis cognatio non extenditur 2 ſimiliter dico.ꝙ pater poteſt ſumere filiam ſpiritualem filij carnalis . licet enim cognatio ſpiritualis deſcendat de patre ad filios,non tamen de filio ad patrem.

f ¶ Fortuito.]Idem ſi ex propoſito,arg.ſup.1.q.dictum.

Re-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

RElictam vero.] Hæc q. diuiditur in tres partes, in prima quarum dicitur, q̃ successiue potest quis habere duas commatres vxores: in duobus tantum casibus. s. si fuerint commatres ante matrimonium. vel si filiũ meæ vxoris, accepit ab alio viro aliàs non. Secunda ibi, [Econtrario.] Tertia ibi, [Notandum.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 4. quæstio, qua q̃ritur, an quis possit accipere in vxorem relictam compatris vxoris suæ, idest, an aliquis possit habere duas commatres diuersis temporibus in vxores. In tribus primis c. & in vlt. dicitur quòd non: in medijs q̃ sic sed Gr. distinguit. inf ead. §. notandum, ita dicẽs. si vxor mea susceperit filium Bertæ de sacro fonte: si postea meã vxorem cognouero, Berta. tunc efficitur cõmater mea: & tunc cum ea contrahere non potero: quod non placet Hugo. & ideo sic distinguit, scilicet an compaternitas vel commaternitas præcedat carnalem copulam, an sequatur. Si præcedit, tunc licite potest q̃s habere duas commatres. Si autẽ sequatur: aut vterq; coniugum, vel alter suscipit filium alterius: aut filius eorum cõmunis suscipitur ab illo: aut filius alterius eorum tantũ suscipitur: in primo & secundo casu non potest quis habere duas commatres: in tertio sic. De hoc plenius dicitur in summa huius quæstionis, & in summa H.

Mſimoniũ vtrum possit successiue contrahi cũ duab. commatribus.

a ¶ Relictam.] Hæc est 4. quæstio, an quis possit accipere in vxorem relictã compatris suæ vxoris: & licet sub hac forma verborum hæc quæstio proponatur hic dũtaxat: tamen vt hic poni quæstio, an scilicet aliquis diuersis temporibus possit contrahere cum duabus commatribus. In tribus primis capitulis, & in vltimo dicit q̃ non in medijs quod sic. G. hoc modo soluit quæstionẽ hanc inf. ea. §. notandũ q̃ si vxor mea suscipit Bertæ filium de sacro fonte: si post vxorem meam carnaliter cognosco, tunc Berta efficitur mihi commater: & nunquã eam ducere potero, vt inf. c. vlt. si vero vxorem non cognouero, tunc Berta non efficitur mihi commater: q̃ mortua vxore mea potero eam ducere: & ita habeo duas commatres diuersis temporib. vt c. medijs. Sed hęc solutio indigna est relatu, & ideo non legamus c. ſm eã. Cancellata ergo ea opinione, & R. Io. qui distinxerunt inter directam & indirectam compaternitatem cũ non sit authentica: dico referre an compaternitas vel commaternitas præcedat carnalem copulam, an sequat̃. si præcedat, licite post quis habere duas commatres: quia per vnionem carnis sequentẽ non pertransitur ad vnionem spiritus præcedentem, vt inf ea. post vxoris. Si aũt sequatur: aut alter coniugũ vel vterque suscepit filium alterius, aut filius eorum cõis suscipitur ab alio: aut filius alterius eorum tãtum suscipitur, in primo & secundo casu non potest quis habere duas commatres: in tertio potest: quia licet efficitur aliquis compater vxoris meæ, non tñ est mihi cõpater, nisi filius eius sit & meus, qui leuatur de sacro fonte. Vnde breuiter teneas. q̃ si compaternitas sequatur carnalem copulam in nullo casu potest aliquis habere duas cõmatres, vel aliqua duos compatres: nisi hoc solo casu quando filius tantum alterius suscipitur de sacro fonte.

SIcut ex vno coniugio filium, aut filiam alterius de sacro fonte susceperit, aut ad chrisma tẽuerit, vel Christianitatis ministerium † dederit; ambo, & uir & uxor compatres existunt parentibus infantis: quia uir & mulier caro una effecti sunt.

« ¶ Ex uno.] *In plerisque uetustis exemplaribus, & eadem collatione decretorum incerti auctoris, legitur,* si quis uno ex coniugio. *In epistola uero Innocentij Exuperio Tolosano episcopo scripta. hoc non habetur.*

2 ¶ *Econtrario inuenitur in concilio Triburiensi, c. 47.*

¶ Vxorem compatris ducere potest, cuius ipsa commater non fuerat. C. IIII.

QVi spiritualem habet compatrem, cuius filium de laucro sacri fontis accepit †, & eius uxor commater non est, liceat ei defuncto compatre suo, eius uiduam ducere in uxorem: si nullam habet consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Nunquid non possunt coniungi, quos nulla proximitas carnalis, uel nulla generatio secernit spiritualis?

Item in epistola Paschalis Papę secundi ad Rheginum episcopum.

¶ De eodem. C. V.

POst uxoris obitum cum commatre uxoris uiri superstitis coniugio copulari, nulla uidetur auctoritas, uel ratio prohibere. Neque ſ enim cognationi carnis

Sent. ibidem. Ioan p. 1. c. 137. & p. 9. c. 35. Pann. l. 7. c. 63. Gen. 2.

Sent. ibidem. Poly. l. 6. tit. 6. Burc. l. 17. c. 45. Ioan p. 9. c. 96. Pann. l. 7. c. 67.

¶ Octo annis pœniteat, qui duabus commatribus commiscetur. C. II.

SI pater & filius, aut duo fratres cum una muliere, aut sũ matre & filia, aut cum duabus sororibus, aut cũ duabus commatribus aliquis concubuerit; ſecundum antiquã & humaniorem definitionem octo annis c pœniteat.

¶ *In concilio Chalcedonensi nihil huiusmodi extat tractatum, aut definitum. Ex eodem refertur etiam in fragmento pœnitentialis incerti auctoris: eodemque modo citatur infra c. post uxoris.*

Item Innocentius Exuperio Tolosano episcopo.

Sent. ibidem. Poly. c. ibidem. Anto. l. 10. c. 34.

a SI quis.] ¶ Ex uno coniugio.].i. ex coniugibus.
¶ Christianitatis ministerium dederit:] Immergẽ do. sup. 1. q. 1. quod quidam. Alij exponunt, dederit Christianitatis ministerium. i. tenuerit ad catheciſmum, vt de consecr. d. 4. in catechiſmo. c ¶ Cum.

¶ Nullus duabus commatribus commiscea-tur. C. III.

Poly. l. 6. tit. 6. Ital. mysteriũ

SI quis ex vno « coniugio a filium, aut filiam alterius de sacro fonte suſceperit, aut ad chriſma tẽuerit, vel Christianitatis ministerium † dederit b; ambo, & uir & uxor compatres c existunt parentibus infantis: quia uir & mulier caro d una effecti sunt.

Cõpaterni. tas Viri porrigitur ad vxorem.

b ¶ Per connubium.] Idest, per carnalem copulam, vt 27. q. 2 Agathosa.
c SI pater.] ¶ Octo annis.] Septennis pœnitentia in dicit pro quolibet peccato mortali, vt 33. q. 2. hoc ipsum: nisi aliud suadeat criminis enormitas, vel dignitas personæ, vt 33. q. 2. hoc ipſum, §. hoc autem.

Cõpaterni. tas Viri porrigitur ad vxorem.

c ¶ Compatres.] Expreſſe hic colligitur, cum alter conſobrinatur compatres illius. ergo nihil refert an post car naliter commiſceretur, vel non, prout voluit dicere G. & Ioan. inf. ea. §. notandum.
d ¶ Caro.] Ergo per ſponſam de præſenti non acquiritur compaternitas, cum canon hoc ponat pro ratione, quia ſunt vna caro effecti. Itẽ ſi hęc eſt cauſa quare cõtrahatur cõpaternitas, quia una caro eſt effectus cũ ea. ergo per coitum fornicarium contrahitur compaterni tas: quia qui adhęret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea, vt 32. q. 4. in eo. nam & affinitas acquiritur per coitum fornicarium, vt 35. q. 3. de inceſtis. &c. nec eam extra de eo, qui cogno. conſangu. diſcretionem. Quidam tamen refugiunt dicere, quod per fornicarium coitum contrahatur compaternitas: cum compaternitas ſit vinculum ſpirituale.

Cõpaterni. tas Viri porrigitur ad vxorem. Actiones ſed non paſſiones cõcantur inter cõiuges.

Caſus contrarius.

ECONTRARIO. Hęc eſt ſecunda pars q. in qua ponuntur duo caſus in quibus quis poteſt habere duas cõmatres. Io. de Fan.
e ¶ Econtrario.] Sed non ſunt contraria, quia in alio ca ſu intelliguntur, vt dicit H.

QVi ſpiritualem habet.] CASVS. Hæc duo capitulo caſu dicitur, quod aliqua poteſt habere duas compatres, quorum ſecundus ſuſcepit filium primi de alia vxore. In ſecundo dicitur, q̃ quis poteſt habere duas commatres: quarum ſecunda ſuſcepit filium primæ ex alio viro. Et dicit H. q̃ poſſunt intelligi tam de paternitate, quæ præceſſit matrimonium ſiue carnalem copulam, quàm de illa quæ ſequitur: & filius tamũ vnius cõiugum ſuſcipitur. Eſt ergo caſus primi caſualis. Martinus & Berta ſunt coniuges: & Martinus ex alia vxore vel cõcubina habet filium, quẽ Ioannes de ſacro fonte ſuſcepit, & ſic efficitur cõpater Martini. dicit hic q̃ mortuo Martino Ioannes licite ducit Bertam in vxorẽt niſi aliud impediat; & ſic illa habebit duos compatres.

f ¶ Qui ſpiritualem.] Duo hæc cap. in eodem caſu loquuntur: ſed in primo caſu dicitur, q̃ aliqua poteſt habere duos compatres, quorum ſecundus ſuſcipit filium primi de alia vxore. In ſecundo dicitur, q̃ quis poteſt habere duas commatres, quando ſecunda ſuſcipit primæ filium de alio viro.

POſt vxoris obitum.] CASVS. Sicut in præcedẽti caſu dicitur, q̃ aliqua poteſt habere duos compatres, ſic & in hoc c. dr, quod aliquis poteſt habere duas commatres. Et eſt caſus talis. Martinus habet Bertam in uxorẽ ille habet ex alio filium, quem Maria ſuſcepit, de ſacro fonte, & ſic efficitur commater Bertæ, & non Martini: quam Martam Martinus licite poteſt ducere in vxorem mortua Berta, & ſic habebit duas commatres. Sic enim intellexit Hugo, & poſuit hos duos caſus apertius quàm Ber.

g ¶ Neque.] Crederet aliquis quod cognatio ſpiritualis acquireretur marito per uxorem ſuam, ſicut & cognatio carnalis: quòd ſicut omnes conſanguinei vxoris ea mediante efficerentur viro affines; ita compatres & commatres vxoris efficerentur marito per eam compatres & commatres. hoc negat hic.

cognatio [a] spiritus comparatur [b]: neque per unionem †[c] carnis ad unionem [d] spiritus pertransitur. † al. vnitionē.

3 *Notandum vero est, quòd aliud est, commatrem [e] alicuius cognoscere, atque aliud, derelictum ab aliquo cōmatrē alicuius fieri. Auctoritas illa Nicolai Papæ, & Chalcedonensis synodi illū prohibet cōmatris suę uxoris matrimonio copulari, qui vxori suæ debitum redàidit, postquam illius commater extitit. Illa uero auctoritas Triburiensis cōcilij [f] illos pmittit matrimonio copulari, cuius uxor, post quàm à uiro suo derelinquitur, illius commater efficitur: nec post compaternitatē à uiro suo cognoscitur. Quęritur autem, an uxor cum marito in baptismate simul debeat suscipere puerum.*

De his ita scribit Vrban[g] II. Vitali presbytero [α] Brixię.

α ¶ Presbytero.] *Antea legebatur*, episcopo. *Emendatum est ex omnibus vetustis, quæ collata sunt. Et eadem citatio est supra hac eadem causa q. 3. super quibus*

¶ Vxor simul cum viro filium alicuius in baptismate non suscipiat. C. VI.

Sent. ibidem.

QVod autem uxor cum marito in batismate simul non debeat suscipere puerum; nulla auctoritate reperitur ß prohibitum. Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe, & infamia [h] conseruetur immunis; dignum esse decernimus, ut utrique insimul ad hoc aspirare minime præsumant. Quia uero piaculare flagitium commisit, qui duabus commatribus, uelut duabus sororibus nupsit; magna iuxta modum culpæ pœnitentia sibi debet iniungi.

Illud vero Triburiensis concilij: [Qui spiritualē habet compatrem, &c.] ante hanc [i] prohibitionem dictum intelligitur: uel uxor [k] commater accipiatur non ex eodem filio cum viro, sed ex alio.

QVÆSTIO V.

VOd autem.] Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, an vxor simul cum marito debeat suscipere puerum de sacro fonte. Et respondet ꝙ non. In secunda parte prohibetur ne quis contrahat cum duabus commatrib. vel sororibus, quia piaculare flagitium est, & damnosum. ß ¶ Reperitur.] Iof. de conjec. dist. 4. non plures. Contrà Leo Papa, quem constat ipsius Vrbani prædecessorē fuisse, statuit non debere ad suscipiendum puerum de baptismo plures accedere. quomodo dicit hic, nulla auctoritate inuenitur prohibitum? Sed licet hoc sancitū fuerat, nondum tamen in manus legentium venerat. Vel forte vir & vxor non reputant plures: cum vna caro esse

a Vel dic vt no. extra de cog. spi. c. vl.

probantur. su. ea. c. si quis 1.

b ¶ Et infamia.] De facto. Crederent enim stulti aliquā proximitatem inter eos contrahi, si simul susciperent. Sed etiam superfluum esset vt vterque susciperet, cum ex susceptione alterius vtęque compater efficiatur. de consuetudine est tamen in quibusdam locis, quòd vterque simul suscipit.

præmisso. cap. factam: vel ibi vxor accipitur pro commatre: nec ex eodem filio cum viro, sed ex alio. Et hoc vltimum tenet Hu. & alij Doctores.

i ¶ Ante hanc.] Præcedentem Vrbanum: quæ contraria est ei quo ad fi. sup. ea prox.

K ¶ Vel vxor.] Melius dixisset, vel vir compater efficiatur nō ex eodem filio cum vxore, sed ex alio: sed variat sexum: quia ponit in fœminino genere eundem casum, quem posuit in masculino in c. qui spiritualem. vbi eadem permittitur habere duos compatres.

VOd autem.] Hæc q diuiditur in 4. partes: in prima quarum probatur, quod matrimonia clandestina non debent fieri: sed legitima, & per sacerdotem alias nisi consensus concurrat legitimus, non valet quod factum est. Secunda ibi, [Sed quæritur.] Tertia ibi, [Necillud.] Quarta ibi, [Sed obijcitur.] Io. de Fan. &c.

CASVS. In themate fuit proposita qō, an clandestina desponsatio præiudicet manifestæ. Et est dicendum ꝙ præiudicat si de eo constat nō enim deficit ius, sed probatio. Clandestina tamen matrimonia fieri non debent, quia probari non possunt. unde quoad ecclesiam.

In ca p. Caroli lib. 7. c. 463.

Sent. 4. dist. 28. Polyc. l. 6. tit. 4. Ant. 1. 10. c. 2. Iuo p. 8. c. 4. Fann. l. 6. c. 31.

tem [a] clandestina coniugia fieri non debeant, Euaristus Papa testatur, scribens episcopis Africæ epistola prima.

¶ Clandestina coniugia fieri non debent. C. I.

ALiter legitimum α non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur [b], & a parētibus, & propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter, vt mos est, cū precibus [c]; & oblationibus à sacerdote benedicitur, & à paranymphis, vt consuetudo docet, custodita, & sociata, à proximis congruo tempore petita legibus detur ß, ac solenniter accipiatur: & biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant. *Item.* ¶ Ita peracta legitima scitote esse connubia: aliter vero præsumpta, non coniugia, sed adulteria, vel cōtubernia [d], vel stupra, aut fornicationes potius, quàm legitima [e] coniugia esse non dubitate; nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima.

α ¶ Legitimum.] *In epistola ipsa interiiciuntur hæc*, sicut à patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus.

ß ¶ Detur.] *Antea legebatur*, à legibus dotetur, *quod iam superius dictum erat. Emendatum est ex vetustis editionibus conciliorum, capitularibus, Anselmo & Iuone.*

Item ex decretis Hormisdæ Papæ c. 6.

¶ Nuptias occultas celebrare non licet. C. II.

Polyc. ibidem. Ivo c. 9 c. 3. Iuo p. 8. c. 141. Fann. l. 6. c. 5.

NVllus [f] fidelis cuiuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat: sed benedictione accepta à sacerdote, publice nubat in Domino.

¶ *Apud Burchardum, Iuonem, Polycarpum, & in collectione*,

a ¶ Quod autem.] Hic depingitur quinta qō. & erat in themate in quinto loco quæsitum, an clandestina desponsatio manifesta præiudicet. & quidem præiudicaret, si constaret de ea extra de cland. desp. ꝙ nobis. sed quia ecclesię non constat de ea, ei præiudicat manifesta probatio. ergo deficit hoc casu non ius, sed probatio 1. si. de testa. tut. duo sunt Titij. quia ecclesia de occultis non iudicat. 32. dist. erubescant. sed hęc q̄ filio facilis erat: & ideo noluit eam ponere sed ponit aliam, s. verum clandestina matrimonia debeant fieri: di cunt quidam ꝙ non, si tamen fiant, tenent. Et sunt clā destina quæ fine præsentia testium, & traditione & aliis solemnitatibus contrahuntur: sed cum huiusmodi solennitates non sint de substantia matrimonij, sed sufficiat solus consensus: quare prohibentur hic contrahi? Respon. dupliciratione: ne sub specie matrimonij fiant fornicationes: vel ne matrimonialiter coniuncti alter mutaret propositum, & dimitteret reliquum

b Vt 32. q. 2. Christianissimo. I. duo.

Matrimonia clandestina si fiant, tenent.

A Liter legitimum.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod tunc est solenne coniugium cum puella à curatore vel à parentibus desponsatur & dotatur, à presbytero benedicitur, & custodit à paranymphis, & ducta ad dicat esse fornicationem q̄ matrimonium. lex tamen strictius considerat matrimonium, quàm canon. nam si aliquis iurauit ꝙ vellet aliquam perpetuo retinere secum: nisi dicat, ꝙ vellet retinere in vxorem legitimam, non erit matrimonium, in authe qui. mo. na. essi. le. ß. pen. collo. 6 infr. ea. si quis diuinis. secus secundum canones. ut 22. q. 2. solet. In hoc autem concordo leges canonibus, quod inter impares personas non præsumo esse matrimonium nisi dotalia instrumenta interueniant. C. de nup. Imperialis. ß. immo. Item illud considero circa pares & impares, an maritalis affectio præcesserit, comparatis personis, & vitæ coniunctione considerata, vt ff. de dona. donationes. Item & famā loci considero, vt extra de præsump. illud. Idem quod simul recepeiint sacramenta. vt 28. q. 1. caue. Itē ꝙ dos requiratur in omni matrimonio, vt hic dicitur: potes intelligere in sublimioribus personis: nam ibi & dos & aliæ solēnitates matrimonij requiruntur: in mediocribus autem personis ſm leges non sufficiunt testes. nisi scriptura adsit, in firmis sufficiūt testes, ut in auth. quo mo. ff. legi. ß hoc ergo colla. 6.

c ¶ Precibus.] Extra de clan. despon. cū inhibitio.

d ¶ Contubernia.] hic canon præsumit in deteriorem partem vbi periculum vertitur, in tutiorem partem interpretandum est, ut ex tra de homic. ad audientiam. & in dist. 5. eius. eſique tamen præsumit canon ꝙ matrimonio, vt 33. q. 1. si q̄s acceperit. Sed nonne in matrimonio sufficit ꝙbare ꝙ aliquis eā receperit eo præ exitu, ut eam perpetuo haberet, licet aliud non fit dictū? vt 32. q. 2. solet. & in liberæ mulieris coniunctione potius præsumitur matrimoniū q̄ concubinatus, vt ff. de ri. nup. in liberæ. nam cū quis non protestatur se velle habere aliquam vt concubinam, dummodo honesta sit mulier, habebit eā, vt legitimam, vt ff. de concu. in cōcubinam 2. Sol. canon cō extra de præsiderat periculū ani sump. illud. mæ; extra de iureiu. cum contingat. extra de sponsa. iuuenis. & iō potius ju-

Tutiorem interpretandā est, vbi periculum vertitur.

Matrimonium vtrū fieri aliquos præsumi possit.

1 Dic vt no.

2 Dic vt no.

e ¶ Legitima.] Non præiudicaretur alij matrimonio per eorū confessionē ext de eo qui cog cōiug. super eo.

f NVllus.] Causā huius prohibitionis habes inf. eadem. ß. his ita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOstrates.] CASVS. Bulgari ad fidem cõuersi quærebant qualiter matrimonia contrahere deberent. Et rñdet Nicolaus, q̃ nostrates, id est, Romani nullam ligaturam ex aliquo metallo deferunt in capitibus cũ nuptialia fœdera contrahunt. sed post sponsalia de futuro, per verba cõsentiunt de præsenti de licentia eorũ, in quorum sunt potestate. & postquam spõsus sponsam anulo subarrhauit, & donationem ei propter nuptias cõstituit, ambo ad carnalia commercia perducuntur. primo tamen debet in ecclesia benedici. & suscipere cęleste velamen: alia etiam sunt, quæ in sponsalibus fiunt: sed nunc ad memoriam non occurrunt. sed & si hæc in nuptijs non interuenerint, non erit peccatũ. Verba easic exponas. [Postquam sponsalia fœdera,] idest, promissio de futuro[fœdera quoque:]id est, consensus de præsenti. [Dotẽ,]id est, donationem propter nuptias. [Ad nuptialia fœdera,] idest, ad carnale cõmercium vel conuiuia nuptialia [Cœleste,]id est, mysticum. vel cœleste id est, ecclesiasticum, vel ecclesiastica institutione inuentum.

Annulus nuptæ quid notet.

a ¶ Annulo.] Annulus significat mutuũ amorem, & fidem coniugalem esse seruanda 1. vt infra ea. fœminæ.

Vide quod no. 27. q. 2. si quis vxor. iu. prin.

b ¶ Inuitatis.] Ar. q̃ testes si matrimonio erunt rogati: sicut i diuortio, vt ff. de diuo. nullum, quod nõ credo.

Contrahere licet in Quadragesimã.

c ¶ Apto tpe.] s. cum erat in adulta ętate, & non in Quadragesima ducet ea. licet i Quadrag. cõtrahere possint. extr. de ma. cõ. contra interdict. eccle. ex litteris in parte decis. Io. d ¶ Offerre.] Secundum consuetudinem regionis.

e ¶ Velamen cœleste.] Quia quodlam cœleste vel spirituale significat. inf. ea. fœminæ.

Matrimonium põt esse sine dote. 2 Concor. tes. in l. si. C. de dotã. inter virum & vxorem.

f ¶ Hæc cuncta.] id est singula 80. dist. si gula.

g ¶ Non interueniat.] Huiusmodi enim solennitates non exiguntur necessario. nam si omittantur leuia vel modica, non nocent, ut. ff. de ventre inspici. l. 1. in fine. dos ergo potest omitti: quia licet dos sit de matrimonio esse non possit, matrimonium tamen sine dote esse potest 2. ut inf. ea. si quis diuinis. sed cont. 3. q. 4 confingit ne orũ. sed illud intelligẽ ut ne dõ de casu cui illo c. aliter s. de occul: cõ contrahentibus 3 vnde cum præsumantur adulteri, repelluntur, H. tamen dicit peccatum esse, si hmõi omittantur solennitates, si adhiberi possint. Idem H.

QValis debeat.] CASVS. Hic ostenditur qualis debet esse vxor illius, qui sperat de cætero promoueri: &

quæ est tomo 3. conciliorum post decreta Alexandri tertij. par. 49. c. 10. citatur similiter ex decretis Hormisdæ. Verum in secunda collectione Decretalium, tit. de clandest. desponsat. citatur ex Alexandro III. qui primus auctor huius capitis esse non potest. quippe qui posterior fuit Gratiano.

Item Nicolaus adconsulta Bulgarorum, c. 3.

¶ Nuptiæ publicè celebrari debent. C. III.

NOstrates tam mares, quàm fœminæ non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam; quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissa*; fœdera quoque consensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur; & postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo [a] insignitum desponderit, dotemque vtrique placitam sponsus ei: cum scripto pactum hoc continente coram inuitatis [b] ab vtraq; parte tradiderit (aut mox, aut apto tempore [c]; ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid fieri præsumatur) ambo ad nuptialia fœdera perducuntur: & primum quidem in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre [d] debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur: sicque demum benedictionem, & velamen cæleste [e] suscipiunt. *Item.* ¶ Hæc sunt præter alia, quæ ad memoriam non occurrunt, pacta coniugiorum solennia. Peccatum autem esse, si hæc cuncta [f] in nuptiali fœdere non interueniant [g]; non dicimus, quemadmodum Græcos vos astruere dicitis.

Iuo p. 8. c. 60. Pann. l. 6. c. 9.

* al. quęque

Item Leo Papa.

¶ In contrahendo coniugio ista sunt obseruanda. C. IIII.

QValis debeat vxor esse, quæ habenda est secundum legem [h], virgo casta, & desponsata [i] in virginitate, & dotata legitimè, & à parentibus tradita †, & à sponso, & à paranymphis accipienda: & ita secundum legem, & Euangelium publicis nuptijs in coniugium liquide sumẽda, & omnibus diebus vitæ (nisi ex consensu, & causa vacandi Deo) numquam propter hominem separanda; & si fornicata fuerit ※, dimittenda; sed illa viuente altera non ducenda: quia adulteri regnum Dei non possidebunt, 1. *Cor.* 6.

Polyc. l. 6 tit. 4. Ans. l. 10. c. 3. Burc. l. 9. c. 2. Iuo p. 8. c. 140. Pann. l. 6. c. 36.

† al. subiectas

rit; & qualiter debeat duci. & dicitur, q̃ dẽt esse virgo casta, &c quæ non est separanda nisi ex consensu vacaret orationi, vel nisi fuerit fornicata. nec tũ illa viuente altera duci põt; quia adulterium cõmitteretur. q̃ si fecerit, debet recipi ad pœnitentiam per scripturã: Quæ antẽ quatuor vsq; ad c. fœminæ, plana sũt, & p te videbis. h ¶ Legem.] Promotionis.

i ¶ Desponsata.] Hoc est contra illos, qui dicunt, q̃ si aliquis fornicariam defloraui, & eam postmodum ducam in vxorem, non repellor à promotione quasi corruptam dixerim ar. 28. d. quia sunt. 34 d. curandum. 77. d. quicunq; 34 d. primus. Ar. cõ. 34 d. Valentinus. sed

Sed certe & hoc casu in virginitate videtur ista desponsata, omnia enim quæ præcesserunt, legitimantur per sequens matrimonium: ext. qui fil. sint leg. tanta. a ¶ Per scripturam.] Inf. de pœ. dist. 1. quem pœnitet. cõtra. sed ibi prohibetur absens per scripturam confiteri: vel & pœnitentia illius ♭ per scripturam [a] recipienda.

¶ *Burchardus etiam, Anselmus, Iuo, & Pannormia citant ex Leone. Sed fere idem in concilio Rhemensi Trosleiano, c. 8. & lib 7. capitular. c. 179. refertur ex B. Augustino. & infra 36. q. 2. c. tria. (quod citatur ex B. Hieronymo.) in illis verbis* & reliqua quę sequuntur in prædictis *videntur indicari quæ in hoc capite continentur.*

※ Fuerit.] *In concilio Trosleiano, & capitularibus sequitur,* & vir eius voluerit.

♭ ¶ Illius.] *In iisdem legitur,* & pœnitentia illi recipienda.

Item ex concilio Carthagenensi 4. c. 13.

¶ Quomodo sponsus, & sponsa ad benedictionem accedant. C. V.

sup. d. 23. c. fin. Pelag. ibidem. Burc. l. 9. c. 5. Iuo p. 8. c. 143. Pann. l. 6. c. 20.

SPonsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote; a parentibus suis, uel a paranymphis offerantur [f]; qui cum acceperint benedictionem, eadam nocte pro reuerentia [b] ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

f ¶ Offerantur.] *Sequebatur, in ecclesia sacerdoti. quæ absunt à conciliorum editionibus, & codicibus manuscriptis, Burchardo, & Iuone, nec habentur supra dist. 23. c. fin. ubi hoc idem affertur.*

Item ex concilio Arelatensi, c. 6.

habetur in ca. lib. 6. c. 231.

¶ Sine publicis nuptijs nullus ducat uxorem. C. VI.

Burc. l. 9. c. 6. Iuo p. 8. c. 144. Pann. l. 6. c. 6.

NVllum sine dote fiat coniugium; iuxta possibilitatẽ [c] fiat dos [d]: nec sine publicis nuptijs quisquam nubere, uel uxorem ducere præsumat.

His omnibus auctoritatib⁹ occultę nuptię prohibentur: atque ideo cum contra auctoritatem fiunt nuptiæ, pro infectis, haberi debent.

Sed quęritur, quid sibi velint illæ solennitates uelaminis, & annuli, quæ in coniugijs obseruantur.

De his ita scribit Isidorus 2. lib. de officijs, c. 19.

¶ Quare fœminæ uelantur, dum maritantur. C. VII.

Iuo p. 8. c. 7. & 8. Pann. l. 6. c. 8. † al. subiectas

FOeminæ dum maritantur, ideo uelãtur, ut nouerint se semper maritis suis subditas † [e] esse, & humiles. ¶ Itẽ, quòd nubẽtes post benedictionem uitta ※ inuicem, quasi uno uinculo copulantur; uidelicet ideo fit, ne compagem coniugalis unitatis dirumpant. ¶ At uero, quod eadem uitta candido, purpureoque colore permiscetur; cãdor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur: ut hoc signo & continentiæ ♭ lex tenenda ab utrisque ad tempus admoneatur; & post hæc reddendum debitum non negetur. ¶ Item, quòd in primis nuptijs annulus [f] a sponso sponsæ datur; fit hoc nimirum uel propter mutuæ fidei signum, uel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde & quarto digito annulus idem inseritur: quòd in eo uena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perueniat.

※ Vita.] *In editione Isidori Coloniensi legitur,* uitæ uno in-

c ¶ NVllum.] ¶ Iuxta possibilitatem.] Idest, fm facultatem, & viri nobilitatem, vt ff. de iure do. quæro. ff. de relig. si quis sepulchrum, §. vltimo.

d ¶ Dos.] Ex hoc dicunt quidam, q̃ sem per aliquid dandum est in dotem: & si nimia paupertas cogat, saltem dabis vnũ denarium, quod non concedo. & hoc est consilium.

SED QVÆRITVR. Hæc est 2. pars quæstionis, in qua q̃ritur, vt inf ea. sequitur secundum Io. de Fant.

FOeminæ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In prima dicitur, q̃ fœminæ ideo velantur cum maritantur, vt ostendatur q̃ semper debent esse sub ditæ viris suis. In secũda parte dr, quod ideo in vita insimul colligantur, ad ostendendum, quòd fidem coniugalem debent semper adinuicẽ obseruare. In tertia parte ostẽditur quid candor & rubor in uita significent. In quarta quid annulus significet: & quare i quarto digito inferatur. Secunda pars ibi,] Item quòd nubẽtes,] Tertia ibi, [At vero. [Quarta ibi,] Item quod in primis.] Eodem pignore,]Id est, signo, Sequens ca. patet.

e ¶ Subd. tas.] inf. 33. q 5 cum caput. & ca. mulierem.

f ¶ Annulus.] Dicit H. quòd p traditionẽ annuli à sponso uel alio facit prędonationem arrharum præsumi pro matrimonio. Annuli datio pro matrimonio: argu. ex tra de præsum. illud. & hoc etiam uidetur per rationes Greg. quę dicuntur in benedictionibus, ubi dicit, Benedic Domine has arrhas. & arg 27. quæst. 2 si quis uxo.

Universidad de Deusto Biblioteca

rem. Alij 1 dicunt sponsalia tantum præsumi, nisi detur annulus a sacerdote, arg. su. c. nostrates; vel nisi fit de cõsuetudine loci, q annulus detur in matrimonio. & est si. quod dicit lex in arrha, quod non facit emptionẽ, sed est eius signum. inst. de emp. & ven. in prin.

h ¶ In nouellis.] In auth. qui mod. nat. effi. legit. §. pen. colla. 6.

SI quis diuinis.] CASVS. Dicitur in hac l. q si quis iuramento interposito promiserit se habiturum de cætero aliquam in vxorem, matrimonialiter consentiẽ-

NEc illud.] Hęc est tertia pars q. in qua probat magister, q verecundiam debent prætendere mulieres cum nubũt. Io. de Fan.

a ¶ Vxor.] Iam ergo erat vxor, & desponsata, ar. 32. q. 2. §. cum ergo. Et est ar. q matrimonium potest cõtrahi inter absentes, qui nunquam se viderunt: quod verum est, si fama vel aliquo alio modo se nouerũt: & in ignotos ex toto consentire non possumus: sed in eos, qui non sunt penitus ignoti, possumus cõsentire, vt 64 dist. c. 1. & 2. & d. 65. c. 2 & 3. Quod inter absentes matrimoniũ cõtrahi tur 2, est arg. ext. qui cler. vel vo. ueniens. ff. de ritu nup. mulierem, ff. de spon. sufficit: & dicit lex, q omnes cõtractus, qui cõsensu contrahunt. inter absentes celebrãtur. ff. de contrahen. emp l. 1. § est autem. dum tñ hoc agatur. non. n. dico q solus consensus facit matrimoniũ, nisi hoc fit actũ inter consentiẽtes, arg. 27. q. 2. sufficiat. & dicit lex, q inspiciendũ sit quid agatur. ff. de ac. & obl. obligationũ. Arg. cõtra ext. de spons. duo duob. ibi, corde, & ore, & si non stringit, &c. Sed dic q ore dñr consentire, cum procuratores eorum nomine consentiunt. Sed quid dices si aliquis consensum suum exprimat alicui fœminæ per litteras, & ante receptas ab illa iste pœniteat? Hu. dicit non esse matrimonium, licet illã consentiat: quia requiritur q duret voluntas prioris. Nam requiritur ibi mutuus consensus. secus tamen est in alijs mandatis: nam licet reuocetur mandatum altero ignorante, tamen contractus tenet, vt ff. man. si mandassem. Arg. tamen est contra, ff. de diuor. si pęnituit. Itẽ secus est in electione, vt ext. de elect. cum inter.

Matrimonium inter absentes cõtrahi potest.

2 Hoc habetur extra de conuer. coniug. ex parte.

SED OBIICITVR. Hæc est 4. pars q. in qua probat, q clandestinum matrimonium tenet, si probari potest. nã sinẽ vera probatione nullus debet condemnari. & hoc probat per unam legem, & per 4. c. Io. de Fan.

CASVS. Supra dictum est in §. his omnib. q clandestina coniugia pro infectis haberi debent. nunc allegat G. pro contraria parte, dicens q multa fieri non debent facta tñ non rumpuntur, vt matrimonia simpliciter vouẽtium: sic etiam clandestina coniugia fieri non debent facta tamen tenent, & ad hoc inducit legem seq.

uicem uinculo copulantur; uidelicet; nec compagem, &c. In *Vaticano autem codice*, post benedictionem a Leuita uno inuicem, &c.

β ¶ Continentiæ lex.] *Sic emendatum est ex originali impresso & manuscripto. Antea eum legebatur*, vt hoc signo & continentia, & lex continendi ab vtrisq; ad tẽpus admoneantur.

Item Ambrosius in liro de Patriarchis. — lib. 1. de Abraham, c. 9.

¶ Nuptiæ dicuntur ab obnubendo, eo quòd caput suum obnubere soleant. C. VIII. — Isidorus lib. de off. 2. c. 19. Gen. 24.

3 NEc illud otiosum, quòd cum ueniret Rebecca, uidit Isaac ambulantem: & cum interrogasset, quis esset, cognito, quòd ipse esset, cui duceretur vxor [a], descendit; & caput suum obnubere cępit: docens [1] uerecundiam nuptijs præire debere. Inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratia se puellę obnuberent.

4 *Sed obijcitur præmissis. Multa sũt, quæ prohibẽtur, quæ si fiant, ex postfacto conualescunt. Probibentur vouentes matrimonia contrahere: quę tamen si contraxerint, inuiolata permanere oportet. Sic & clandestina cõiugia contra leges quidem fiunt tamen contracta dissolui non possunt: quia ex legitimo uoto subsequente corroborantur. Vnde Euaristus cõiugia, sed adulteria.] addidit, [nisi voluntas ppria suffragauerit; & vota succurrerint legitima.]* — sup. ea. aliter

Hinc etiam in nouellis [b].

C. IX.

SI quis diuinis tactis scripturis iurauerit mulieri legitimam se eam uxorem habiturũ [c], uel si in oratorio tale sacramentum dederit; sit illa legitima uxor α, quamuis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit. — Iul. antecess. cõsti. 74. c. 4. Sent. 4 dist. 28. Iuo p. 8. c. 144. & p. 16. c. 142. Pann. l. 6. c. 7.

α Vxor.] *Apud Iulianum antecessorem, ex quo videtur sumptum hoc capitulum, sequitur*, si tamen ei coniuncta fuerit.

His ita respondetur. Coniugia, quæ clam contrahuntur, non negantur esse coniugia: nec iubentur dissolui, si

tiẽdo in ipsam: legitima erit vxor, etsi nulla dos vel scriptura interueniat.

c ¶ Habiturum.] Sed nunquid per hæc verba futuri temporis, iuro q habebo te pro legitima vxore: contrahitur matrimonium? non uidetur; cum hęc verba hic posita futuri temporis sint, vt ext. de com. appel. c. ult. & extra de spons. de illis, lex tamen ista dicit q sic: & est verum: quia hoc uerbum, habebo, respectum habet ad pręsens tempus 3. aliud esset si diceretur, iuro, quòd ducam te in uxorem, &c. & quòd illa uerba ad præsens tempus referantur, probatur, extra de matri. contra. contra inter [illegible] dic. ecc ex litteris. Vel habiturum, id est, habitam me retenturum B.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Respondet [illegible] modo G. dicens quòd clandestina matrimonia non negantur esse matrimonia, nec iubẽtur dissolui, si probari possunt: sed ideo fieri prohibẽtur quia mutata volũtate vnius eorum matrimonium probare non poterit; cum iudex incertam sniam ferre nõ dẽat; qd pbat auctoritate Sixti. & ad hoc inducit sequẽtia c. quorum px. patet. [illegible] [Quo-

[Quousque.] id est æternaliter: quia nunquam iudicamus: & ponitur improprie.

a ¶ Confessione.] Ecce aperte dicit G. q confessioni & sacramento coniunctorum occulte debeat credere ecclesia: cum aliter probat non potest eos contraxisse: quod

Testimonia coniunctorũ an faciãt fidẽ in causa matrimonii.

here? videtur q non, eadem rõne: quia cuilibet creditur cõtra se. 14. q. 2. §. 1. Sed dic q possum. ar. ff. de ac. pos. naturaliter. §. vulti. extra de cau. pos. & ppriè. pastoralis. nam ibi habes q si egi rei uen. possum agere interdictio uti pos. licet sint contraria. nã p primũ cõtẽdo nõ possidere: per secundum dico me possidere, bene enim potest quis agendo proponere cõtraria, uel excipiendo: & talis casus est expressus extra de despon- impu. attestationes. sed non asserendo, ut not. 13. q. 1. in fi. taliber tamen. qui sic iurant, non debet dari licentia cõtrahendi, cum per sententiam separentur: sed suę sunt conscientiæ relinquendi, ut extra de iure iur. mulieri.

Contraria possunt proponi agendo, vel excipiendo.

b ¶ Cõfessione.] 33. q. 1 si quis cõtra, sed ibi de carnali commistione hic de spõsalibus igitur.

c ¶ Credenda.] Arg. ex his auctoritatib. & sequẽtibus cap. q iudex non secundu conscientiam, sed secundum allegata debet iudicare 1. infra de cons. dist. 5. cap. vlti. sup. 15. q. 5. presbyter. su. 2. q. 5. Deus omnipotens. su. 3. q. 7. iudicet. 11. q. 3. eorũ. & c. quamuis & c. graue. & c. summo pere. arg. 11. q. 3. tunc vera. & c. plerumque contra argu. 24. q. 3. Deus quando, cõtra

Iudex sm allegata iudicet.

1 Adde ad hanc quæst. not. in l. illicitas. § veritas. ff. de off. præto. Spec. in tit. de sẽ. prola §. qualiter. ver. itẽ debet.

d ¶ Quousque.] Id est ęternaliter. quasi dicat nũquã iudicamus, & ponitur improprie, sicut ibi, Donec ponã inimicos &c. ibi, Sede a dextris meis donec ponam. i, sede æternaliter.

vtriusque confessione [a] probari poterunt: verumtamen probibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confessione [b] fides iudici fieri non potest. Vnde pulice, cum alterius nota in alteram partem se transtulerunt, pro priori coniugio, quod iudici incertum est, sententia ferri non poterit. Incerta enim (vt Sixtus Papa scribit episcopis per Hispaniam constitutis) nemo Pontificum iudicare præsumat: & quamuis vera sint; tamen credenda [c] non sunt; nisi, quæ certis indicijs comprobantur; nisi, quæ manifesto iudicio cõuincuntur; nisi quæ iudiciario ordine publicãtur. Hinc etiã Victor Papa scribit Theophilo episcopo. Incerta charissime, nullatenus iudicemus, quousque [d] veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quamuis vera sint. non tamen credenda sunt; nisi quæ manifestis indicijs comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quę iudiciario ordine publicantur. — Epist. 2. — Epist. 1. c. 2. — 2. Cor. 4.

Item Euaristus Papa, epist. 2. omnibus episcopis.

¶ Ante iustam probationem nullus est iudicandus, aut damnandus. C. X. — sup. 2. q. 1. Deus omnipotens. Ansl. 3. c. 67. Rom. 14.

NVllum [e] ante veram, iustamq; probationem iudicare, aut damnare debemus, teste Apostolo, qui ait: [Tu: qui es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit.] Mala itaque audita nullum moueant; nec passim dicta absque certa probatione quisquam vmquam credat: sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat.

Item Eleutherius Papa, epistola ad Gallię prouincias.

¶ Non sunt aliqua iudicanda prius, quàm certis demonstrentur indicijs. C. XI. — Est in decre. Iulij c. 31. & in c. Hadriani. c. 26. & ical. 5. c. 246. Polyc. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. ca. 316. & 317. Pann. l. 4. c. 119. & 104.

IVdicantem oportet cuncta [f] rimari, & ordinem [g] re-

quod intelligo cum confitentur pro matrimonio: tunc eorum confessioni statur: nisi præiudicetur. primo vel secundo matrimonio. ut extra de eo qui cog. consan. super eo. tunc enim non separatur sm matrimoniũ ob hoc: licet videat cont. ext. de rap. cũ causã nã ibi dicitur credendum esse confessioni mulieris, quæ erat in monasterio: Sed dicas q illud vel, ibi ponitur pro &. & secundum hoc idem est in matrimonio carnali & spirituali. Ar. contra, extra de reg. & tran. ad reli. vidua. cur m. inferior erit lex diuina, ut 12 q. 2. cũ deuotissimam. Vel dic aliquid esse in matrimonio spirituali. Cum autẽ agitur ad matrimonium dissoluendum, non: quia dicunt nullum esse propter consanguinitatem, uel aliquid impedimẽtũ: nõ credit eorũ cõfessioni et cũ sacro. nisi aliquid adminiculũ interuenerit. 35. q. 6. si duo inf. 33. q. 1. reqsiti. Si aũt agitur ad separationẽ mutuæ seruitutis, crederet tunc cõfessioni alterius extra de diuor. ex litteris. unde in matrimonio non sp creditur aliquib. cont. se Itẽ pone q stabã cõt. matrimoniũ dicebã me habere aliã vxorẽ: nõ probaui me habere: nũquid ista defuncta possum statim contrahere, videtur q non: quia fui cõfessus cõt. me. Vel pone q dicebã aliquã esse vxorem meam: non probaui, nũquid possum cũ alia cõtra

Quæstio du[illegible] circa matrimo[illegible]

NVllum ante.] CASVS. Dicitur hic, q nõ debemus ferre sententiam ante veram & iustam probationem quod probatur auctoritate Apostoli, dicens, Tu qui es. &c. mala enim audita non debent aliquem mouere ut pręcipitet sententiam suam [Alienam,] id est, ab alio iudicandum.

e ¶ Nullum.] Sup. 2. q. 1. Deus omnipotens. sup. distin. 86. si quid sup. 11. q. 3. eorum. &c. in cunctis.

IVdicantem.] CASVS. Dicitur in hoc c. q iudex debet omnia diligenter inqrere, & ordinẽ negotij plena inquisitione ab vtraque parte inquirere, & tunc debet ad sniam venire cũ nihil fuerit ptermissũ: [Actio.] id est, negotiorum. Sequentem autem §. per te videbis.

f ¶ Cuncta.] Videtur ergo, q à teste possit inquirere an talis sit ut possit testari: ut 2. q. 7. quęrendum 2: non tñ in omnibus erit ita curiosus, quia quædã licet sciamus, dissimulare debemus, ut ff. de noua. doli, in fi. & 22. q. 2 c. utilem.

2 Adde si testis sit criminosus, antequam teneatur respõdere interrogatus. glo. in l. q iurasse. §. si pater ff. de iureiur. Bar. in l. si duo parroni. ff. eod.

g ¶ Et ordinem.] Et circumstãtias omnes, extra de testi. cum causam. & est si. C de in. iudices. & in auth. iubemus. 2. q. 1. in primis, & 23. q. 8. occidit Phinees.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶Plena.]In petitorio,sed in possessorio sufficit summarium tangere negotium ff. ad exhi. l. 3. §. sciendum. de re iudi. à diuo. & extra vt lit. non contesta.quoniam frequenter.in fi.
b ¶Interrogandi.]Hic vides quod pars à parte,& iudex à partibus potest facere interrogationes, vt hic,& extr.de do. & contu prout.& ff. de iterro.act. si fine. & extra de concess. præb & eccl.nõ vac. post electionem. Similiter aduocati possunt interrogare, vt ff.de adul si postula uerit §. quæstioni. Causarum enim merita partiũ assertione panduntur, vt extra de in integrum rest. tum ex litteris. C. si p vim. vel alio modo l.2.sed in hoc differt interrogatio iudicis ab interrogatione partis : quia si partes adinuicẽ interrogant, oportet quod pars interrogans prius ponat aliquid, ne calũniose videatur interrogare. sed aliud est cum iudex interrogat.
e ¶Illuminata fit pleniter.] Nam fructus diuinus est sæpius iustitiam recenseri.35.quæst.9 graue.
d ¶Romaneat.] Ergo etiam post apertas attestationes potest fieri interrogatio: quia ubicumq; æquitas mouet iudicem, potest interrogare,ut ff.de interro. act. ubicumque. Sed an omnia prætermissa possit iudex supplere: dubitari consueuit.Certum est quod defectum aduocatorũ potest iudex supplere circa ius, ut C. Vt quæ desunt aduo. l.Vnica.& ext. de postu.præl.bonæ memoriæ ubi dicit,nos pro ipso curauimus allegare.sed uidetur quod etiam de facto possit supplere, ut extra de consue.cum dilectus & de appel.constitutis in fi.ff de pet he.l ult.nam si aduersarius non est præsens, potest iudex supplere eius absentiam, ut C.de ap. l. ult. C. de temp. ap.l.2.§. ult. & iudex contra naturam actionis potest ferre sententiam. vt ff.de redhib.actio. bouem. §. alquando. & extra de consec. præb. & ecc. nã ua. ex parte 1, Adhuc dico 2 quod iudex non potest supplere de facto,nisi aliquid in pñtia sui actum sit,ut quod aliquem citauerit,uel quod instrm quoddã corã ipso lectũ sit,vel quod tpa appelationis lapsa sint. vt C.de tẽp.ap.l.2.§.vl.similiter dico quod in his q spectãt ad substãtiã electiõis,põt iudex supplere, vt 47.d. & Petra si tñ altera ps negare:nõ stat verbo iudicis,nisi qua

ten⁹ pbauerit ltimis documẽtis,vt ex.de pb. qm cõ.B.
e ¶A certis.] Tene certum. & dimitte incertum,vt de pœn.dist.7.c.3.in fi.nam in incertis locus est coniecturis, vt extra de hom. ad audientiam. & ff. de ver. obl l. continuus.§.1. ff de ritu nup.l.adoptiuus,§. se rusles.Io.

Interrogationes à quibus possunt fieri.

Iudex de quo potest supplere.

f ¶ Excusati.] Quoad pęnam ecclesiæ, non quo ad reatũ, ex quo enim operam dederunt ne filij copularentur, peccauerunt mortaliter, argu. de pęn. d.1 si cui. & vere excusati debẽt esse quo ad pęnam, ex quo factũ eorum per alios repræsentatur: quia si teneor aliqd facere. & alter id faciat, etiam sine mandato meo, hoc mihi ꝓdest, vt ff. de verb. obli. l. cũ seruus. Nã si mihi das pecuniã vt seruum manumittam, & alius eũ manumittat; hoc sufficit mihi, vt ibi 2.

2 Si sic soluis creditori meo, incunctanter me liberas ff. de nego. gest. l. soluendi.

g ¶ Consentiendo.] dicunt aũt quidam, ꝙ parentes possunt soluere sponsalia filiorum: sicut possunt etiam sacramentũ. supra 22. quæst. pueri. quod nego: quia ætas præfixa est, intra quam non potest puer iurare.

h ¶ Ecce.] Immo & si sine eorum consensu contrahunt dare debent operã parentes. extra de despon. impu. c. 1.

Vidam vir.] CASVS. In ꝑcedenti causa tractatum est, qualiter sibi aliquis copulare illam in matrimonium possit, vel non possit, quam prius polluit per adulterium. sed quia meretrix parum distat ab adultera: ideo Gratian. subnectit hanc causam 32. incontinenti, in qua ostendit, vtrũ meretrix possit duci vel non duci in matrimonium, & qualiter adultera post pœnitentiam viro valeat reconciliari. Adiungit etiam de duplici institutione matrimonij: & de his qui, vel quæ aborsum procurant. Vt autem hoc & alia faciat competentius præmittit thema, de quo octo elicit quæstiones. Casus autem thematis patet.

3 Vel sic expediuit se de impedimentis. s. adulterij & violentiæ: supponit de impedimento sterilitatis, vt autem, &c. secundũ Io. de Fan.

i ¶ Quidam vir.] Ostensum est quando & quis ducere possit eam, quam per adulterium polluit. in hac causa vult ostendere vtrum meretricem quis debeat ducere: & si ducta fuerit, an sit vxor appellanda; adiungit etiam de publici institutione matrimonij, & de his quę aborsum procurant. Vt autem hæc & alia, &c.

K ¶Originarij] Id est, serui, vt patebit in sequentibus: tamen originarios non dico seruos, nec adscriptitios. Ioan.

Originarij qui dicantur.

tem[a] post parentũ sponsionem alijs nubere non valeant; au- ctoritate Eliberitani concilij, c.54. monstratur, qua dicitur.

¶De parentibus, qui fidem frangunt sponsaliorum. C. 1.

Iuo p. 8.c.4 6.

SI quis parentes [b] fidem fregerint [c] sponsaliorum, triennij tempore abstineant se a communione. Si tamen ijdem sponsus, vel sponsa in illo graui crimine non fuerint α [d] deprehensi [e]; excusati [f] erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint se consentiendo [g]; superior sententia seruetur.

α¶Non fuerint.] *In originali legitur sine negatione, itemque apud Iuonem, à quo præterea abest dictio,* illo, *sicque habet,* in graui crimine fuerint deprehensi.

Ecce[h] quòd non licet parentibus sponsalia filiorum suorum frangere. Verum hoc de illis intelligendum est, quæ illorum consensu contrahuntur.

CAVSA XXXII.

Vidam vir [1], cum non haberet vxorem, quandam meretricem sibi cõiugio copulauit, quæ erat sterilis, neptis ingenui, filia originarii [k]: quam cum pater alii vellet tradere, huic auus eã copulauit, causa solius incontinẽtiæ. Deinde hic pœnitentia ductus ex ancilla propria filios sibi quærere cępit. Postea de adulterio conuictus, & punitus quendam rogauit, vt vi vxorem opprimeret suam, vt sic eam dimittere poßet: quo facto quandam infidelem sibi copulauit: ea tamen conditione, vt ad Christianam religionem transiret.

1 *Hic primum quæritur, an meretrix licite ducatur in vxorem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVòd autem.] Hæc q. diuiditur in quatuor partes. In prima probat per quatuor auctoritates sanctorum patrum, ꝙ nullus debet ducere meretricem antequam pœniteat: quia etiam vxorem adulteram tenere nō debet: quia patronus esset turpitudinis. Secunda ibi, [Subauditur.] Tertia ibi, [Econtra vero.] Quarta ibi, [Cū ergo.] Io. de Fant. CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur an aliqs possit ducere meretricem. Et dicendū est ꝙ sic, si spes est de correctione: tñ siue spes sit de correctione, siue non, tenet matrimoniū, vt inf. ead. si quis. G. tñ pro vtraque parte allegat. Casus §. cum seq. c. patet.

rito, si requisitus cognoscat talem vxorm, vt postea non possit ipsam accusare: quia tunc otius cognoscitur ab vxore, quam cognoscat vxorem. Alij contrarium dicunt. Ego consulo quòd non reddat nisi ad mādatum ecclesiæ; ne videat approbare mores eius, vt ff. de adul.

2 *Secundo, an ea, quæ causa incontinentiæ ducitur, sit coniunx appellanda.*

3 *Teetio, cuius arbitrium aliqua sequatur, an liberi aui, an originarij patris.*

4 *Quarto, si viuente vxore liceat alicui filios ex ancilla quærere.*

5 *Quinto, si ea, quæ vim patitur, pudicitiam amittere comprobetur.*

6 *Sexto si adulter adulteram possit dimittere.*

7 *Septimo, si viuente dimissa, aliam possit accipere.*

8 *Octauo, si infidelem sub præmissa conditione liceat alicui fidelium in coniugem ducere:*

QVAEST O PRIMA.

Meretrix pōt duci.

a ¶ Quod autem.] Hic depingitur prima q. an scilicet qs ducere possit meretricem: & est dicendum ꝙ sic, si spes habetur de eius correctione, vt inf. ca. vlt. & ext. de eo, q. dux. in matr. significasti. im ò meretur qui eā ducit. extra de spon. inter opera, sed si nō habetur spes de ea, forte non licite ducitur: tenet tamen matrimonium cum ea. inf. ead. q. si quis vxorem. allegat tamē prius magister ꝙ duci non possit: quia ex quo iā ducta est, dimittenda est, si fornicetur, vt inf. ea. ca. 1. 1. & 3. ergo à maiori non est de nouo ducenda. hoc argu. habes extra de iureiur. quemadmodum. potius est arg. à destructione consequentis.

QVòd autem [a] meretrix in coniugem duci non debeat, multis auctoritatibus, & rationibus probatur. Illa enim, quæ adulterii rea conuincitur, nisi post peractam penitentiam, in coniugii consortio retineri non debet.

Vnde Ioannes *Chrysostomus, [idest auctor operis imperfecti homilia 32. ait super Matthæum, c.19.]*

¶ Patronus turpitudinis est, qui vxorem suam adulteram dimittere noluerit. C. I.

SIcut crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit: sic fatuus est, & iniustus, qui retinet meretricem. Nam patronus [b] turpitudinis eius est, qui crimen celat [c] vxoris. (Sent. 4. dist. 35. Iuo p. 8. c. 233. Pann. l. 7. c..)

Item Hieronymus in comm. ad c. 19. Matthæi.

¶ Causa fornicationis vir dimittat vxorem, non tamen alteram ducat. C. II. (Isidorus de ecclesiastici. off. l. 2. c. 19. Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 43. Pann. l. 7. c. 7. Mat. 19.)

DIxit Dominus in Euangelio: [Quicumq; dimiserit [d] vxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.] Sola

Maritus an possit vxorē criminosam relinquere vel an dēat eam accusare.

b SIcut.] ¶ Patronus.] Hoc intelligo cum ipsa nō vult agere pęnitentiam, vt extra de adulte. si vir. Item hoc intellige cum notorium est vxoris adulterium: nec iā ad ignorantiā suam obumbrare potest maritus. C. de adul. sine metu. arg. ff. de adulte. mariti. inf. 34. q. 3. ego. palea est. tunc enim leno præsumitur, & de lenocinio accusat. inf. ea. crimen. non tñ tenet hoc casu dimittere eā, sed denunciare debet eius crimen ad pœnitentiam: siue occultū sit, siue notorium eius crimen, dum tñ probare possit. Et no. ꝙ in omnibus istis c. non dicitur ꝙ eā debeat expellere, vel debitum denegare: sed sicut dixi, denuntiabit ecclesiæ crimen eius, & aget ad hoc vt illa pœniteat. vel agat si vult ad separationē thori. Nūquid ergo ante sniam ecclesiæ, tenetur ei reddere debitū? H. dicit ꝙ sic: quia nū quā factum ipsum (vt dixit). sed snia priuat aliquē iure petendi debitum. Et est ar. pro eo extra vt li. pe. laudabilē. 8. q. 4. nonne. 15 q. vlt. c. vlt. 33. q. 2. sæculares. 35 q. 6. multorum. & satis hoc probabile videtur: quia non debet facere præiudicium mariti de adul. si vxor. in fi. Hoc autē certum est, ꝙ expellere eam non debet à se. et si notoriū sit eius crimen, vt extra de diuor. porro. nisi publice moraret cum adultero, vel nisi ipsa conuicta sit per sniam: vel confessa sit crimen in iudicio, vt inf. ea. de Benedicto. & extra de adul. intelleximus. & extr. de diuor significasti. quod autē in hoc c. dicit, videt esse correctum, vt C. de adult. authen. sed hodie. vbi dr, ꝙ dānatā de adulterio possumus resumere intra biennium, vt inf. eo quod autem. & cap. sed illud cum spes est de correctione eius. infr. ea c. vlt.

c ¶ Qui crimen celat.] Hoc verbū vitiū notat, aliud est celare: aliud non indicare 1. ff. de furt. qui vas. §. primo.

DIxit Dominus.] CASVS. Probat Hieronymus in hoc cap. auctoritate Euangelica, ꝙ vir non debet dimittere vxorem suam nisi causa fornicationis. sed probata fornicatione per testes, vel violenta præsumptione, eam dimittere pōt: ne virum maledictio supponat. sed quia vir falsam causam prætendere posset: ideo statutum fuit vt si pro vera causa dimittatur, tamen viua ea, alia non superducatur.

d ¶ Dimiserit.] Quod supple non licet.

1 Vt illud est … c. pen. & … si qui[illegible]

Fornicationis suspicio, an sufficiat ad vxorē dimittendam.

a ¶ Vincat.] Idest, liget & impediat affectum, vt vxorē et si velit de iure non possit exigere debitum a viro. idē est de viro. Vel vincit affectum vxoris, idest, superat & remouet affectum, qui debetur vxori: & sunt hæc verba sumpta ex l. C. de repud. l. 1. b ¶ Su.

c ¶ Iubetur.] Hoc verbum, iubetur: non respicit quod præcedit: sed quod sequitur.

IN coniugio.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ quæcunq; peccata vir fecerit præter fornicationem, vxor propter hoc non coinquinatur, sed ex fornicatione viri cōinquinatur vxor, vt viro suo reddatur adultera. Idē de vxore adulterante intelligas, vt vir per ipsius fornicationem reddatur immundus.] Adultera.] idest, immunda sibi. i. vt iam non sit viro licitum ab ea debitum exigere. nā vt ait Apostolus, cum cætera peccata extra corpus sint, in fornicatione corpus & anima polluuntur.

d ¶ Licita.] Donec vir egerit pœnitentiam. Et sic patet, ꝙ si alter coniugum adulteratur, reliquus perdit ius exigendi, sed secundum H. delinquens tenetur alteri reddere debitum, vt no. sup. ea. cap. 1. Sed obijcio tibi, qui dicis ꝙ fornicanti non tenetur alter reddere debitum, mulier quę fornicatur, perdit ius petendi debitum. similiter vir nō habet ius petendi debitum in tali muliere. delinquit ergo cognoscendo eam, vt hic dicitur, & inf. c. prox. si ergo mulier petat debitum a viro, & vir excipit contra eam, quia perdidit debitū: ipsa potest replicare, ꝙ ipse similiter perdidit debitum. extra de diuor. significasti, vnde videtur, ꝙ cum effectu possit mulier petere debitum: sed non est ita quia si mulier triplicauit, vir potest quadruplicare, & dicere, ego ex tua culpa perdidi.

Vxore adulterante an perdat vir ius exigendi debitum.

fornicatio est, quæ uxoris vincat [a] affectum: immo, cum illa unam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito; non debet teneri, ne uirum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura: [Qui adulteram tenet, stultus, & impius est.] Vbicumque est igitur fornicatio, uel † fornicationis suspicio [b]; libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum ueteri crimen impingeret; sic priorem dimittere iubetur [c] uxorem, ut secundam prima uiuente non habeat. (Prou. 18. † al. & Gloss. ordin. ad eundem locum Matt. In conc. Foroiuliensi, c. 10.)

Idem in epistola Pauli ad Corinthios 1. c. 6. [in glossa ordinaria.]

¶ Solari uiri fornicatio uxorem maculat. C. III. (Iuo p. 8. c. 42.)

IN coniugio quis positus quæcumque peccata fecerit, non propriam infuscant coniugem: sed fornicatio uxorem coinquinat: ut iam non sit uiro suo licita [d], sed quasi adultera.

Item Ioannes Chrysostomus.

¶ Qui uxorem suam dimittere adulteram noluerit, duobus annis pœniteat, si ei debitum reddiderit. C. IIII.

(* Adde quæ sit pena mu. tam. liberis cōmittentis adulterium no. in l. qđ Alexandrū & in aut. sed hodie. C. de adult. † al. adultera-)

j SI quis [e] vxorem suam inuenerit adulterā † [f]*, & postea deinceps placuerit habere eā ī matrimonio; duobus annis pœniteat, ideo quia cum adultera commistus sit, quæ adhuc crimine suo non est purgata: aut abstineat [g] se a matrimonio eius, donec expleatur [h] satisfactio criminis pœnitentiæ suæ: ideo, quia post satisfactionem pœnitentiæ non meretur uocari adultera. Similiter, si uirum

b ¶ Suspicio.] Hic uidentur excipi duæ causæ dimittēdi uxorem: in Euangelio tantū excipitur vna: sed quod hic dicit, uel suscipio forni: &c. non est causa dimittendi: sed est modus probandi causam dimittendi: quia per suspicionem ꝓbatur fornicatio, adeo ꝙ vxor dimittit propter suscipionē fornicationis, vt hic, & in auth. vt li. ma. & auię. §. pe. coll 8. vnde ꝓ eodem reputatur fornicatio, & fornicationis suspicio. nam probata suspicione, probata est fornicatio. quid enim si tumeat uenter incognitæ à uiro suo, nonne certa erit fornicationis suspicio? 2. q. 1. si peccauerit 1. Vel si uir aliquot annis ꝑmanserit in expeditione, & rediens inueniat puerum anniculum. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. filium? Gā. dixit Hierony. male excepit hic duas causas dimissionis. Sed huic c. obstat 2 q. 1 multi. & q. 2 in scripturis & 6. q. 1. oues. in quibus dicitur, quòd omnis suspicio potius est repellenda quam probanda. Sed distingue triplicē suspicionem, probabilem, temerariam, & violentā, ut dixi 2. q. 1. c. 1. hic ergo de violenta suspicione loquitur. Sed quæro si contra mulierem probata sit uiolenta suspicio: an ipsa admittatur ꝙ probet in contrarium? Arg. sic 35. q. 5. extraordinaria ubi contra uiolentissimam probationem admittitur probatio, immo etiam simplex iuramentum. Resp. ꝙ bene admittitur probatio per testes, sed non per simplex iuramentum, vt sup. 27. q. 1. nec aliqua, arg. 22. q. 5. hic videtur.

SI quis vxorem.] CASVS. Dr hic ꝙ si quis deprehendit vxorem suā in adulterio, & eam statim antequā pęniteat, retinet ad vsum carnalem: quia se adulteræ nōdum purgatæ immiscuit, duobus annis continuis pęnitere debet: & ab ea abstineat, donec pœnitentia criminis expleatur. vltra autem nō debet abstinere: quia post peractam pœnitentiam non est adultera dicenda. vir autem & vxor in talibus non ad imparia iudicantur.

e ¶ Si quis.] Hoc c. intelligit H. cum adulterium vxoris est notorium, vel etiam publicum [2]: per sententiam, vel quia in iure confessa est, & ita condemnata, nec tñ desistit adulterari, & vir ei commiscetur incorrigibili. Recte igitur intelligatur cum crimen est ita manifestum quòd prætextu ignorantiæ, &c. vt dixi sup. c. 1.

2 Vt quia publice moratur cū adultero, Hug.

f ¶ Adulteram.] Nec ab adulterio desistentem.

g ¶ Aut abstineat.] In sequenti c. si quis vxorem est, &, sed legas, aut pro &. & erit vna pœna vel ibi lege &. pro aut. & erunt duæ pœnæ sub alternatione, vt aut pęniteat duobus annis, aut non exigat debitum ab eo donec peregerit pœnitentiam.

h ¶ Expleatur.] Vel saltem inchoetur. nam si voluerit eam sibi reconciliare etiam intra tempus pœnitentiæ

ab ea potest exigere debitum, vt extra de diuor. significasti. & de fur. ex litteris. in fi. extra de eo qui cog. consang. c. veniens.

[1] Vt 23. q. 5. §. ex premissis. ubi videas

[a] ¶ Ad imparia.] Hoc quo ad debitum non exigendum donec alter pœniteat. similiter non ad impatia iudicatur quo ad debitum reddendū, quo ad diuortium: quo ad accusationē. infr. ea. q. 5. præcepit. & c. Christiana.

SVBAVDITVR. Hæc est 2 pars qō. in qua probat per 8. ca. quod meritorium est viro eam, scilicet meretricem, post pœnitentiam retinere. Io. de Fan.

CASVS. Iste §. respicit illud quod dictū est sup. in c dixit. vbi dī, q̄ non debet tenere & iubetur dimittere. Dicit nunc G. intelligendum esse nisi illa velit ab adulterio recedere: quo casu vir potest eam retinere nullum periculum ei illaturus. ad quod inducit sequentia capitula.

[b] ¶ Sub audetur.] Respicit hoc quod dicit in capitu. sicut vbi dixit, qui retinet.

DE Benedicto.] CASVS. Significatum fuit Pelagio, q̄ Benedictus vxorē alienam illicite detinebat quare præcipit subiacono suo, vt illos punire non differat, caluatos ab inuicem separando, & illum migrare, idest, mittere deat ad Appuliæ defensorem. Illam vero, si maritus, eā recipere voluerit, sub cautela eam recipiat, scilicet præstita cautione, quod eam non lædat, etiam crimen simile non committentem. si vero maritus eam recipere noluerit, mandat Papa, vt in monasterium detrudatur. [Caluatos,] Idest, tonsuratos & dehonestos. Sequens c pater.

[c] ¶ Mactare.] Idest, punire.

[d] ¶ Et caluatos.] Pannis abscissis. i. dehonestatos, & tonsuratos: sicut moris est in quibusdam locis: quia vestes & capilli incidantur eis in ignorantiam ante & retro.

Vxor a viro [e] ¶ Sub cautela.] Cum non dicatur hic quæ cautio præparata sub. stari debeat a viro, videtur quòd nuda sufficiat: cum taliscautio firmissima dicatur, vt inf. de consecr. dist. 4 prius est ei restituendum. ar. ad idem sup. 17. q. 2. si quis incognitus. nomen enim cautionis per se positum, nudam promissionem designat. C. de ver. sig. sancimus. Sol. si mulier nihil allegat de suscipione viri, dico sufficere nudam promissionē.

Cautionis si autem dixit eum esse suspectum, oportet vt ydonea nomen per cautio. ei præstetur, s. fideiussores. vel pignora, vel etiam iuramentum, si forte illud magis timet vir, vt 17. quæst. 4. metuentes si vero tanta fit sequitia viri, vt nulla cautio videatur sufficere: tunc non est ei reddenda, sed alicui honestæ matronæ committenda, vt extra de restitu. spol. ex tranimissa. 2. extra eo. titu. litteras. in fi. quia satisfuum uxor inuenerit adulterum; non ad imparia [a] iudicatur.

¶ *Caput hoc non est inuentum apud* B. *Ioannem Chrysostomum, & videtur canon alicuius concilij. aut pœnitentialis. Simile quiddam habetur, in concilio Nannetensi c. 12.*

2. *Sub auditur* [b], *nisi ab adulterio mulier recedere voluerit: quo casu uxorem uir recipere potest, nullum periculū ei illaturus.*

Vnde Pelagius Papa Melleo † *subdiacono.* † *al. Milete*

¶ Post pœnitentiam adulterij uxorem uir potest recipere. C. V.

DE Benedicto quoque, quem uxorem alienam indicasti facinoroso sustuliſſe spiritu, & in suum hactenus præsumere detinere consortium: si hoc rerum ueritas habet, iubemus experientiæ tuæ, ut eum cum ipsa quoque adultera districte mactare [c] noh differas, & caluatos [d] ab inuicem separare, & illum quidem ad Lucium defensorē in Apuliæ prouinciæ patrimonium sine dilatione fac migrare: illam uero, si quidem maritus suus sine dolo aliquo forte accipere uoluerit, tua ordinatione sub cautela [e] recipiat, nullum ei nihil duntaxat de cætero simile committēti periculum illaturus. Si uero omnino eam recipere [f] noluerit; in alium § quendam locum, in quo ei non liceat male uiuere, prouida eam dispensatione † constitue. † *al. dispositiue*

Item ex pœnitentiali Theodori.

¶ Qui adulteræ debitum reddit, tribus annis pœniteat. C. VI.

ij SI quis uxorem suam scit adulteram, & non uult dimittere eam, sed in matrimonio habere; tribus annis pœniteat: & quamdiu pœnitet, [a] abstineat se ab illa. Ansi. ibidem. al. c. 81.

[a] ¶ Et quamdiu pœnitet.] *In plerisque uetustis est*, & quamdiu illa pœniter.

Item Augustinus ad Pollentium de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 6.

¶ Adulterio purgato per pœnetentiam potest fieri reconciliatio coniugij. C. VII. Sent. 4. di. 35. Poly. 1. 6. tit. 4.

QVod autem tibi durum uidetur, ut post adulterium tio maleuolum propositum non mutat, vt instit. de suspect. tut. §. vlt.

[f] ¶ Recipere.] Non enim erit compellendus eam recipere cum alij adhæserit. extra de diuor. significasti. & pōt monasterium ingredi ea viuēte, vt 27. q. 2. Agathoda. g ¶ In alium.] Pœna adulterij etiam secundum leges commutata est in intrusionem monasterij. C. de adulterijs, authen. sed hodie.

SI quis uxorem, &c.]

QVod autem.] CASVS. Pollentius dicebat durum sibi uideri, si post baptisma uel pœnitentiam dalter uel adultera reconcilietur. Aug. tamen probat q̄ non debet durum sibi videri. nam quamuis in veteri testamento adulterium nullo sacrificio purgaretur, tñ Dauid noui testamenti præfigurator vxorem suam alij male traditam, sibi reconciliauit benigne. Christus etiam

etiam adulteram pœnitentem non condemnauit sine mundatione, id est, sine exteriori sacrificio legali, sed sola pœnitentia.

[a] ¶ Si. fides.] Id est, credulitas, s. vt credantur peccata p pœnitentiam deleri: vel fides, i. certitudo & spes correctionis

Iuo p. 8. c. 242. Pann. l. 7. c. 35.

reconcilietur coniugi coniunx; si fides [a] adsit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos vel baptismate ablutos, vel pœnitentia credimus esse sanatos? Hæc crimina in veteri Dei lege nullis sacrificijs mundabātur [b]; quæ in lege & noui testamenti sine mundatione legali [c] mundantur: & ideo tunc omnino prohibitum erat ab alio contaminatam viro recipere vxorem: quamuis Dauid [d] Saulis filiam [e], quam pater eiusdem mulieris ab eo separatam dederat alteri, tamquam noui testamenti præfigurator [f] sine cunctatione † receperit. Nunc autem, postquam Christus air adulteræ: [Nec ego te condemnabo: vade, deinceps noli peccare.] quis non intelligat debere maritum ignoscere, quod videt ignouisse Dominum amborum? nec iam se debere adulteram dicere, cuius pœnitentis [g] crimen diuina credit miseratione deletum?

1. Reg. 18. † *al. contaminatione.*] otig. Io. 8.

& ¶ Quæ in lege.] *Apud* B. *Augustinum legitur*, quæ noui testamenti, in sanguine Christi sine dubitatione mundantur. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Idem eodem libro, c. 9.

Sent. ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 7. c. 37.

¶ De eodem. C. VIII.

NOn erit turpis, neque difficilis etiam post perpetrata, atq; purgata adulteria reconciliatio coniugū; vbi per claues regni cœlorū non dubitatur fieri remissio peccatorum: non vt post viri diuortium adultera reuocetur; sed vt post Christi consortium adultera [h] non vocetur.

Item Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel, c. 4.

¶ Cum fornicationis vitium excluditur, castitatis virtus adsciscitur. C. IX.

CVm renunciatur [i] improbitati, statim adsciscitur virtus. Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.

Item Gregorius homil. 19. in Euang.

e ¶ Saulis filiam.] s. Michol.

f ¶ Præfigurator.] Præfigurauit q̄ mulier post pœnitentiam debeat viro reconciliari 32. q. 1 §. sed obijcitur.

g ¶ Pœnitentis.] Videtur ergo q̄ non possit mulier de adulterio accusari post pœnitentiam; quod falsum est 33. q. 2. admonere. sed post baptismū non; vt videtur: quia ibi plenior fit remissio quo ad omnem pœnam etiam temporalem. ar. de consecr. d. 4. fine pœnitēcia. Ar. contra ext. de diuor. gaudemus. Sed dic, q̄ licet excipi possit de adulterio primo cōmissio post baptismum, non tñ accusari. quia exceptio est fauorabilis: accusatio est odiosa. 2. q. 7. accusatio.

Adultera etiam post pœnitentiā accusari potest.

NOn erit.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ non est turpis recociliatio adulteri vel adulterę, cū adulterium est per pœnitentiam purgatū; quia iam p Christū facta ē remissio peccatorum: nec dicitur vt adultera i malitia perseuerans reuocetur sed q̄ post pœnitentiam non debeat adultera reputari.

h ¶ Adultera.] Manens.

CVm renunciat.] CASVS. Quæstum fuit ab Amb. qñ dicatur fieri bonus ¶. à peccato recedit. Et inuidet q̄ statim & sine aliquo interuallo. quia ex quo peccatū excluditur, virtus statim ingreditur.

i ¶ Cum renunciatur.] si enim per ianuam peccati intrat diabol⁹, statim Christus recedit. de pœ. d. 2. si enim inquit. Et argue q̄ infusionem gratiæ præcedit remissio peccatorum naturaliter i intellectu. sed tñ tempore simul sunt. sic ergo prius definit quis esse virtuosus, q̄ incipiat esse virtuosus. 23. q. 4. quod faciet. bonus. n. & malus simul aliquis esse non potest. de pœnitē. dist. 1. § si autem arg. ff. de hære. instit. quoties. § fi quis ita dixerit. Item nec potest quis esse in medio statu: quia omnis, qui non diligit, odit, vt de pœn. distinc. 2. § quicumque ab illa originali. in fi. Sed obijcitur, nonne peccatum dimittitur pœnitenti? quod si est ita, cum habenti peccatum dimittatur peccatum: ergo pœnitens est peccator. & ita videtur q̄ virtus & vitiū simul sint, vel aliquo tempore intermedio sit quis sine adultere. quod stare non potest. Lau. Ego dico omnes quæstiones quod stare non possunt. Lau. Ego dico omnes quæstiones tales esse duplices: isti infunditur gratia, isti dimittuntur peccata: est. n. infusio composita & simplex sicut hæc est duplex: lupus egreditur filuam. si cū ingreditur filuam. si cū ingreditur filuam. si cū ing

plici egressione similiter vtraq; istarum est vera: isti infunditur gratia; isti remittitur peccatũ. similiter hic distinguendum est. hæc res præscribitur ante xxx. an. hęc res non præscribitur ante xxx. au.

lx. dies vtiles mulierem de adulterio accusat, vt 4. q. 4. §. aliquando. quod nõ facit mulier. aliàs vir, & mulier ad paria iudicantur, vt inf. ead. q. 5 præcipit, & c. Christiana. & su. ea. q. c. si quis vxorẽ. sed post lx. dies nõ põt eã nisi iure cõi accusare: nisi absens sit ꝑ rẽ publicã, quia

mulier effectum ... pœnæ impo... dæ viro ... separatio thori ... ritũ a... re. no. C... l. 1. de a... Spe. in e... tu. vers. ... nunquid

APud misericordem.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ apud Deum bonus habetur, & non fallax qui peccatum pœnitendo dimittit. ipse enim post pœnitentiam peccata quę commisimus, abscõdit, & dimittit, nostram pœnitentiam suscipiendo libẽter. ...ns §. patet.

...ertitur.] Si er...aui me ad diẽ ...am soluturũ pe...niã: licet post sol...am, nõ petero: quia iam ad veritatem redeo: sicut si sub pœna promisi aliquid, nec solui, pœna commissa est: si tamen post soluo, liberor à pœna. ff. de arbi. l. vl. Quando pœna committatur, vel quando purgetur. not. in dist. Domini mei 1. H. Item est hic arg. ꝙ aliquis potest mutare confessionem suam, maximè incõtinenti, vt extra de testi. cogen. præterea. vel antequam sit scripta. extra de censi. olim. dummodo non fiat calumniosè, vt ff. de inter. actio. de ætate. §. vlti. Argumen. contra, extra de concess. præben. & eccle. non va. post electionem. & extra vt eccle. bene. vt nostrum. & 4 quæst. 3. item qui falso.

1 De hoc no. ff. si quis can. l. & si post. in glo. ipso iure.

¶Non habetur fallax apud Deum, qui ad veritatem pęnitendo reuertitur. C. X.

APud misericordem namque iudicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatem reuertitur a; etiam postquam mentitur: quia omnipotens Deus dum libenter nostram pęnitentiam suscipit; ipse suo iudicio, hoc quod errauimus, abscondit.

Sent. ibidem.

Quòd si in adulterio pseuerare elegerit; patronus turpitudinis, & lenocinii reus maritus habebitur, nisi eã adulterii ream facere voluerit. Vnde in nono libro Cod. de adult. & stupro Impp. Seuerus, & Antoninus. [¶ Crimen lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio vxorem b in matrimonio retinuerunt; non qui suspectam habuerint adulteram.] ¶Hoc in mulieribus non obtinet. Non enim eis permittitur maritos suos adulterii reos facere. Vnde in libro eodem, & tit. eodem iidem Imperatores. [Publico iudicio non habere mulieres adulterii accusationem c, quãuis de matrimonio suo violato queri velint, lex Iulia declarat: quæ cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idẽ d fœminis priuilegiũ e detulit:]

tit. 9. ad legem Iuliã. de adult. & stup. le. 2.

Ibidem. le. 1.

CRIMEN LENOCINII. CASVS. Dicitur in hac l. ꝙ leno est qui vxorem publicè in adulterio deprehensam detinet: secus autem est, si suspectam de adulterio detinet.

b ¶ Vxorem.] Non tamen pœnam adulterij sustinet qui matrimonium suum contemnit, & vxorem delinquere patitur, & contaminatione non indignatur, vt ff. de adul. l. 2. §. lenocinij. Crimen autem lenocinij plurib. modis committitur: committit lenocinium, qui quæstuaria mancipia habet: quia non est hoc minus quàm proprio corpore quæstum facere, vt ff. de rit. nu. l. palã. §. lenocinium. Item est etiam leno, qui scienter ducit damnatam adulteram, vel qui reconciliat sibi adulteram, vt C. de adult. leg. castitati. vel scienter tenet adulteram: vt hic. vel qui recipit pecuniam pro adulterio vxoris suæ, vt ff. de adulte. l. 2 § lenocinij.

Lenociniũ multipliciter committitur.

HOC IN MVLIERIBVS. CASVS. Per quædam ca. supradicta permissum est viris accusare vxores de adulterio. Nunc dicit Gra. ꝙ mulieribus hoc non permittitur vt viros suos de adulterio accusent: quod probat per legem sequentem. Vel expone hoc, s. propter quod non dicantur lenæ, si viros adulteros detinent.

PVBLICO. CASVS. Dicitur in hac lege, quod si mulier ad pœnam capitalem virum suum voluerit accusare de adulterio, ꝙ non admittit: licet de thoro violato conqueri velit: quamuis vir iure mariti contra eam admittatur.

Accusare se põt mutuo uir & uxor de adulterio.

c ¶ Accusationem.] Sed non vsquequaque negatur mulierem posse virum accusare 1. sed dicitur nõ æquomodo cum viro accusationem de adulterio posse proponere vñ rectè subdit. Nõ idẽ priuilegiũ, &c. vir. i. iure mariti, s. sine inscriptione, sine metu calumniæ, intra

1 Adde ꝙ

quia tunc admittitur, & restituitur ad illos xl. dies. Et est iste casus specialis, in quo maiores restituuntur, & non minores. ff. ex qui cau. ma. si qua militi. & ff. de adul. miles. §. quidam. & ff. de mino. auxilium. Sed quod hic dr̃, nõ vr̃ tenere ſm iura nostra. nam sicut maritus vxorẽ sic vxor maritũ licite accusat, & inscribit cõtra eum, & obligat se ad pœnam talionis, & hoc qñ coram sæculari iudice agit. sed si agit coram ecclesiastico, non inscribit, vt extra de procu. tuæ, & lex idem videtur dicere in auth. vt li. m1. & auiæ. §. quia vero. & §. causas. coll. 8. Miror tamen quare dicat Inno. ꝙ coram sæculari iudice sit inscribendũ: cũ hodie pœna sæcularis cõmutata sit in ecclesiasticam pęnam, vt. C. de adul. authen. sed hodie. vnde & ſm leges dico, ꝙ vxor possit accusare virum, cum tantum ecclesiastica sit pęna adulterij. sed dic, ꝙ ideo & hodie tenetur vir inscribere, q2 ingressus in monasterium morti æquiparatur 2. Vel dic ꝙ licet commutata sit pęna adulterij quantum ad mulierem, non tñ quantũ ad virũ. Sed esto ꝙ vir accuset mulierẽ, & succumbat, 3. ex quo vir obligauit se ad pęnã talionis, & non ꝓbat: ergo & vir cõdemnabitur sicut mulier condemnaret si esset conuicta: sed mulier cõuicta detrudetur in monasteriũ, ergo & vir, & sic aliquis cogitur recedere ab vxore sua absq. causa fornicationis ſm hoc quicũque vult separari ab vxore sua, accusabit eã; vt cũ succubuerit, possit recedere ab ea: & sic alia via est consecutus quod desiderauit: quod est contra id 33 q 5. hæc imago. extra de procu. tuæ. Rñ. bñ concedo, ꝙ eodem modo condemnatur vir quo mulier. Mulier enim non cogitur intrare religionem nisi viro placuerit. sic nec vir condemnatus cogitur intrare religionem nisi mulieri placuerit. Vel intellige quod dicit decret. quod debet inscribere, verum est quantum ad hoc vt lucretur donationem propter nuptias, vel dotem.

d ¶ Non idem.] Id est, iure mariti. Vel non idẽ, i. nullũ priuilegium apud sæcularem iudicem.

e ¶ Priuilegium.] Quidam domini dicunt, quod etiam vxos

2 Vt not. ... 3 Adde ...

1 Dic, ꝙ sic vxor virum accusare potest de adulterio 1. sed non cum priuilegio: quia tenebitur ad talionem: & hoc innuit hic. Alij dicunt, ꝙ non potest, vt Io. & intelligunt auth. illas per quas dicunt veteres leges esse abrogatas in authen. vt fratrum filij §. vlt. coll. 9. & in authen. vt li-

ad effectum pœnę imponendæ viro ad separationem thori: non pœnę legalis cõcor. no. per Cy. in l. 1. C. de adulte.

xtione carnali. in qua opinione vr̃ fuisse Gratianus, & quidam alij: contra quos loquitur Augustinus dicens, ꝙ veritas matrimonij potius consistit in fide, & prole, & sacramento q̃ in carnis commixtione. Sic vr̃ mihi B. iste casus ponendus. De sacramento tangit ibi obscure vbi dicit: [Bon9 vsus mali.] Hug. etiam sic ponit hunc casum in Sequens. §. patet.

¶ Si ergo ut ex his colligitur auctoritatibus, adulterã retinere nulli permittitur, multo minus in cõiugium duci licebit: cuius pudicitiæ nulla spes habetur. Debent enim inter cõiuges seruari fides, & sacramẽtum, quæ cum defuerint; non coniuges, sed adulteri appellantur.

Vnde Augustinus scribit contra Iulianum lib. 1.

¶ Veritas nuptiarum non consistit in commixtione maris & fœminæ. C. XI.

Iuo p. 8 c. 77. Pann. l. 6. c. 29.

NOn enim in sola, vt deliras, cõmixtione maris, & fęminæ nuptiarum veritas est: quamuis sine illa commixtione nuptiæ filios procreare non possint. Sed alia sunt ad nuptias propriè pertinentia, quibus ab adulterijs nuptiæ discernuntur: sicuti est thori coniugalis fides, & cura ordinare filios procreandi, & (quæ maxima differentia) bonus vsus mali a, hoc est bonus vsus concupiscentiæ carnis, quo bono † adulteri male vtuntur.

† al. malo] Iuo

¶ In Pannormia citatur eodem modo: itemque apud Iuonem, nisi quod habet, libro secundo *Sententia quidem sæpè habetur apud B. Augustinum, & contra Iulianum nuptias diffinientem corporum commixtionem disputat, potissimum lib. 5. c. vlt.*

Hæc sunt bona quibus commendantur nuptiæ, & ab illicito vsu discernuntur †.

† al. decernuntur.

3 Econtra vero Ambrosius a improbare nuptias videtur, dicens.

a ¶ Ambrosius] *Sic etiam in manuscriptis. Sed apud ipsum non est inuentum. Habetur apud B. Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum.*

¶ Primæ vel secundæ nuptiæ hac auctoritate improbari videntur. C. XII.

NVptiæ terram repelent, virginitas b paradisum. Sed hoc intuendum est duntaxat iuxta hæbraicam veritatem, quòd cum scriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & sexto die expletis operibus singulorum dixerit. [& vidit Deus, quia bonum est.] in secundo die hoc omnino subtraxit: nobis intelligentiam derelinquens non esse bonum duplicem numerum, qui ab vnione diuidat, & præfigurat fœdera nuptiarum. Vnde c & in arca Noe omnia animalia quæcunque bina ingrediuntur, immunda sunt, d impar numerus est mundus e.

Gen. 1.

Eccl. 39.

a ¶ Vsus mali.] Id est pruritus concupiscẽtiæ. Et nota, ꝙ sunt quatuor species vs9. Est bonus vsus boni vt integritas q̃ Deo vouetur. Est & malus vsus boni: cum quis continet propter inanem gloriam: & bonus vsus mali, cum concupiscentia arctatur circa matrimonium. Est & matrimonium. Est & malus vsus mali, cũ quis vagatur ad meretrices, vt c. q. 4. meretrices.

Vsus quatuor species.

ECONTRA VERO. Hęc est tertia pars q. in qua laudat, & præfert virginitatẽ matrimonio: nõ tñ imꝓbantur nuptiæ ita intelligas. seq. ca. Ioan. de Fan.

NVptiæ terrã implent.] CASVS. Ambrosius tria ĩ hoc c. inducit ad dissuasionẽ bigamię. Primũ q2 hoc facit virginitas in cęlis quod matrimoniũ in terris. Secundũ, q2 sicut opus secundę diei nõ meruit benedictionẽ: ita nec secũdæ nuptiæ. Tertium, quia nec in bestijs approbata est bigamia: cũ tantum immunda animalia sub binario ingressa sint in arcã. Sic Beneu. posuit hũc casũ. Et qđ dicitur ibi, [Aliud sacramentum,] id est, alia significatio. [Hoc,] scilicet, quia nec, &c.

b ¶ Virginitas.] Nõ ideo hoc dicit, vt solæ virgines habeant paradisum: sed quia facilius. argu. infra proxi. causa. q. 5. qui sitit, Vel quia virginitas est soror Angelorum, vbi omnes erunt virgines vel continentes: neque nubent, neque nubentur, vt 31. quæst. 1. quod si.

Virginitas soror est angelorum.

ma, & auię. §. quia vero, & §. causas. coll 1. 8. in quibus vr̃, ꝙ æque vxor virum sicut vir vxorem potest accusare per illam legem C. de repu. consensu. vt cũ agit ad separationẽ thori, vt lucretur donationem propter nuptias. non tamen vt vir in corpore puniatur: & ad hoc tantum agitur secundum canones.

SI ERGO. CASVS. Infert Gra. ex supradictis, quod si nullus debet adulteram retinere: multo minus in coniugem debet duci. si spes correctionis non habetur de ipsa, cum inter coniuges fides, & sacramentum debeant obseruari. & hoc inducit sequens capitulum.

NOn enim.] CASVS. Iulianus dicebat, ꝙ non erat verum, & perfectum matrimonium sine commi-

c ¶ Vnde.] Scilicet ad ostendendum, quod binarius numerus non bonam habet significationem: sed signum diuisionis, & reprobationis.

d ¶ Immunda sunt.] Immunda vocauit Moyses in lege aĩalia, q̃ non ruminabant, vt porci: & q̃ non hẽbant vngulas fissas, vt equi: & in natãtibus, quæ non habebant squamas: & generaliter quæ lex comedi prohibuit.

Animalia immunda, quæ dicebãtur esse.

e ¶ Impar numerus est mundus.] .i. sub impari numero in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro ingrediuntur munda in arcam.

a ¶ Et aliud sacramentum.] Ab illo scilicet, quod, &c.

b ¶ Comprobata.] Sensus est; Adeo reprobatur bigamia, q̃ nec etiam in bestijs immundis inueniebat cũ quo bigamia cõtrahi posset, si alter cõpatrũ moreretur.

c ¶ Vt haberet.] Reddit rationem, quare munda sunt ingressa sub impari numero vt ex illis posset aliqd offerre. vbi enim paritas esset, ibi non poterat diuidere masculum à fœmina,

VERVM HOC. CASVS. Quia Ambr. videbant dicere quę dam, quæ videtur impbare nuptias: ideo Grat. dicit quo casu intelligantur, s. de cõsilio; ad quod inducit sequens. ca. cuius casus patet.

d INtegritas.] ¶ Sola est.] Hæc dictio, sola, determinat hoc verbum, suaderi. i. solummodo suaderi potest: (imperatur enim fides, spes, charitas, humilitas) nisi aliqui fecissent sibi præiudicium vel vouendo, vel sumendo sacrum ordinem. 27. quæstio. 2. vt lex. quãdoque etiam imperatur continentia ratione delicti, vt in pœnitentibus, vxoricidis, & incestuosis, vt dixi supra causa proxi q. 1. in prin. & c ficut.

e ¶ Voti.] Arg. q̃ monachi, vel canonici nõ possunt inuiti cõpelli ad districtiorẽ vitã: quia ea res est magis voti q̃ præcepti, & magis liberę volũtatis, quam coactionis. ar. distin. 74. cap. 2. & 20. q. 3. præsens.

Munda animalia cur ingressa sunt arcam impari numero.

Continẽtia ratione delicti q̃q; imperatur.

Monachian. possint ad vitam strictiorem cõpelli

CVM ERGO. Hæc est quarta pars q. in qua soluit magister, & dicit, q̃ si definit meretricari. potest duci vxor, alias non. Ioan. de Fan.

CASVS. Infert Grat. ex supradictis, q̃ meretrix non est in coniugium ducenda. cum nulla ipes correctionis sit in ipsa. Sed statim obijcit de Rhaab meretrice, quæ fuit coniugio copulata; de qua etiam per sucessionem Christus nasci dignatus est: & de Oseæ, qui meretricẽ emit, quam sibi matrimonio copulauit. Sed Gratianus soluit dicens aliud esse meretricem ducere, vel adulteram retinere, aliud est aliquam earum habere, quæ non potest à luxuria refrænari. Primum licet; secundum autem non & ad hoc inducit sequens capitulum.

RHAAB. Historia. Vt legitur in libro Iosue, Rhaab recepit exploratores Israel in domum suam: & cum quererentur ad mortem, abscondit eos: & deinde dimisit per funẽ de fenestra domus suæ, quæ muro ciuitatis inhærebat. postea cum ciuitas capta esset, saluata est domus Rhaab, & Salomõ cux ex tribu Iuda duxit eã in vxorẽ.

OSEÆ. Historia. Legitur in Oseæ, q̃ dixit Dominus ad eum: Vade, & sume tibi vxorem fornicariam: & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. & abijt, & accepit Gomar filiã de Balaim: quæ concepit, & peperit filium. Et iterum dixit Dominus

Quanquam in duplici numero ostendatur, & aliud sacramentum [a]: quòd ne in bestijs quidẽ, & in immundis animalibus bigamia comprobata [b] sit; bina enim ingrediũtur immunda, & septena, quæ munda sunt: vt haberet [c] Noe post diluuium, quod de impari numero statim Deo posset offerre. *Gen. 7.*

Verum hoc ad exhortationem, non ad necessitatem obseruandæ virginitatis refertur.

Vnde Ambrosius ait in libro exhortationis ad Virgines.

¶ Virginitas ex consilio suadetur, non ex imperio præcipitur. C. XIII.

Iuo p. 7. c. 129.

INtegritas corporis expetenda à vobis est: quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio. Sola est [d] enim virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest: res magis voti [e], quàm præcepti. *Iosue 2. & 6.*

4 Cum ergo in meretrice, vt diximus, nulla spes fidei, nulla sit certitudo pudicitiæ; patet, quod non est in coniugium ducenda. sed obijcitur Rhaab Hiericuntina, quamuis esset meretrix, tamen principi de tribu Iuda est copulata coniugio, de qua Christus postea nasci dignatus est. Oseæ quoque duodecim prophetarũ primus [f], ex præcepto Domini, coro hordei & meretricẽ emit, quã sibi in coniugio sociauit. Sed aliud est, meretricem ducere, vel adulteram retinere, quã tua consuetudine castitate, & pudicitia exornes. atque aliud, aliquam earum habere, quam nullo pacto à luxu carnis suæ reuocare valeas. Hoc enim penitus prohibetur: illud laudabiliter factum legitur †. *Oseæ 1. & 3.*

Vnde Hieronymus super Oseæ lib. 1. ad c. 1. † al intelligitur.

¶ Non est peccatum, meretricem ducere vxorem. C. XIIII.

Iuo p. 8. c. 38. Pann. l. 6. c. 57.

NOn est culpandus Oseæ propheta (interim vt sequamur historiam;) si meretricem, quam duxit, ad pudicitiam conuerterit: sed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonus permanet, ipse polluitur, si societur [h] malo; sed qui malus est, in bonũ vertitur, si boni exempla sectetur [a]. Ex quo intelligimus, non prophetam perdidisse pudicitiam fornicarię copulatum, sed fornicariam assumpsisse pudicitiam, quàm antea non habebat.

ficut emptio veneni valet si tale sit, quod adiectione alterius materiæ vsui esse potest. ff. de contrahẽ. emp. quod sæpe. §. veneni.

Societas inter boni & malum contrahi potest.

a ¶ Sectetur.] Arg. quod malum additum bono non corrumpit illud, sed potius sumit naturam boni, argumen. inf.

QVÆSTIO II.

Gen. 1.

QVòd autem non sit vxor, quę sola causa in continentiæ ducitur; hinc videtur probari posse: quia coniugium propagationis, non explẽdæ libidinis causa à Deo institutum est. Hæc namque fuit benedictio [b] coniugij, [Crescite & multiplicamini.]

Vnde Ambrosius super Lucam, lib. 1. ad c. 1.

Iuo p. 8. c. 75. & 76. Pano. l. 6. c. 24. & 25.

¶ Partus fœminarum est eis sola causa nubendi. C. I.

PVdor [c] est fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hęc sola [d] causa est nubendi. *Idem lib. 2. in prin.*

¶ Dum † coniugij præmium, & gratia [e] nuptiarum, partus sit fœminarum; non mediocris quoque causa est, ut virginitas Mariæ falleret [f] principem mundi g.

Qui ergo non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi inuicem copulantur; non tam coniuges, quàm fornicarij videntur.

Hinc etiam Hieronymus ad c. 5. epistolæ ad Ephesios.

¶ Non coniuges, sed adulteri uocantur, qui non secundum præcepta Christi coniungun-

Iuo p. 8. c. 277.

tur. C. II.

SIcut non omnis [h] congregatio hæreticorum, Christi Ecclesia dici potest, nec caput eorum Christus: sic non

inf. eod. q. 2. quidquid. & extra de consecr. eccles. quod in dubijs.

QVòd autẽ.] Hæc q. diuiditur in 7. partes: in prima quarum vr probare superficialiter, q̃ causa incontinentiæ inducta non est vxor: quia honor est mulierum filios procreare. Secunda ibi, [His ita.] Tertiũ ubi, [Non autem.] Quarta ibi, [Sic contrariæ.] Quinta ibi, [De his. [Sexta ibi, [Cum ergo qui aliquam.] Septima ibi, [Cum ergo dicitur.] Io. de Fan.

CASVS. Hic incitulatur secunda quæstio, qua quæritur an sit coniunx dicenda, quæ causa incontinentiæ ducit. Et certum est, q̃ non. secundum primam institutionem matrimonij; quæ fuit facta causa multiplicandi generis humani. Sed secundam institutionem secundam matrimonij, factam causa fornicationis vitandę, est matrimonium, vt infra 5 his ita. Iste autem, § per se patet.

QVOD AVTEM. Hic depingitur secunda quæstio, an sit illa coniunx, quæ causa incontinentiæ ducitur: Et quidem est, non secundum primam institutionem matrimonij factam causa prolis tantum, & gratia multiplicandi generis humani, sed secundum secundam institutionẽ factam post peccatũ, vitã dæ fornicationis causa. & vtraq; institutio facta est in paradiso. Prima ante peccatũ. & a post. Attribuit in secunda Apostolo, non quia ipsam fecit: sed quia ipsam esse factam ostendit: & ne in posterum ab hæreticis in dubiũ reuocetur, in scriptis redegit [1]: sicut Hiero.

1 De hac materia not. su. prox. cã. q. 1. Deus malcu lum.

b ¶ Benedictio.] Et fuit facta ī paradiso. 26 dist. deinde. tunc fuit præceptũ, vt ibi dr̃ eodem modo præceptum: fuit cum dicebatur; Maledictus, qui non reliquerit semen super terram: hodie tamen est consilium, nisi quo ad reddẽdum debitum. 33. quæstio. 2. Apostolus.

Mrimoniũ qñq; fuit de præcepto.

PVdor est fœminis.] CASVS. Beneuen. sic ponit hunc casum. Cum prima institutio nuptiarum fuerit causa prolis habendæ, quodãmodo pudor coniugatæ reputatur filios non habere. vnde nõ fuit mirũ si diabolus credebat Mariam esse corruptam. cum videret eã prolem habentem, quæ est præmium nuptiarum.

[Sola.] Idest, præcipua. [Est,] idest, esse debet.

c ¶ Pudor.] Si tamen per eas nõ staret quominus habeant, non est cur debeant pudere, ff. de reg. iu. in omnibus

d ¶ Sola.] i. præcipua. 8. d. si solus.

e ¶ Et gratia.] Vnde dicit lex, quia magnum præmium est

De mu ceps.

f ¶ Falleret.] Ex hoc autẽ fuit deceptus diabolus, qui cũ videret Mariam habere filium, credebat eam mulierem esse. Alia ratio redditur 27 q. 2 iuramenta. Hic patet multa latent diabolum, & quotidie discit per tempora incrementa, vt 26. q. 3. sciendum

g ¶ Principem mundi.] Idest, mundorum, idest, malorum: nec per hoc attribuitur ei super homines aliquis principatus, sed dicitur princeps eorum. i. primo peccans, vel maior peccans. Vel ad derisionem dicitur princeps talium: sicut dicitur rex schacorum, vel Cardinalis Rauennas: non tamen simpliciter est rex, vel Cardinalis, arg. ff. de verb. sign. Paulus quidam tamen hæretici garriunt eum principem mundi, quia fecit omnia infra lunarem globum. Ioan.

QVI ERGO. CASVS. Hic infert Gratianus ex sup. dicto c. quod qui causa explendæ libidinis, & non causa sobolis copulantur, potius dicendi sunt fornicarij quàm coniuges. Et ad hoc inducit seq. c.

h ¶ Non omnis.] i. omnis non. simile est, Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

a ¶ Ma-

a ¶ Matrimonium.] Idest, coniunctio.
b ¶ Adulterium.] Idest, fornicaria coniunctio.

HIS ITA RESPONDETVR. Hęc est secunda pars quæstionis, in qua dicitur, quòd matrimonium bis fuit institutum siue permissum. Primo in paradiso propter sobolem tantum. Secundo extra paradisum propter sobolē, & propter infirmitatem carnis vitandā: quia bonum matrimonij tripertitū est, scilicet fides, proles, & sacramentum. Io. de Fant.

CASVS. In hoc §. G. duas distinguit institutiones matrimonij. Vnam quæ fuit ante peccatum, & causa sobolis procreandæ. Et aliā, quæ data fuit post peccatum: & facta fuit causa fornicationis vitandæ, quod probatur auctoritate Apostoli dicētis: Propter fornicationem, &c. Vnde qui sic coniuncti sunt, continere non possunt, nisi de cōi cōsensu. quod probatur similiter auctoritate Apostoli. Vnde qui propter fornicationem vitandam coniuncti sunt, debēt coniuges appellari.

Et ad hoc probandū inducit sequens cap. [Excipitur.] Idest, excluditur a fornicatione.

c ¶ Facta.] Solo consensu, vt & nunc. & instituit Dñs matrimonium ex eo quòd mulierem fecit, dicendo illi, quod vxor Adæ esset futura.

Adam si non peccasset nulla in coitu voluptas esset.

d ¶ Sine ardore.] Nisi enim homo peccasset, ita fine ardore & pruritu esset genitalium cōiunctio, ficut est aliorum membrorū: veluti si appicetur cum igno vel cum manu: esset pruritus. Amen esset peccatum: sicut non esset peccatum mandare cibos ori, & cibos foras mittere ad ignem.

e ¶ Eliminandum.] Idest, coercendum.

f ¶ Facta est.] Idest, ostensa facta est: aliàs *in paradiso* etiam secundo facta est. sed quæro per quæ verba, vel quando?

g ¶ Coniugij.] Sed hodie sacerdos diaconus magis punitur si contrahat quàm si fornicetur, vt dist. 28. presbyterum.

h ¶ Vnusquisque.] Qui per votum sibi non præiudicabit. 28. q. 1. vt lux.

i ¶ Nolite.] sup. 30. q. 2. nosse.

K ¶ Vsum.] Idest, carnalem vsum.

l ¶ Veniale.] Idest, dignum venia. Idest, ad mortem non non imputabile. sup. dist. 13. nerui, infra eadem quæstione quarta, in eo. contra, sup. dist. 25. §. aliàs. Argu. contra. infra 33. q. 4 vir. dic vt not. inf. c. prox.

m ¶ Quod.] Simplex est relatio.

n ¶ Tripertitum.] Idest, bonum nuptiale est triplex: idest, coniunctorum nuptijs bonum est triplex.

omne matrimonium [a] quo † non uiro suo secundum præcepta Christi uxor iungitur, rite coniugium appellari potest, sed magis adulterium [b].

† *al. quod non viro suo secundum præcepta Christi coniungitur* orig.

2 *His ita respondetur. Prima institutio coniugij in paradiso facta* [c] *est; vt esset immaculatus thorus, & honorabiles nuptię: ex quibus sine ardore* [d] *conciperent, sine dolore parerent. Secunda propter illicitum motum eliminandum* [e] *extra paradisum facta est* [f]*: vt infirmitas prona in ruinā turpitudinis, honestate exciperetur coniugij* [g]*. Vnde Apostolus scribēs ad Corinthios ait:* [*Propter fornicationem vnusquisque* [h] *suam uxorem, & vnaquęq; virum suum habeat.*] *Ex hac itaque causa fit, vt coniugati se sibi inuicem debeāt, nec se sibi negare possint. Vnde Apostolus:* [*Nolite* [i] *fraudare inuicem, nisi forte ex consensu, & ad tempus, ut expeditius vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne forte tentet vos Satanas. Hoc autem dico propter incontinentiam vestram.*] *Qui ergo propter incontinentiam in naturalem redire vsum* [k] *monentur; patet, quod non propter filiorum procreationem tantum miscēri iubentur. Non tamen ideo nuptiæ malę iudicantur. Quod enim præter intentionem generandi fit, nō est nuptiarum malum: sed est veniale* [l] *propter nuptiarum bonum, quod* [m] *est tripertitum* [n]*; fides videlicet, proles, & sacramentum.*

1. Cor. 7.

Ibidem.

Vnde Augustinus de bono coniugali, c. 6.

¶ Immoderatus vsus coniugatorum non est nuptiarum malum; sed est veniale propter nuptiarum bonum. C. III.

Iuo' p. 8. c. 234.

QVidquid inter se coniugati immodestum, inuerecundum, sordidumue gerunt; uitium est hominum, non culpa nuptiarum. Iam in ipsa quoque immoderatione exactione [o] debiti carnalis, quam eis non secundum imperium præcipit, sed secundum ueniam concedit Apostolus, ut etiam præter causam procreandi sibi misceantur; etsi eos praui mores ad talem concubitum impellunt quòd virtus sancti spiritus non est ibi, quando coniugalis actus agitur. & dicas quod duobus modis datur spiritus sanctus. s. ad bene viuendum. tunc non recedit in coniugali actu: quia meritorius est. 33. q. 1. cap. 1. datur etiam ad virtutes faciendas. tunc recedit. hoc habes de pœnit. dist. 2. c. 1. & 4. & 5. Ioan. de Fan.

1. Cor. 7

b ¶ Præsentia.] Adest tamen gratia spiritus sancti quo ad, illa; sine quibus gratia spiritus sancti haberi non potest: cum etiam quis mereatur quandoque in tali actu. if. 33. q. 5. si dicat. Sed abest cum quis cognoscit vxorē quo ad operationem, scilicet quo ad miracula facienda, & vim prophetandi. manet enim in bonis gratia spiritus sācti quo ad quædam, & recedit quo ad quædam; vt legitur de pœ. dist. 2. quærēdum & c. potest discursus. Vel dic nō dari præsentiam spiritus sācti quo ad omnia: quia ibi est quidam stupor, & homo totus carneus efficitur. Vel ideo illi pruritus non datur, quia est veniale peccatum. Dicit tamē P. māducator coitū cōiugalem non exercēri posse sine peccato, quod concedo quadoque. Ioan.

Coitus carnalis sine peccato exerceri pō. 1 Si contra 27. q. 2. omnes.

COnnubia,] CASVS. Dicitur hic, q licet connubia peccato careant, tamen tempore carnalis cōmissionis non adest spiritus sancti gratia. Sunt etiam plura huiusmodi opera, in quibus non adest præsentia spiritus sācti, nec etiam indigeat.

Q. 5. si dicat. Item cā incontinentiæ, cum scilicet est præsentus à voluptate: tunc est veniale peccatum, vt hic & 33. q. 4. vir cum propria. Quidam tamen dicunt hoc casu nullum esse peccatum propter auctoritatem Apostoli: Vnusquisq; habeat suam, &c. vt sup. §. prox. Cognoscitur etiam vxor cā explendæ voluptatis, scilicet, cum quis præuenit voluptatem vel cogitatione, vel vtendo calidis, vt pluries eam cognoscere possit, tunc secundum Hu. peccat mortaliter, vt in contrario cap. origo. minus tamen punitur propter bonum matrimonij, vt infr. q. 7. adulterij. Alij dicunt, q etiam in hoc casu tantum veniale peccatum est, arg. hic infra q. 7. adulterij. & sic vbi repetitur quod mortaliter peccet dicie, id est, ad modum adulteri agit. Vel dicitur ad exhortationem cōtinentiæ fi. 32. q. 1. 6. verum intelligitur quando eam cognoscit contra naturam: quia tunc secundam omnes mortaliter peccat, & gratius cum vxore quàm cum amalia inf. q. 7. adulterij. Io.

Q Vidquid.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicit Aug. q quidquid inter se causa explendæ libidinis faciunt coniugati, non est culpa nuptiarum, sed hominum. In secunda parte dicitur, q si quis vxorem suam cognouerit etiam nimis frequenter causa fornicationis, vel forte causa libidinis saturandæ, defenditur ifa a fornicatione g g. bonum nuptiarum. In tertia parte dicitur, q coniugati debent ad inuicem sibi reddere debitum non tantum causa prolis habendę: sed etiam causa fornicationis vitandæ. Secunda pars incipit ibi, [Iam in ipsa.] Tertia ibi. [Debent ergo.] quod autem dr ibi, [neque illud.]. f. coitus incontinentiæ, vel forte libidinis saturandę. Sequens §. patet.

o ¶ Exactione.] Causa incontinentiæ, non causa libidinis explendæ.

a ¶ Ab

a ¶ Ab adulterio.] inf. e. q. 4. origo. contra inf. e. q. 4. libelli. Virtus misceat vxori causa quatuor.

Pann. l. 6. c. 26.

lunt nuptiæ tamen ab adulterio [a], seu fornicatione defendunt. Neque enim illud propter nuptias admittitur: sed propter nuptias ignoscitur. Debent ergo sibi coniugati, nō solum ipsius sexus commiscēdi fidem, liberorum procreādorum causa (quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas) verumetiam infirmitatis inuicem excipiendæ ad illicitos concubitus euitandos mutuam quodamodo seruitutem; vt etsi alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit.

3 *Non autem datur præsentia* [b] *sancti spiritus tempore, quo coniugales actus geruntur*

Vnde Hieronymus super Matthæum.

¶ Caput hoc habetur apud Originalem homilia 6. in Numeros: & ex ipso citatur in glossa ordinaria, Numer. 11.

¶ Non datur præsentia sancti spiritus tempore, quo coniugales actus geruntur. C. IIII.

Sent. 4. d. 32.

COnnubia legitima carent quidem peccato: non tamē tempore illo, quo coniugales actus geruntur, præsentia sancti spiritus dabitur; etiam si propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur. Sed & alia plura [c] sunt in quibus sufficit sola [d] vis humana: & neque res indiget, neque decet adesse præsentiam sancti spiritus.

Sicut ergo talis concubitus nō est fornicationis, sed propter bonū coniugii licitus: sic etiam coniunctio illa, de qua quæritur [e]*, non est fornicaria, sed propter bonum coniugii licita.*

Item, sicut Augustinus ait in libro de bono coniugali cap. 14.

C. V.

Polyc. l. 6. tit. 4. Iuo p. 8. c. 10. Pann. l. 6. c. 45.

COncubinæ ad tempus adhibitæ, nec etiam si causa filiorū concumbant, iustum faciunt cōcubinatū suum.

4 *Sic e contrario datur intelligi de iis, qui coniugali affe-*

c ¶ Sed & alia plura.] Vt sunt actus indifferentes. ut commedere, mouere digitum, & huiusmodi.

d ¶ Sola.] Non excludit Deū quin adsit: sed virtutes quantum ad operationem: quia illa hora totus carneus efficitur.

SICVT ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex illo c. quidquid. & dicit quod sicut coitus, qui fit causa incontinentiæ, non est fornicarius: sic coniunctio vxoris, quæ fit causa filiorum, non est fornicatio. Postea dicit, quod concubinatus, qui fit etiam causa filiorum, non est licitus, quod probat auctoritate Augustini, de qua dicitur in themate.

e ¶ De qua quæritur.] In themate.

COncubinæ.] SIC E CONTRARIO. Hæc est 4. pars quæstio. in qua quæritur an sit vxor quæ ducitur ad tempus, vel sub conditione vt prolem eutter. & dicitur quod non. Io. de Fant.

CASVS. Infert Gratian. ex auctoritate Augustini, dicens, ergo si coniugium fiat causa incontinentiæ, &

non

Universidad de Deusto Biblioteca

non concubinatus,licitum erit:quod patet per sequentia cap.

SOlet quæri.] CASVS. Quæsitum fuit ab Augustino vtrum debeat dici matrimonium inter eos, qui causa incontinentiæ contrahunt. Et respondet Augustin. ꝙ sic, dummodo sic conueniant vt perpetuo debeant simul esse:& nõ vitent prolem. Sed si conueniant vt ad tempus sint simul, vel vt vitent prolem, non est coniugium inter eos Nam nõ debet vxor dici cum qua aliquis ita contrahit donec inueniat magis dignam. & hũc casum approbat H. in summa sua, excepto eo, quod non dixit de quæstione facta ab August. [Vtramq;,] id est,ad mortem velle persistere,& velle non euitare prolem.

a ¶ Sed pro incontinẽtia.] Id est, propter incontinentiam vitandam.

b ¶ Ea fide.] Dum tamen hoc agãt vt matrimonium contrahant.

c ¶ Si usque ad mortem.] matrimonium enim non potest ad tempus contrahi: sicut nec lex nouit filium temporalem, vt ff. de adop. si quis. nec hæres quis ad tempus instituitur. insti. de hære. institu. §. hæres. Quid si aliqui aliàs contracturi credunt hoc licere, vt ad tempus contrahant, cum ius ignorent,& contrahunt? Dicit H. tenere matrimonium.

d ¶ Vitauerint.] Modi vitandi notantur. ff. de vsu & ha. sed neque. & l. si forte.

e ¶ Nolint.] Id est,uelint non nasci. Habes ergo hic ꝙ vitatio prolis, vel propositum necãdi filios, impedit matrimonium. & in c. proxi. Si autem alia conditio inhonesta poneretur in matrimonio, vt contraho tecum si tu interfeceris patrem, vel aliquid iniquum feceris. an talis impediat matrimoniũ, dubitari consueuit. De hoc notabis ꝙ conditio quædam est honesta. quædã inhonesta siue impossibilis 1. Est autem honesta duplex: & est duplex inhonesta: quædam. n. conditio est de natura matrimonij: quędam non. Si ergo conditio honesta, quæ non est de natura matrimonij, apponatur matrimonio, tenet matrimoniũ: vt si dicat cõtraho tecũ si dederis mihi centũ: hæc conditio honesta est, [& non est de substantia matrimonij. & tenet matrimonium cum illa conditione, & sine ea, vt extra de condi. app. de illis. Est alia honesta conditio, q̃ adhæret naturæ matrimonij: vt cum Christianus dicit Iudææ: contraho tecum si volueris Christiana fieri. talis conditio est de natura matrimonij: & si illa non apponeretur, non teneret matrimonium, vt 27. q. 1. non oportet. Similiter inhonesta duplex est, si. n. apponitur inhonesta conditio, quæ est contra naturam matrimonij, matrimonium non tenet vt si hoc modo dicatur, contraho tecum vsque ad tres annos: vel sic, contraho tecum si procuraueris venena sterilitatis. matrimonia. n. vel sponsalia sic contracta non tenent: vt hic, & c. sequenti. Est & alia inhonesta conditio. quæ non est contra naturam matrimonij, vt si dicatur hoc modo, tecum contraho si furtum vel homicidium feceris; hęc conditio non repugnat naturæ matrimonij: & conditio talis si apponatur, frangenda est, & tenet matrimonium, vt extra, de condit. ap. cap. 1. Sed contra hanc distinctionem est quod legitur 28. quæst. 1. idololatria ibi enim vr ꝙ omnes turpes conditiones etiam soluant matrimonium. sed qualiter hoc sit intelligendum, ibi notauimus. Item contra est 10. quæst. 1. cap. 1. & 2. vbi tenet contractus, licet apponatur conditio, quæ est contra naturam contractus. Similiter obstat 28. distinct. diaconi. vbi tenet ordinatio, licet dicat se velle habere vxorem. Similiter tenet conuersio, si sub hac forma fiat ut possit retineri proprium, vt extra, qui cle. vel vo. insinuante In contractibus autem impossibiles conditiones appositæ vitant contractum, vt insti. de inuti. stipulatio §. impossibilis ff. de act. & oblig. non solum In vltimis voluntatibus pro non adiectis habetur, vt C. de inst. & sub. reprehendenda. De cond. ap. in matrimonio plene habes extra de cond. ap. c. vlt.

f ¶ Vtrumque.] Scilicet qui volunt vsque ad mortem commanere, & qui volunt euitare prolem.

g ¶ Sed cum ista.] Supple. est adulter.

ALiquando.] CASVS. Coniugati quidam operantur

Filius temporalis est à lege incognitus.

Conditiones in matrimonijs appositę sũt in multiplici differẽtia.

2 Extra de cond. ap. ca. vlt. & intellige impossibiles de iure, vel sm naturam. ff. de cõd. inst. l. 1. & filius. secus si impossibilis sit propter difficultatẽ præstandi. vt si mihi domum auream dederis ff. de sta. libe. cum hęres. §. 1. quia tunc valet matrimonium, vt ibi idem si propter perplexitatem est impossibilis quia ex tunc vitiat contractum ff. de cond. instit. si Titius sed sm Vincen. ibi contra naturam & substantiam est Arc.

ctu sibi copulantur: quòd etiam si non causa procreandorũ filiorum, sed explendæ libidinis conueniunt; non ideo fornicarij, sed coniuges appellantur:

Probatur hoc idem auctoritate Augustini in libro de bono coniugali. c. 5.

¶ Coniuges sunt qui causa solius incontinentiæ sibimet in uicem copulantur. C. VI.

SOlet quæri, cum masculus & fœmina, nec ille maritus nec illa vxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro † incontinentia [a], solius concubitus causa copulantur, ea fide [b] media, vt nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat: vtrum nuptiæ sint vocandæ. Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium, si vsque ad mortem[c] alicuius eorum id inter eos placuit: & prolis generationem, quamuis non ea causa coniuncti sint, non tamen vitauerint [d], vel nolint [e] sibi nasci filios vel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur. Cæterũ, si vel vtrumque, [f] vel vnum horum desit; non. Etenim si aliquam sibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam honoribus, vel facultatibus suis inueniat, quam comparem ducat; animo ipso adulter est: nec cum illa, quam cupit inuenire, sed cum ista [g], cum qua sic cubat, vt cum ea non habeat maritale consortium.

Polyc. ibidem. Iuo p. 8. c. 65. Pann. l. 6. c. 27

† al. propter incõtinentiã.] orig.

Pann. l. 6. c. 44.

Idem de nuptijs, & concupiscentia, lib. 1. c. 15.

¶ Fornicarij sunt, non coniuges, qui sterilitatis venena procurant. C. VII.

ALiquando eousq; peruenit hæc libidinosa crudelitas vel libido crudelis, vt etiã sterilitatis uenena procu

Sent. 4. d. 31. Iuo p. 10. c. 55.

rur ne fœtus concipiatur, aut vt fœtus conceptus fundatur, aut formatus extinguatur, dicitur hic ꝙ si ab initio in contrahendo matrimonio talem intentionem habuerunt, non est matrimonium inter eos. si autem ex postfacto tales facti sunt: licet sint coniuges, tamen sunt adulteri reputandi: quia more adulterorum se habent. vbi alter ex postfacto est in hac culpa, aut ipse se habet ad modum adulteri: aut ipsa ad modum meretricis: & tamẽ matrimonium est inter eos. Seq. §. pater.

a ¶ Si nihil valuerit.] Procuratio sterilitatis.

b ¶ Interire.] Interit ergo quod nondum est, arg. ff. vsu fru. quemadmodum ca. l. omnes, §. 1.

c ¶ Si ambo.] Idest ab initio legitime contraxerunt: sed ad hoc post deuenerunt.

d ¶ Coniuges non sunt.]. i. iura coniugij nõ obseruãt.

e ¶ Et si ab initio.] Nota, ꝙ non sunt coniuges, qui eo animo coniuncti sunt vt prolis generationẽ impediant: & ꝙ in vno opere vnus peccat, alter non: & quod matrimonium aliquando ex vna parte tantum tenet. arg. inf. ea. q. 5. proposito. & extra de eo, qui dux. in matri. cap. 1. sed hoc falsum est.

f ¶ Meretrix.] Idest, digna pœna, qua aliqua meretrix est digna.

g ¶ Adulter.] Idest, dignus pœna, qua aliquis adulter est dignus.

DE HIS. Hæc est quinta pars qõ. in qua quæritur an sit homicida, qui percutit mulierem, & facit abortum. & dic quòd non, nisi esset viuificatus. & hoc probat per tres canones. Io. de Fan.

QVòd vero.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug an cõmittat homicidium, qui puerperium nondum formatum effundit. & respondet August. dicens, quòd homicidium non committit: quia non potest exanimatũ dici, vel exanimari quod nunquam animam habuit. nec est in hoc præcipitanda sententia, vt hęretici faciũt. Sed ideo lex noluit esse homicidium: quia anima non potest esse viua in eo corpore quod sensu caret.

h ¶ Agitari.] Ab hæreticis præsertim scilicet verũ quidquid, &c.

i ¶ Nec animatum.] Et hoc quidem verũ est: quia antequam lineamẽta corporis 1. habeat non infunditur anima, vt inf. ca. prox. Quidam tñ hæretici dicũt animam creari extra duce, id est, ex pręiacenti materia, idest, ex anima generantis, & nasci cum corpore; sicut & creatur corpus ex corpore. Alij mentiuntur animas creatas esse in principio mũdi in comparib. stellis, & infundi corporibus: post resolutionem vero redire ad proprias stellas, si bene vixerint. Fides nostra est, quòd quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus: & infundendo creat, & creando infundit.

ADDITIO. Aliter videtur notari sup. 1. q. 3. si quis obiecerit. in gl. exercendo, &c.

K ¶ Si adhuc animam.] Similiter non dicitur deseri charitas: quæ nunquam fuit, vt inf. de pœ. d. 2. in fi. & rei quæ non est, priuilegium dari non põt, vt extra de eccl. ædifi. ad audientiam & matrimonium quod est, accusari non potest. vt ext. de despon. impu. ad dissoluendum. & id quod non est, rumpi non põt. ff. de iniur. rupt. & ir. test. & nam & si. Sed contra; id quad non est, potest desinere esse, vt ff. vsufru. quemadmodum ca. l. 2. §. 1. res, quę non est, potest habere priuilegium. ext. de consue. cum olim. & mittitur in possessionem quæ non est, is qui non est natus, vt ff. de ost. testa. posthumus. & ædificio quod nondum est, potest imponi seruitus, vt ff. de seru. vrba. præ. si seruitus. §. vlt. Io. Tu dicas quod rei, quæ non est, potest imponi seruitus: non quod statim sit seruitus, sed erit re existente in rerum natura. 27. q. 2. § ex his omnibus. Idem potest dici de priuilegio: quia tunc vere competit, cum extabit. H.

l ¶ Ad homicidium.] Dic vt sup. 2. q. 5. consuluisti.

Moy-

† al. quando.] orig.

† Adde ad illud c. & sequens qualiter tales puniant, not. Bar. il. dius. ff. de var. & extraor. cri. in gl. in l. ne tare. in gl. 1. ff. de li. agn.

ret: &, si nihil ualuerit [a]; conceptos fœtus aliquo † modo intra uiscera extinguat, ac fundat †, uolendo suam prolem prius interire [b], quàm uiuere: aut, si in utero iam uiuebat, occidi antequam nascatur. Prorsus, si ambo [c] tales sunt; coniuges [d] non sunt: & si ab initio [e] tales fuerunt: non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Si autem non ambo sunt tales; audeo dicere, aut illa est quodammodo meretrix [f] mariti, aut ille adulter [g] uxoris.

§ *De his, qui abortum procurant, quęritur, an iudicentur homicidæ, uel non.*

Augustinus in libro quæstionum Exodi, quæst. 80. ait.

¶ Non est homicida, qui abortum procurat, antequam anima corpori sit infusa. C. VIII.

Sent. ibidem. Iuo p. 10. c. 56. Panu. l. 8. c. 12.

QVòd vero non formatum puerperium[α] noluit ad homicidium pertinere; profecto nec hominem deputauit, quod tale in utero geritur. Hic de anima quæstio solet agitari [h], utrum, quod formatum non est; nec animatum [i] quidem possit intelligi: & ideo non sit homicidium: quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animã [k] non habebat. Item. ¶ Si ergo illud informe puerperium iã quidem fuerit, sed adhuc quodammodo informiter animatum (quoniam magna de anima quæstio non est præcipitanda indiscussa temeritate sententiæ;) ideo lex noluit ad homicidium [l] pertinere †; quia nondum dici potest anima uiua in eo corpore, quod sensu caret.

Ibidem

† Adde not. in l. Cicero. ff. de pę. & in l. sacrilegij. ff. de var. & extraor. cri.

α ¶ Puerperium.] *In vulgatis sequebatur*, Moyses vel lex, *quæ absunt à plerisque vetustis, & originali. Alia etiam nonnulla ex ijsdem sunt emendata.*

Itẽ in libro quęstionũ ueteris & noui testamenti, c. 33.

1 Hic vide qđ legitur & no. su. 5. di. §. 1. Anima nostra vnde procedit.

Matrimoniũ ex una parte tantũ tenet.

Priuilegiũ dari non põtest rei quæ non est.

M Oyses.] CASVS. Hoc c. vt dicunt Beneuen. & H. debet præmitti c. præcedenti: quia sic est in legibus humanis: & Hugo hunc casum sic ponit dicens. Hic similiter loquitur Aug. contra eosdem hereticos dicentes quod anima nascitur ex semine, & infunditur corpori statim cū corpus terminatur. Probat ergo Augu. auctoritate Moysi, & exemplo Domini in factura Adæ, ꝙ corpus ante recipit formam & distinctionem membrorum, quā anima infundatur.

CASVS. H. breuis est, & bonus, Bene. vero hunc casum sic ponit dicens. Erant quidā hæretici dicentes, oēs animas ab initio creatas simul, & compositas in comparibus stellis: & quotidie infūdi nouis corporibus, deinde ad compares stellas reuersuras. Alij autem dixerūt animas creari ex traduce, & simul infundi corpori cum semine. Contra quos inuehitur hic Aug. quia primo formatur corpus ex traduce carnis, & deinde anima infūditur. Sed hoc primo probat per Moysem: secundo per facturam Adæ: tertio per similitudinem ædificij. [Ex traduce,] idest, ex semine. [Simul cum corpore,] idest, simul cum ipso semine corporis anima creatur, & infunditur antequam corpus humanum sit formatū. Hæc dicebant ibi hæretici. Sequens cap. patet.

h Sicuti.] Per hoc ca. dicit Baz. peccata sola voluntate commissa sola voluntate debere deleri. nam omnis … res, &c. extra de reg. iur. omnis: Alij dicunt esse necessariam exteriorem pœnitentiam; ex quo voluntas egressa sola … est suos fines. Peccata … lius voluntatis … non pos… a ¶ Sen-

¶De eodem. C. IX.

M Oyses tradidit: [Si quis percusserit mulierem in utero habentem, & abortiuerit; si formatum fuerit, det animam [a] pro anima; si autem informatum fuerit; mulctetur pecunia,] ut probaret non esse animam ante formam. Itaque si iam formato corpori datur; non in conceptu corporis nascitur [b] cum semine deriuata. Nam si cum semine & anima existit ex † anima; multæ animæ quotidie pereunt [c], cum semen fluxu quodam non proficit natiuitati [d]: sed si proprius † respiciamus, quid videbimus quid se qui debeamus. Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum datum est; ut ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accipit animam. Nam potuerat animā limo terræ admiscere, & sic formare corpus. Sed ratione infirmabatur † [e]: quia primum oportebat domum compaginari, & sic abitatorem induci. Anima certe, quia spiritus est, in sicco [f] habitare non potest; ideo in sanguine fertur [habitare † [g]. Cum ergo corporis lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima?

Exo. 21. Iuo p. 10. c. 57. Pann. l. 8. c. 13.
Sent. ibidem. † al. de.
† al. priora
† al. informabatur] vera lectio
† Abest ab originali

Item Hieronymus ad Algasiam, quæst. 4.

¶De eodem. C. X.

S Icuti [h] semina paulatim formantur in vteris, & tamdiu non reputatur homo †, donec elementa confecta † suas imagines, memebraq; suscipiant; ita sensus [i] ratione conceptus [k], nisi in opera proruperit, adhuc in uentre retinetur, & cito perit ab hoste ✱ [l].

Sent. ibidem Iuo p. 10. c. 58. Panu. l. 8. c. 14. † al. homicidij † al. cōfusa orig.

✱ ¶Ab hoste.] *Originale & Iuo, & cito abortio perit: quo abortiȷ uocabulo & alibi, & in eadem quæstione usus est B. Hieronymus,* aduersarij inquit, ea quæ concepta sunt, facit perire abortio *sed od glossam non est mutatum.*

9 *Cum ergo* [m], *qui aliquam sibi ad tempus adhibet, cū ea adulter esse dicitur; nec ab ea discedens, nec filiam suam illi* [n] *tradens peccat.*

Aīatum & non aīatum interficiens qualiter punitur.

a ¶ Det animam.] similiter dicit lex, ꝙ si aliquis interficit animatum, capite puniri debet. si vero non animatum, distinguitur: quia si est nobilis, parte bonorum amissa relegatur. si est ignobilis, damnatur in metallum. ff. de pœn. si quis aliquid. §. qui abortionis.

b ¶ Nascitur.] vt illi dicunt, qui dicunt animam nasci ex traduce s.

s Idest, ex semine simul cum corpore .i. simul cum ipso semine corporis aīa creatur & infundit antequam corp⁹ humanū sit formatū. B.

c ¶ Pereunt.] Quod est inconueniens.

d ¶ Natiuitati.] Forte vitio matricis.

e ¶ Ratione infirmabatur.] i destituebatur, vnde non videtur rationabile quo ad opinionem hominum.

f ¶ In sicco.] .i. in corpore rudi & informi. Et est argu. pro Normannis, & Anglicis, & Germanis, Polonis, vt possint fortiter bibere, ne anima habitet in sicco.

Normanni bibunt fortiter ne eorum anima in sicco habitet.

g ¶ Habitare.] Scilicet ꝙ ex eis vnum efficiatur vel per vegetationem: alias tam boni quàm mali Angeli habitant in siccis corporibus, & in cadaueribus, & in lapidibus, & in auibus, in quibus ipsi dæmones dant responsum, vt 26. q. 5. nec mirum vt dicitur de Saule, qui adorauit diabolum.

i ¶ Sensus.] Idest, voluntas, vel cogitatio.

k ¶ Ratione conceptus.] Idest, cogitatio bona mente cō cepta cito perit, &c. Vel intelligitur de mala cogitatione concepta in ratione vel intentione, idest, in anima, quæ perit.

l ¶ Ab hoste.] .i. a suggestione diaboli: quia suggestio eius non habet effectum circa hominem, cum nesciat mentem hominis, vt 26. q. 3. sciendum.

CVM ERGO. Hæc est 6. pars q. in qua quæritur, vtrū peccat concubinarius dimittendo concubinam, & adhę rendo vxori, siue in habendo uxorem, vel qui ei dat filiā suam. dicitur quòd non. Io. de Fant.

CASVS. Iste § respicit finem illius c. solet quæri. & ex eo infert, ꝙ si quis separat se a tali, cum qua contraxit ad tempus. non peccat, nec alius tradens filiam suam illi adultero peccat. & ad hoc inducit seq cap.

m ¶ Cum ergo.] Respicit finem c. solet quæri, &c.

n ¶ Illi.] Cum ei non est carnaliter commissus, nec ibi summatur. Argu. contra extra de spon. ad audientiam.

Ancil-

A Ncillam.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ quis vult dimittere concubinam, & aliam ducere in vxorem, propter hoc non est bigamus, nec peccat: immo admonendus est vt hoc faciat, quia eius negligentia: non est desperanda, cum de nemine desperandū sit, donec est in hoc mortali corpore. [Ancillam,] non matrimonialiter copulatam.

a ¶ Abijcere.] Cum ergo canon iubeat abijci illā, quæ non est vxor, nunquid sua auctoritate statim potest ab ea recedere? Respon. non, 1. 35. q. 6. multorum. 33. q. 2. sæculares.

b ¶ Vxorem.] Scilicet qui dimittit concubinam.

c ¶ Crebris cohortationib.] Vt dimittatur concubina.

d ¶ Quod necessario.] Scilicet propter necessitatem carnalis infirmitatis, idest, causa incontinentiæ: vel quia continere forte non poterat: vel ne plures alias cognosceret.

e ¶ Fideliter.] Scilicet cum honestate coniugij.

f ¶ Nemo.] De pœn. d. 7. nemo, C. de fideicō. li. deberi int. e q 4. recurrat. in fi. su. 24. q 3. illud. & corripiantur.

g ¶ Ætatis. inf. prox. q. 2. antiqui. & c. in adolescentia. sup. 50. dist. ponderet, & c. de eo. sup. 30. q. 3. illud.

h ¶ Differtur.] Sicut pœnitentia quāque differtur ad tempus, donec deferuescat culpa luxuriæ, de pœ. di. 1. sunt qui arbitrantur, & dū e it in peccato, nō debet agere pœnitentiam. de pœ. di. 3. in falsicibus. sed illud intelligitur tantum de solenni pęnitētia: alias aperte cōtradicere, de pœn. dist. 5. falsas. quia peccator bene agit pro crimine pœnitentiam, vt notaui 14. q 6. in summa. & ext. de pę. & re. quod quidam. inf. de pœ. d. 3. nihil prodest.

Pnīa an possit agi i peccato.

Unde Leo Papa ad Rusticum Narbonensem episcopum, epist. 90. al. 92. cap. 5. & 6.

¶Profectus est honestatis fornicariam abijcere, & uxorem legitimam accipere. C. XI.

A Ncillam a thoro abijcere [a], & vxorem [b] certæ ingēuitatis accipere; non dulplicatio coniugij, sed profect⁹ est honestatis. Culpanda est sane talium negligentia, sed non pęnitus desperanda, ut crebris cohortationibus [c] incitati, quod necessario [d] expetierunt, fideliter [e] exequantur. Nemo [f] enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis [g] differtur [h], consilio maturiore perficitur.

de pęn. di. 7. ca. nemo.

Item ibidem, c. 4.

In Triburiensi conc. c. 38. & 39

¶Legitimo matrimonio copulatur, quæ concubinam habenti traditur. C. XII.

N On omnis mulier iuncta viro, vxor est uiri: quia nec omnis filius [l] est hæres patris [k]. Nuptiarum autē fœdera inter ingenuos [l] sunt legitima, & inter coæquales [m] †, multo prius hoc ipsum Domino constituente [n], quàm initium Romani iuris existeret. Itaq; aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera. ¶Propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahæ: [Eijce ancillam, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.] *& infra.* ¶ Igitur cuiuslibet loci clericus, ✱ si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit; non ita accipiendum est, quasi coniugato eam dederit, nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptijs honestata uideatur. ¶Paterno arbitrio uiris iūctæ carent culpa, si mulieres, quæ a uiris habebantur, in matrimonio non fuerunt: quia aliud est uxor †, aliud cōcubina.

Polyc. l. 6. tit. 4. Burc. l. 9. c. 1. Iuo p. 8. c. 139. Pann. l. 6. c. 35. † al. æquales] orig.
Gal. 4. Gen. 21.
† al. nupta.

✱ ¶Cuiuslibet loci clericus.] *Sic quidem in epistolarum editionibus: sed in codice canonum, c. 18. & apud indicatos collectores legitur,* cuiuslibet loci laicus. *In concilio vero Triburiensi, vbi hoc refertur,* si quis filiam suam, &c.

N On omnis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ nō omnis mulier viro cōiuncta, est vxor: sicut nec omnis fili⁹ est hæres, sed illa est vxor, quæ est viro legitime copulata: nā aliud est concubina, & aliud vxor. In secunda parte dicitur, quod bene pōt exemplo Abrahæ concubina dimitti, & legitima superduci. In tertia dicitur quod mulieres iunctæ matrimonialiter viris de consensu parentum, carent culpa si mulieres, quas illi viri pri⁹ habebant, non erant vxores. Secūda pars ibi, [Propter quod.] Tertia ibi, [Paterno arbitrio.]

i ¶ Filius.] Inf. ea. q. 4. dicat. cōtra. sed hic filius secundum generalem, ibi secundū specialem significationem accipitur.

K ¶ Patris.] Pater ē quem nuptiæ demonstrant, ff. de in ius vocan. quia semper.

l ¶ Ingenuos.] Arg. quòd non sit legitimum matrimoniū inter puberē & impuberē. nec inter seruos plenarie.

m ¶ Et inter coæquales.] .i. inter adultos. extra de despon. impub. de illis.

n ¶ Constituente.] In paradiso, cum fecit Adā & Euam in adulta ætate, & eos matrimonialiter coniunxit. de pęn. dist. 2 §. Romanos, ver. Adam. Vel constituit ꝙ non omnis filius sit hæres, ibi: [Eijce ancillam.] &c. Sed contra inf. ea. q. 4. recurrat. vbi dr̄ quod nō obsuit, &c. & ita filij Iacob obtinuerunt hęreditatem cum alijs genitis ex ancilla. Dicunt quidam ꝙ postea Iacob cōtraxit cū ancilla, & ita legitimauit filios. Sed contra. extra qui fil. sint leg. tanta. quia eo tempore suscepti sunt qn̄ mater esse

Filij Iacob ex ancilla geniti cū alijs ei successerunt.

Arg. contra … c. cu. … vbi de …

esse vxor non potuit. sed dic q sufficit q credebatur, quod tunc posset esse vxor, ut inf. ea. q.4. obijciuntur.
CVM ERGO. Hæc est 7 pars q. in qua intendit probare magister, q verecundæ debēt esse mulieres: & magis debent rogari à viris, quàm rogare. Io de Fant.

viam meam, & dixerunt, vocemus puellam, & quæramus voluntatem eius. & cum fuisset uocata, quæsiuerūt ab ea. Vis ire cum homine isto? quæ ait, Vadam & sic dimiserunt eam, & nutricem eius, & seruum Abrahæ. Cum autem Isaac egrederetur ad meditandū in agro, quæ-

CASVS. Infert Grat. ex fine præcedentis ca. a contrario sensu, q paternus consensus est in nuptis requirendus. Quod pbat auctoritate Euaristi. Et ad hoc inducit sequentia c.
a ¶ Legitimæ.] i. cōmunem solennitatē legalem habentes. extra de despon. impu. tuæ.
b ¶ Illud.] Sup. 30. q. 5. aliter.

7 *Cum ergo dicitur: [paterno arbitrio iunctæ uiris] datur intelligi, quòd patern' cōsensus desideratur in nuptijs, nec sine eo legitimæ* a *nuptiæ habeantur, iuxta illud* b *Euaristi Papæ. [Aliter non fit legitimum coniugium, nisi à parēti bus tradatur* α.] sup. 3. q. 5. c. 11.

α ¶ Tradatur.] *Post hoc verbum in duobus vetustis codicibus citātur ex codice Iustiniani lib. 5. tit. de nuptijs l. 12. nec filium. & le. 20 in coniunctione ex digestis, tit. de ritu nupt. le. 2. nuptiæ consistere. & ex Instit. tit. de nuptijs, circa principium, vsque ad ver. precedere debeat.*

Item Ambrosius lib. de Patriarchis, [id est lib. 1. de Abraham, c. vlt.]

C. XIII.

Honorantur c parentes Rebeccæ muneribus d, consulitur puella e non de sponsalibus f (illa enim iudiciū expectat † parentum: non est enim uirginalis pudoris g eligere maritum) sed iam desponsata h uiro de profectionis consulitur die: nec immerito dilationem non attulit, Iure etenim properare debuit ad maritum. Vnde illud Euripideum, quod mirātur plerique, vnde translatum sit, manifestum est. Ait enim in persona mulieris, quę tamen maritū volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias: Νυμφωμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει· κ᾽ οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε, hoc est: [Sponsaliorum meorum pater i meus curam subibit. Hoc enim non est meum.] Ergo, quod ipsi philosophi mirati sunt, seruate uirgines. k Mulier etiam, qua amisso cito marito adolescentula laque eum infirmitatis suę timet incidere, si vult, nubat: tantū in Domino. ut electionem mariti parentibus deferat: ne appetētiæ procacioris existimetur auctor, si ipsa de nuptijs suis electionem sibi uendicet. Expetita enim magis debet uideri à uiro, quàm uirum ipsa expetisse. Verecundiam

† al. spectat.
Hermione i Andromacha Euripidis.
Poly. l. 6. tit. 4.

HOnoranē.] CASVS. Probat Amb. in hoc c q mulieres nubere debent arbitrio parentum. Quod probatur exēplo Rebeccæ, quæ in nuptijs parentib. acquieuit: & exemplo Hermionis apud Euripidem, quod non solum seruandum est in virginib. sed etiam in alijs appetentibus viros.

Pecunię interuētus, nō vitiat matrimonium.

c ¶ Honorantur.] Ergo pro matrimonio contrahendo potest exigi pecunia, nec erit simonia, licet matrimonium sit maximum sacramentum. nam talis datio potius dicitur honor, quàm pretium, vt hic dicitur, sic. 16. quęs. 1. decimæ. & est si. ff. man. si remunerandi. Si quæras. quare in hoc sacramento potius interueniat pecunia, quàm in alijs: dicūt quidam, q propter onera matrimonij. Sed certe eadem ratione pro ingressu monasterij potest recipi pecunia propter onera, quæ sustinet monasterium, 16 q. 6. de lapsis. Sed hæc est ratio, quia in hoc sacramento nō confertur gratia * Spiritus sancti sicut in alijs, vt 1. q. 1. multi. circa medium, &c. sunt & cap. quidquid inuisibilis. tamen multa fuerunt prohibita in veteri lege, in quibus non conferebatur nec adhuc hodie confertur gratia: sicut emptio sepulturæ, vt 13. quæst. 2. postquam. Gra. tamen dicit quod pro matrimonio non posset dari pecunia.

* *Immo confertur vide sup. d. 23. c. his igitur, in ver. pro beneficijs.*

d ¶ Muneribus.] Datis a seruo Abrahæ Eliezer patri Rebeccæ, qui dicebatur Batuel. 1.

1 Ar. ad hoc ext. qui ma. accu. pos. significante. vbi de hoc, & no. 23. di. is igitur gl. 1.

e ¶ Consulitur puella] De die profectionis, Historia. Legitur in Genesi, q Eliezer seruus Abrahę de mandato domini sui iuit in Mesopotamiam pro accipienda vxore filio suo Isaac de domo Batuelis, qui cum venisset ad domum Batuelis patris Rebeccæ, dedit munera Rebeccæ & parentibus & fratribus suis, q exposita voluntate domini sui, cum postea vellet redire, & illi rogarēt eum vt aliquot diebus adhuc maneret puella cum eis ipse dixit, Nolite me detinere. quia direxit dominus quæsiuit Rebecca quis esset: & tunc respondit Eliezer Dominus meus est, cui ducta es in vxorem: & ipsa statim descēdit: & tollens theristrum cooperuit caput suū: deinde accepit eam in domum suam.
f ¶ Non de sponsalibus.] Innuit hæc littera q consensus puellæ non est requirendus in sponsalibus, quod tamen secus est, vt 30. q. 2. c. vnico, ff. de sponsa. sponsalia. immo & de sponsalibus fuit consulta, vbi dicitur, Vis ire cum isto homine? Dic ergo non de sponsalibus tantum: sed etiam de profectione hoc tene, q si non contradicit, consentire intelligitur, vt hic patet 2. Nec pōt contradicere, nisi cum pater indignum eligit, ff. de spon. sed quæ patris.
g ¶ Pudoris.] Arg. Matrimonium posse contrahi inter absentes per procuratorem, arg 30. q. 5. nec illud.
h ¶ Desponsata.] Arg. q parentibus puellæ dari potest pecunia vt consentiant matrimonio interueniente pecunia: quia ibi non confertur * gratia.
i ¶ Pater.] Cultus enim verecundiæ, &c. C. de nup. in copulatione.
K ¶ Virgines.] Consilium est arg. extra de sponsa. impu. tuæ,

2 Ap. [illegible] dist. [illegible]
Mr̃monium per procuratorem contrahi potest.
* *Vide sup. hoc eodem* [illegible]

MVlier.] CASVS. Dicitur hic, q si mulier doli capax votum, iuramento firmatum emiserit intra spatium xij. an. si patre tacente votum adimplet, non erit rea, si ipsa compleuerit quod iurauit. si autem pater contradixerit, non erit obnoxia, si non adimpleuerit iuramentum eius, vt hic, & su. 20. q. 2. puella. Alij tenent mediam viam. nam doli capax ante legitimam ætatem obligatur in oī voto, nisi in voto monachationis, 20. q. 1. illud. & tñ licet obligetur, pater potest reuocare ex concessione huius canonis: & ita hoc intelligitur de doli capace, & vere obligato De hac materia no 20. quæst. 1. in summa.

præmittat, antequam nubat, quo ipsum coniugium plus commendet verecundia.

Item in libro Numerorum, c. 30.

C. XIIII.

MVlier a si quidpiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo b patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum, quod pollicita est, & iuramentum, quo obligauit c animam suam, & tacuerit non rea erit, α sed quidquid pollicita est, & iurauit, opere d complebit. Sin autem statim e vt audierit, contradixerit pater, & vota, & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo q contradixerit pater f.

d ¶ Opere cōplebit.] ergo rea erit, si non cōpleuerit. & ita cōtrahere potest impubes; quod concedo. arg. huius c. contra. 20 q. 1. c. 1. 1
e ¶ Statim.] Sup. 20. q. 2. c. 2. cōtra. H. soluit; quia ideo datur ibi maius spatiū, q a tale iuramentū eximitur à patris potestate. hic aūt loquitur de alio iuramento siue voto; quod licet adimpleat, adhuc tamē manet in patris potestate: & ibi maius spatiū datur, q̃ hic: hic enim loquitur de voto abstinentiæ. lex autem dicit, quòd cū filius est in potestate, non obligatur aliquo voto. ff. de polli. l. 2. sed derogatum est ei.

1 Vide quod legi. & not. 30. qō. 2. in prin. & c. 1.

Glossa ordi. ad c. 30. Num.

α ¶ Non rea erit] *In originali legitur.* uoti rea erit, quidquid pollicita, &c. *sed ob glossam non est emendatum.*

Augustinus quæst. 57. super Numeros.

¶ *Antea legebatur.* Item Augustinus. *Sublata est dictio,* Item, *quæ abest à plerisque vetustis. Nam verba B. Augustini seu glossæ ordinariæ, quæ hic referūtur, sunt explanatio loci Numerorum antea citati. In ijsdem autem vetustis omnia hæc capita, quibus non est apposita rubrica, vno capite comprehenduntur.*

C. XV.

1. Cor. 7.
† al. nuptum

MErito hic quæritur etiam de voto virginitatis. Mulieres enim etiam Virgines in scriptura solent appellari: & videtur etiam Apostolus de patre loqui, cum dicit, [seruiet virginem suam,] & [det nuptui † virginem suam.

f ¶ Pater] Soluit aūt patria potestas adueniente adulta ætate quo ad matrimoniū carnale & spirituale, & quo ad iuramētum. 20 q. 2. puella. 21. q. 4. tribus.

Patria ptās soluit adueniente adulta ętate quo ad matrimonium & iuramentum.

Econtra in concilio Toletano 3. c. 10.

¶ Viduæ, & virgines propria voluntate sibi maritos eligant. C. XVI.

Burc. l. 8. c. 44. Iuo p. 7. c. 62. & p. 8. c. 18. & 19.

HOc sanctum affirmat concilium, vt viduæ, quib. placuerit, teneāt castitatem α. Quòd si prius, quàm profiteantur continentiam, nubere elegerint; illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur: ne extra voluntatem parentum g, uel suam cogantur maritum accipere.

MErito.] CASVS. Probat Aug. in hoc c. quòd in voto & in matrimonio voluntas patris est attendenda; & q virgines mulieres appellant. [Hic,] id est, pmissa auctoritate. [Mulier seruet,] s patri. Sed in sequenti cap. probat contrarium.

rit quod promisit. Dicit tñ H. q post adultam ætatem tenebitur adimplere: licet alij cōtradicant. Idē dicit de eo, qui fecit simplex votū, & postea cōtraxit, q mortua vxore tenet adimplere. Et in similibus casib. idē dicit.

Mulier sumitur diuersimode.

a ¶ Mulier.] Id est, impubes. alibi sumitur pro virgine in Euangelio, Mulier ecce filius tuus ff. de ver. sig. mulieris. ff. de leg. 2. seruus. alibi pro corrupta ff. de contrahen. emp. alioquin. §. 1. Et no. q H. dicit, q si impubes emittit votum vel sacramentum, & est doli capax, pater nunquam pōt reuocare; quia cū possit se obligare diabolo, pōt & Deo. extra de deli. puer. pueris. & legit sic H. hoc c. mulier, scilicet impubes, non doli capax.

Iuramentū [illegible] an pos. à patre reuocari.

b ¶ In domo.] Idem est si extra domum, quia est emancipata, dum tamen minor sit. arg. C. de nupt. viduæ.
c ¶ Obligauit.] Id est, fecit ad modum obligantium. Alij dicunt, q siue doli sit capax siue nō: dū tñ sit infra annum 14. in viro, vel 12. in puella, semper pater reuocat

HOc sanctus.] CASVS. Dicitur in hoc capi. q vidua eligere debet arbitrio suo, virum uelit continere, vel nubere. Idem etiam statuitur de virginibus. Si quis autem propositum castitatis viduæ vel virginis uoluerit impedire, excommunicetur. Sequens §. patet.
g ¶ Parentū.] Secundū canones licet filiæ præter voluntatē parentū nubere. Vnde nec est necessaria patris voluntas quantum ad hoc, quin teneat matrimonium, licet non adsit voluntas eius: aliàs bene dico requirendum eius consensum: maxime si est minor: vnde corrigitur illud instit. de nup. in princip. Nunquid ergo pater eam dotare tenetur? Sic, arg. 2. ff. de ritu nup. qui liberos. & punitur hic vel, pro &.

Filia nubere potest sine parentū voluntate.

g ¶ Parentum.] Bene dicit quandoque enim inueniuntur mulieres contra sua commoda laborare. C. de spon. si pater. hoc tamen ad honestatem referas. extra de desponsa. impu. tuæ.

2 Sic arguit idem Archi. hic, Pann. consi. 12. l. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Da ¶ Viduæ.] 20.q.2.c.1. & 3. contra. sed ibi de minoribus.xiiij. an agitur: & hic de nubilibus. De hoc habet 31.q.3.in summa. Et tertia vero quæstione.] CASVS. Hic ponitur 3 q. qua quæritur an puella in matrimonio cõtrahendo debeat sequi arbitriũ patris serui, an aui liberi. Et quidem aui: quia seruus non habet liberũ arbitriũ ad ea, quæ liber homo facere potest: sed nec etiam aui, nisi de honestate.

b¶ De tertia.] Hic dispungitur 3 q. an scilicet puella in matrimonio contrahendo debeat sequi arbitriũ patris serui, an liberi aui. & quidẽ aui: quia seruus non habet liberum arbitrium de ea, quæ liber homo facere potest: sed nec aui, nisi de honestate.

PAtrem puellæ.] CASVS. Dicitur in hoc c. q. vbi puella hẽt patẽ seruum. & auum ingenuum: non patris, sed aui arbitrium sequatur in nuptijs: cũ pater nõ habeat liberum arbitrium. Sequens

Puella nata patre seruo & auo libero, cuius cõsensum requirere debeat.

§ patet.

c¶ Aui magis.] Spõsa enim ab illis petẽda, qui potestatẽ habent super illam 30.q.5.c.1. sed pater nõ habet, cũ ipse sit in potestate alterius, vt ff. de adol. sic euenit.

d ¶ Neptis.] Si hæc cõcepta est patre in seruitute manẽte, nõ est i potestate auiargu. infi. quib. mod. ius pa. pot. fol. §. vl. nã per patrem acquirit auo potestas i neptibus. Sed si ille liber erat qñ eas suscepit: sed postmodum factus est seruus: tunc filij remanent in potestate aui sui. infi. quibus mod. ius pa. pot. fol. §. ad hæc quærendi. & in hoc casu oportet intelligi quod hic dicitur. Vel dic, q. vbi auus est liber, siue nepos sit in eius potestate, siue non, requiri debet eius consensus vbi pater seruus est: & hoc de honestate. in potestate autem aui materni nullus est. inf. de pa. po. in fi. hic ergo de auo paterno dicitur. Sed nunquid originarius filium habet in potestate? Non. cum ipse sit in potestate alterius. C. de agri. & cen. ne diutius. li. ii. & qui in potestate alterius

Originarius filiũ nõ hẽt i potestate.

est, alium in potestate habere non potest. ff. de adul. sic euenit. & sic potes de originario hoc intelligere sicut

1 Dic cũ sed G. posuit in themate. Vel intelligde seruo.

uus habet liberum arbitrium cõtrahẽdi habebit, & nõ in filia sobole? ergo sicut per illud extra de con. u. seruo. c. 1 hodie liberũ habet arbitriũ cõtrahẽdi matrimoniũ, ita liberũ hẽbit filiã tradendi. Qualiter enim in se habebit liberũ arbitrium, & non in sua so-

e ¶ Arbitrium.] Arg q. nec seruus suo arbitrio possit ducere vxorem 1. Qualiter enim in se liberũ arbitrium

Si quis uero propositum castitatis viduæ [a], vel virginis impedierit; à sancta communione, & a liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

a ¶ Castitatem.] *In antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis reliqua habent vt apud Gratianum: sed post verbum istud, adduntur hæc,* & nulla vidua ad nuptias iterandas ei venire cogatur. Quod si, &c. *In recentioribus vero editionibus, & apud cæteros collectores variat aliquantulum structura verborum sed eadem sententia.*

Præmissis auctoritatibus euidenter asseritur: q. quamuis aliqui non filiorum procreandorum, sed incontinentiæ causa conueniant; tamen coniuges appellantur.

QVAESTIO. III.

Et tertia[b] vero quæstione Pelagius definit scribens Potentio defensori.

¶ Arbitrium liberi aui, non originarij patris puellam in nuptijs sequi oportet. C. I.

Iuo p.8.c.27.

PAtrem puellæ, ecclesię nostræ famulum, auum uero eius liberis ortum cõstat esse natalibus: & ideo aui magis [c] electionem de coniunctione neptis [d], quàm patris eius, cuius nullo modo liberum potest esse arbitrium [e], decernimus attendi,

Quia ergo electione aui, huic ista nupsisse probatur; hãc constat legitimè sibi copulatam.

QVAESTIO IIII.

Vòd autem[a] ex ancilla propter vxoris sterilitatẽ filios quærere alicui liceat; exemplo probatur Abrahæ, qui propter sterilitatẽ vxo- Gen.16.

Vòd autem.] Hæc q diuiditur in 6 partes. In prima quæritur, vtrum teneatur quis pp sterilitatẽ vxoris quærere filios ex ancilla, ficut fecit Abrahã, & Iacob, & dicendum est, q. non, quia omnia in figura contingebant illis. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Ortus.] Quarta ibi: [Sicut satius.] Quinta ibi, [Ecce quòd ego.] Sexta ibi, [Quare autem.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponit 4 q. qua q̃ritur an liceat alicui viuẽte vxore quærere filios ex ancilla. & indistinctẽ dicit, q. non, vel propter sterilitatem vxoris, vel ex quacunque alia causa. Et quod de Abraham & de alijs dicitur, non obuiat; quia excusati sunt auctoritate spiritus sancti. Probat erg. G. in hoc c. super ficialiter. q. licet coniugato ex ancilla prolem quærere exemplo Abrahæ, & Iacob, & super ficialiter soluit in fi.

f ¶ Quod autem.] Hæc quarta quæstio nihil habet quæstionis, quia non licet ex quacunque causa viuente vxore ex alia filios procreare. & quod de Abrahã, & de alijs dicit, non obuiat: quia auctoritate spiritus sancti excusatis sunt. extra de diuor. gaudemus. 14.q.5. dixit. a ¶ Ingressus est.] Historia. Legit in Gen. q. dixit Sara ad Abraham. Ecce conclusit me Dominus ne pariam: intredere ergo ad ancillam meam Agar, si forte ex illa suscipiam filios: qđ & factum est: & susceptit ex ea Ismaelẽ.

¶ Ad

ris suæ Saræ ingressus est[a] *ad Agar Aegyptiã, ut ex ea filios acciperet. Item Iacob, cũ ex Rachele filios habere nõ posset; ex ancilla eius filios sibi suscitauit: nec solũ propter sterilitatem, verumetiam propter fecunditatem cessantem legitur intrasse ad ancillã Lię*[b]*, & ex ea genuisse filios*[c]*. Ex quibus omnibus colligitur, propter sterilitatem uxoris siue ex ancilla*[d]*, siue ex qualibet alia licite filios quęri: alioquin adulterij macula Abraham & Iacob notabũtur. Sed sicut post mortem Saræ Abraham Cethuram*[e] *duxit vxorem, ne secundum Augustinum Christiani* a *putarẽt esse peccatum post mortem uxoris aliã ducere; sic videtur viuente uxore sua filios ex ancilla suscepisse, ne ab aliquibus hoc reputaretur in crimen.*

Gen.3.

Gen 25 inf. seq.c.

a ¶ Christiani. *In capite sequenti Augustinus ait*, ne putarent hæretici.

¶ Quomodo Abraham excusetur à crimine fornicationis. C. I.

Iuo p.8.c.269. Ann.1.6.c.60.

ISte Abrahæ etiam vsque ad decrepitam senectutem fornicationis obijcit crimen: profecto quia & post mortem Saræ alteram duxit. Vbi etsi nullum intelligeretur rei abditę sacramentum [f]; propter † hoc solum id facere debuit Abraham: ne putarent hæretici g aduersus Apostolũ (quibus etiam Tertullianus adstipulator [h] existit) post uxoris mortem crimen esse ducere uxorem.

† al. vel propter 1 Cor. 7 Lib. de Monogamia.

Illud autem Augustini dicitur contra aduersarium legum & prophetarum. lib. 2. c. 9.

Sacramentum huius rei est, quòd per bonos mali & boni erant in fide generandi; & per malos boni & mali erãt ad fidem accessuri.

Vnde Augustinus ait super Ioannem, tractatu xi.

¶ Sicut bonorum ministerio boni & mali; ita ministerio malorum boni & mali in fide generantur. C. II.

REcurrat nunc animus uester ad Abraham, Isaac, & Iacob. In istis tribus inuenimus parere liberas, parere & ancillas. Inuenimus ibi & partus liberorum, inuenimus ibi & partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat[1]: [Eijce ancillam, inquit, & filium eius.] *& infra.*

Gen.21 Copiosius in orig.

¶ Inuenimus rem miram in istis generationibus liberarũ, & ancillarum, quattuor [k] scilicet genera hominum, in qui

b ¶ Ad ancillam Liæ.] f Zelpham Historia. Legitur similiter in Gen. quòd in Lia sentiens quod parere desisteret, Zelpham ancillam suã suppossuit viro suo Iacob: qui genuit ex ea duos scilicet Gad, & Aser.

c ¶ Filios.] Ismaelẽ, & alios filios f Dan, & Neptalim.

d ¶ Ex ancilla.] f Balam Historia. Legit in Ge. q. Rachel inuidens sorori fœcũdæ, ait ad Iacob: Da mihi liberos, alioquin moriar. qui ait: Num quid ego sum Deus? & ipsa, si non de me, saltem de ancilla & suppossuit Balam, ex qua genuit duos filios f. Dan, & Neptalim.

e ¶ Cethuram.] Quæ fuit binomia, quæ alio modo nocabatur Agar, matrem Ismaelis. Arg. contra: quia eo tempore quo ille fuit conceptus, non potuit esse legitimus. ergo ex postfacto nõ potuit legitimari, vt extra. qui filij sint legi tanta. & ff. de stat. ho. Paulus.

ISte.] CASVS. Tertullianus hæreticus secũdas nuptias accusans damnabat Abraham, quia post mortem Saræ Cethuram duxit vxorem, vbi & si nullum sacramentum intelligeretur; tamẽ vir iustus ideo hoc facere debuit, ne censeretur hoc esse peccatum. [Iste,] i. Tertullianus. [Adstipulator] i. adiutor, Sequi. §. patet.

f ¶ Sacramentum. Quia est a viro sancto factum, sanctum præsumitur, vt 9 qũ. 2. Lugdun. & 7. q. 1. omnis.

g ¶ Hæretici.] Scilicet Tertullianus, qui condemnabat secundas nuptias: qui nec legem nec prophetas recipiebat; & quæ fuerit eius hæresis, habes, 24 q. 3 quidam. ver. Tertullianistę.

h ¶ Adstipulator.] i. adiutor. 21. q. 3. antecessor.

REcurrat.] CASVS. Beneu. sic ponit hunc casum. In hoc c. distinguit Aug. tres generationes carnales, quæ fiunt in trib. patriarchis, scilicet quia boni generant bonos, & mali malos: & boni malos, & mali bonos: q̃ habent significare quattuor generationes spirituales, quæ similiter fiunt in ecclesia, & ante legem, & sub lege, & in tempore gratiæ, quæ diuersis temporibus generat bonos & malos. Sed mali siue aperte foris sint, siue intus esse videantur, nunquam tamen ad illam ecclesiam pertinebũt, quæ est sine macula & ruga. Huero potest distinctionẽ istorum modorum distinguere. Primo mittat ad considerandum generationes carnales trium patriarchatuum, & supponit quid significent & hoc facit vsque ibi [Inuenis,] &c. Ex inde ostendit qualiter ancillæ & vxores peperierut bonos & malos ante legem, & sub lege, & in tempore gratiæ vsq; ibi. [Sed cum tales.] Exinde distinguit quattuor modos generandi spiritualiter. & hc posses ponere casum secundum Hug.

1 ¶ Ancilla nihil boni significat.] Hic 1 alibi enim bonum significat, vt ibi, [Ecce ancilla Domini,] &c.

1 Idest, in hac terit. H

K ¶ Quattuor.] Idest, quattuor modi generandi homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hominum duo sunt genera.

nes in fide, aliàs enim duo tantum sunt genera hominũ. 22.q.1.duo. & quo ad condemnationem. nam aut sunt fer{i}, aut liberi, ff. de stat. hom. in summa.

a ¶ Quatuor.] Idest, istis quatuor modis generandi in fide.

b ¶ Tenuerunt.] Infra ead. dicat contra. sed hic illegitimi in figura successerunt. significatur enim, q̃ etiã si illegitimi parentum vitia non sequantur, perpetuã hẽ reditatem habebunt. 56. dist. nasci. Vel legitimi isti erant quia eas erat illis tũc filios ex ancillis suscipere. inf. e.q 7. tantũ valet. immo potius dicebãtur filij vxoris legitimi, quam ancillæ, vt 56. dist. Ismael.

1 De hoc require quod non omnis. in gl. in para diso.

Hæretici possunt acquirere ecclesiæ.

c ¶ Per malos.] Arg. q̃ acquiritur ecclesiæ vel alij religioso loco per hæreticos ar. 16.q.6. si episcopum.

d ¶ Expulsus.] Non quia secundum carnem natus est, sed q̃ fratrem persequebatur, vt 56. dist. Ismael. nam qui secundum carnem erat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, vt sup. 23.q.4. qui secundum.

d ¶ Totius furtum.] Stricta ratione secundum rigorem, secus de æquitate, vt eo. ti. & ea. l. in fin. §. sed si de naui. Vel hoc ubi totum tollere potuit: secus vbi totum auferre nõ posset, ut in prędicto. §. Sed cõtra hanc sol. est, ff. de fur. l. 1. vbi dicitur, quod sola cogitatio furti faciendi non facit furem, sed & hic actus interuenit. sed illud est contra qđ hic sequitur de armario. Sed distinguitur õt quo aĩo fuit facta contrectatio, vt inf. in glo. aĩo.

Furtũ sępe committit & tñ furti actio non nascitur.

e ¶ Sed verum est.] Licet totius rei furtũ commiserit: tñ verũ est in tantũ teneri, in quantũ abstulit, &c. Sępe. n. furtũ cõmittit, non tñ furti actio nascitur, ff. rerum amo. leg 1. argu. C. de noxa leg. 1. sicut ecõuerso agetur furti: qñque licet furtum non committat. ff. de vsu sequit. § si remo. pign. C. de fug. si quis seruo.

f ¶ Contrectauerit.] Animo furandi. secus si aĩo tentandi quam rem posset totius & leuius ferre. eo enim casu non fecit furtum, nisi eius partis, quam abstulit, ut ea. leg § sed si de naui.

g ¶ Quo destinauerat] Eo die cum furto manere. ff. de furt. quo destinauerit.

h ¶ Manifestus.] Quo ad deprehensionem, & ita non sunt hæc duo contraria.

Pœna an sit imponenda illi, qui tpe opportuno segetem secuit, & illa relicta discessit.

i ¶ Segetem.] Sed nunquid iudex ecclesiasticus iniunget ei pœnitentiam, qui oliuã meam uel segetem secuit tempore opportuno, animo tamen surripiendi, & discessit relicta segete? Videtur ꝙ non: quia conditionẽ meã meliorem fecit, cum mihi impensas dedit, vnde locum non habet Aquil ff. ad legem Aquiliam, si seruus seruũ. § si oliuam. Ego ei pęnitentiam iniungerem: mala enim voluntas nihilominus est punienda, licet ex ea bonum sit secutum 23. q. 5. relegentes.

Furtum an sæpius committatur, si sæpius eadẽ re contrectetur.

K ¶ Et contrectat.] Et postea in luce deprehendatur in sectione uel in itinere cum segete antequam perueniat ad locum destinatum.

l ¶ Nec manifestus.] Sed quomodo põt hoc esse ꝙ primo competat actio furti non manifesti, postea manifesti, cum lex dicat ꝙ quantũcũque rem cõtrectet postea, tur.

Universidad de Deusto Biblioteca

non oritur alia actio furti. ff. de furt. ei qui, in pri. Rñ. ex prima contrectatione tantum agitur nec ex deprehensione alia orit actio furti, sed prima modificat. sicut & per liberam personã, procuratorem s. meum non acquirit mihi actio: si tñ prohibet ne aliqs ædificet, & ędificatur contra, datur actio mihi ex delicto ędificantis: & ita modificantur. argu. ff. quod vi, aut clam. l. 3. Dic ergo nec manifestus quo ad primam contrectationem tūc enim de stricto iure furtum commisit, nō tamen actione furti tunc conueniri potest, nisi tūc cōtrectauerit animo furandi rem.

f ¶ Non excedunt.] Similia sunt ad legem istam extra de prob. ex litteris. 50. dist. eos. ff. de re iudi. inter pares. §. 1. Et iterum vbi lex mentionem facit de pœna, & dubitatur an de maiori, an de minori cogitauerit: præsumendum est q de minori. ff. de pœnis. si præses. g ¶ Si-

Pœna in dubio intelligitur de minori.

HAec autem verba.] CASVS. Dictum est sup. in pręcedenti parte legis, qui magistratum potestatem ve habebit, si aliqd noui iuris statuerit, ipse quandoque aduersario postulante eodem iure uti debet. Dicitur ergo hic, quòd prędicta uerba intelligenda sunt cū effectu, & non verbotenus s. si in veritate statuerit. nam, [statuit,] [rem perfectam significat & consummatam.

C. XVII.

HAec autem verba: [Quod statuerit[a], qui iurisdictioni præest. cum effectu accipimus[b], non verbotenus: & ideo, si cum uellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuit; cessat edictum. Nam [statuit uerbum rem perfectam significat, & consummatam iniuriam, non cæptam.

C. XVIII.

POenæ[c] (*sicut in ff. tit. de pęnis legitur*) legum interpretatione molliendæ sunt[d] potius, quàm exasperandę[e]. Lib. 48. digest. tit. 19. le. 42.

Atque ideo proprium casum non excedunt[f]*: sed quæ de raptu uirginum, uel aduocatis, seu de crimine maiestatis, uel de sicarijs dicta sunt; fauore religionis, & fidei, atque principali odio sicariorum*[g] *introducta sunt. Iniuriarū*[h] *uero pro earum uarietate multipliciter quis reus fieri potest. Varietas itaque criminum, uarietatem inducit pęnarum.* Ibidem l. 16.

Vnde in Digestis tit. de pęnis.

C. XIX.

4 AVt facta puniuntur, ut furta, cædesque; aut dicta, vt conuitia[i], & infidæ[h] aduocationes; aut scripta vt falsa & famosi libelli; aut consilia, ut coniurationes, & latronū[l] conscientia, quosque[m] alios suadendo iuuisse,[n]

a ¶ Statuerit.] Ar. q rubricæ sunt authenticæ. nam ex verbis rubricæ argumentatur hęc lex, & loquitur in casu, cum iudex decernit ius iniquum cōtra aliquem quo iure poterit ille vti contra illum post depositam administrationem: & hoc propter malitiam constituentis. Nec enim lex æquior vlla est, quam necis artifices arte perire sua. potest etiā poni casus in litteris domini Papę extra de mutu. pet. prudentiam, C. de iud. die sabbati.

Argumentū sumi potest ex rubricis.

b ¶ Cum effectu accipimus.] Arg. cum effectu verba esse accipienda, arg. su. 17. q. 4. si quis suadente, arg. nō obesse alicui malum nisi ad finem perducatur, argum. voluntatem siue conatum non puniri sine effectu, arg. inf. ea §. cogitatio, & sup. e. cogitationis.

Voluntas sine effectu ñ punitur.

POenæ sicut.] CASVS. Postquam magister posuit contrarietatem legum de voluntate punienda, subdit duas solutiones. Vnam inf. e §. cogitatio. Aliam hic, scilicet, q regulare est, q pro voluntate sola non debet quis puniri: quia pœnæ potius sunt emolliendæ quàm exasperandæ: nisi in casibus exceptis a lege vel canone, qui etiam notātur in hac littera. In iniuria vero certa pœna non statuitur sed multiplex: nam varietas criminū varietatem inducit pœnarum. Ad quod inducit legem sequentem.

c ¶ Pœnæ.] Posita contrarietate legum. de uoluntate punienda uel non punienda: subdit duas solutiones: unam infra ead. § . cogitatio. aliam hic, q regulare est pro sola uoluntate quem non puniri: nisi in specialibus [2] casibus. Dic ergo pęnæ voluntatē punientes, in quibus casibus inuente tur determinatæ aliquę leges.

d ¶ Molliendæ sunt.] Scilicet tolerandæ, & non ad alios casus extendendæ. & hoc est quod dicitur infra.

e ¶ Exasperandæ.] Nisi ex causa propter multitudinē, vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. vlt. & propter rationem personarum. ut ff. de pœn. l. capitalium. §. vlt.

2 Scilicet exceptis a lege vel canone. qui etiam in littera multi noiantur, Itē pro iniuria non certa pęna statuitur: sed pro varietate iniuriæ pōt aliquis multipliciter fieri re[2]. Arch.

g ¶ Sicariorum.] Et ideo pœnæ uoluntatis in eo statutę proprium casum non excedunt.

h ¶ Iniuriarum.] Quare in crimine iniuriarum non ita assignatur certa pœna. sicut in præfatis criminibus supponit: quia pro uarietate iniuriarum est multiplex uarietas pœnarum, vt ostenditur & probatur in lege sequenti.

AVt facta puniuntur.] Hæc est 4. pars. huius primæ partis, in qua dicitur, quod quattuor modis puniatur peccatum. Ioan. de Fant.

CASVS. Hugo sic ponit hunc casum. Primo ponit quattuor genera puniendorum. Secundo dicit illa quattuor genera puniendorum esse consideranda septem modis, qualiter sunt punienda, nunc magis, nunc minus, nūc nullo modo: & de omnibus iurisconsultus exempla supponit. [Puniuntur,] scilicet, verbo. [Emansorem.] Dicitur emansor qui diu uagatus extra castra manens, tandem ad castra reueritur. Furtiuus dicitur qui latenter moratur in aliquo loco extra castra, exercendo maleficium, & cito reuertitur ad castra [A grassaturis.] Dicuntur grassaturæ, quæ fiunt a latronibus in itinere, & crudeliter contra transeuntes grassantur. [Petulantia,] idest, lasciuia.

i ¶ Vt conuitia.] Pro conuitio deponitur clericus supra 11. q. 1. si quis sacerdotum, & quid sit conuitium, habes ff. de iniu. leg. item apud Labeonem. §. 2.

k ¶ Infidæ.] idest, non fide, idest, sine fide, vt cum aduocatus præuaricatur, 2. q. 3. c. si quem, §. præuaricator.

l ¶ Latronum.] Velut cum quis sciens recipit eos, qui ita puniuntur vt ipsi latrones, vt ff. de receptatoribus, l. pessimum.

m ¶ Quosque.] Hoc scilicet puniuntur.

n ¶ Iuuisse.] Idest, compulisse ad aliquod maleficium faciendum.

a Sed

a ¶ Sed hæc quatuor.) s. facta, dicta, scripta, consilia.

b ¶ Impunita.) Supr. 23. q. 4. ea vindicta. ff. ad l. Acqui. sed & si §. magister.

c ¶ Vel parente.) C. de emend. libero. l. vna, supra 33. q. 4. duo ista nomina.

d ¶ Per

quī præposito manus intulit, capite plectendus est. ff. de re mili. omne delictum.

h ¶ Aetatis quoque ratio.) Vt 15. q. 1. cap. illud.

i ¶ Locus. infr. ead. d. 5. cap. 1.

K ¶ Furtum.) ff. ad le. Iul. pecu. diui. contra [1]. sed ibi subauditur. tantum.

sceleris est instar. ¶ Sed hæc quatuor[a] genera consideranda sunt septem modis, causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. Causa, vt in verberibus, quæ impunita[b] sunt à magistro illata, vel parente[c]: quoniam emendationis, non iniuriæ gratia videntur adhiberi. Puniuntur, cū quis per iram[d] ab extraneo pulsatus est. Persona dupliciter spectatur, eius[c] qui fecit, & eius, qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdē facinoribus serui, quàm liberi, & aliter, qui quidquam in dominum, parentemue[f] ausus est, quàm qui in extraneum, in magistratū[g], vel in priuatum. In huiusmodi consideratione, ætatis[h] quoque ratio habeatur. Locus[i] facit, vt idem, vel furtum[k], vel sacrilegium[l] sit, & capite luendum, vel minore supplicio. Tempus discernit emansorem[m] à furtiuo[x], & effractorem[n], vel furem diurnum[o] à nocturno. Qualitate cum factum vel atrocius vel leuius est: vt furta manifesta[p] a nec manifestis discerni[q] solent, rixæ[r] à grassaturis[s], expilationes[t] à furtis, à violentia petulantia[u]: de qua re maximus apud Græcos orator Demosthenes sic ait:

Οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργὴν, ἀλλ᾽ ἡ ἀτιμία οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινὸν (καίπερ ὂν δεινὸν) ἀλλὰ τὸ ἐφ᾽ ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν ἔνια ὁ παθὼν οὐδ᾽ ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιθ᾽ ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι.

id est, Non enim iram plaga concitauit, sed ipsa facti indignitas. Neque tam ingenuis graue est cædi (quamquam graue est) quàm per contumeliam cædi. Si quidem multa is, qui alium cædit, admittere potest (quorum magnam partem is, qui verberibus affectus est, alteri [2] renunciare, ac repræsentare nequit) habitu corporis, vultu, vociferatione, nunc vt contumeliam inferens, nunc vt inimicum segerens, nunc pugnū ducens, nunc in malam cędens. Hæc mouent: hæc de statu mentis deturbāt homines propudij, ac sugillationis non assuetos.) Quantitas discernit furem

l ¶ Vel sacrilegiū.) scilicet tantum. ibi enim dicitur, si res priuati de sacro loco surripiatur, actionem furti non sacrilegij esse.

1 Non tenet vt no. su. 17. q. 4. quisqs sed qd seqtur hic H. approbat, s. q subauditur tantum.

m ¶ Emansorem.) Emansor est ille, qui diu vagat⁹ est, & ad castra reuertitur. ff. de re mi. l. 3. § 1. istud tempus discernit furem hunc à latrone, qui latenter morat in aliquo loco causa maleficij exercēdi, & cito reuertitur ad castra.

Emansor. qs dicitur.

n ¶ Effractorem.) Effractores dicuntur qui frāgūt carcerē, vel aliud vt euadāt, vel ut inde aliquid surripiant. sed aliter sunt puniēdi nocturni, aliter diurni, vt ff. de effra. & expil. l. 1. & 2.

Effractor.

o ¶ Diurnum.) Distinguitur enim fur nocturnus à diurno: quia nocturni atrociores sūt, et acerbi⁹ puniuntur, vt extra de homi. si quis per fodiēs. ff. ad le. Aqu. itaque. ADDITIO. Et q dicit diurnum & nocturnum, refertur ad vtrumque, scilicet, effractorem, & furem. P.

p ¶ Manifesta.) Hæc pœna quadrupli, i. illa dupli puniri solēt 2.

2 Concor. gl. in auth. sed nouo iure C. de se. fugi. & in l. 2. ff. de arbo. furt. cæsa.

q ¶ Discerni.) Supra 14. quæst. 5. pœnale.

r ¶ Rixa.) Rixa est inter altercantes, & proprie inter duos. ADDITIO. Et verbis ff ui. bo. rap. prætor ait H.

s ¶ A grassaturis.) quæ fiunt à latronibus in nemore. Et dicitur à grassor grassaris, quod est sæuire.

d ¶ Per iram.) Vel ludū noxiū. ff de fur. in furti. §. vlt.

e ¶ Eius.) Aliter enim punit nobilis quàm ignobilis, seruus quàm liber, vt 24. q. 1. qui contra pacem. ff. de pęnis. l. capitalium §. vlt.

Nobilis aliter q ignobilis punit.

f ¶ Parentemue.) Nam talis insuitur sacco ex corio cum gallo gallinaceo & serpente, &c. vt ff. ad leg. Pōpe. de par. pœna. C. de his qui paren. vel lib. occi. l. vnica. multo fortius qui contra patrem spiritualem arg. 6. q. 1. si fames. 30. q. 3. Pyctacium.

Parricidæ punitio.

g ¶ In magistratum.) Arg. C. de iniur. atrocem. nā in his ius est publicum. arg. supra. dist. 1. ius publicum, &

t ¶ Expilatione.) Expilare est res iacentis hæreditatis subtrahere ff. de cri. expil. heredi. si expilatæ. versi. apparet. nec est hoc futurum: quia non contrectat res alienas inuito domino, quia nōdum aliquis dominus est, vt ff. de fur. hereditarię rei. ff de effra. & expil. leg. 1. & 2.

Expilare qd sit.

u ¶ Petulentia.) Idest, lasciua. Aliter enim punitur quod fit per lasciuiam, & aliter quod fit per violentiam, extra de sent. excom. super eo.

Lasciuia & violentia diuersa sunt.

a ¶ Ab abigeo.) ff. de abig. l. 1. & 4. q. 4 aba &i. Arch.
b ¶ Vnum.) Et ita numerus discernit eos, vt ff. de abigeis, oues.
c ¶ Puniat.) Hic non spectatur euentus.
d ¶ Voluntario.) Id est proprio motu iudicis, f. secundum voluntatem iudicis duraturo: non enim erit tempus determinatũ in exilio. Vel volũtario, id est pro motu, & volũtate rei quãtum ad locum in quo erat in exilio agendum.
e ¶ Fortuiti.] Arg. cõtra hanc eandem legem, & ff. de offi. præsid. dius. sed hoc apud Græcos, cum non erat tãtus furor quod excusaret, aliàs latis ipso furore punitur.

COgitatio.) Hæc est 5. pars primę partis, in qua dicit q̃ distinguitur inter maleficia, an habuerit iudicium vel nõ. Io. de San.

CASVS. Ponit Gratia. aliã solutionem meliorẽ ad supradictã legũ contrarietatẽ, Lq̃ volũtas nõ punit ab hoie, sed à Deo, cũ est suis finibus cõtenta: sed actus exterior punit ab homine vt in maleficijs: veriũ tũ ea q̃ effectũ iuris desiderãt vt matrimonijũ, & diuortiũ, & similia, à maleficijs discernuntur. In his. nq̃ de iure effectũ desiderant, deliberatio exigit, in his vero nõ. Et ad hãc suã distinctionẽ probandam inducit legem sequẽtem. H. tamen intellexit, quòd sola volũtas i maleficijs punitur, & ita intellexit hunc locum; secus in alijs, quæ de iure effectum desiderant.

f ¶ Cogitatio.) Ecce supponit aliam solutionem meliorem prędictę contrarietatis legum, scilicet quod voluntas non punitur ab homine, cum suis finibus est cõtenta, & hoc casu intelliguntur auctoritates: quæ dicit voluntatem non puniri, cui ab homine: & subauditur hic vel sic cogitatio, &c.
g ¶ Non meretur.) Quo ad hominem, aliàs secus arg. 59. dist. hinc ver. ponderosus.
h ¶ Discernuntur tamẽ à maleficijs.) Q. d. licet in maleficijs magis attẽdatur voluntas q̃ animus. i. perseverantia secus est in illis, qui sortiuntur effectum de iure in Volũtas an quibus magis animus, i. perseverantia attenditur q̃ fit magis ac volũtas sola. & ad hoc inducit ois usque ad §. al jecõtẽdenda, q̃ tra. nõ. semper in cõtrarijs cõsiderat sola voluntas pseuerãtia. & animi destinatio. arg. cõtra. C. de fide instru. cõtra,

ab abigeo[a]. Nam qui vnum[b] suem furripuerit, vt fur coercebitur: qui gregem, vt abigeus. Euentus spectatur, vt à clementissimo γ quoque facta: quamquam lex non minus eũ, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit inuẽtus, q̃ eũ, qui occiderit, puniat[c]: & ideo apud Græcos exilio voluntario[d] fortuiti[e] casus luebantur, vt apud præcipuum poetarum scriptum est.

Εὖτ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα Μενοιτίος ἐξ Οπόεντος,
Ηγαγον ὑμέτερον δ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,
Ηματι τῷ ὅτε πάϊ δα κατέκτανον Αμφιδάμαντος,
Νήϊος οὐκ ἐὺ εἰδώς, ἀμφ' ἀσχαλόωσι χολωθείς. i.

Quo puerum me tempore vestras duxit ad ædes
Ex Opoente pater, dira pro cæde patrata.
Ob talos nempe ira percitus Amphidamantis.
Cum gnatum imprudens fin.ul, inuitusque peremi.

α ¶ Furtiuo.) *In aliquot vetustis codicibus, & originali est*, fugitiuo. *Sed ob gl.ssam non est emendatum.*
β ¶ Alteri renunciare.) *Hæc in suum locum sunt restituta.*
γ ¶ Clementissimo.) *Sic emendatum est ex pandectis Florensinis, cum antea legeretur.* dementissimo. *Quod in Basilicis lib. 60. tit. 52. le. 16. sic explicatur.* Vir clemens, nec seditiosus, si arma sumat, quasi occidendi causa, non punitur vt homicida, nisi & euentus sequatur. In seditiosis autem etiam sine euentu, animi propositum punitur ob id solum, quod armati processerint, vt l. 1. ad legem Corneliam de sicarijs.

C. XX.

§ COgitatio[f] *non meretur*[g] *pœnam lege ciuili, cũ suis terminis contenta est. Discernuntur*[h] *tamen à maleficijs*[i] *ea, quæ de iure effectum desiderant*[k]. *In his enim non nisi animi iudicium*[l] *consideratur.*

Vnde in digest. tit. de repudijs.

¶ *Huic, quod in vulgatis est distinctum caput, in plerisque vetustis est apposita nota illa, qua indicatur esse verba Gratiani.*

lib. 24. Digest. tit. 2. de diuor. & repudijs. l. 3.

C. XXI.

DIuortium nõ est verum, nisi quod animo perpetuam

i ¶ A maleficijs.) In maleficijs voluntas spectatur, non exitus. ff. ad legem Cornel. de sica. diuus. C. de excu. tut. amplissim.
K ¶ Desiderant.) Vt sunt contractus vt matrimonium, diuortium, emptio, & venditio, & huiusmodi quæ de iure sortiuntur effectum. sed maleficia non de iure sortiuntur effectum, immo tantum ex corde procedunt 1. q. 6. c. 1.
l ¶ Iudicium.) i perseverantia 1. effectus deliberatio sed in maleficijs non consideratur perseverantia, vel iudicij animi, sed sufficit si adfuit voluntas & si incontinenti pœniteat ff. de furt. qui ea. 22 q. 5. qui peccare. in princ.

DIuortiũ.) CASVS. Dicitur in hoc l. q̃ diuortium nõ debet ratum haberi quod animi perseverantiã nõ habet, vnde si mulier calore iracundię à marito seu diuertit, puniri non debet nisi perseuerantiam & deliberationem habuerit. Nam non videtur diuertisse quæ

Ratum non est quod non perseverat

a ¶ Ratum est.] Arg. non dicit quid factum, si non perseuerauerit, extra de ver. sig. nam & ego. ff. de no. opere nun.

† al. distentionem

eit in breui reuersa. Sequens §. pater.
constituendi discessionem† fit. Itaque quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur; non prius ratum[a] est, quam si perseuerantia apparuit, iudicium animi fuisse, Ideoque per calorem[b] misso repudio, si breui reuersa est vxor, nec diuertisse videtur.

Hinc etiam in canonibus.

2. q. 3. si quis.

C. XXII.

SI quis[c] iratus crimen alicui obiecerit, &c.

6 Ex consilio[d] *autem velut ex facto, aliquem teneri Augustinus probat ita dicens.*

¶ Non solum, qui manibus occidunt, sed etiam quorum consilio, & fraude alij occiduntur, homicidæ probantur. C. XXIII.

† al. Perica Poly l. 6. ti. 19. Anst. l. 11. c. 45. Burch. l. 6. c. 31. Luc. p. 10. c. 160.

PErniciosè[e]† sed decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas esse qui manibus hominem occidũt: & non potius eos, per quorum consilium[f] & fraudem, & exhortationem homines extinguntur. Nam Iudæi Dominum nequaquam proprijs manibus occiderunt, sicut scriptum est:]Nobis non licet[g] interficere quenquam.[Sed tamen illis[h] Domini mors imputatur: quia ipsi lingua eum interfecerunt dicentes, [crucifige, crucifige eũ.] Vnde vnus Euãgelista dixit Dominum crucifixum esse hora tertia[i], alius sexta: quia Iudæi crucifixerunt eum hora tertia lingua; milites hora sexta[k] manibus. Qui ergo hominem tradidit; ille interfecit eum, Domino dicente: [Maius[l] peccatum habet, qui me tradit; tibi.] Vnde ps.[m] [Filij hominum[n], dentes[o] eorum arma, & sagittæ P, & lingua eorum gladius[q] acutus[r].] Subijciant ergo se pœnitentiæ[s], quorum consilio sanguis funditur, si veniam promereri voluerint.

Io. 18. Matt. 25. Mar. 15. Io. 19.

Io. 19. Psal. 56.

¶ *Caput hoc collectum est ex varijs locis Beati Augustini, vide-*

Fœmina ex ira excusatur.

e ¶ Perniciosè.] CASVS Qui consilium dat, ad occidendum, homicida est: vnde Iudæi probãtur fuisse homicidę Christi: Iudæi lingua illã & si nõ manibus, lingua tamen occiderũt, & magis peccauerunt quam Pilatus, vel milites, qui eum crucifixerunt. Iudæi lingua solum Christũ crucifixerunt.
f ¶ Consilium.] Ext. de hom. sicut dignum. distinct. 50. si quis viduam.
g ¶ Non licet.] Hoc Iudæi nõ ideo dicunt propter diem festum, lex enim præcepit, ne parceretur quã, qualimalefactoribus. & ita tenebat eis interficere. 23. q. 5. quid ergo. præsertim seducentes populum, & Deo detrahẽtes, qualem istum dicebãt. sed propter diem festum nõ licebat eis tunc interficere quenquam: vel nõ licebat interficere quemquam, id est, hunc: propter quod scriptum est: Tradetur enim gẽtibus ad illudendum & conspuendum & crucifigẽdũ, &c. & sic adimpletur est sermo Iesu, quo se prædixit a gẽtibus occidẽdum. ipsi tamẽ cõtra se hoc dicunt, cum eum interfecerũt lingua, & si non manibus.
h ¶ Illis.] Supra 23. q. 3. c. vl. & alia ratio
i ¶ Hora tertia.] Infra. de consec. d. 1. nocte.
K ¶ Hora sexta.] Arg. ad testes cõradicentes sibi in tẽpore concordando, vt extra de testibus, cum tu fili. Arg. contra 3. q. 9. ni hilominus. in fi sed hic nulla est contrarietas: quia super diuersis factis testificantur, vnus super crucifixione facta linguis hora tertia, alius super crucifixione in cruce facta a militibus hora sexta.
l ¶ Maius.] Supra 24. q. 3. qui aliorum.
m ¶ Vnde Psalmus.] In Ps. Miserere mei Deus, miserere mei.
n ¶ Filij hominũ.] Parauerũt laqueũ 1. pedibus meis. ; [Laqueũ, i. latenter pedibus.
o ¶ Dentes.] Id est, corrosiones & contritia.
p ¶ Sagittæ.] Quantum ad consilia.
q ¶ Gladius.] Quantum ad verba.
r ¶ Acutus.] Dum clamarent, crucifige, crucifige etiam voces ille incitatiue fecerunt mortem, vt gladius acutus.
s ¶ Se pœnitentiæ.] Et irregulares fiunt. 50. dist. si quis viduam. & est arg. contra clericos, qui fures iudicandos prætibus tradunt. 23. q. 5. vnum solum est. Dic vt extra de homic. tua. & 91. dist. Maximianus. Sed nũquid dicen irregularem clericum, qui homicidium voluit facere, nec

* *Ex solo actu interiori non incurritur irregularitas. nã hęc sequitur factũ S. Tho. 1.1.qõ. 20. ar. 5. ad 4.*

nec fecit, quia non potuit, irregularis est * tanquam de homicidio, licet non sit homicida. inf. e si cui. vbi tamen factum sequitur, grauius est peccatum.

H Omicidiorũ.] CASVS. In hoc c. ponuntur tria genera homicidiorum. nam non solum dicitur homicida qui manu aliũ interficit, sed etiã ille, qui fratrem suum odit, vel qui ei detrahit, quod probatur assertione Petri. Sequens c. patet.

Homicidiũ quid sit.

e ¶ Tria genera.] Dicũtur esse præcipua. nã large homicidiũ dicitur quilibet illicitus motus ad nocendum. infra e. homicidium.

b ¶ Parilem.] Id est similẽ quantum ad Deum. aliàs enim asperior pęnitẽtia imponit 1 interfectori.

1 Scilicet p ecclesiã. Ar.

c ¶ Et qui.] Supra 86. d. pasce.

Detractores dicuntur homicidæ.

d ¶ Detrahit.] Detractores dicuntur homicidæ: quia quantum in eis est, priuãt animam (quę melior pars hominis est) vita, dũ negãt virtutes.

Detrahere quid sit.

quibus anima viuit esse in ea. Nã detrahere est bona q̃ alicui sunt à Deo collata, negare vel inuertere: vt si qs dicat sapiẽtem sapientiã nõ habere, vel castũ castitatem, vel ea, quæ, bono zelo fiũt, inuertendo asserat malo zelo vel spiritu fieri, sicut Iudæi Christũ dicebant in Beelzebub, dæmonia eijcere. 21. dist. §. 1. & quidem hoc est peccatũ in spiritum sanctum quia quod ẽ spiritus sancti maligno spiritui attribuunt. Vnde in Euangelio 2. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ 45. distinctio si Euangelica, 32. q. 5. qui viderit.

2 Matt. 15. c.

sequatur. Sequentia duo capitula plana sunt.

l ¶ Cain.] su. 3. q. 7. in grauibus. hoc legitur in Genesi.

m ¶ Damnauit.] Si damnauit, ergo commissum fuit. Deus nulli Deus immeritã ingerit pœnam. 11. q. 3. illud. sed sine expone, damnauit, id est, damnabile ostendit, scilicet eius punit.

licet ex lib. 3. de consensu Euangelistarum, 13. explanatione Ps. 56. & 63. & tract. 114. & 115. in Ioannem.

Item ex epistola Clementis prima ad Iacobum.

¶ Interfectores fratrum, detractores eorum, eosque odientes homicidæ habentur. C. XXIIII.

HOmicidiorum vero tria genera [a] esse diceba B. Petrus, & pœnam eorum parilem [b] fore dicebat. Sicut enim homicidas, interfectores fratrum; ita & detractores eorum, eosq; odientes, homicidas esse manifestabat; quia & qui [c] occidit fratrum suum, & qui odit, & qui detrahit [d], ei pariter [e] homicida esse monstratur.

Item Hieronymus in Esa. c. 33.

¶ In maleficijs voluntas pro opere reputatur. C. XXV.

Poly. ibidem. Ansl. 11 c. 43. Iuo p. 10. 157.

OMnis iniquitas, & oppressio [f], & iniustitia, iudiciũ [g] sanguinis [h] est: & licet gladio non occidat; voluntate [i] tamen interficit.

Item Cyprianus tract. 4. de mortalitate.

¶ De eodem. C. XXVI.

Gen. 4

NVnquid [k] Cain [l], cum Deo munus offerret, iam peremerat fratrem? & tamen parricidium mente conceptum Deus prouidus ante damnauit [m] †. Vt illic cogitatio mala, & perniciosa conceptio Deo prouidente prospecta est; ita & in Dei seruis, apud quos confessio cogitatur, & martyrium mente concipitur animus ad bonum deditur Deo iudice coronatur. Aliud est enim martyrio animum deesse: aliud animo [n] defuisse martyrium. Qualem [o] te inuenit Dominus, cum vocat [p], talem pariter & iudicat: quando ipse testetur [q], & dicat: (Et scient omnes ecclesię; quia ego sum scrutator renum [r], & cordis [s].)

Apoc. 2.

† Ex isto tex. infertur (quod è contra primam partẽ glo.) q fine actu exteriori dr homicida cõcor. l. is qui cum telo, & ibi gl. & Doc. de sic.

Item Augustinus tract. 42. ad c. 8. Ioannis.

¶ Homicida est, qui fratri suo mala persuadet. C. XXVII.

NOli putare te non esse homicidam, quãdo fratri tuo mala persuades [t]. Si fratri tuo mala persuades; oc-

e ¶ Pariter.] Non quia æqualiter peccent, sed quia dignus est pœna æterna vterque.

f OMnis.] ¶ Oppressio.] C. quod metus cau. si per impressionem.

g ¶ Iudicium.] id est, ita punitur. & est digna puniri vt homicidium, quia vtrumque sufficit ad damnationem.

h ¶ Sanguinis.] Id est iudicatur esse effusio sanguinis, id est, homicidium, secundum. Hug.

i ¶ Voluntate.] Id est, actu voluntario, secundum Hu:

K NVnquid.] CASVS. In hoc capit dicitur, quod Deus respicit voluntatem hominum antequam perducatur ad actum, tam bonam vt eam remuneret & corroboret, quàm malam, vt eam condemnet. De mala probat per Cain: de bona per eũ, qui vult pati martyrium, quia remuneratur, etsi martyrium non eius victimas respuendo. vel damnabile pręsciuit.

n ¶ Animo.] Vt in B. Martino. sufficit enim affectus. arg. infra ea importuna.

o ¶ Qualem.] Supra d. 52. qualis.

AD DITIO. Et 13. q. 1. tempus & 26. q. 5. nec mirum. secundum Hug.

p ¶ Vocat.] 13. q. 2. quàm præposterum.

q ¶ Ipse testetur.] In Apocalypsi.

r ¶ Renum.] Id est, delectationum.

s ¶ Cordis.] Id est, cogitationum. Vnde Augustinus super illũ locum: scrutans corda, &c. Corda, i. quodquisque cogitat. Renes, id est, quod quemcunque delectat.

t NOli.] ¶ Persuades.] Supra dist. 45. sane plus n. est persuadere quàm facere, ar. ff. de ser. cor. l. 1. § per suadere. qui enim persuadet corrumpit: non qui cogit, vt ibi.

a ¶ Ma-

a ¶ Machera.] i. gladius: alia translatione dicitur, gladius acutus, sup. ea perniciose.

b HOmicidium.] Putabatur.] Male intelligentibus, nam prohibitum erat, & omne unde malum oritur extra de constit. nam concupiscentiam.

c ¶ Aper-

g ¶ Non minus.] Sup. 32. q. 5. sicut enim. 6. q. 1. cap quæro, §. verum hoc, in fine, 15 q. 6. cap. 1. 8. q. 1. sciendum, 14. q. 5. si quid. 32. q. 5. qui viderit contra, infra distinct. 2. sicut tribus. contra Sol. reuera magis reus est si opus adhibeatur, sed hoc quo ad sufficientiam æterni interitus accipe. Vel dic, quod non minus est reus: idest, nihilominus reus est, quamuis ad factum non perueniat, non quin plus peccet (vt dixi.) Si opus sequatur: quod patet ex eo quia prohibitum est malam voluntatem in opus producere, sic ergo contra prohibitionẽ illam faciẽs plus peccat. qui ergo opus adijcit voluntati, iniquitatem adijcit iniquitati.

h ¶ Voluntas.] Non opus tantum: vel nõ facit, vt opus sit remuneratorium, sed volũtas, sicut & alibi dicit. s. ꝙ sufficit eleemosyna cordis, non non corporis, 45. dist. duæ, quandoque tamen opus etiam minus bonum in bonũ conuertitur diligẽtibus Deum. infra distin. 2. nullus eorum. argum. extra de reg. iur. estote. Illud autẽ nota, quòd peccata, quæ sola voluntate contrahũtur, sola volũtate dimittuntur, secundum Baz. argu. ff. de pact. ab emptione. sed contrarium credo si ad consensum voluntas peruenit, arg. sup. 6. dist. testamentum.

i ¶ Contritione.] Infra ea §. non ita.

i ¶ Contritione.] Illa scilicet, quę est virtus 2, non illa, quæ est passio, scilicet afflictio, qua punitur quis interius pro peccato, nec illa, quæ est actio, qua se punit aliquis. Hug.

Psal. 56

cidis. Et ut scias, quia occidis, audi psalmum: [Filij hominum, dentes eorum, arma, & sagittæ; & lingua eorum machera [a] † acuta.]

†gladius acutus.) orig.

Item lib. 19. contra Faustum, c. 23.

¶ Occidit, qui ad nocendum mouetur. C. XXVIII.

Gloss. ord. in Matth. c. 5

HOmicidium lege uetitum putabatur [b] non aliud esse, nisi corporis perẽptio. Aperuit [c] ergo Dominus omnem iniquum motum [d] ad nocendum fratri, in homicidj genere deputari.

¶ *Verba propria B. Augustini sunt hæc*: Quia enim non intelligebat homicidium, nisi peremptionem corporis humani per quam vita priuaretur; aperuit Dominus, &c.

Item Augustinus lib. 50. hom. homil. 28.

¶ Furti tenentur, qui solo timore non furantur. C. XXIX.

SI propterea non facis furtum, quia times, ne uidearis; intus fecisti, in corde [e] fecisti: furti teneris [f], & nihil tulisti.

Idem de libero arbitrio, lib. 1. c. 3.

¶ Non ideo minus delinquit, cui sola deest facultas. C. XXX.

Iuo p. 8. c. 104. Pann. l. 7 c. 19.

SIcuti etiam non contingat facultas concubendi cum hac coniuge aliena, planum tamen aliquo modo sit id eum cupere, & si potestas detur, facturum esse; non minus [g] reus est, quàm si in ipso facto deprehenderetur †. *Item sicut auctoritas testatur.* [¶ Voluntas remuneratur, non opus. Voluntas [h] autem in cordis contritione [i] est: opus uero in oris confessione.]

† Cõcor. l. is qui cum telo. & ibi gl. & Doc. cum conc. C. ad l. Cor. de sica.

u ¶ Voluntas.) *Hęc vsque ad finem sunt ex homilia 26. operis imperfecti in Matthęum.*

Luce clarius constat cordis contritione, non oris confessione peccata dimitti.

Item Prosper lib. 2. de uita contemplatiua, c. 7.

C. XXXI.

Sent. 4. dist 17.

POrro [k] illi, quorum pecccata humanam notitiã latẽt,

c ¶ Aperuit.] In Euangelio vbi dicit: Qui dixerit fratri suo Fatue, reus erit mortis. si quis dixerit fratri suo Racha, reus erit consilio 55. dist si Euangelica.

De hoc dr. Apl. nõ qd volo bonum hoc ago.

d ¶ Motum.] Post primũ qui in ptãte nostra, non est 1.

SI propterea.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si habuisti animum furandi quamuis nihil furatus fueris, quia times ne videreris, furtum tamen quo ad Deum commisisti. Sequens c. planum est.

e ¶ In corde.] Sup. 14. q. vlt. c vlt.

f ¶ Teneris.] Quo ad Deum, non quo ad hominem, cũ rem non contecta verit. ff. de acqu. post possideri, §. si rẽ. quia solo animo furtum non committitur, secundum legem, vt ibi dicitur.

SIcut etiam.] CASVS. Grat. infert ex supradictis, cum voluntas quo ad Deum remuneretur; & non opus: voluntas autem in cordis contritione consistit, opus vero in oris confessione: tamen manifestum est quod sola cordis contritione dimittuntur peccata.

POrro illi.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc c. Prosper intendit inuitare homines ad emendationem & confessionem peccatorum: qui si nolunt peccata emendare, sed volunt in sua malitia perseuerare, damnabuntur æterno supplicio, quia noluerunt subire humanum iudicium. Præterea melius est, vt homo spõte confiteatur peccatum suum, quàm vt expectet inde conuinci siue confiteatur illud publice in iudicio, vel ext. siue occulte, & intra se.

k ¶ Porro.] CASVS. Inuitat Prosper quemlibet hominem ad pœnitentiam. qui enim noluerit emendare delicta, æterno supplicio damnabitur: quia noluit subire temporale supplicium, melius est ergo ꝙ quis confiteatur peccatum occulte, vel etiam in iudicio cum potest inde conuinci, & pœnitentiam agere, vt sic commutet pœnam æternam in temporalem.

2 Contritio virtus siue gra est virtus mentis. s. humilitas, qua homo humiliatur & conteritur & psternitur: & sic disponit vt velit se p peccato puniri, & satisfacere pro illo. Arch.

Supplicium patietur ęternũ, qui tpale non subijt.

a ¶ Et

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Et vltorem.] Quasi sine confessione, & in hoc facit ad propositum: sed tamen hoc non est verum: quia confiteri tenetur sacerdoti. sed hoc vult dicere, quod deberet recognoscere peccata sua, & inde se damnare, & se redarguere & dicere, tali pœna sum dignus, & sic sunt sui iudices 3.

bris inuenio plures, §. & hoc voluit Lau. Ben. sic ponit casum. Ab isto loco inducit Gratia. auctoritates euidentiores ad probandum suum propositum, & suspendit conclusionem suam vsque ad §. [Item si antequam.] Et ibi infert conclusionem. & ab eodem §. suspendit iterum suam

3 Vt inf. ea. tres vltra me. ad hoc facit quod dicit Aug. peccatum tuum te iudicem habeat, non patronum. Arch.

nec ab ipsis confessa, nec ab alijs publicata; si ea confiteri, aut emendare noluerint; Deum, qnem habent testem, ipsum habituri sunt & ultorem [a]. Et quid eis prodest humanum uitare iudicium; cum, si in malo suo permanserint, ituri sint in æternū, Deo retribuente, supplicium? Quòd, si ipsi sibi iudices fiant, & veluti suæ iniquitatis vltores, hic in se voluntariam pœnam seuerissimæ animaduersionis exerceant: temporalibus [b] pęnis mutabunt æterna supplicia; & lachrymis ex uera cordis compunctione fluentibus restinguent æterni ignis incendia.

Et infra ibidem.

C. XXXII. Sent. ibidem.

Facilius [c] Deum sibi placabunt illi, qui non humano conuicti iudicio, sed ultro [d] crimen agnoscūt: qui aut proprijs illud confessionibus produnt; aut nescientibus [e] alijs (quales occulti sunt) ipsi in se uoluntariæ excommunicationis sententiam [f] ferunt; & ab altari, cui ministrabant, non animo [g], sed officio separati, uitam suam tanquam [h] mortuam plangunt; certi, quòd reconciliato sibi efficacis pęnitentiæ fructibus Deo, non solum amissa recipiant [k], sed etiam ciues supernæ ciuitatis effecti, ad gaudia sempiterna perueniant.

¶ In plerisque vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori: in nonnullis autem reliqua etiam vsq; ad c. Medicina.

7 *Hoc idem probatur auctoritate illa prophetica: [In quacumq. hora peccator fuerit cōuersus, & ingemuerit, &c.] Non enim dicitur, ore confessus fuerit, sed tantum: [Conuersus fuerit, & ingemuerit, uita viuet, & nō morietur.] Hinc etiam propheta ait.* Esa. 30. Ioel. 2.1.

C. XXXIII.

Scindite corda vestra, & non vestimenta.

Ostendens in cōtritione cordis, quæ in eiusdem scissione intelligitur, non confessione oris, quæ pars est exterioris satisfactionis, quam scissuram vestium nominauit [l],

b ¶ Temporalibus.] In sustinendo tēporales pęnas euadunt æternas. sup. 13. q. vlt. c. vlt.
c ¶ Facilius.] 11. q. 3. c. ad mensam. §. euidenter. ibi allegabat hoc pro capitulo
d ¶ Sed vltro.] Arg. 50. dis. presbyterum. arg. pro sponte confessio.
e ¶ Nescientib.] Inf. ea. § similiter.
f ¶ Sniam.] Quod fit cum in secreto interius compunguntur, & confitentur sacerdoti, vt inf. ea. dis. vide benignum. & c. iudicet. non tamen sibi pœnam imponendo, vel se ligando, secundum quod G. inducit cap. sed fecerūt voto & proposito quo se damnent ad talem pœnitentiam subeundam iudicio sacerdotis.
g ¶ Non animo.] s. perpetuum, sed officio s. ad tempus 2. propositum quippe, & ca. vel non animo tantum, sed officio auctoritate. s. superioris. vel non animo tā um, sed officio i. iudicio superioris ab officij executione abstineant, vt inf. ea. di. in actione, & inf. distin. 5. c. 1.
2 Vt inf. ea. in gl. 1. prætermissa.
h ¶ Tanquam.] Inf. e. dis. in actione, sup. 50. dist. & purgabit. c. de his vero.
i ¶ Amissa.] Idest, prætermissa & dimissa ad tempus. propositum quippe habent peracta pœnitentia ad pristinum altaris officium, unde sponte recesserant, remeare. ut 50. dist. domino sancto. & cap purgabit.
K ¶ Recipiant.] i. iudicentur digni recipere H.
HOC IDEM. Hæc est 7. pars primæ partis, in qua intendit magister probare quod non in confessione, sed in cordis contritione dimittuntur peccata. si. n. confessio est signum pœnitentiæ tantum *, &c. & hoc probat nouem auctoritatibus sanctorum. Io. de Fan.
CASVS. H. sic ponit casum hunc Ab hoc loco vsque ad §. sequentem per multas auctoritates & per exempla, & per argumenta probat Grat. peccata dimitti in contritione cordis absque oris confessione, & operis satisfactione, & sunt plana omnia, quæ vsque illuc inducuntur, & facit vnum, §. tantum, vsque ad illum, §. [Alij econtra.] Et satis potest hoc stare. sed in quibusdam li-

suam conclusionem vsque ad §. [Cum ergo.] & ita peruenit vsq. ad §. [Alij econtra.] & hoc videbis per decem auct. quas ponit in littera. Et scias quod quidam in principijs omnium auctoritatū c. faciunt. sed H. non facit, nec Gra. cum sæpe pauca verba de auctoritate inducat. [Octaua.] s. ætatis surgentium. tunc. n. fiet iudicium, quod ab hominib. timetur. vel octauæ diei, quæ dr̄ dies iudicij, & aduentus. Dicit ergo. [timore octauæ.] i. iudicij & aduentus. [Cum. n. Deus.] verba sunt Gratiani.
l ¶ Scindite.] ¶ Nominauit.] Et bene: quia sicut scindere vestimenta inutile est: nisi fiat per distinctionem & proportionem eius quod deberet vestiri: ita etiā satisfacere exterius. i. confiteri exterius non prodest nisi præcedat scissio cordis. i. contritio secundum cuius motum & modum sequatur oris confessio, & operis satisfactio, quę scissura vestium appellatur. Pe.

a ¶ A

a ¶ A Parte.] Oris cōfessio est pars * exterioris satisfactionis, quæ hic totum dr̄, infra. ead. quem pœnitet. Vel dic superius infinitatum efficitur pars inferioris infinitati. cum enim hæc vera sit, omnis homo est animal: vtroq; termino infinitato recte conuertitur, ergo omne non

ex libero arbitrio procedit, meretur remissionē: quæ tm̄ gratiæ, quæ omnia præcedit, erit attribuenda tanquam causæ: quidam tm̄ prius ponunt remissionē. Vel conuertimini, id est ostendite uos humiles ad conersionem, & ego cōuertar ad vos, i. primam gratiam vobis infundā. Contritio præcedit remissionem.

* Est pars impropriè. Nā cōfessio, & satisfactio est propriè sumantur, sunt distinctæ partes sacramenti pœnitentiæ. cōcil. Trid. sess. 14. canō. 4. & S. Th. 4. d. 16. q. 1. ar. 1 q. 1. & 3.

à parte [a] *totum intelligens, peccata dimitti.*

Hinc etiam per eundem Prophetam Dominus ait. Ioelis 2. & Zach. 1.

C. XXXIIII.

Conuertimini [b] ad me in toto corde vestro; & conuertar ad vos.

¶ Confecta est sententia ista ex verbis Ioelis, cap. 2. & Zachariæ, cap. 1.

Sent. ibidem.

Conuersio [c] *autem dicitur, quasi cordis vndique versio. Si autem cor nostrum vndique à malo ad Deum vertitur; mox suæ conuersionis* [d] *fructum meretur; vt Deus ab ira sua ad misericordiam conuersus, peccati præstet indulgentiam, cuius † primo præparabat vindictam. Unde datur intelligi, quod etiam ore tacente, veniam consequi possumus. Hinc etiam leprosi* [e] *illi, quibus Dominus præcepit, vt ostenderent se sacerdotibus* [f], *in itinere, antequam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quòd antequā sacerdotibus ora nostra ostendamus id est, peccata nostra confiteamur; à lepra peccati mundamur. Hinc etiam Lazarus* [g] *viuus de monumento pdijt: non prius de monumēto est eductus, & postea à Domino suscitatus: sed lapide* [h] *remoto, quo monumētum claudebatur, in sepulchro* [i] *reuixit; et foras viuus pdijt. ¶ Hinc etiam, vt Dominus ostenderet, quòd non sacerdotali iudicio, sed largitate diuinæ gratiæ peccator emundatur; leprosum tangendo mundauit* [k], *& postea sacerdoti sacrificiū* [l] *ex lege offerre præcepit* [m]. *Leprosus enim tangitur, cum respectu diuinæ pietatis mens peccatoris illustrata componitur. Vnde post trinam negationem Petrus, Domino eum respiciēte, profudit amaras lachrymas, quibus culpā negationis suæ diluit. Leprosus semetipsum sacerdoti repræsentat, dum peccatū suum sacerdoti pęnitens confitetur. Sacrificium ex lege offert dum satisfactionem ecclesię iudicio sibi impositam factis exequitur. Sed antequam ad sacerdotem perueniat, emūdatur: dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati venia indulgetur. Hinc etiam medici negātur suscitare aliquē, vt resuscitatus cōfiteatur dum per prophetam dicitur, [Nunquid medici* [n] *resuscitabunt, & confitebuntur tibi?] Item: [A mortuo* [o], *vt*

† al. cui
Luc. 17.
Ioan. 11.
Math. 8.
Luc. 22.
Psal. 87.
Greg. in ps. 1. pœnit.

ar. inf. distin. 5. falsas. Vel dic, conuertimini per comissionem culpæ, ad quam quilibet tenetur: nō per gratiam habendam, quā nemo meretur vel demeretur, sicut vides in radio solis: si enim aperio fenestram, intrabit sol. si clausero, nō intrabit tm̄ non possum eū cogere quod intret. vnde dictū est de homine, quod est spiritus vadēs & non rediēs, per se. si tm̄ habeat gratiam potest mereri vitam ęternam. vnde nō valet hoc arg iste non potest mereri quod minus est. ergo nec quod maius. Itē nec hoc iste ē magis malus hodie quam heri ergo minus habilis ad suscipiendam gratia, quàm hæri instātia est in Cepha, id est Petro. G. 2.
c ¶ Conuersio.] Arg. quòd non tantum valet verbum simplex quantum compositum. Arg contra si. ad leg. Aquil. si seruus. §. inquit. vbi dicitur ruperit, id est, corruperit.
2 Vt 50. d. si delior.
d ¶ Suæ conuersionis.] Argum. contra 11. q. 3. qui iubēte 3. sed hic de fructu. remissionis diuinæ, ibi humanæ.
3 Vbi loquitur de venia pœnæ.
e ¶ Leprosi.] Scilicet decem, de quibus legitur in Euangelio Lucæ 4. qui designāt peccatores. ADDITIO. Scilicet lepra peccati infectos, secundum Hug.
45. c. & 23. c.
f ¶ Sacerdotib.] Primo ergo est Deo cōfitendum, postea sacerdoti infra, ea. §. ex his omnibus.

Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, qualiter intelligitur.

ne non animal est non homo, & sic non scindere corda est inferius ad non scindere vestimenta. planius dixisset à toto ad partem.
b ¶ Conuertimini.] Sed nunquid statuendū est huic ordini, vt prima sit nostra conuersio, sequēs Dei? videtur argu 43. dist. sit rector. extra de vi. & hone. cler. c. vlt. in fine. Arg. cōtra inf. dist. 4. dicit dominus ff. de sola. nec enim, & præterea nemo meretur primā gratiā. quomodo ergo hoc præcipitur alicui, conuertimini &c. Sol. tale est 1 illud quale illud, surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Vel respicit hic ordinem iustificationis, quia contritio, qua conterimur, causaliter pręcedit remissionē, & sic contritio, quę

1 Idest, talis est modus loquendi.

g ¶ Hic etiam Lazarus.] Id est, peccator consuetudine peccandi depressus. Arg. inf. d. 2. sicut tribus §.
h ¶ Lapide.] Onere peccati.
i ¶ In sepulchro.] Id est in cordis contritione.
K Mundauit.] In Euangelio Matthæi.
l ¶ Sacrificium.] Id est, satisfactionem.
m ¶ Præcepit.] Supra 93. d. Dominus. & ita ex præcepto tenetur quis confiteri.
n ¶ Medici.] i. sacerdotes qui medicinam animæ præstāt. sed Deus dicitur medicus, vt inf. d. 3. adhuc instant. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & 11. q. 3 quomodo.
o ¶ A mortuo.] id est permanente in peccatis.

Confitere primo Deo de hinc sacerdoti.

Sacerdotes dicuntur medici.

a ¶ Ax.

n ¶ Anctoritas.] In lib.Iesu filij Sirach, scilicet Ecclesiastico.
b ¶ Perit.] Id est,non est,quia non pœnitet talem,vt infra distinct.3.Iudas.& ita perit hoc quod non est. Arg. ff.de constitut.pecu.id quod.vel si est,non est vtilis quo ad vitam.agu. quòd rescriptum ab excõmunicato impetratũ sit nullum ipso iure.
Argum.contra,infra de consec.distin.2.& dixit.
Peccatũ ducit ad non esse.
c ¶ Velut.] Qui enim peccat, nullus est: quia peccatum ducit ad non esse, cum nihil sit 1, iuxta illud:
1 Infra e. d. 2.§.fi.
Et sine ipso factum est nihil.& est velut similitudinariũ. sed ad litteram potest hoc intelligi:q̃ post mortem nemo valet cõfiteri,vt de illo diuite legitur in Euangelio.
d ¶ Qui memor.] Quantum ad gratiæ susceptionem, dum est in peccato.
e ¶ Si ergo.] Quaõ dicat nullus ad sui salutem.
f ¶ Dinatione.] Extra de bapt.& eius ef fe.maiores.
g ¶ Patet.] Ecce conclusio magistri.
h ¶ Si antequã.] Habito quod ante confessionẽ peccator resuscitatur, probat q̃ quando confitetur, non est in peccato:si eñ post resurrectionem suam antequã confiteatur incipiat mori id est, peccato obligari;sequeretur quod mortuus, id est, in pecato existens confiteretur: quod tamen non potest esse ante resurrectionem, nec post. a mortuo enim, &c. perit confesio. concludit ergo quod viuens, id est, à reatu peccati absolutus confitetur, & ita in confessione nõ dimittitur peccatum.
R Esuscitatus.]
i R ¶ Anima.] Nota animam alio modo suscitari quàm corpus.
K ¶ Si autẽ.] Verba Magistri.
l ¶ Apostolus.] In epistola secunda ad Corinthios 6.c.
m ¶ Conuentio.] Id est,communicatio.
o ¶ Belial.] Apostata interpretatur.
o ¶ Lucis.] Id est, illuminationis. & est argum. quod contraria sese non patiuntur.arg.16.q.7.in nona,inf.ea.§.rum ergo..
p ¶ Dominus ait.] In Euangelio Ioannis.

auctoritas [a] *ait,perit* [b] *confessio,velut* [c] *a eo qui non est.*] *Vnde pœnitens ille,qui timore octauæ tertius exclamauerat;*[*Domine,ne in furore tua arguas me,neque in ira tua corripias me:*] *postea supplicans aiebat,*[*saluum me fac propter misericordiam tuam: quoniam non est in morte, qui memor* [d] *sit tui:in inferno autem nullus tibi confitebitur.*] *Si ergo* [c] *nullus confitebitur,nisi resuscitatus; nemo autem viuit æternę gehennæ filius,& perpetua damnatione* [e] *dignus,patet* [g], *quòd antequam quisque confiteatur peccatũ,à reatu suæ præuaricationis,quo æterna sibi debebãtur supplicia,per gratiam interne compũctionis absoluitur* ¶ *Item,Si antequã* [h] *quisq; confiteatur,à Domino resuscitatur;vel resuscitatus viuit dum confitetur; vel post resurrectionem iterum mortuus est,& confitetur. Sed, sicut antequam resuscitaretur mortuus,cõfiteri nõ poterat; sic post resurrectionem mortuus cõfiteri non valet. Restat ergo vt resuscitatus viuat,dum peccatum cõfitetur* [α] *Habet itaq; suscitatorem suum sibi præsentem,seque inhabitantem.*

a ¶ Abra. Eccle.17.
psal.6.

α ¶ Confitetur.] *Hic in vulgatis interȳciebantur hæc,* ergo sola contritio,in qua fit resuscitatio,tollit peccatum. *quæ absunt à plerisque,& emendatioribus Gratiani codicibus.*

Vnde Augustl.ait in Psal.70.

C XXXV.

REsuscitatus corpore viuit absente suscitatore. Non autem sic resuscitatus in anima [1].

¶ *In glossa ordinaria in ps.70.vers.*Deus docuisti,*in ver.*mirabilia.*ex Augustino hæc afferuntur.*Quid mirabilius,quàm mortuos suscitare? Suscitatus corpore viuit etiam absente suscitatore;non sic suscitata anima sine Deo: *quæ sententia fusius exponitur apud ipsum* B. *Augustinum concione secunda in eundem psalmum.*

Cum enim Deus sit vita animæ,anima vero vita corporis;sicut corpus viuere non potest absente anima; ita nõ nisi Deo præsente anima viuere valet. Habet itaque anima sibi Deum præsentem per gratiam,qua viuẽs,peccatũ suum confitetur,eamq; vita quæ Deus est,inhabitat:quã inhabitando viuere facit. Si autem [k] *illam inhabitat;ergo templum spiritus sancti facta est:ergo illuminata est:ergo à tenebris peccatorum expiata est:ergo tẽplũ diaboli esse desijt;quæ ad lucem venit,cuius respectus tenebras fugat. Nulla enim(vt ait Apostolus* [l]*)conuentio* [m] *Christi ad Belial* [n]*;nulla participatio lucis* [o] *ad tenebras;nulla communicatio iustitię & iniquitatis;nullus consensus tẽplo Dei cum idolis. Item,vt Christus ait:*[*Omnis qui odit malum, in luce agit.*] *Qui autem in luce agit sicut Augustinus ait, in Christo operatur. Qui autem in Christo operatur,eius filius phibetur. Vnde quibusdã Dominus ait* P:[*Si filij Abrahę*

2.Cor.6.
Ioan.3.

2 ¶ Abrahæ.] Su.12.q.2.quæritur.§.item opponitur.
b ¶ Duobus.] Exigentibus contraria.
Q b ¶ Duobus.] Diuersis, pura in eo q̃ sunt diuersi. aliàs secus. ff. de oper lib duorum.
c Vinatus.] ¶ Ex Deo.] Cooperante per gratiam.
Io.8.
estis, opera Abrahę [a] *facite.*] ¶ *Item.*[*Vos ex patre diabolo estis, quia opera patris vestri facere vultis.*] *Nemo autem filius Dei, & diaboli simul esse potest.*[*Nemo enim vt ipse ait, duobus* [b] *dominis seruire potest.*] *Item,vt Ioannes ait in epistola sua 1.c.3.*

Matt.6.

C XXXVI.

QVi natus est ex Deo [c], non peccat [d].

Ergo nec est filius diaboli [e]*. Solo* [f] *enim peccato,diaboli filij sumus. Ergo de eius regno trãslati sumus in regnum charitatis filij Dei; & sumus erepti de potestate tenebrarum, & facti filij lucis. Cum ergo ante confessionem,vt p batum est,sumus resuscitati per gratiam, & filij lucis facti, euidentissimè aparet, quòd sola cordis contritione, sine confessione oris peccatum remittitur.*

Coloss.1

Item Ioannes ibidem.

C XXXVII.

OMnis, qui non diligit; in morte manet.

Si ergo viuit [g]*,& diligit:si diligit,dilectio in corde est: dilectio autem in malo non est. Est enim proprius fons bonorum, in quo non communicat alienus* [h]*. Ergo bonus est iste factus per gratiam ante cõfessionem peccati:non itaq; malus est:bonus enim & malus aliquis simul esse non potest. Quòd si malus non est, membrũ diaboli nõ esse probatur:nec ergo dignus est gehenna, quæ diabolo, & mẽbris eius solummodo debetur:sicut æterna beatitudo solũmodo membris Christi paratur. Non ergo in confessione peccatũ remittitur;quod iam remissum esse probatur. Fit itaque cõfessio ad ostensionem pœnitentiæ, non adimpetrationẽ veniæ:& sicut circumcisio data est Abrahæ in signum iustitiæ,non in causã iustificationis;sic cõfessio sacerdoti offertur ĩ signũ venię acceptæ,nõ ĩ cãm remissionis accipiẽdę.*

1.Ioan.3.

2 ¶ *Alij econtrario testantur* [1]*, dicentes sine confessione* [k] *oris, & satisfactione operis neminem à peccato posse mundari,si tempus satisfaciendi habuerit. Vnde Dominus per prophetã ait* [l]*:*[*Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris* [m]*.*]

Gen.17.
Esa.43.

Item Ambrosius in libro de paradiso, c.14.

C XXXVIII.

NOn potest quisquam iustificari à peccato, nisi ante fuerit peccatum confessus [n].

Sent.4.dist.17.

d ¶ Peccat.] Coniunctim intelligendum moratur in sanctitate percepta,& regeneratione Dei, Quod sic debeat intelligi,habetur inf.dist.2.§.item secundum,& c. sic enim inquit.
e ¶ Diaboli.] Et ita ex virtute vel peccato nomen amittitur.
Non fit amicus ex viciosus, nec ex vir. timus,sicut & lex dicit q̃ adoptatus a senatore in filiũ, filius senatoris dicitur. ff. de senato. senatoris filius, & nupta clarissimo quamdiu non nubit alij inferioris ordinis, clarissima dicitur, vt ff. de senato. fęminæ.
f ¶ Solo.] Magnum autem peccatum est nõ agere pœnitentiam, & sibi cõplacere delicto. inf.dist.ea.fugit.
vel pec. tato.
g ¶ Mnis.] Viuit.] Per gratiam.
h Alienus.] à charitate præcisus, scilicet ad mortem.inf.ea. in actione. extra de regula. & transl.un. ad religio. licet in fine.

ALIIECONTRARIO. Hæc est 2.pars dist.in qua probat magister, q̃ si potest confiteri quis & non vult,non saluatur. quod est verum. Et subdiuiditur hęc pars in 6.partes. Secunda ibi, [Et venit.] Tertia ibi,[Nemo potest.] Quarta ibi, [Potest fieri.] Quinta ibi, [Quantuslibet.] Sexta ibi, Nonnulli.] Io.de Fã. CASVS. Allegat nũc Grat. pro alia parte. scilicet, q̃ adulto & discreto peccatũ non dimittatur sine oris confessione,& operis satisfactione, & ad hoc inducit multas auctoritates vsq. ad §.illum,[His auctoritatibus.[quæ quandoque modicũ,quandoque nihil faciunt ad propositum, sicut tu ipse videbis, sicut & superius fuerit. Sequentia autem c.plana sunt, scilicet dictu.& non potest.
i ¶ Alij econtrario testantur.] Ab hoc loco vsque ad §.his auctoritatibus pro alia parte allegat, q̃ sadulto peccatũ nõ dimittitur sine oris cõfessione,quod tamen falsum est *.benetñ dicimus q̃licet cordis cõtritione dimittatur peccatum,confessio tñ mundat, & satisfactio mũdat, & sic magis ac magis mundatur homo, sicut magis ac magis innouatur homo,infra,de consc.d.4 non ex quo, Auctoritates hic inductæ parum vrgent si diligenter exponantur.
K ¶ Sine cõfessione.] i.contempta, vt primam opinionem defendas,iuxta verbum illud dominicũ: Vade,& amplius noli peccare,infra dist.3 fi Apostolus.
l ¶ Per prophetam ait.] Dic,duplex est contritio & cõfessio.f.interior & exterior.de interiori.q̃ fit Deo dicitur q̃ sine confessione i non dimittunturnr peccata. Vel dic,ideſt propositum habes dicendi ore.
m ¶ Iustificeris.] i.a peccato munderis, vel bonis operibus replearis,vel,vt consecutiuũ non est,vel vt iustus alijs videaris,exẽplo tui proficientib. Vel intelligitur de exteriori,vt iustificeris quo ad alios,non quo ad Deũ *
n NOn potest.] ¶ Confessus.] Deo,vt inf.ea.sufficit con-

Confessio & satisfactio mundant.
* *Immo verissimum sine confessione falsẽ in voto non dimittit.*
Cõfessio est duplex.
1 De confessione ãt Iuã. Chrys. Confessio est solus animarum, restauratrix virtutũ, disipatrix vitiorum, ex purgatrix dęmonũ: quidplura? obstruit os iferni portas:aperit paradisi.
Immo Gratianus hoc inducit, vt ostendat neque apud Deum iustificari sine oris confessione.

confessio oris fit sacerdoti, cordis sit Deo. infra e. quæstionis 1 proximo. 11. q. 3. existimant.

a De ista hi in psal. Confitemini Domino quoniam bon⁹.

E Cce nunc.] CASVS. Ostendit Ambr. in hoc c. q̃ cõfessio liberat hominem a peccato: quia sine ea nemo potest saluari, & ad hoc probandum inducit auctoritatem prophetæ, & hoc in prima parte. In secunda parte ponit duas distinctiones pœnitentiæ, per quas ꝓbat, q̃ actus exterior est necessarius ad pœnitentiã. Secũda pars incipit ibi. [Pœnitentia vera. Sed certe prima diffinitio magis probat primam opinionem, quàm secundã. Sequentia autẽ quantum ca. plana sunt, ſ. perfecta. non potest. nullus neminem.

a ¶ Vera est.] Ergo sufficiẽs melius probat auctoritas hæc primam opinionẽ, quàm secundam.

b ¶ Plangere.] Non est hæc descriptio, q̃a hoc habuit Iudas ex timore seruili: sed est qualiscunque afflignatio.

c PErfecta.] Hoc c. habes inf. dist. 3. circa princ.

Sensualitas rationi repugnat.

d ¶ Cogit.] Hoc intellige quantum ad sensualitatẽ, quę sẽꝑ rationi repugnat: vnde Apostolus, caro concupiscit aduersus spiritum, & econuerso, Galat. 5.

e ¶ Tota.] Idest, omnis eius gradus.

f ¶ Humilitas.] Ne superbia efferat, vt pharisæus. Vt approbare eorum sententiam, qui dicũt q̃ remissio proponenda est iustificationi, sed hæc dicta sant de gratia iustificante, vel gratiam. i. gratiæ augmentũ. vt no. intelligas de gratia iustificante, vel non potest innotescere gratiæ acceptio. nam res tunc fieri dicitur quando innotescit. Vel hæc dictio, purgatus, ponitur in vim nominis: non participij: omnia enim hæc simul sunt tempore.

Mortali in peccato tria attenduntur

g ¶ Fructifera.] No. q̃ in peccato mortali tria attendũtur, impudentia, delectatio, & perpetratio. contra hæc tria triplici remedio opus est: contra impudentiã cõfessio, in qua est verecundia, inf. ea. quem pœnitet. delectationi opponitur amaritudo contritionis: perpetrationi opponitur operis satisfactio. inf. dist. 2. c. 2. Sed nunquid de venialibus tenetur quis confiteri? vt q̃ non, quia res pene contra naturam est, & c. vt 25. dist. 3. criminis. Dico q̃ de venialibus maioribus tenetur quis confiteri,

Cõfessio an debeat fieri de venialibus.

de quibus dicit auctoritas. Vitalij grandia, caue ne ob uaris arena, in f. ea tres sunt. sed est generalis confessio & specialis: speciali indigent mortalia. Vnde Psal. Lauabo per singulas noctes lectum meum, idest, conscientiã meam emundabo discurrens per singulas noctes, idest, per singula mortalia, de singulis, scilicet contrendo & satisfaciendo singillatim non confuse. in generali vero confessione sufficit confiteri venialia, vt fit in Missa, cum dicit sacerdos, confiteor Deo, &c. Illud non credo 2 q̃ existenti in mortali peccato dimittuntur venialia. infra dist. 3. de

2 Dist. 1.

h Non quotidianis.

Non potest quis.] Infra de consec. d. 4. non potest.

i ¶ Sordes.] Inf. de pœn. dist. 3. §. his auctoritatibus, &c. sunt plures.

k ¶ Confessionem.] Interiorem. i. cordis dolorem, & amaritudinem quo ad adultos.

l ¶ Baptismi.] Quo ad infantes. vel per baptismum prius, secundo per pœnitentiam, quæ est secunda tabula, de qua dist. 4. quamobrem.

m NVllus.] Veniam.] Quantum ad ecclesiam.

n ¶ Pœnam.] Non videtur hoc esse verum, nec de interiori pœnitentia, nec de exteriori. nam si de interiori quæ peccata deleuit, ergo & charitas affuit: quia alter non delentur peccata nisi per charitatem: tanta ergo est hæc pœna ex quo charitas adest, quanta esset ma ior quæ excogitari posset, & hic dicit qualemcumq; nec de exteriori. quia quandoque sine omni pœna exteriori dimittitur peccatum: iuxta illud. Vade, & amplius noli peccare inf. dist. 3. si Apostolus, sed tamen exaudi hoc de interiori 3. quod ergo dicit, etsi longe minorem. dic quo ad acerbitatem. ſ. pœnæ. nam pœna interior, etsi tanta fit, non tamen ita acerbe affligit: & ita non est contra inf. dist. 3 productor. quia illud de exteriori, vel illud de peccato originali, vt ibi dicam. Item contra supra 47. dist. omnes. vbi est verbum Apostoli. Sicut

ex-

Idem in sermone primo Quadragesimæ.

C. XXXIX.

ECce nunc tempus acceptabile adest; in quo confessio a morte animam liberat: confessio aperit paradisum: confessio spem saluãdi tribuit. Vnde scriptura dicit: [Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris.] His verbis ostenditur, quia non meretur iustificari, qui in vita sua peccata non vult confiteri. Illa ergo confessio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. ¶ Pœnitentia vera [a] est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit. Pœnitentia est & mala præterita plangere [b], & plangenda iterum non comittere.

Item Ioannes os aureum in hom. de pœnitentia, quæ incipit: [Prouida mente.]

C. XL.

PErfecta [c] pœnitentia cogit [d] peccatorem omnia libenter sufferre. *& infra.* ¶ In corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota [e] humilitas [f]: hęc est fructifera [g] pœnitentia.

Idem.

T. XLI.

NOn potest quis [h] gratiam doni ꝓcælestis accipere: ni si prius purgatus fuerit ab omni sorde [i] peccati per pœnitentiæ confessionem [k], per donum baptismi [l] saluta ris.

Item Augustinus in libro de continentia, c. 6.

C. XLII.

NVllus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam [m], nisi qualemcumque, & si longe minorem, quàm debeat, soluerit pœnam [n]. Ita ꝓ enim impertitur à Deo largitas [a] misericordiæ, vt non relinquatur etiam iustitia [b] disciplinæ.

inf. de pœ. di. 3. c. 1. inf. di. 4. pfecta. Sent. 4. dist. 17.

inf. de consd 4. non potest. † al. vitã] al. *Dei accipere*

Sent. ibidem. Poly. l. 6 tit. 20. Anſl. 11. c. 142. † *atque ita impertitur largitas*] orig.

Idem Vincentio, epist. 48.

C. XLIII.

Polyc. ibidem. † *Nec quemquam*] orig.

NEminem [c] † putes ab errore ad veritatem, vel à quocumque seu magno, seu paruo peccato ad correctionem sine pœnitentia posse transire [d].

Idem in libro 50. homil. homil. 49. de pœnitentia.

C. XLIIII.

Sent. ibidem. Polyc. ibidem.

AGite [e] pœnitentiam, qualis agitur in ecclesia, vt oret pro vobis ecclesia. Nemo dicat sibi, occulte ago, apud Deum ago: nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde [f] ago: Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cælo.] Ergo sine causa claues [g] datæ sunt ecclesię Dei: frustramus Euangelium [h] Dei: frustramus verba Christi: promittimus vobis [i] quod ille negat; nonne vos decipimus? Iob dicit: [Si erubui in conspectu populi cõfiteri peccata [k] mea.] Atq; ideo [a] si non potuistis habere, vel noluistis pudicitiam coniugalem, seu continentiam, & deuiastis à proposito, vel vinculo coniugali, vel deuotione continentiæ; sit in vobis dolor, & humilitas pœnitentiæ. Apertius dico. Nemo dicat, non intellexi. Qui post vxores vestras illicito vos concubitu maculastis, si præter vxores [l] vestras cum aliqua concubuistis; agite pœnitentiam, &c.

Matth. 16.

Iuo 31. apud Iax. expressius.

a ¶ Atque ideo.] *Addnæ sunt istæ duæ voces à collectore, quoniam mutatus ab ipso est ordo verborum B. Augustini. Nam apud B. Augustinum hęc, quę hic sequuntur, antecedunt ijs, quę supra sunt posita.*

Item Hieronymus super Exodum.

¶ Hic etiam, vt sæpe alibi obseruatum est, homilia 11. Origenis ad cap. 18. Exodi sub nomine B. Hieronymi citatur.

2 C. XLV.

ETvenitur bonum: & ita de alijs mẽbris, vt in quibus plus Deum offendimus, plus in illis ꝓ emitemus. vnde legitur, quod ranæ interemerunt reliquias Pharaonis, hoc est vanissquia. non autem posset attendi secundum radices mortuum.

a ¶ Largitas.] Quia in infinitum magis extenditur bonitas quam iniquitas. cum enim charitas crescit, non habet obicem, sed in infinitum crescere potest. Nam ratio naturalis est illi consona. quæ est contraria inquitatio. vnde istorum semita quasi lux splendens crescit in perfectum diem. inf. di 2. non reuertebantur. sed iniquitas habet obicem ſ. superiorem partem rationis, quæ semper remurmurat male agenti, & etiam offensio crea

b ¶ Non relinquatur etiam iustitia.] Ita est misericors Deus, q̃ etiam iustus: quia nullum peccatum præterit impunitum. q. d. licet sit ita misericors, non tamen ita per spem: immo, misericordiam & iudiciũ cãtabo tibi Domine. territi ergo iustitia confundamus de misericordia timeamus de iustitia, misericors est quia quemlibet punit citra demeritum, & remunerat vltra meritum: iustus quia nullum peccatum

c NEminem.] Magno. Si de venialibus hoc intelligas, ponitur pœnitentia pro pœnitudine. arg. in f. de consec di. 2. iteratur, arg. infra ea ties.

d ¶ Transire.] Vt magis iustificemini. inf. de consc. d 4. omnes. qui ism. sup. 23 q 4. quod faciet, & q. 7. quemadmodum.

AGite prius.] CASVS. Quidã erant, qui contemnebant confiteri, vel satisfacere de peccatis secundum præceptũ ecclesię, dicẽtes sibi sufficere, si occulte pœnitentiam agant: quibus præcipit Augu. vt pœnitẽtiam in cõspectu ecclesiæ agant, cui non sine causa datæ sunt claues ligandi & soluendi: & quòd hoc facere debeant, probat auctoritate Iob.

e ¶ Agite.] Alloquitur contemnentes & negligẽtes cõfiteri, & satisfacere secundum præceptũ ecclesiæ. vt intelligatur de exteriori pœnitẽtia, inferenda est hęc auctoritas, & quædam sequẽtes. Vel hæc auctoritas intelligitur de interiori pœnitẽtia, & satisfactione, sicut magister dicit. infra. eod. his auctoritatibus.

f ¶ In corde.] Supple & ideo non indigent sacerdotali iudicio, & sic bñ sequitur, ergo sine causa. simile

Cõfessio est præcepti. Status saluãdorũ est triplex.

1 Et fuit hęc visio Ezechielis prophetę, qui vidit tres vitos saluandos. ſ. Abraham ꝓ quẽ figurant continentes: Danielem. ꝓ quẽ vigines: Iob, per quẽ coniugati. Petr.

Universidad de Deusto Biblioteca

quia semper est in conspectu Dei & hoc probat per 6.c. Ioan.de Fant.

CASVS. Probat Hier. in hoc c. quod in conspectu ecclesiæ debet quis facere pœnitẽtiam, & hoc facit exemplo presbyterorum Israel, qui cum socero Mosi in conspectu ecclesiæ comederũt. mali vero a conspectu ecclesię & Dei fugiunt: quod probatur exemplo Adam, & exemplo Cain boni autem omnia in conspectu Dei & ecclesiæ faciunt. [Inquit,] s. Moyses & tangit id quod legitur in Exodo. s. cum Ietro socer Moysi venisset ad eum in desertum, venit Aaron, & omnes seniores vt comederent panem cum eo coram Domino.

a ¶ Et venit.] Illud tangitur quod legitur in Exodo. s. cũ Ietro socer Moysi venisset ad eum in desertum, venerunt Aaron & seniores omnes Israel vt comederent panem cum eo. Ietro pater fuit Æthiopissæ vxoris Moysi. 2.q.7. plerumque. § item obijcitur.

b In cõspectu] Quia statim pęnitent cum forte malum faciunt.

c ¶ Fugiunt.] Quia pęnitere contemnũt, vt dicitur infra.

d ¶ Abscondi.] Sed frustra: quia si ascendero in cęlum, tu illic es. vnde super illo versu posuit Anselmus hos versus:

Quo fugis Encelade? quascumque accesseris oras.
Sub Ioue semper eris: bene fac si viuere quæris. inf. dist. 2. §. vlt.

Adam ante peccatũ erat nudus.

e ¶ Nudus.] Nõ solũ amictu corporis, sed etiam mentis: quia etiam prius nudus erat veste. inf. dist. 2. vt cognouerũt. sed erat hic nudus virtutibus. inf. dist. 2. c. non est. § Romanos. nec tamen erubescebat Adã: sicut & pueri quã diu non peccant, non erubescunt ire nudi, sed postquam pruritum senserint in membris illis, naturaliter statim erubescunt ire nudi.

f ¶ Ego amplius.] Modus loquendi est iste Hier. vt 8 q. 1. licet, & est arg. pro veritate sæpius examinanda, vt 35. q. 9 graue.

Reuertẽs in breui non diuertit.

g ¶ Pleniorem.] Sensus est peccator corã Deo, qui tanquam Dei præsentiam erubescens continuo pęnitet. nõ enim diuertit, qui in breui reuertitur: & a conspectu Dei discedit, qui pęnitere contemnit, arg. sup. ead. dist. diuortium.

h ¶ In conspectu.] Sup. 17. q. 1. qui bona.

i ¶ Soli.] Regum enim delicta solum Deum habent vltorem. nam alium non timent. inf. d. 3. totam. hic tamẽ alia videtur expositio.

K ¶ Plus habet.] Quàm ille, qui a conspectu Dei fugit, & malum agit non coram Deo.

l ¶ Nescit.] i. contemnit, arg. 25. q. 1. hac consona. redibit tamen si prædestinatus est, inf. d. 2. c. super tribus. §. hæc itaque, & c. quicumque, verb. firmum.

Sed

Exo. 18.

nit [a], inquit, Aaron, & omnes presbyteri de Israel, manducare panem cum socero Moysi in conspectu [b] Dei.] Omnia ergo, quæ faciunt sancti, in conspectu Dei faciũt: peccatores † autem à conspectu Dei fugiunt [c]. Denique scriptum est, quia Adam, postquam peccauit, fugit à conspectu Dei; & interrogatus respondit: [Audiui vocem tuam, & abscondi [d] me, quia eram nudus [e].] Sed & Cain postquam pro parricidio condemnatus est à Deo, [Exijt, inquit, à facie Dei, & habitauit in terra Naim.] Exijt ergo à facie Dei, qui indignus est Dei conspectu. Sancti autem manducant, & bibunt in conspectu Dei, & omnia, quæ agunt, in conspectu eius agunt. Ego amplius [f] adhuc locum præsentem discutiens video; quia qui pleniorem [g] scientiam Dei accipiunt, & plenius diuinis imbuti sunt disciplinis; isti etiam si malum faciunt, coram Deo faciunt, in conspectu [h] eius faciunt: sicut ille, qui dixit: [Tibi soli [i] peccaui, & malum coram te feci.] Quid ergo plus habet [k], qui malum coram Deo facit? illud profecto, quod continuo pænitet, & dicit, Peccaui. Qui autem discedit à conspectu Dei; nescit [l] conuerti, & peccatum pœnitendo p rgare. Hoc ergo interest, malum coram Deo facere, & à Dei conspectu discessisse peccantem.

† peccator fugit] orig. — Gen. 4. — Gen. 4. — Psal. 50.

Item Ambrosius, lib. 1. de pęnitentia, c. 4.

C. XLVI.

SEd continuo, qui dixerat: [Sicut Adama faciam te, & sicut Seboim [m].] quæ duæ vrbes ex vicinia [n] Sodomorum parilis excidij traxere consortium. [Conuersum est, inquit cor meũ: in eo ipso conturbata est pænitentia mea; non faciam secundum iracundiam furoris mei.] Nonne apparet, quòd ideo nobis peccantibus indignetur dominus Iesus, vt indignationis suæ nos terrore † conuertat? Indignatio ergo eius non vltionis executio, sed magis absolutionis operatio est.

Osee 11. secundum lxx. — † al. furore

¶ *Capus hoc antea citabatur ex B. Augustino; restitutum est B. Ambrosio, & ex ipso locus scripturæ emendatus. Sequitur enim lectionem lxx.*

SEd & continuo.] CASVS. Probat Aug. hoc exemplo Iudaici populi, quod peccator vult pęnitere, & peccatũ corrigere, Deus qui pro peccato fuerat iratus, reuocat iram, & indulgentiam præstat. & ad hoc inducit auctoritatem Oseæ prophetæ contra Hierusalem. Sed certe in hoc c. non bene colligitur, vtrum de interiori satisfactione loquatur.

m ¶ Seboim.] Sex fuerunt ciuitates, quas destruxit Dominus iuxta Iordanem, Sodoma, Gomarra, Adam, Seboim, Segor, Aleale, quæ est Bale, vnde effectus est lacus Asphalti, qui dicitur mare mortuũ, & aqua illa nec est natabilis, nec potabilis ibi ferrum natat, pluma mergitur. ibi sunt poma pulcherrima exterius, interius autẽ plana fauilla & cinere. his verbis describitur luxuria. 35. dist. luxuriosa.

Ciuitates destructæ a Domino iuxta Iordanem.

n ¶ Ex vicinia.] ff. de cõtrah. emp. quod sæpe. §. vlt. arg. ex vicinitate contrahi vitium. 44. dis. c. cum autem. Arg.

con-

Lupanaria castitatẽ nõ infamant.

contra. quia lupanaria non infamant castitatem. 32. q. 5. tolerabilius. & est arg. ad quæstionem de duobus fratribus domum cõmunem habentibus. vnus habet partem inferiorem, alius superiorem; an vno peccante tota domus dirimenda sit. hoc autem capitulum non multum facit

Idem Ambrosius in libro de paradiso, c. 14.

C. XLVII.

Sent. ibidem. Gen. 3. — † Veniabilis] orig. — † medicabilis — Gen. 4. — † præscripto] orig. — † abest ab orig.

SErpens [a] decepit me, & manducaui.] ¶ Venialis [b] † culpa, quam sequitur professio delictorum. Ideo non desperata [c] mulier, quæ non reticuit Deo, sed magis confessa [d] peccatum est; quam medicinalis [e] † secuta sententia est [f]. Bonum est condemnari in peccato, & flagellari in delicto, vt cum hominibus flagellemur. Denique Cain, quia voluit crimen negare, indignus [g] iudicatus est, qui puniretur [h] in peccato. sed remissus est sine præscriptione [i] † pęnæ; fortasse non tam [reus † maiore crimine parricidij (illud enim commisit in fratrem) quam sacrilegij; quod Deo [k] credidit mentiendum, dicens. [Nescio: nunquid ergo custos fratris mei sum?] Et ideo accusatori diabolo eius accusatio reseruata est, vt cum eius angelis flagelletur, qui cum hominibus noluit flagellari. *et libro primo de pœnitentia, cap.* 1. Nam pastor [l] ille Euangelicus lassam ouem vexisse legitur, non abiecisse: & Salomon ait: (Noli esse nimium iustus [m].) Debent enim iustitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum se tibi curandum præbeat; quem fastidio habeas †? qui contemptui se, non com passioni medico suo putet futurum?

Luc. 15. — Eccl. 7. — † al. dedas

Idem Ambrosius eodem lib. 1. de pœnitentia, c. 11.

C. XLVIII.

Osee 6. — Matth. 9.

LIbenter [n] ignosco, prõpte indulgeo, misericordiã malo, quàm sacrificiũ: quia per sacrificiũ iustus commendatur [o]; per misericordiã peccator redimitur: (Non veni-

facit ad propositum: quia nec de interiori nec de exteriori pœnitentia tractat.

SErpens.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur Verba Euæ se excusantis. In secunda parte ponuntur verba Ambrosij super locum illum. Dicit enim, quòd qui non vult pro peccato puniri, agat pœnitentiam in hoc sæculo: quod quia Eua fecit, salutem obtinuit. Cain autem quia non doluit, reseruatum est eius peccatum æternaliter puniendum. Secunda pars ibi, [Venialis. Nam pastor] Quasi diceret, vere pœnitens est recipiendus, & non abijciendus, [nam pastor, &c. & loquitur de exemplo: quia de eo fit sermo in Euangelio.

Punietur in futuro, qui hic non pęnitet pro peccato.

a ¶ Serpens.] CASVS. Qui non vult in futuro puniri pro peccato agat hic pęnitentiam, & cõfiteatur, quod quia fecit Eua, salutem obtinuit. Cain autem, quia noluit, reseruatum est eius peccatum æternaliter puniendum.

Peccatum veniale dicitur multifariam.

b ¶ Venialis.] Sed quõ est venialis culpa Euæ, qua totus mundus ligatur. 5. dist. ad eius. Dic quo ad vitã æternam, nõ temporalem. veniale ergo est peccatum quod sequitur confessio, vt hic. Veniale etiam dicitur quod in veteri lege morte non puniebatur, sed per cæremonias purgabatur, nec aliam pœnitentiam eis lex imponebat, vt inf. dist. 6. c. 1. ver. nam venialia. Item est veniale quod causam veniæ habet annexam: vt quod fit per ignorantiam, vel impotentiam, quod est peccare in patrem & filium, vnde Apostolus: Veniam merui: quia ignorans feci. sup. 8. d consuetudo. sed ei, qui peccat in spiritum sanctum: quod fit per malitiam, non remittitur. 25. dist. qualis. 8. dist. consuetudo, inf. ea. potest.

c ¶ Non desperata.] Non enim desperare debemus, immo debemus moli inter duas molas, s. spei, & timoris: vnde dictum est. noli pignorare superiorem molã nec inferiorẽ. Ille superiorem pignorat, qui nõ timet; ille inferiorẽ, qui ita timet, quod in desperationẽ cadit, sicut Cain. 50. d. neq;.

Moli dẽmus inter duas molas.

d ¶ Cõfessa.] Fuit ergo Eua cõfessa, & et Adã similiter, inf. ea. distin. sicut primi. & cõfessa est cũ dixit, manducaui. Dicitur tamẽ in historijs P. mãducatoris in illo c. tũc fecerũt. quod Eua non pœnituit. immo peccatum retorsit in serpentem, & serpentis auctorẽ. sed ideo dicit P. manducator eam non fuisse confessam: quia non pure confessã est. dixit enim, Serpens decepit me, cõfessa est tamen cum dixit, & manducaui.

Adã & Eua cõfessi sũt.

e ¶ Medicinalis.] Scilicet confessio.

f ¶ Secuta sententia est.] Cum ei dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos paries in dolore, &c.

g ¶ Indignus.] Propter vtilitatẽ suam, sicut de ea, quę ministrat in caupona dicit lex, quod non potest accusari de adulterio propter sui vilitatem. C. de adult. qui adulterium: & est sensus huius litteræ, licet hic punitus fuerit, tamen eius pœna temporalis non fuit, sed æterna, quæ hic incipit. arg infra. dist. 3. c. sunt plures § auctoritates.

h ¶ Puniretur.] Temporaliter certa pœna. quæ imponitur pro fratricidio.

i ¶ Sine præscriptione.] Id est, sine certa pęna, sibi præscripta, & præfixa.

K ¶ Quòd Deo.] Arg. quod sacrilegium committit qui Papæ mentitur. ipse. n. obtinet vicem Dei viuentis in terris, infra dist. 3. inter hæc hircum. augetur hoc sacrilegium ex persona in quam committitur, sup. eadem, aut facta, circa princ.

Papæ mentiens, sacrilegus est.

l ¶ Pastor] Sed qui cum hominibus flagellari vult, recipiendus est, & non abijciendus. nam pastor, &c.

m ¶ Nimium iustus.] Et alibi, Qui multum emungit, elicit sanguinem, vt sup. dist. 4. denique.

LIbenter] CASVS. Ambrosius in hoc ca. introducit verba Dñi ignoscentis pęnitenti, & recognoscenti peccatũ suũ. magis. n. vult misericordiam quàm sacrificium veteris testamenti, cum per sacrificiũ iustus commendetur, per misericordiam peccator à pœna redimatur. Quod aũt dicit, commendatur, i. commendabilis appareret. [Misericordia] Id est, opera misericordiæ. [Lex,] Id est, vindicta. [Per me,) Scilicet Christum.

n ¶ Libenter.) In persona Christi loquitur.

o ¶ Commendatur.) Id est, commendabilis redditur 1. non autem per sacrificium iustus fit aliquis.

1 Dic clarius, quod hic dicit littera, ideo est, quia ex sacrificio siue ex alijs operibus legis non iustificabatur; sed iustus existens ex eis commendabilis redditur. Pe.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Iustos.] Id est, qui se putant iustos, & cõfiteri nolũt.
b ¶ Sed peccatores.] Id est, peccata sua recognoscẽtes.
c ¶ In lege.] 2 q. 2 gloria episcopi.
d ¶ Per Moysem.] Tanquam per ministrum.

MVltiplex.] CASVS. Hic ponit hunc casum. In hoc c. dicitur, ꝙ Deus subuenit peccatoribus per baptismũ, & per pęnitentiam, quam quis debet accipe ab ecclesia hãc enim potestatem dedit Christus prelatis ecclesiæ, vt pœnitentibus congruam satisfactionem iniungant. Si vero aliquis sine baptismo, vel sine pęnitentia decesserit, remissionẽ peccatorum, quam hic non habuit, in alia vita non consequetur. In fine vero vitæ petentibus pœnitentiam, & recõcilia tionem, neutrum denegetur. si tamẽ sunt hęretici, schismatici, vel excõmunicati, recipiãtur per scripturã & per iuramẽtum. si vero ex toto vocem amittãt & intellectum: neutrum denegetur, si per astantes constiterit illos sic petijsse.
e ¶ Multiplex.] Id est, multipliciter subueniens: aliàs natura simplex est.
f ¶ Per baptismi gratiam.] Pueris. nã ꝙ baptismus dicitũ prima tabula, ad pueros refertur, qui pœnitere nõ possunt adultis enim, nisi pęniteant, baptismus tabula non est. infra ead. secunda.
g ¶ Proprio.] Non ꝙ ipsimet sibi ipsis iniungant pęnitentiã: quia si ita intelligatur, ꝓ nihilo essent sacerdotib. datæ claues ecclesię, vt supra ea distin. c. omnis §. alij econtra & c. agite. sed quòd proprio motu confiteatur sacerdoti, vt supra ea. cap. non potest. & cap. ecce nunc. & cap. porro. & cap. facilius.
ADDITIO. Aliàs non est ca. per se, sed sub ca. præced. porro. Archid.
h ¶ Supplicationibus.) Si contemnatur oris confessio: aliàs secus, infra de consecra. distin. 4. baptismi vicem. vel nisi inuisibili administratione, inf. a ead. cap. vlti. in fine.
i ¶ Admitterent.] Aliter pro nihilo essent datæ claues ecclesiæ sacerdotibus, vt sup. ea. dist. c. omnis. § alij contra & c. agite.
K ¶ Eorum.] Scilicet impœnitentium pro omnibus enim viuis orat ecclesia, nesciens quis ad numerũ prædestinatorum pertineat, vt sup. 34. q. 3. corripiantur. 13. q. 2 non existimemus.
l ¶ Non poterit.] Sup. 25. d. qualis cõtra. Sol. hic de mortali, ibi de veniali: sed nisi signa pęnitẽtiæ, &c. extra de sent. excom. à nobis. quod dic vt no. 26, q. 6. si aliquis.
m ¶ His autem.] Sup. 26. q. 6. his qui.
n ¶ Deneganda.] Ita ꝙ nec appellatio valet. extra de ap. quã fronte.
o ¶ Veniæ.) Scriptum est. n. spiritussancti gratia tarda nescit habere molimina. arg. 26. q. 6. ag]ouimus.
p ¶ Per indicia.) Argum. ff. de leg. 3. nutu. ff. de noua. delegare.
q ¶ Testimonia.) Sup. 26. q. 6. qui recedunt. infra de con sec. dist. 4. ęgrotantes.
r ¶ Fidelium.) Maxime, quia etiam infidelis testimonium pro catholico dare potest, sup. 2. quæst. 7. si hæreticus.
s ¶ Regula.) Extra de hæret. sicut, sup. 1. q. 7. quoties. & cap. conuenientibus, & c. saluberrimum.

vocare iustos [a], sed peccatores [b].) In lege [c] sacrificium; in Euangelio misericordia est: lex per Moysem [d] data est; per me gratia. *Ioan. 1.*

Item Leo episcopus Theodoro Foroiuliensi episcopo, epist. 89. al. 91.

C. XLIX.

Sent. 4 dist. 17. Ans. l. 11. c. 13.

MVltiplex [e] misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis; vt non solum per baptismi gratiam, [f] sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ: vt qui regenerationis donum violassent; proprio [g] se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum peruenirent: sic diuinæ bonitatis præsidijs ordinatis, vt indulgentia Dei, nisi supplicationibus [h] sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Iesus Christus hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, vt & confitentibus pęnitentiæ satisfactionem † darent, & eadem † salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. [i] *& post pauca.* ¶ Si autem aliquis eorum [k], pro quibus Domino supplicamus, quocunq; interceptus obstaculo à munere indulgentiæ præsentis excesserit †, & priusquam ad constituta remedia perueniat, temporalem vitam humana conditione finierit; quod manens in corpore non receperit, consequi exutus carne non poterit [l]. *& post pauca.* ¶ His autem [m], qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pænitẽtiæ, & mox reconciliationis implorant: nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda [n]: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere: nec tempora definire: apud quem nullas patitur veniæ [o] moras conuersio. *& infra.* ¶ Ita † ergo talium necessitati auxiliandum est, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per indicia † [p] integri sensus quærere comprobentur. Quòd si ægritudine aliqua ita fuerint aggrauati, vt quod paulo ante poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant; testimonia [q] eis fidelium [r] circumstantium prodesse debebunt, vt simul & pęnitentiæ, & reconciliationis beneficium cõsequantur. Seruata tamen regula [s] canonũ pater-

† al. actionem
† al. eosdem
† al. exciderit
supr. 26 q. 6. his qui.
† Verũ, vt dixi etiã taliũ] orig.
† al. indicium

aVt Ioan. c. 2. Hug.
Baptismus est prima tabula.
Pœnitentiã sibimet nullus põt iniungere.
Ecclesia ignorat: quis ad pdestinationem pertineat.

NEmo potest bene.] Hæc est 3. pars huius secundæ partis d. in qua probat, ꝙ solus Deus dimittit peccata, sed sacerdos est minister, & de omni peccato. Io. de Fant.
CASVS. Dicitur hic quòd nulli datur indulgentia, nisi qui eam sperauerit & petierit. Quidam tamen hæretici dicunt, ꝙ lapsis in præuaricationem est communio deneganda: sed male, cum Deus omnia mala pœnitenti dimittat, & nullum excipiat.
a ¶ Nemo.] Adhuc probat, ꝙ oris confessio, & operis satisfactio necessaria est: cum solis sacerdotibus sit tradita potestas ligandi, & soluendi 11. q. 3. absit. ostendit etiam, quòd omni petenti datur venia.
b ¶ Indulgentiam.] Quæ obtineri potest nisi supplicationibus sacerdotum, vt sup. c proximo.
c ¶ Sed negant.] Quidam hæretici, vt Nouatiani, inf d. 3 c. Naum, §. item quòd, & c. adhuc instat, 24. q. 3 quidã, ver. Nouatiani.
d ¶ Præuaricatione.] i. per præuaricationem apostasiæ, post primam pœnitentiam.
e ¶ Excepit.] Cum dixit, In quacumque hora conuersus fuerit peccator, &c.
f ¶ Peccata.] Arg. contra, inf. e. c. importuna, §. qđ autẽ sed ibi soluitur, & intellige hoc de finali impęnitentia.
VErbum Dei.] CASVS. Ostenditur in hoc c. ꝙ oris confessio & operis satisfactio sit necessaria ad remissionem peccatorum: cum solis sacerdotibus ecclesia sit data potestas ligandi, & soluendi tanquam ministris Dei. [Verbum.] i.] Filius Dei. [Nullius potestatis,] id est, nulla sua potestate peccata dimittit.
g ¶ Verbum.] Idest, filius Dei, qui dicitur uerbum: quia sicut per verbum manifestatur voluntas alicuius: ita per filium voluntas patris, arg. 22. q. 2. is autem. Vel verbum, idest, prædicatio, quæ quandoque est causa contritionis, & ita per consequentiam remissionis. Et nota quod licet dicat, verbum: non tamen propter hoc excluditur spiritus sanctus, per quem etiam dicitur peccata dimitti 1. q. 1. remissionem. nec pater, quia inseparabilia sũt opera Trinitatis. de cõsec. dis. 3. omnes. 28 q. 1. sic enim. quandoque etiam ecclesiæ charitas dicitur dimittere peccata. vt de conse. dist. 4. ecclesiæ charitas.
h ¶ Iudex.] Id est, minister. ministerio enim, non auctoritate habet dimittere. de conse. dist. 4. aliud.
i ¶ Officium.] Supr. 23 q. 5. remittuntur, sup. 11. q. 3. quo. & c. audi officium. i. orationem. 1. q. 1. remissionem.
k ¶ Exhibet.] In moderãda satisfactione inf. ead. mensuram.
l ¶ Potestatis.] i. nulla sua potestate.
m ¶ Pari.] Illa, si diligis me, pasce, &c. & extra de elect. significasti.
n ¶ Nec ligandi.] ff. de reg. iur. nemo qui condemnare non potest, absolueri potest. 21 dist. inferior. ff. de re iud. qui condemnare. habes tñ quattuor exceptiones [1] in. f. de consec. d. 4. factum. ext. de sent. excom. tua, C. vbi sena. quoties, §. adeo C. de off. procons. l. 2.
POtest fieri.] Hæc est quarta pars huius secundæ partis dist. in qua quæritur quid fiat de illis, qui Deum in corde confitentur, & ore negant in pœna, & dicitur ꝙ non perdunt meritum. Io. de Fan.
CASVS. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima dicitur, ꝙ licet aliquis bonus inter supplicia neget Deũ sermone, sed corde confitetur: tamen ei pęnitentia confitenti vel pœnitenti venia non negatur. Quod probat Ambr. quadam similitudine. In secunda parte dicitur, ꝙ qui recedit ab vnitate ecclesiæ, & censet claues ecclesiæ non habere ius ligandi & soluendi, ipse veniam de suis peccatis non consequetur. In tertia parte dicitur, quòd quando potestas datur diabolo vt iustum affligat in eo plus ipse diabolus affligitur. In quarta parte dicitur, quòd licet Christus semel passus sit pro nobis, quotidie tamen immolatur in ecclesia cum corpus, & sanguinem eius sumimus. Secunda pars ibi, [Et infra.] Tertia ibi, [Et paulo post.] Quarta ibi, [Sicut semel. Aliquos,] idest, hęreticos,] Dicis,] ò Deus. [Debeant,] Scilicet sacerdotes.
o ¶ Potest fieri.] CASVS. Primo dicitur, ꝙ licet aliquis bonus inter supplicia neget Deum, tamen non minus coronatur a Deo: & hoc probat quadam similitudine.

norum circa eorum personas, qui in Deum à fide discedendo peccarunt.

¶ Caput hoc, vt est apud Gratianum, magis conuenit cum originali impresso inter opera B. Leonis, quàm in tomis conciliorum.

Item Ambrosius lib. 1. de pœnit. c. 1.

C. L.

3 NEmo [a] potest bene agere pęnitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam [b]. Sed negant [c] his oportere reddi communionem, qui præuaricatione [d] lapsi sunt. *et infra.* ¶ Deus autem nullum crimen excepit [e], qui peccata [f] donauit omnia.

Item Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel, c. 4.

C. LI.

Sent. 4. dist. 18. 23. q. 5. remittũtur. Idẽ l. 3. de spũ sancto, c. 19

VErbum [g] Dei dimittit peccata: sacerdos est iudex [h]. Sacerdos quidem suum officium [i] exhibet [k], & nullius potestatis [l] iura excercet. *et libro primo de pœnitentia, c. 2.* Dominus par ius, & soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrumque pari [m] conditione permisit. Ergo qui soluẽdi ius non habet, nec ligandi [n] habet. *et infra.* ¶ Certum est, quòd ecclesiæ vtrumque licet; hæresi vtrũque nõ licet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte igitur ecclesia vendicat, quę veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet.

¶ Confectum est caput hoc ex B. Ambrosii verbis, collectoris tamen arbitratu dispositis.

Idem in eodem 1. lib. de pænit. c. 3.

C. LII.

Polyc. lit. 12.

4 POtest fieri [o], vt aliquis victus supplicijs sermone

Filius Dei quare dicitur verbum.
1 Ad huius declarationem videas quod no. 21. dis. inferior. in gl. 1.

Secundo dicitur, ꝙ qui recedit ab vnitate ecclesiæ, dicens cla ues ecclesiæ non hꝫ ius ligandi vel soluendi; ipse veniam de peccatis suis non consequetur. Tertio dicitur, ꝙ quandoque potestas datur diabolo vt iustum affligat: & in eo plus ipse afflígitur. Quarto dicitur, ꝙ licet Christus semel fit passus pro nobis, quotidie tamen immolatur in ecclesia, cum corpus & sanguinem eius sumimus.

Quīto dicitur, quod omni pœnitenti & pœnitentiam agenti dimittitur pctm.

a ¶ Neget.] Et ita peccat mortaliter: quia nulla conditione debet ad hoc adduci, vt 2 11.q.2.primū & 11 q. 3.nolite. 32.q.5.ca.ita ne. vnde in epist. ad Rom. peccatum fuit Petro ore denegare, cum corde adoraret. 50 dist. fidelior.

b ¶ Adoret.] Id est credat & diligat vt prius. licet.n. non habeat charitatē, reputat tamen eum dominum suum.

c ¶ Indignū.] Supra dist 50. presbyteros.

d ¶ Non valere.] Nō tñ valet. quo ad vitā æternā, nisi fiat cum charitate. si enim tradidero corpus meum ita vt ardeam, &c. vt 1.q.1.vide. Vel loquitur de eo, qui postea pœnitet. argum. infra dist. 3. sepues. Et ita est arg. hic, ꝙ Deꝰ remunerat opera mortificata per peccatū. infra dist. 2. §. hæc ita que. & capit. non est tam iniustus.

Opera mortificata vtrū remunerentur a Deo.

e ¶ Vulgus.] Inf. dist. 3. ille rex. ver. sancti. & est pars c. eiusdē, scilicet Ambrosij.

f ¶ Patietur.] Quasi dicat non, si postea pœnituerint. Vel dic sine venia. i. pœnæ alleuiamento. inf. d. 3. pium. per hoc datur intelligi, ꝙ pœnitenti peccata dimittuntur.

g ¶ Pedes.] .i. affectus inferiores, scilicet venialia.

h ¶ Quod.] Scilicet, ꝙ claues non habent.

i ¶ Petrih æreditatem.] .i. innocentiam, vt sup. di. 40. non nos. Vel Petri hæreditatem, id est, potestatem dimittendi peccata.

K ¶ Sedem.] Idest, ecclesiam, a qua sunt alieni perfidissima.

l ¶ Impia.] 93. dist qui cathedram.

m ¶ Debilitandum] Per infirmitatem, vel aliud incommodum sæpe enim diabolus nititur vt homo patiatur ægritudinē, vel afflictionem, vt sic irascatur, & Deū offendat. sed sæpe per talia recognoscit peccatum suum, & compungitur, & armatur contra diabolum, vt Iob, & sic diabolus illuditur, fortior. n. resurgit post lapsum, vt 50. d. ferrum, & c. fidelior.

Infirmitas sæpe nos armat contra diabolum.

n ¶ Pro omnibus.] Quo ad sufficientiam, non quo ad efficaciam quia non nisi pro saluandis, infra de consec. dist. 2. semel, & c. iteratur 1.

o ¶ Corporis.] H. conuerit hanc literam sic. i. quoties sumimus sacrū corpus. nobis peccata dimittuntur. Sed tu dic vt inf. ead. gl. vlt. qñque. n. interius conterimur 2, & ore

1 *al gerant.*

2 *Al. ore mat.*

neget [a], & corde adoret [b]. Nūquid eadem causa est eius, qui spōte neget, & eius, quem tormenta inclinauerint ad sacrilegium, non voluntas? Quàm indignum [c] autem, cum apud homines valeat certaminis gratia, vt apud Deum non valere [d] asseratur? Nam sæpe in hoc athletarum sæculari certamine, etiam victos, quorum fuerint certamina probata; vulgus [e] hominum cum victoribus coronare consueuit: maxime quos viderit, aut forte dolo, aut fraude exclusos victoria. Christus ergo athletas suos, *Psal. 76.* quos viderit grauibus paulisper cessisse supplicijs, sine venia patietur [f] manere? Nunquid non habebit remunerationem laboris, qui etiam quos proijcit, non in æternum proijcit? *& infra, c. 6.* ¶ Dicis Petro excusanti, ne *Io. 13.* eius pedes [g] lauare: [Nisi lauero tibi pedes, non habebis partem mecum.] Quod ergo isti possunt consortium tecum habere, qui claues regni non suscipiunt, negantes, quòd dimittere peccata debeant? Quod [h] recte quidem fatentur de se. Non enim habent Petri hæreditatem [i], qui Petri sedem [k] non habent, quam impia [l] diuisione discerpunt. *& c. 13.* ¶ Aegritudo carnis peccatum repellit: luxuria autem carnis, culpam adolet. Illuditur ergo diabolus, vt se ipse morsu suo vulneret, & contra se armet, quem debilitandum [m] putauit. *& infra.* ¶ Quod nocet corpori, iuuat spiritum. *& lib. 2. ca. 3.* ¶ Sicut semel pro omnibus [n] immolatus est Christus; ita quotiescumque peccata donantur, corporis [o] eius sacramentum sumimus, vt per sanguinem eius fiat peccatorum remissio. Ergo euidentissime Domini prædicatione mandatum est etiam grauissimi criminis reis, si ex toto corde, & manifesta P confessione peccati pœnitentiam agant †, sacramenti ¶ cælestis gratiam refundendam.

† *al gerant.*

α ¶ Sedem.) *Apud B. Ambrosium legitur*, fidem: *quod ob gloſſā non est mutatum: sed multa alia sunt emendata.*

Idem lib. 2. de pœnitentia, c. 7.

C. LIII.

¶ Quantuslibet [r] ergo ore cordis corpus Christi sumimus 3. inf. de consec. 2. quid ? Sanguis vt fit sanguis. in princ. sed peccata adulto fine confessione ore & contritione non dimittuntur, inf. ea. d. tres, unde cum Petr. dimittuntur, corpus Christi sumitur.

p ¶ Manifesta.] In hoc facit cap. ad propositum.

q ¶ Sacramenti.] Id est, ecclesiasticę vnitatis, vt 32. q. 4. nemo. in fine. de quo quilibet vero pœnitens efficitur, vt infra dist. 6. qui vult. verb. laboret. vel sacramenti. i. corporis & sanguinis Christi: quia ex quo quis vere pœnitet, digne potest suscipere corpus & sanguinem Christi: & secundum hoc est rectus ordo in superiori littera sti: & est sensus, sumimus digne, idest, possumus sumere digne.

Q Vantuslibet.] Hæc est quinta pars huius secundæ dist. in qua dicitur, quòd quantumcunque sit peccatum ingratum, tamen deletur a gratia. *Ioann. de Fant.*

r ¶ Quantuslibet.] CASVS. Inuehitur Ambrosius contra prædictos hæreticos, dicens ꝙ illi, qui dicūt aliquē iterum pœnitere non posse volunt eos, qui per contritionē suscitati sunt iterum interficere: sicut Iudæi voluerint interficere Lazarum à Domino resuscitatum.

a ¶ Mortui.] Tāgit de Lazaro, & de sorore Martha, ꝙ dixit.

mortui [a] fœtor sit; aboletur omnis, vbi sacrum redoleuerit vnguentum, [b] & surgit defunctus: & solui iubentur [α] eius vincula, qui adhuc in peccato [c] est: tollitur velamen [d] de facie eius, quod veritatem gratiæ, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus est; reuelare faciem, aperire vultū iubetur. Non habet enim quod erubescat [e], cui peccatum [f] dimissum est. In tanta vero Domini gratia, tantoque diuini muneris miraculo cum oportet vniuersos lætari, commouebantur impij, & aduersus Christum conilium congregabant. Lazarum [g] quoque interficere volebant [h]. Nonne merito eorum [i] successores [k] vos fore cognoscitis, quorum duritiæ hæredes estis? Nam & vos indignamini, & contra ecclesiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in ecclesia reuiuiscere, & peccatorum indulta venia resuscitari. Itaque [l] (quod in vobis est) per inuidiam rursus vultis interficere suscitatos. *Iob. celebratæ* Sed Iesus non reuocat [m] beneficia, immo cumulo suæ liberalitatis amplificat [n], reuisit solicite suscitatum, & celebrata † resurrectionis gratia, lætus ad cœnam [o] venit, quam ei sua præparauerit ecclesia; in qua ille, qui fuerat mortuus vnus inter discumbentes, cum Christo inuenitur.

Io. 12.

α ¶ Solui iubentur.] *In originali impreſo legitur*, & soluere iubentur eius uincula, quæ adhuc in peccato sunt, tollere velamen, &c. *Alia vero ex eodem sunt mendata & addita nonnulla.*

Idem ibidem, c. 4.

C. LIIII.

Anſl. 11. c. 171.

Is potestatis P suæ gratiam negat, quæ in remissionem peccatorum est,) qui cœlestem eius potestatem ¶ diabolico × fultam suffragio vendicarent. Eos quoq, asserit diabolico vti spiritu, qui separarent ecclesiam Dei, vt omnium temporum hæreticos [r], & schismaticos comprehendit Dño præcipienti sibi, tolle lapidem, Dñe iā fœtet. ADDITIO. Notandum est ꝙ Lazarus fœtidus signi ficauit quemlibet peccatorē se & alios suo exemplo corrumpentē; qui in Bethania (quæ interpretatur domus obedientiæ, & quę significat ecclesiā) suscitatur à Christo quid fio fractio alabastri significat fractionē corporis Christi in cruce per passionem, cuius odor totam domum: id est, vniuersalem ecclesiam implēs, mortuus viuificat quia fama passionis eius per totum orbem diffusa, peccatores credentes iustificat. Pe.

Alabastri fractio quid significet.

b ¶ Redoleuerit vnguentū.) i. virtutes & bona opera. vel Christi miraculum, vel gratia est illud vnguentum. de quo dicit Euangelistā ꝙ fracto alabastro, id est, Christo lanceato, & clauis perfixo repleuit totam domum, i. vniuersalem ecclesiam de quo vnguento dicitur: sicut vnguentum in capite. &c. in barbam, &c. proxima barba in quā descendit, fuerunt Apostoli: & ab eis descendit in barbam Aaron. id est, in episcopos, & alios prælatos. (Vel vnguentū) id est pœnitentia fructifera. Illud vnguentum conficitur tribus modis, scilicet, contritione cordis, confessione oris, & satisfactione operis.

c ¶ In peccato.) Id est, in pœna peccati, scilicet satisfaquando fuit inuitata à Simone leproso.

Is potestatis suæ) CASVS. Adhuc prosequitur Ambrosius de hæreticis, qui per Iudæos designantur: Et hunc casum sic ponit Laurentius. Loquitur Ambrosius hic contra Iudæos, qui dicebant. Christum in Beelzebub nomine eijcere dæmonia: quibus Dominus dixit: qui peccat in filium vel in patrē, remittitur ei: qui vero peccat in spiritum sanctū, non remittitur ei, neq; hic, neq; in futuro. Ilti ergo Iudæi separabant cœlestem potestatem ab ecclesia, qui eū in Beelzebub dicebāt eij cere dæmonia: quibus Dñs loquens (vt prædixi) cōplexus est oēs hæreticos tam illius tēporis, quàm futuros. (Quia omne.) Scilicet separare potestatē ab ecclesia, est omne, id est, magnum & grauissimum peccatū. Vel hoc ideo dicit, quia qui in hoc delinquit, factus est omnium reus.

Peccatū in spiritum sanctum est irremissibile.

p ¶ Ijs potestatis.) Adhuc prosequitur Ambrosius de hæreticis per prædictos Iudæos designatis.

q ¶ Potestatem.) Scilicet dimittendi peccata, soluendi & ligandi.

r ¶ Hæreticos.) Per Iudæos, qui suscitationem Lazari non credebant.

Universidad de Deusto Biblioteca

a Negat.]Dicens Vos in peccato vestro moriemini. & hoc si persistant in hæresi: quia conuersis præsto est indulgentia. 26. q. 6. si presbyter..
b ¶ Omne peccatū.]Id est, magnum peccatū Vel ideo hoc dicit, quia qui in hoc vno delinquit, factus est omnium reus. infra distinct. 5. fratres.

SVnt qui.]CASVS. Quidam erant, qui volebant accipere penitentiā à sacerdotibus, nec de peccatis suis satisfacere & dolere; putantes sibi sufficere, si propria auctoritate à sacramentis abstineant. quos Amb. in hoc cap. reprehendit, hortans eos multipliciter, vt doleāt & satisfa-

ADDITIO. Infra distinctio. 5. cap. fin. ext. de regulis iuris. defleat Archid.
c ¶ Qui vestrā.]47. distinct. c sicut. §. necesse. & ibi, Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse ar. ff de ædil. edic. cum autē. § excipitur. & alibi, Qui sibi non parcit, mihi vel tibi quō parcet: Alia littera habet nostram, id est, à nobis accipere. 23. q. 5. si non licet.
d ¶ Pœnitentiam.] Non ergo licet accipere pœnitētiam ab hęretico, sicut nec Eucharistiā, vt 24 q. 1. cap. vlt. sed baptismum bene in necessitate, vt 24 quæst. 1. si quem.
e ¶ Arbitror.] Idest, certus sum. nam quātus libet sit fætor, abolet ꝑ pęnitētiā, vt su. c. quātus libet.
f ¶ Iudas.]Inf. dist. 6 qui vult. in princ.
g ¶ Gessisset.]Sed iuit ipse ad diuisos. inf. dist. 3. Iudas.
h ¶ Emēdationib⁹.] Ergo non sufficit sola cordis cōtritio, & ita facit ad propositum Gratiani.
i ¶ Et tegere)Infra. dist. 3. illę tex.
NOnnulli.) Hæc est 6. pars. scdæ partis huius dist. in qua reprehendit eos qui paruas pœnitentias postulant à sacerdote ꝓpter fastidium benefaciendi. Ioan. de Fant.
CASVS Quidam postulabant pœnitētiā

deret, quibus indulgentiam negat [a]: quia omne peccatū [b] circa singulos est, ac vniuersos β. *& infra c. 3.* ¶ Quid mirum si salutem negatis alijs, qui vestram [c] recusatis? licet & illi γ nihil à vobis differant, qui à vobis pœnitentiam [d] petunt. Arbitror [c] enim quòd etiam Iudas [f] potuisset tanta Dei miseratione non excludi à venia, si pœnitentiam non apud Iudæos, sed apud Christum gessisset † [g]. *& paulo post.* ¶ Qui agit pęnitentiam, non solum diluere lachrymis debet peccatum suum, sed etiam emendatioribus [h] factis operire, & tegere [i] delicta superiora, vt non imputetur ei peccatum.

† al. egisses

α ¶ Diabolico.) *Addita hic sunt nonnulla in B. Ambrosio, quæ deesse videbantur. Antea .n. legebatur*, qui cælestem potestatem diabolico spiritu separant ab ecclesia Dei, vt omnium, &c.
β ¶ Ac vniuersos.) *In originali est*, hoc in vniuersos. *Sed ob glossam non est mutatum.*
γ ¶ Licet & illi.) *In aliquot vetustis codicibus, & originali legitur*, licet illi nihil deferant. *Sed auctor glossæ videtur habuisse vt in vulgatis Gratiani.*

Idem in eodem 2. libro, c. 9.

C. LV.

6 NOnnulli ideo poscunt pœnitentiam, vt statim sibi reddi communionem velint. Hi non tam se solue re cupiunt, quàm sacerdotem ligare [k]. Suam enim consciētiam nō exuunt, sacerdotis induunt; [cui † præceptum est, [Nolite [l] sanctum dare canibus [m], neque miseritis margaritas vestras ante porcos [n]: hoc est, immundis spiritibus † sacræ communionis non impendenda consortia [o].

† abest ab orig. Matt. 7.
† al. impuritatibus

Idem ibidem.

C. LVI.

SVnt, qui arbitrentur hoc esse pœnitentiam, si abstineāt à sacramētis cælestibus. Hi sæuiores in se indices sūt, qui pœnam præscribunt sibi, declinant remedium [p]; quos vel pœnam suam conueniebat dolere, quia cęlesti fraudarentur gratia. *& cap. 10.* ¶ Facilius [q] autem inueni, qui innocentiam seruauerint, quàm qui congrue [r] egerint pœnitentiam, vbi α acquirendæ [s] ambitio dignita-

à sacerdotibus vt statim in pristinum statum reuertantur, hi potius obligant sacerdotes quàm se absoluūt: quibus sacerdotibus, dictum est, nolite dare &c.
K ¶ Ligare.) In se onus pœnitentiæ suscipiendo: quod potest & debet quandoque sacerdos. su. distin. 6. c. 1. Vel ind secrete soluendo. argum. 50. distinct. si quis præpostera.
l ¶ Nolite.)Supra. 11 q. 3 nolite.
m Canibus,) Prius iam enim post pœnitentiam canes non sunt. & intellige canibus, id est, manifestis. nā de occultis secus, de consec. dist. 2. non prohibeat.
n ¶ Ante porcos.) Id est, peccato sordidatos.
o ¶ Consortia) Quia summa & ima sortiantur. & c dic conse dist 2 quid sit sanguis, & 43. dist. in mandatis.

satisfaciāt de suis delictis. quod probatur exēplo Moysi. (Præscribunt.) Id est, imponunt & præfigunt sibi pœnitentiam talem scriptam in Gen.
p ¶ Remedium.) Id est, pœnitentiam, per quam consequuntur remedium, vel communionem de cons. dist. 2. si quis intrat ecclesiam, & inf. ead qui sanctus
q ¶ Facilius.) inf. ead. dist 3. ca. 1. hæc de charitate. &c. reperiuntur.
r ¶ Congrue.) Et ita est ar. ꝙ facilius de nouo aliquid acquiritur, quam recuperetur amissam, vt inf. dist. 3. reperiuni, & dicit Boethius. Facilius est ad virtutem erigere nouos, quàm reuocare veteres vel præteritos.
s ¶ Acquirendæ.) In hac vitia supple & tunc cōgrue sequitur, vbi, &c. vel dic vbi id est, in pœnitentia debeat cessare quæ sequuntur. Vel sic ordina litteram: nunciandum est sæculo, vbi acquirendum est.

a ¶ Ambitio dignitatis.] Quæ reprobatur 8. q. 1. in scripturis.
b ¶ Vini effusio.] Quæ reprobatur su. 35. d. c. 1.
c ¶ Co.

senectute pœniteamus.
K ¶ Deferuescat.]Aliàs desuescat infra distinct. 3. in salicibus.
ADDITIO. Quod not. 22. q. 2. ancillam. in fine.
l ¶ Reuerentiores.] Id est, propter reuerentiam abstinere ab Eucharistiæ perceptione.

tis [a], vbi vini effusio [b], vbi ipsius copulæ coniugalis vsus [c]? Renunciandum sęculo [d] est, somno ipsi minus indulgendum, quam natura postulat [e], interpellandus est gemitibus viuendum ita, vt in tali [f] vita β huic moriatur vsui, seipsū sibi homo abneget, & totus mutetur. *& infra. c. 11.* ¶ Nemo in peccatis † [g] positus arrogare sibi debet auctoritatem, aut vsurpationem sacramentorum: quia scriptum est. [Peccasti, quiesce [h].] *& paulo post.* ¶ Dicimus † [i] ergo & agendam pœnitentiam, & eo agendam tempore, quo culpæ deferuescat [k] luxuria, & in captiuitate peccati positos reuerētiores [l] nos, non vsurpatores esse debere. Nam si Moysi proprius accedere gestienti, vt cogitationem mysterij [m] cœlestis hauriret, dicitur: [Solue [n] calceamentum pedum tuorum;] quanto magis nos animę nostræ pedes [o] exuere, vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absoluere [p]? *& paulo superius.* ¶ Nihil est, quod tam summo dolori sit, quam si vnusquisque positus sub captiuitate peccati recordatur, vnde lapsus [q] sit atque vnde [r] deciderit, & quod ad corporea † atque terrena ab illa speciosa, & pulchra diuinę cognitionis intentione deflexerit.

† al. peccato
Eccli. 21.
Gē. 4. sīn LXX
† Didicimus] orig.
Exo. 3.
Act. 12.
† al. corporeā atque terrenā

m ¶ Mysterij.]s. quare rubus ardens non conburebatur in mōtem Oreb Rubus est virgo Maria; ignis ardens in rubo nec cōburens est spiritus sāctus in beata Maria: qui descendens in eā non violauit eam, & secundum hoc quod sequitur, solue calceamēta, &c. si intelligitur calceamentum quod fit de mortuis animalib⁹, est prau⁹ intellectus Pharisęorum dicentium: si peperit, ergo cum viro concubuit, dicitur ergo Moysi, i. cuilibet Christiano, solue calciamenta, &c. i. exue talem intellectū. fallit in beata Maria, quę virgo ante partū & post partum Christum peperit.
n ¶ Solue] Id est, opa mortua de affectibus tuis: quia nullus digne conspicere vel Deum videre pōt, ni si cuncta terrena & mortalia vitia deponat. vnde talis veterum cōsuetudo erat, vt si sponsus spōsam repudiaret, in signū repudij discalceari iubebatur. de hoc dī 8. q. 1. olim & ideo Moyses discalceari iubet, ne ad ecclesiā quæ in rubo significat, quasi spōsus accedat calceat⁹. hoc. n. seruandū est in Christo, qui verus est spōsus: de quo Ioannes ait, Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, &c. de cons. d. 4 per aquam.

Rubus ardens qui nō comburebatur, quid repræsentabat

Deus à quo videri pōt.

Consuetudo veterū in signum repudij.

α ¶ Vbi acquirendæ.] *Locus integer B. Ambrosii hic est.* An quisquam illam pœnitentiam putat, vbi acquirendæ ambitio dignitatis, vbi vini effusio, vbi ipsius copulæ coniugalis vsus? *Sed glos. in ver.* acquirendæ. *obstitit, ne hic emendaretur. Multa autem alia sunt emendata.*
β ¶ Vt in tali vita.] *In originali est*, vt vitali huic moriatur vsui. *Sed glossa obstitit, ne mutaretur.*

Item Cyprianus episcopus, lib. 4. epist. 2. ad Antonianū.

C. LVII.

MIror autem quosdam sic obstinatos esse, vt dandam non putent lapsis pœnitentiam; aut pęnitētibus existiment veniam denegandam, cum scriptum sit: [Memento, vnde cecideris, & age pœnitentiam, & fac priora [s] opera.] Quod vtique ei dicitur, quem constat cecidisse,

Apo. 2.

c ¶ Copulæ coniugalis vsus.] Qui quādoq; minus licitus est. 32. q. 4. origo.
d ¶ Sæculo.] Quo ad ambitionem dignitatis. 40. dist. multi.
e ¶ Natura postulat.]Arg contra illos qui dormiunt in scholis: & ita debemus propriam naturam expugnare licet contraria sit medicina. inf. de cons. d. 5. contraria.
f ¶ In tali.] Quia maioris est pœnæ inter homines viuere, &c. C. de aposta hi qui sanctum.
g ¶ In peccatis.]Mortalibus: quia cum veniali non prohibetur. de consecra. d. 2. quot die.
h ¶ Quiesce.] Id est, abstine à sacramentis. arg. contra promouendos, qui post baptismum peccauerunt. 25. dis. primum.
i ¶ Dicimus.] Hic agit de tempore agendæ pœnitentię quasi dicat, si in iuuentute nō pœnitemus; saltem in

Dormiendū non est in scholis.

Pœnitendi tempus.

o ¶ Pedes.] .i. affectiones. vnde Augu. super illum locū In laqueo illo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum; dicitur pes animæ amor: & si est ad bonum dicitur charitas: si ad malum, dicitur cupiditas.
p ¶ Absoluere.] Antequam ad sacramenta accedat.
q ¶ Lapsus] Hoc idem dicit Boethius. Infęlicissimum genus infortunij est fuisse fęlicem.
r ¶ Vnde] Id est, à quo statu. 50. d quia sanctitas.
MIror.] CASVS. Quidam stulti sacerdotes erant in ecclesia qui cum viderent quosdam peccatores non recte pœnitere, nec veniam recipere: alios ad pœnitentiam recipere nolebant: quos hic redarguit Cyprianus: & ꝙ eos recipere debeant, probat auctoritate Io. in Apoc. & auctoritate Tobię.
s ¶ Priora.] 50. d. domino sancto.

Pedes pro affectionibus accipiūtur.

a ¶ Elec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Eleemosyna.] Scilicet interior, vt inf dist. 3. c. in cassum. §. sed verba. Vel exterior liberat a morte, id est a peccato occasionaliter: quia citius illustratur. inf. e. medicina. quia sicut fera filum introducit: ita timor seruilis charitatem, &c. infr. d. 3. qui vult.

b ¶ Semel.] Hinc colligere peccata nō redire, infra di. 4. c. in domo §. item secundū. & 23. q. 4. si illic.

c ¶ Ab ea.] Id est, a morte actualium peccatorum. de cons. d. 4. c. 1. & 2.

IMportuna.] CASVS. Probat Hiero. in hoc c. qp peccatoribus & pœnitentibus venia tribuit & qr semper est pœnitentia facienda, licet quis sit in mortali peccato, vt veniā impetret: quod probat exemplo mulieris Chananææ, q̄ p suā importunitatem vel instantiam meruit a Domino exaudiri: & exemplo amici, qui ab amico tres panes impetrauit: & latronis qui in cruce meruit veniā: & quibusdam alijs exēplis, q̄ in littera facile videbis. [Perijt.] Id ē, perire meruit: vel digna fuit perire, vel peritura esse credebatur. Martyriū, nō in veritate fuit martyrium sed similitudine facti.

Bona instanter sunt facienda.

IMPORTVNA. CASVS. Probat in hoc c. qp instanter bona facienda sunt licet qs sit in mortali peccato, vt impetret veniam, sicut Chananæa, & sicut amicus ab amico qui tres panes impetrauit: latro etiam meruit veniā: & alijs exēplis vtif.

Latro bonan fuerit martyr.

d ¶ Cum seris.] Id est, taciturnitate prædicatorum.

e ¶ Ostio.] Id est, intelligentia scripturarum.

f ¶ Nocte.] Id est, in profundo vitiorum positus.

g ¶ Panes.] Id est, fidem sanctæ Trinitatis.

h ¶ Precibus.] Illis, scilicet, Deus propitius esto mihi peccatori.

i ¶ Vincit.] qa regnū cœlorū vim patit. 1. q. 3. Saluator.

K ¶ Perijt.] Id est, perire meruit. similis expositio 24. q. 3. si quis non recto.

l ¶ ¶ Stetit.] Id est, non perijt.

m ¶ Martyriū.] Non in rei veritate fuit martyrium, sed propter similitudinem facti. Vel ideo dicitur pœna conuersa in martyrium, quia per fidem & patientiam, quā tunc habebat, dignus fuit æterno præmio, s. vt intraret statim ad vitam, sicut & illi, qui patiuntur martyrium, vt inf. de consec. dist. 4 baptismi vicem contra. ibi enim dicitur, qp latro non pro nomine Christi crucifixus est. sed pro meritis facinorum suorum: & pœna non facit martyrē, sed causa vt dicit Augustinus. quare martyrium non fuit: quod & verum est: eius ergo pœna martyrium dicitur ratione æterni præmij, quod quasi martyr recepit confitendo, vel ratione confessionis, quam in patibulo habuit sicut enim martyr sic latro inter pœnas Christum confiteri non timuit.

n ¶ Lenitatis.] Arg. iudicem potius debere sequi misereri quam rigorem. 24. b 2. legitur. sup. d. 45. licet plerumque, sup 2. q. 5. quanto in. d. 86. odio.

QVOD AVTEM. Hęc est 3. pars d. in qua probat qp omnia Deus dimittit pœnitenti. qui autem moritur impœnitens, ille peccat in spiritum sanctum: cui nunquam dimittet. Io. de Fant.

CASVS. Probatum est sup. auctoritate Amb. qp pœnitenti venia tribuitur. sed cōtra obijcit Gratianus, vt cōtrarietatē illam postea soluat. Seq. ca si sacerdos. planū est.

o ¶ Auctoritate Ambrosij.] sup. ea. nemo potest, supr. e. importuna.

p ¶ Denegatur.] Id est, videtur denegari.

q ¶ Et peccatum.] Aliter hic exponit magister istam auctoritatem quam exponatur inf ea. §. potest. & exindi auctoritatem istam de peccato in spiritum sanctum, vt exponit Augustinus inf. e. §. potest.

r ¶ Alibi.] In libro Iesu filij Syrach.

f S ¶ I sacerdos.] In libro Regum.

& quem Dominus hortatur per opera rursus exurgere; quia scriptum est. [Eleemosyna [a] à morte liberat.] & non vtique ab illa morte, quam semel [b] Christi sanguis extinxit, & à qua nos salutaris baptismi, & redemptoris nostri gratia liberauit: sed ab ea [c], quæ per delicta postmodum scerpit.

Tob 4.

Item Hieronymus Damaso.

C. LVIII.

IMportuna in Euangelio mulier tādem meruit audiri: & clauso cum seris †[d] ostio [e], media licet nocte [f], ab amico panes § amicus accepit; Deus ipse, qui nullis cōtra se viribus superari potest, publicani precibus [h] vincitur [i]. Niniue ciuitas, quæ peccato perijt [k], fletibus stetit [l]. Quorsum ista tam longo repetita principio? videlicet vt parnū magnus aspicias, vt diues pastor morbidam non contemnas ouem. Christus in paradisum de cruce latronem intulit; & ne quis aliquando seram conuersionem putaret, fecit homicidij pœnam martyrium [m]. Christus inquā, prodigum filium reuertentem lætus amplectitur, & nonaginta nouem pecudibus derelictis, vna ouicula, quæ remanserat, humeris boni pastoris aduehitur. ¶ Vbi vero [α] peccator intelligens vulnus suum tradidit medico se curandum ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis [n].

Luc. 18. & 11. † seruis] ori.
Luc. 18.
Ionę 3.
Luc. 23.
Luc. 15.
Matth. 18.

α ¶ Vbi vero.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum.*

3 *Quòd autem omni peccāti, auctoritate Ambrosii,[o], venia promittitur, falsum videtur. Quibusdam enim venia denegatur,[p] aut ex magnitudine peccati, aut ex gradu officij. Vnde Ioannes in epistola sua: [Est peccatum[q] ad mortem, quis † orabit pro eo?] Alibi [r] quoque legitur: [Quis medebitur incantatori vulnerato a serpente?]*

1. Io. 5. † non pro eo dico vt roget quis] orig.

Item.

C. LIX.

SI sacerdos [s] peccauerit, quis orabit pro eo?

SED HVIVSMODI. CASVS. Gra. soluit prædictam contrarietatem, dicens, qp hmōi interrogationes, si fiant de peccatis peccauerit, &c. inferunt difficultatem & varietatē: q̄ difficile fiet vt aliqua singularis persona oret pro ipso: & ad hoc probandum quasdam auctoritates inducit.

a ¶ Non semper.] Sup. 32. q. 7. quid in omnibus, ff. commo. l. ad eos. ff. locati. l. sed & de damno.

b ¶ Difficultatem.] Hoc referas ad delicti varietatem, & ad intercessorem spiritualem.

c ¶ Deus quis.] Quia imago, & etiam quælibet fidelis anima inf. dist. prox. illa proxima. sed & homo habet si militudinem Dei, inf. 33. q. 5 hæc imago. triplex est igitur imago, siue similitudo, identitatis, secundum quam tantum filius Dei est imago patris. imitationis, secundū quā dicitur, qp magna nauis est imago alicuius domus, & discipulus magistri. similitudinis expressæ, vt figillum in cera depingitur.

d ¶ Rogasse.] Pro peccatis Hierusalem, vnde in libro Machabæorum legitur, qp Iudas Machabæus cum debeat pugnare cum suis paucis contra Nicanorem, qui erat cum multis, ad confortationem suorum retulit somnium quod in præcedenti nocte viderat in hanc modum. Viderat Oniam sacerdotem manus ad cœlum protendentem, & orantem pro populo Iudæorum, & postea apparuisse alium virum ætate & gloria mirabilem circa illum Oniam, & dixisse: Hic est amator populi Israel: hic est qui multum orat pro populo, & pro ciuitate sancta.

e ¶ Hieremiam.] Dei prophetam. extendisse autem Hieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem; accipe sanctum gladium, munus missum a Deo, quo deijcies aduersarios populi mei Israel. qua visione confortati, qui erāt cū Iuda, impetū fecerunt in hostes, & Nicanorē interfecerunt, & xxx. millia de suis.

POTEST. CASVS. Ponit Grat. aliam solutionem, & ad auctoritatem Ioan. vt intelligatur de eo, qui peccat in spiritum sanctum & contra fidem pro quo non est orandū post mortem si vsq; ad mortem in tali crimine perseuerauerit. & ad hoc probādum inducit cap. sequens [Non dico,] i. non præcipio. [Dico.] i. præcipio.

f ¶ Pro illo.] Quia non sequitur, qp in carne nō promeruit, sua. ea. multiplex, §. 1. Dico vt pro eo non roget quis post mortē: & ita exaudi pro peccato in spiritum sanctum, quod est finalis impœnitentia, vt hic innuit Augustin. quo casu exaudi su. 13. q. 2. pro obeuntibus. licet Hillud intelligat de specialibus. orationibus.

g ¶ Possunt.] Ar. qđ non est difficultū, posse diffiniri. 22. qō. 5. hoc vr, ar. contra. 31. q. 1. qp si dormierit. 2. q. 5. consuluisti.

h ¶ Ad mortē.] Vnde alibi Aug. Tāta labes est illius peccati, vt humiliter pœnitentiæ subire nō possit: quod quidē committit qs quis ex sola inuidia vnitatem ecclesiasticā impugnat, & diabolo scienter attribuit opera spūs sancti. vnde nec Christus in passione pro talibus orauit, sed pro eis, qui ignoranter crucifigebant eū, dicens, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.

Ecclesiastica vnitatē impugnare grauissimū est.

i ¶ Rem attendam.] Peccatum in spiritum sanctum dicitur generaliter omne peccatum mortale, quia per vnam personam offendit & aliam: specialius vero peccatum est, quod ex odio vel ex malignitate procedit: nam spiritus sanctus est amor & benignitas. secundum alios peccatum in spiritum sanctum est obstinatio mentis. Est autem obstinatio mentis in peccato obdurata pertinacia, quam impœnitentia finalis comitatur: prouenit autem hmōi obstinatio interdum ex desperatione: puta cum quis credit suorum delictorum magnitudinem diuinam miam excessisse, & ob hoc de vitijs ascēdit ad vitia, iuxta illud, quod ait Cain: maior est iniquitas mea quā veniam merear, vt infra, §. denique. Interdum ex præsumptione: puta cum quis securus delinquit, tanquam Deus temporali flagitio non sit æternum supplicium daturus: in quo peccati genere refert Hie. se Origenem deprehendisse, qui post mortē anathematizatus est, vt 24. q. 2. c. vl. ver. item si ad tempora. Vel putans in articulo mortis sufficienter pœnitere, vt latro, de quibus Apostolus: Maledictus homo qui peccat in spe. Item in spiritum sanctum peccatum est secundum alios fraternæ gratiæ inuidia: puta si de gratia à Deo fratri collata inuideas, nec tibi præferatur.

Peccatum in spiritum sanctum qđ dicitur, & quot sint eius species.

arg.

Imago triplex

Iudas Machabæus cum debeat pugnare cum paucis contra multos, ad confortationem suorum retulit somnium.

arg. sup. 8. dist. qui contempta. Item secundum alios peccare in spiritum sanctum est blasphem a in personam spiritus sancti. de talibus habetur, de consecr. dist 4. hi vero hæretici. Item secundum alios peccatum in spiritū sanctum est finalis impœnitentia peccatum. s. quod durat vsque ad mortem, vt, vsque, inclusiuum sit, quod hic Aug. potius velle videtur infra dist. inter hæc hir cum. Sed solet quæri, vtrum finalis, impœnitentia possit desinere esse. Respō. Iste terminus, finalis impœnitentia, duobus modis accipitur. Inest enim alicui impœnitentia finalis quando non habet ꝓpositum pęnitēdi. hoc potest desinere esse: quia hoc propositum pō: habere in hoc instanti, & cras non. Itē est etiam finalis impœnitētia 1 quædā qualitas, quæ inest alicui ex eo ꝙ nunquam pęnitebit. ista non potest desinere esse subiecto existente: quæ si ponatur, oportet dici, ꝙ nunquam eam habuit.

Impęnitentia finalis capitur duobus modis.

1 Supradicta breuiter comprehendas: & dic ꝙ sex modis in spiritum sanctum peccatur: duobus modis erga Deum. pręsumptione, vt Origenes, despe rationes, vt Iudas, inf e. disti. 3. scelerator. Duobus erga ꝓximū. Odio fraternæ cogitationis & impugnatione agnitæ veritatis. 11. q. 1. nolite timere. Duob. erga seipsum: finali impœnitētia & pęnitere pęnituisse, 17. q. 4. sunt qui, & adde ꝙ de hoc ēt no. inf. dis. 2. sciendū. Ar.

V Oluissent.] CASVS. Dī in hoc c. ꝙ mali vellent sēper viuere, vt semp in peccato manerēt. vnde ad magnam ꝓtinet iustitiam iudicantis vt perpetuo sint in supplicijs, qui in hac vita semp volunt esse in peccato.

a ¶ Nunquam.] Assidue enim peccantiū non miseretur Deus, vt sup. 93. dist. diaconi, & venia impœnitenti, & c. 24. q. 2. legatur, & ideo semper obnoxij pœnę persistent, vt infra distin. 7 in fine.

c ¶ Si nemo.] Sup. ea. dist. nemo potest.
d ¶ Paradisum.] Sup. ea dis. ecce nunc tempus.
e ¶ Frustratur.] Sup. ea dist. agite.
f ¶ Consequi.] Sup. ea. dis. c nullus.

vsque ad §. denique.

C. LX.

Ans. l. 11. c. 153.

V Oluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostēdunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam [a] desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nūquam voluerunt carere peccato.

4 *Ex his [b] itaque apparet, quòd sine confessione oris, & satisfactione operis peccatum nō remittitur. Nam si necesse est, vt iniquitates nostras dicamus, vt postea iustificemur, si nemo [c] potest iustificari à peccato, nisi antea cōfessus fuerit peccatum, si confessio paradisum [d] aperit, veniam acquirit, si illa solum confessio vtilis est, quæ fit cum pęnitētia (in quo notatur aliud esse confessio, aliud pœnitentia, siue interior, siue exterior accipiatur,) si ille, qui ꝓmittit veniam occulte, apud Deum, non apud ecclesiam pœnitētiā agenti, frustratur † [e] Euangelium, & claues datas ecclesiæ, promittit etiam quod Deus negat delinquenti: si nemo potest consequi [f] veniam, nisi quantulamcūque, et si minorem quàm debeat, peccati soluerit pœnam, si solis [g] sacerdotibus ligādi [h], soluendiq; potestas [i] à Deo tradita est, si nullus veniā accipit nisi ecclesiæ supplicationibus [k] ipsam impetrare contendat: Concluditur ergo, quod nullus ante cōfessionē oris, & satisfactionē operis, peccati abolet culpam. Denique [l], vt perspicue appareat neminem sine confessione à peccato mundari, ab ipsi' humani generis principio sumamus exordium. Peccato transgressionis primi parentes corrupti, a Domino sūt requisiti de culpa, ut peccatum, quòd trāsgrediendo commiserant, confidendo delerēt. Serpens [m] autem de culpa requisitus non est, quia per confessionem [n] non reuocabatur [o] ad uitam. Cain quoq;, cum primæ præuaricationi fratricidium addidisset, similiter a Domino de culpa requisit' ē, dū ei dicitur [Vbi est Abel frater tuus?] Sed quia superbus peccatum suum confiteri noluit, potius mendaciter negando Deum fallere conatus*

† al. frustrat

Matt. 16.

Gen. 3.

Gen. 4.

EX HIS. Hæc est 4. pars dist. in qua probat per 36. auctoritates ꝙ si si quis confitetur, non saluatur: si petijt, sufficit confessio, quæ fit primo Deo, deinde sacerdoti, qui loco Dei iudicat. Io. de Fan.

CASVS. Conclucit Grat. ex præallegatis eorum sententiam in vnum perstringens, ꝙ peccatum nō dimittitur sine oris confessione, & operis satisfactione. Postea per multas probationes, & multa argumenta nititur idem probare, incipiens a peccato primi hominis, quod non nisi confessione est dimissum, & probatio Grat. protenditur vsq; ad illum §. His auctoritatibus. Et non facit §. nisi vsq; ad §. illum, Ex his omnibus. Quidam tamen faciunt ibi duo cap. s. [Puteus,] & [Introite.] Vnde secundum quòd habent in libris suis postea ponunt in glos. Sed certe non videtur, ꝙ ibi debeant esse c. etiam secundum Grat. & si aliquod est ibi, casus est planus. Idem etiam voluit Benedictus.

b ¶ Ex his itaque.] Infert ex pręmissis auctoritatibus peccata non dimitti sine oris confessione.

g ¶ Si solis.] Sup. ea. dist. verbum.
h ¶ Ligandi.] Id est, imponendi satisfactionem vel relaxandi.
i ¶ Potestas.] No. solis sacerdotibus potestatem ligandi traditam.
K ¶ Supplicationibus.] Supr. ea dist. multiplex.
l ¶ Denique.] Ab isto loco vsq; ad cap. quamobrē. probat 21. auctoritatibus, s. peccata non dimitti sine oris confessione. auctoritates veteris testamenti inducit vsq; vsq; ad § in Euangelio. Ab illo §. in Euangelio vsque ad §. ex his. inducit auctoritates noui testamenti, & post ex omnibus concludit in §. ex his. & omnes illæ auctoritates intelliguntur cū quis confiteri contemnit.
m ¶ Serpens.] Id est, diabolus, qui serpente vtebatur tanquam organo, vel intellige ad litteram.
n ¶ Confessionem.] Et quia in seipso inuenit originem peccati.
o ¶ Non reuocabitur.] Quia irreuocabile fuit peccatū eius, si fuit irremediabile, sed hominis remediabile.

eius, & impossibile est eum reuocare ad pœnitentiam. vt inf. dist. 2. §. quod autē reprobi. vers. impossibile, hominis autem peccatum fuit remediabile, & hoc duabus de causis: quia totum genus humanum perierat de peccato Adæ, sed non tota angelica natura peccato diaboli.

rufa. Similiter in domo dicebatur lepra talis macula, & macula in pariete pallore vel rubore deformis, & omnia ista iudicabantur arbitrio sacerdotis. si enim in homine lepra non erat perspicua recludebat eum sacerdos in domo sua septem diebus: quibus expletis, si non creuerat lepra, iterum recludebat eum alijs septem diebus, quòd si nec tunc creuerat mundum eum iudicabat: quia si scabies erat, lauabat homo vestimēta sua & mūdus erat. Cum vero perspicua erat lepra, separabatur, id est, iudicabat im mūd' ad arbitriū sacerdotis & habebat homo vestimēta sua dissuta, id est, facilia ad induendum, vel exuendum, vt sic cognosceretur: & caput rasum 3. vt posset cognosci: osque veste contectum, ne fętorē loquendo diffunderet, & habitabat sol' extra castra, ita vt à mortuo nihil differre videretur. Item si lepra vestis erat perspicua, comburebat vestis; si dubia, recludebatur septē dieb', si creuerat macula, adiudicabat lepra: si non creuerat abluebatur vestis, & recludebatur alijs vij. diebus: post quos si sacerdos inueniebat creuisse leprā, rūpebat eā. Similiter ostiū domus leprosæ claudebat vij. dieb', post quos si sacerdos inuenisset creuisse lepram, iubebat erui lapides leprosos & ꝓijci extra ciuitatem. & domū radi intus ꝑ circuitū, & puluerē rasuræ spargi ext. ciuitatē in loco immūdo, & alios lapides

3 Al. nudū.

est dicens: [Nunquid custos fratris mei sum ego?] indignus venia iudicatus est. Vnde in desperationis profundū mersus est, dum ait: [Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.] vagus, & profugus, exijt à facie Domini significans eos, qui peccata sua confiteri dissimulant, respectu diuinæ miserationis indignos haberi. Reges [a] quoque, qui ignorantia ducti in Abraham deliquerant, non nisi eodem orante sanari meruerunt. In quo figuratur, quod passiones [b] morum non sanantur, nisi orationibus [c] ecclesiæ. Moysi quoque præcepit [d] Dominus, vt lepra [e] siue in cute, siue in domo [f], siue in veste, siue in crine appareret, sacerdoti ostenderetur, & iuxta eius arbitrium separata [g], eius iudicio contaminaretur [h], vel mundaretur. Saul quoque cum à spiritu maligno vexaretur, non poterat ad sanæ mentis officium redire nisi prius Dauid psalterium arriperet, & coram eo psalleret, & ita ab eius vexatione cessaret diabolus. ¶ In quo mystice ostenditur, quòd quicunque diabolo propter peccata mancipatur, ab eius dominio eripi non valet nisi Dauid, id est, ecclesia, psalterium accipiat; & coram eo psallat, id est, spiritualis gratia cum participem faciat & salubriter admonendo, & pie pro eo orando, & exempla boni operis sibi præbēdo, diabolum ab inuisibili eius vexatione cōpescat. Dauid quoque, cum adulterium commisisset, & homicidium non ante audiuit à propheta [i], [Transtulit à te peccatum tuū Dominus,] quam ipsum peccatum confiteretur. Prius enim prophetæ peccatū redarguenti cōfessus est, & postea audiuit: [Trāstulit Dominus peccatū tuū à te.] Achab [k] quoque, cum de innocentis [l] sanguinis effusione sententiā cōminantis Dei audiret, induit seipsum cilicio, satisfaciēs Deo per pœnitentiam. Vnde Dominus ad Heliam ait: [Quoniam Achab reueritus est faciem meam, non inducā malū in diebus eius.] Niniuitę cū audirēt: [Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.] Ex edicto regis, & principū pęnitentiā egerūt, dicētes: [Quis scit, si cōuertatur, & ignoscat De' & relinquat [m] post se benedictionē?

Gen. 12. & 26.

Leuit. 13. & 14.

1. Reg. 16.

2. Reg. 12.

3. Reg. 2.

Ionæ 3.

li. Item homo incitatorem habuit ad malum: quod non habuit angelus; & ideo per alium ista non debuit iuuari, sicut nec ille per se potuit surgere & ideo peccatum diaboli fuit irremediabile & non peccatum hominis.

a ¶ Reges.] Pharao 1. rex Aegypti, de quo habetur sup. 22. q. 2. c. vtilem. §. ecce quæ. & Abimelech 2. rex Gerare de quo habetur 32. q. 4. nemo sibi. & sup. 33. q. 1 si per sortiarias.

Gen. 12. c. Gen. 20.

b ¶ Passiones.] Id est, deli. 24. 15 q. 1. illa.
c ¶ Orationibus.] Supra. 33 q. 1 si per sortiarias.
d ¶ Præcepit.] In Leuitico.
e ¶ Vt lepra.] Id est, aliqua macula. Sunt autem quattuor genera lepræ: in cute, in capillis, in domo, in veste. In capillis lepra dr̄ alopecia, fluentibus sanie capillis, si in caluitio vel in alia parte capitis albus vel rufus color inuentus fuerit, plaga lepræ est. In cute lepra cognoscit, si in ea fuerit albasi. pallida albedo, vel pustulæ, & huiusmodi lepra vestis erat macula alba, vel

Lepræ genera sunt quattuor.

sullitui in domo, & luto alio liniri domum, ꝙ si iterū rediérit macula, & perseuerans lepra est, destruebatur domus & ligna, & lapides. & puluis extra ciuitatem proijciebantur in locum immundum.

f ¶ In domo.] Non dicit hic de veste, & de domo, ꝙ ei ad litteram possit lepra inesse: sed si domus, vel vestis offeretur ab aliquo in ministerium deputanda, antea sacerdoti offerebatur, & si aliqua inerat macula, quæ à ministerio impediret, sacerdotis iudicio relinquebatur.
g ¶ Separata.] quo ad officium vel ministerium.
h ¶ Contaminaretur.] Domus, vel vestis, vel cutis, id est, contaminata vel immunda iudicaretur.
i ¶ Propheta.] Scilicet Nathan.
K ¶ Achab.] Infra e. d. 3. §. ecce Achab.
ADDITIO. Et 50. d c. si post. §. econtra.
l ¶ Innocentis.] Scilicet Nabutæ.
m ¶ Et relinquat.] Scilicet nobis, qui eum sequimur vel post comminationem à se datam.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ In bestialem.] Supra 17.q.4.miror.
b ¶ In Euangelio.] Hic trãsfert se ad auctoritates noui testamenti.
c ¶ Pœnitentię.] Nõ remissionis: nam venientibus ad illud requirebatur pœnitentia: non autem in nostro baptismate, qđ remissionis est, vt infra de cons.d.4.fine pœnitentia.
d ¶ Vel amicorum.] hoc, n Deus amat, vt multi rogent inf. ea.
e ¶ Rabboni.] Idest, magister.
f ¶ Mortuos.] S. filiũ archisynagogi, filiũ viduę, & Lazarum.
g ¶ Quartum.] vnde hoc Gratianus habuit ignoramus: nisi dicatur hoc de Matthęo intelligi: cui cũ Dñs diceret; Sequere me: respondit Dño, Pater meus mortuus est, volo eũ sepelire. & tũc Dominus ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
h ¶ Pœnitẽs.] Dauid, vt inf.d.3. ille rex.
i ¶ Tacui.] Peccata.
K ¶ Ossa.] Virtutes quibus anima sustentatur, vt ossibus corpus.
l ¶ Dum clamarem.] Iactando me de meritis meis.
m ¶ Nõ claudet.] Idest, non constringet te finaliter.
n ¶ Nõ clauseris os.] non confitendo.
o ¶ In profundo.] Vitiorum: vnde peccator cum 2. venerit in profundum vitiorũ, contemnit.

EX HIS OMNIBVS CASVS. Infert Gratia. ex supra dictis quod sine confessione nullus veniam meretur, & ad hoc inducit sequentes auctoritates. Sequentia tria cap. plana sunt, scilicet [Sufficit. &, nonsufficit. & c. nouit.] Illud aũt c. quod postea sequitur,

2 17.di. nec licu t. extra de ud. cum nõ ab hoie. Archid.

1 Hũc Christus suscitauit domi. i. in cogitatione, secũdum H. inf. ea. §. econtra.

Hac humilitate satisfactionis † iminentem subuersionem euadere meruerunt. Quorum exemplis euidenter ostenditur, quòd nullus à Deo consequatur veniam, nisi primũ satisfecerit sibi per pœnitentiam. Nabuchodonosor quoque p̃pter superbiam suam à rationabili † mente in bestialem [a] animũ cõmutatus est, atque à regno suo profugus recedens non ante regnum recepit, quàm cõuersus Deũ prædicauit. Denique plebs Israelitica ob culpam suę transgressionis captiuitati tradita non ante liberari meruit, quàm sua peccata cõfitens, Danielis, & aliorum sanctorum precibus veniam accepit. In Euangelio [b] quoque venientes ad Ioannẽ, vt baptizarentur ab eo, baptismo pœnitentiæ [c], primum cõfitebantur peccata sua, ostendentes, quòd quisque debet peccata sua damnando confiteri, & innouationem melioris uitæ promittere, si regenerationis desiderat gratiam accipere. Christus quoque alios legitur suscitasse à mortuis, alios à lepra mundasse, alios illuminasse, aliorũ membra paralysi dissoluta consolidasse; omnium tamen sanitatem petitio propriæ vocis, vel amicorũ [d] legitur præcessisse. Lnca enim referente dicimus, p̃ socru Petri prius rogatus est, quã ea sanitati redderet. Leprosus vero ille, quem Dominus descendens de monte mundauit, prius clamauit ad eum: [Domine si vis, potes me mundare,] quem postea tangendo mũdauit. Cæcus quoque dum clamaret ad eum: [Miserere mei filij Dauid] interrogauit eum Iesus: [Quid vis, vt faciã tibi?] ait, [Rabboni [e], vt videam lumen.] Tres quoque mortuos [f] audiuit, quos aliorũ orationibus reddidit vitę. Quartum & quoque discipulo nunciante audiuit, sed quia defuerunt uiui, qui pro eo precarentur, resuscitari non meruit. ¶ Quibus nimirum exemplis euidentissime datur intelligi quòd ille, quẽ grauioris culpæ macula inficit, nisi confessione proprij oris, uel ecclesię intercessione suffragante, sanari non poteeit. Hinc pœnitens [h] ille, qui prius tacẽdo peccata, flagellari meruerat, postea correptus dicebat: [Quoniam tacui [i], inueterauerunt ossa [K] mea, dum clamarem, tota die] Hinc Christus ex persona membrorum ait: [Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum.] Quod Augustinus exponit dicens: [Puteus est humanæ iniquitatis profunditas, in quẽ si ceciderit, nõ claudet [m] super te os suum, si tu non clauseris os [n] tuum: confitere ergo, & dic: De profundis clamaui ad te Domine [l], & euades. [Claudet super illum Dominus, qui in profundo [o] contemnit, à quo mortuo, uelut ab eo, qui non sit, perit confessio.] Hinc idẽ propheta ait: [Intrroite portas eius in confessione,] Ostendens ad portas misericordiæ non nisi per cõfessionẽ peccati aliquẽ posse pertingere. Hinc etiam Beatus Ioannes Baptista, & Saluator noster exordium prædicationis suæ à pœnitentia sumpserunt, dicentes: [Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. ostendẽtes ad regna cœlorum neminẽ posse pertingere, nisi primũ p̃ pœnitentiã Deo curauerit satisfacere. Hinc ẽt in actibus Apostolorũ legitur, p̃ credẽtes ueniebãt ad apostolos, annũciãtes actus suos. ¶ Ex his omnib⁹ facile mõstratur sine cõfessione nullũ uenia posse p̃mereri.

† al. & satisfactione

Dan.4.

| al. rationale

sup.17.q.4.miror.

Dan.9.

Io.11.

Io.11.

Luc.17.

Matth.9.

Marc.2.

Luc.4.

Matth.8.

Mar.1.

Luc.5.

Mar.10.

Luc.18.

Matt.5.

Luc.7.

Io.11.

Act.19.

Psal.31.

Psal.68.

Gloss interli. & ord ibi. ex Aug. Sent.4.d.17.

P sal.29.

Prou.19.

Eccl.17.

Psal.99.

Matt.3.

a ¶ Oenitentia. ¶ Non negetur.] nam quod diffidentia

Hinc etiam Leo Papa ait. epist.78. al.80. ad episcopos Campaniæ.

C. LXI.

SVfficit pœnitenti † illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit.

Item ad Rusticum Narbonensem episcopum, epistola 90. al. 92. c. 7.

C. LXII.

POenitentia, quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur [a]; vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata [b] perueniat.

Item Augustin. in sermone de pœnitentia. al. lib. de pœnitentiæ medicina.

C. LXIII.

NOn sufficit [c] mores in melius commutare, & à præteritis † malis recedere, nisi etiã de his, quæ facta sunt, satisfiat Deo per pœnitentiæ [d] dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis, & ieiunijs α.

α ¶ Et ieiunijs.] *Hoc non est apud B. Augustinum, neque Bedã, neque magistrum sententiarum, neque Polycarpum.*

Item Ambrosius in c. 1. Lucæ.

C. LXIIII.

NOuit Dominus mutare sententiam [e], si tu noueris emendare delictum.

Item Leo Papa, epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 8.

C. LXV.

ALiud [f] quidem est debita iuste † reposcere g; aliud propria [h] perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet à multis etiam licitis abstinere, dicebte Apostolo: [Omnia mihi licent [i], sed non omnia expediunt [K].] Vnde si quis pœnitẽs habeat causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum, quam forense iudicium.

Item Hieronymus in c. 1. Ioelis.

C. LXVI.

QVi sanctus sacerdos est, & comedit † in Pascha [l] Domini; accingatur baltheo castitatis, & audiat cum Apostolis: [Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus vestris.] Qui autem peccator [m] est, & quem

tur, scilicet [aliud] positum est supra 11.q.1. & ibi casum inuenies. Ben. tamen sic breuiter ponit hic casum. Dicitur hic, q̃ abstinere debet a multis, qui vnum illicitum committit: & ita probatur, q̃ satisfacere teneatur.

† al. simoniace

inf. e.c. quãuis. Poly. li 6. ti. 20 Iuo. p. 15. c. 167

Par. l. 9 ca. 123 Iuo. p. 15. c. 135

† al. sacrificia

Beda. 2. Cor. ca. 12. Sent. 4. dist. 15. Poly. l 6. tit. 20.

† al. lata. 3.

Sent. 4. dist. 17 † al comedit Pasch. hz] orig. Luc. 12.

b ¶ Reposcere.] Sup. 14. q. 1. quod debetur.

c ¶ Propria.] ff. de minor. si iudex.

d ¶ Licent.] Hoc exposui sup. 11. quẽst. 1. aliud.

K ¶ Expediunt.] Vt debitum repetere, vt su. 14. q. 1. quod debetur, sed non expedit cum scandalo. Item temporalia accipere. 1. q. 1. Iudices. Item omnibus cibis indifferenter vti licet. 11. q. 4. ad mensam. sed non expedit. 28. q. 1. omnis. Item vxorem gẽtilem derelinquere licet. 28. q. 1. iam nũc. sed nec expedit, vt e. q. 1. fic enim.

Expediunt non omnia.

QVi sanctus.] CASVS. Dñs in hoc c. p̃ sacerdos, qui bonus est, & digne vult accipere corpus Christi. debet in castitate permanere: peccator autẽ quem conscientia propria remordet, pœnitere dẽt, & ingredi ecclesiam, de qua fuerat p̃pter peccata egressus [Lucernæ ardentes, ideſt, opera nostra sint ardẽtia charitate, & alijs lucẽtia per exemplum.

l ¶ In Pascha.] i. in transitum de vitijs ad virtutes: quia pascha trãsitus interpretatur. de consec. dist. 4. per aquam.

m ¶ Peccator.] Ex hoc videt, quòd cõstitutus in mortali possit auctoritate sua à communione sacramentorũ abstinere, iuxta illud, Probet se homo, & sic de pane illo edat, &c. & ideo laudatur mulier, quæ menstrua patitur, si ex reuerẽtia abstinet supra, 5. dist. ad eius. & ar. infra, de consec. distin. 2. quotidie. sed contra. supra ea. dist. sunt qui arbitrantur. & in c. facilius. & infra ead. in actione. In

Peccati conscius an possit p̃pria auctoritate a cõione abstinere.

* Vide conc. nem. b. ri. ses. 14. c. 6. & can. 7.

tia ætatis, &c. 11. quæstio. 2. ancillam. inf. ead. distinct. 7.

b ¶ Vulnerata.] Delictis.

N On sufficit.] Quo ad famam exteriorem sufficit enim quo ad Deum *, dummodo contemnat.

d ¶ Per pœnitentiæ.] inf. dist. si peccatum Dauid.

e ¶ Nouit.] Sententiam] comminationis, vt 2. q. 4. incommutabilis. & in hoc similis est prætori quo ad interloquutoriam. ff. de re iud. quod iussit.

f ¶ Aliud.] Sup. 11. q. 1. aliud.

g ¶ Reposcere.] Sup. 14. q. 1. quod debetur.

contrarijs illis dicitur, quòd nemo auctoritate sua, sed sacerdotis debet abstinere a communione altaris, Sol. abstinet quis peccati conscius aliquando p̃pter reuerentiam: quod commendatur, vt hic, & in similibus. Aliquando pp̃ sat isfactionem delicti purãs talem abstinentiam prodesse etiam non iniuncta ei aliqua pœnitentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia à sacerdote: quod inhibetur in contrarijs. Sed & in illo casu vbi ob reuerentiam abstinetur propter criminis conscientiam, distinguo vt si scandalum ex eius abstinentia oritur, compelli potest à prælato suo ad sumendum Eucharistiam, vel petendum: arg. infr. de consec. dis. 2. si quis intrat. & c. seculares. si vero nõ est scãdalũ, bene facit abstinendo. inf. de conse dist. 2 quotidie hodie tamen videtur tolli ista dist. vt extra de pœ. & remis. omnis.

a ¶ Remordet.] Secũdum quod notaui su. 16. q. 1. monachi.

b ¶ Ecclesiã.] Id est, vnitatẽ ecclesiæ per fidem & charitatem. nec enim intelligi potest de ingressu corporalis ecclesiæ. Nemo nam q; pro peccato aliquo arcendus est ab ingressu ecclesiæ: nisi sit excommunicatus, vel interdictus ex iusta causa. inf. ea. q. 4. vir cum propria. 11. q. 3. excommunicatos.

Ecclesiæ ingressus quib. est interdicendus.

S I agamus.] CASVS. Dicit Hier. in hoc c. quod sicut Deus propter pœnitentiam reuocat sententiam in cõtumaces latam, ita propter negligentiam pœnitẽdi bona reuocat, quæ promisit. & hoc probat exẽplis, scilicet Hierusalem & Samariæ, ex quibus ciuitatibus quidam fuerunt à supplicijs liberati: alij vero bona, quæ fecerunt, perdiderunt.]Rursum.] verba sunt Gratia. vsque ibi, [Promittit.] Quorum.] scilicet habitatorum.

c ¶ Si agamus.] CASVS. Dicit Hieronymus, quòd sicut Deus propter pœnitentiam reuocat sententiam etiam contra contumaces latam: ita propter pœnitendi negligentiam bona reuocat, quæ promisit. & hoc probat exẽplis Hierusalem, & Samariæ, Nabuchodonosor, & Ezechiæ.

d ¶ Rursum.] Verba Gratiani.

e ¶ Eundem.] Silicet Amos, de quo locutus fuerat Hieronymus.

Q Vamobrem.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Danielis interpretantis visionem Nabuchodonosor, & dicentis sibi: placeat tibi consilium meum, peccata tua eleemosynis redime, &c. In secunda ponuntur verba Hieronymi dicentis, inutile videri consilium prophetæ. Ex quo enim prædixit sententiam in visione regis: quid valeat consilium eius, cum sententia Dei mutari non possit? Qui respondet dicens quod sæpe sententiam comminationis reuocat Deus: sicut apparet exemplo Ezechiæ regis, & Niniue ciuitatis. & licet rex admiserit consilium prophetę, & sententia dilata fuerit: tñ fuit postea inflicta: quia locutus fuit superbiam dicens, Nonne hæc est Babylõ magna, &c. Secunda pars ibi, [Si prædixit.] Et Niniuitarum. hoc est in Iona propheta. [Irreuerentiã,] Id est male, & contra reuerentiam & æquitatem. Quæ autem fuerit visiò dicitur in apparatu, & in historijs dicetur.

Nabuchodonosor vidit somnium.

f ¶ Quamobrem.] Illud tangit, quod Nabuchodonosor vidit in somno arborem in medio terræ pertingentem vsque ad cęlum, & sub ea habitabant animalia & bestiæ, & in ramis volucres, & ex ea vescebatur omnis caro: & ecce vigil & sanctus de cęlo descendit, & ait, succidite arborem, & ramos & fructus eius, & fugient ex ea bestiæ & volucres: sed germen eius in terram sinite: & cum feris sit pars eius, & ab humano commutetur cor eius. & septẽ tempora commutentur super eã: quod somniũ Daniel interpretatus est, & ait: Tu es rex arbor ea quæ inualuisti, & potestas tua in terminis terræ, & audiuisti per uigilẽ altissimi sẽtiam super te: & ab hominibus eijcient te, & cum feris erit habitatio tua: fœnum vt bos comedes vij. tempora. i. vij. anni mutabuntur super te, & relinquetur tibi semen vel germẽ radicis: quia regnum tuum restituet tibi. quamobrem audi consilium meum, Peccata tua eleemosynis redime: forsan ignoscet tibi Deus. Post annum autem deambulabat rex in aula sua, & superbe loquebatur dicens, Nõne est hæc Babylon, quam ego ædificaui in robore regni, & in gloria decoris mei? Adhuc erat sermo in ore eius, & ecce vox de cœlo dicens. tibi dicitur Nabuchodonosor: regnum tuũ transit a te, & cum feris habitabis septem temporibus, donec scias quod dominetur altissimus vniuersis regnis hominum, & statim ex hominibus abiectus est, & vt bos fœnum comedit, & rore cœli caput eius infectũ est, &c. donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent. & vngues eius quasi vngues auium.

g ¶ Eleemosynis.] Eleemosynæ namque a morte liberãt peccatorem, qui per delicta subruerat, vt inf. ead. di. medicina sup. ead. dist. miror.

Eleemosyna liberat à morte.

h ¶ Redime.] Istud redime, ponitur priuatiuè: quia propriè non est hæc redemptio. si. ff. comm. si vt. §. vlt. ff. de le. commiss. l. fundo, ff quod vi, aut clam, si vitem. §. 2.

i ¶ Forsitan.] Sup dist. 86. non satis. dubitanter dixit: quia deesse potest contritio cordis. arg. sup ea. q. 2. admonere & non valent eleemosynæ, nisi ex bono fonte, &c. vt 86. dist. non satis. Vel ideo sub dubietate posuit, ne securitas negligentiam, & negligentia offensam præstaret, vt inf. ea. prædixerat. Vel ponitur, forsitan, assertiue, ut in Euangelio, forsitan & patrem meum cognouissetis, &c. inf. dist. 4. ne forte. ff. de rei vend. item si §. 1.

remordet [a] propria cõsciẽtia; cilicio accingatur, & plangat vel propria delicta, vel populi: & ingrediatur ecclesiam [b], de qua propter peccata fuerat egressus; & cubet vel dormiat in sacco: vt præteritas delitias, per quas offenderat Deum, vitæ austeritate compenset.

Idem in Amos prophetam, ad c. 9.

C. LXVII.

S I agamus [c] pænitentiam; ipsum quoque suæ pænitebit sententię. Rursum [d], iuxta eundem [e] Hieremiam [α] promittit prospera. Si negligentia dissoluamur; & illum pęnitebit sponsionis suę, promissaque mutabit. Cuius rei exẽplum Niniuitas, & Hierusalem habere possumus: quorum alij de imminentibus supplicijs liberati sunt: alij, quæ patribus promissa fuerant, perdiderunt. Hierem. 17.

α ¶ Hieremiam.) *Sic est emendatum ex ipsis commentarijs B. Hieronymi, & vno vetusto exemplari Gratiani. Nam in cæteris est, quemadmodum in vulgatis.* iuxta eundem Hieronymum promittit prospera, si pœnitentiam egerimus. Quod si negligentia? &c.

Idem super Danielem ad c. 4.

C. LXVIII.

Q Vamobrem [f] rex consilium meum placeat tibi & peccata tua eleemosynis [g] redime [h], & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitam [i] ignoscet Deus delictis tuis.] ¶ Si prædixit sententiam Dei, quæ

mutari non potest [a]; quomodo hortatur ad eleemosynas, & misericordias pauperum, vt Dei sentẽtia commutetur? Quod facile soluitur Ezechiæ regis exemplo, (quem Esaias dixerat esse moriturum [b]) & Niniuitarum, quibus dictum est, [adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. [Et tamen ad preces Ezechiæ, & Niniue, Dei sententia cõmutata est [α] [c], non uanitate iudicij, sed eorum conuersione, qui meruere indulgentiam. Alioquin [d] & in reuerentiam † [e] loquitur Deus se mala minari super gentem; & si bona fecerit, minas clementia commutare. Rursum bona agenti se asserit [f] polliceri; & si male fecerit, dicit se suam mutare sententiam, non in homines, sed in opera, quæ mutata sunt. Neque enim Deus hominibus, sed uitijs [g] irasci tur; quę cum in homine non fuerint, nequaquam punit quod mutatum est. Dicamus & aliter. Fecit quidem Nabuchodonosor iuxta Danielis consilium misericordias in pauperes: & idcirco vsque ad mensem duodecimum [h] in eum est dilata sententia. Sed quia postea ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit, [Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei?] bonum misericordię perdidit malo superbiæ. [forsitan [i] ignoscet Deus delictis tuis.] Cum beatus Daniel præscius futurorum de sententia Dei dubitet [k] rem temerariam faciunt, qui audacter [l] peccatoribus indulgentiam pollicentur. Et tamen sciendum, quòd si Nabuchodonosor bona opera facienti uenia repromittitur; multo magis alijs promittitur, qui leuiora peccata commiserunt.

4. Reg. 20. Esa. 38. Ionæ 3.

† Hieremia] orig. vera lectio.

Dan. 4.

α ¶ Commutata est.] *Quæ sequitur, vt etiam multa alia emendata, et locupletata sunt ex originali præter verbum,* reuerentiam, *(quod esse debet,* Hieremia,) *idque ob glossam.*

Idem.

C. LXIX.

Origenes hom. 3. ad c. 3. Iudicum, & ibi glo. ordinaria.

V Ide [m] benignum Dominum misericordiam cũ seueritate miscentem [n], & ipsius pęnæ modum iusta, & clementi libratione [α] pensantem. Non in perpetuum tradidit pęnæ delinquentes, sed quanto [β], inquit, tempore seruierunt Baalim, tanto seruiant Chusarsaton † [o] hoc est octo annis. Disce & hoc ò tu auditor, quisquis ille es, qui tibi conscius es alicuius erroris: & quanto tempore errasse te nosti, quanto tempore deliquisti; tanto [p] nihilominus [q] tempore humilia te ipsum Deo, & satis-

† al. Cursauthaim.

a ¶ Non potest.] Idest, nõ contingit hoc, secundum eos, contra quos hic loquitur.

b ¶ Moriturum.] Propter peccatum, quod commisit quando superbiuit de victoria, quam habuit de inimicis, eam sibi attribuens.

c ¶ Commutata est.] Non per iudicij veritatem, sed eorum mutatione, qui conuersi per pœnitentiam meruerunt liberari.

d ¶ Alioquin.] Idest, nisi præstaret indulgentiam agenti bona; cur inferret mala agenti mala & hoc sequitur æquum est enim, ut sicut male agentibus infert mala: sic bene agentibus parcat, & conferat bona.

e ¶ In reuerentiam.] Id est, contra æquitatem reuerendam, uel ad hoc ut omnes eidem reuereamur tantum.

f ¶ Asserit.] Dominus loquens Hieremiæ. & sunt uerba Hiero. sup Danielẽ.

g ¶ Vitijs.] sup. Dist. 86 odio.

h ¶ Ad mensem xij.] vsque ad annũ peccata eleemosynis redemit, post superbiuit.

i ¶ Forsitan.] Verba Danielis.

K ¶ Dubitet.] Idest, proponat secundum formam dubietatis. Vel dic, vt supra in prin.

l ¶ Audacter.] Sup. 8. q. 1 si ergo. 32. q. 5. si Paulus. hoc aduerbiũ determinat verbum vel participiũ. argu. ad hoc. 93. dist. diaconi.

V Ide benignum.] CASVS. Filij Israel seruierunt viij. annis Regi Mesopotamiæ, & postea liberati sunt ab Othoniele. Dicitur hic quod in illo facto significatur, quòd quanto tẽpore aliquis stetit in peccatis seruiendo diabolo, tanto tempore debet esse in pęnitentia seruiendo Deo In fine dicitur, quòd sicut illi non fuerunt liberati nisi ad instãtiam precũ: ita non liberantur aliqui nisi per preces.

m ¶ Vide.] ò tu auditor.

n ¶ Miscentem.] Su. d. 45 disciplina.

o ¶ Chusarsaton.] Quæ humiliatio eorum interpretatur in libro Iudicũ. hic est diabolus, cui humiliandę & affligendæ traduntur animæ, quæ Christi humilitate contempta in superbiam se extollunt. Chusarsaton iste fuit rex Syriæ & Mesopotamiæ: cui seruiuit Israel viij. annis, eo quod præuaricatus est in præceptis Domini seruiendo idolis mortuo Iosue: quem liberauit Othoniel frater Calephin, in quo erat spiritus Domini, postquam populus clamauit ad Dominum tradito Chusarsaton in manus Othonielis in pugna quando pugnauit contra eum, vt legitur in lib. Iudicum 2. & 3.

Chusarsatõ quid repręsentet.

p ¶ Tanto.] s. talem, & non plus 47 dist. omnes.

q ¶ Nihilominus.] Inf. d 3. productior. contra. sed ibi de peccato primi parentis tantum. Vel de pœna interiori:

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic autem de exteriori.

a ¶ Pœnitendo.] Sup. ead. dist. voluissent, §. ex his, vers. quartum quoque.

Othoniel fuit filius Senem.

b ¶ Suscitauit.] Othoniel em. i. filium Senem fratrem Caleph. minorem 1 cui Caleph Azam filiam suam dederat in vxorem pro eo q̃ dederat ei ciuitatem Cariathsepher, .i. ciuitatem litterarum. hic ergo Othoniel quasi saluator filijs Israel est missus, cũ super eos est dux constitutus a Domino. interpretatur aũt Othoniel tempus mihi Dei 2 hoc est aliquis militiæ cœlestis angelus, qui sibi tempus à Deo dispensatum accipiens mittitur in adiutorium eorum, qui hæreditatem capiunt salutis. Hug.

1 In quo fuit spiritus Domini: & iudicauit Israel, de quo habetur Iudicũ 3. c.

2 Ita etiãm ponit H. & Laur.

ECclesia Christi.] CASVS. Dicitur hic, q̃ peccator non in ecclesia, q̃ non habet maculam neque rugam sicut olim habuit. qui vero vult esse in ecclesia, vadat ad medium, vt purget a macula, & fiat de ecclesia, quæ est corpus ejus.

c ¶ Maculam.] Hæresis, vel mortalis peccati. supra. distin. 21. quamuis. sup. proxi. causa, quæst. 4. recurrat.

d ¶ Rugam.] Scilicet schismatis, vel venialis peccati.

e ¶ De ecclesia.] sup. 23. q. 4. forte cõtra. & cap. hæc autem uita. contra. Solu. Ecclesia quandoque large sumitur, vt grana & palea complectatur, ut est in cõtrarijs. su. 32. quæst. 4 recurrat. Vel die aliud esse de ecclesia quod hic negatur de malis, aliud esse in ecclesia, quod in contrarijs conceditur. Vel distingue: nã sunt quidam in ecclesia nomine & re, ut boni catholici, vt hic: quidã nec nomine nec re, vt præcisi sup. 23. q. 4 si quis à catholica. quidam nomine tantum, vt in contrarijs: quidam re tantum, ut de consc. dist. 4. non dubito.

Ecclesia quatuor genera hominum continet.

f ¶ Et maculam.] Vnde propheta. In peccatis dimisi matrem uestram, ut infr. 35. q. 1. c. vlt.

SVper tribus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Amos prophetæ comminãtis populo Damasci & Azaeli regi eius qui x. trib. grauiter afflixerat, q.d. si Azael, & populus Damisci semel vel bis tantummodo populum meum esset persecutus, forsitan parcerem illi: sed quia diu expectaui eum ad pniam, ut conuersus reciperet sanitatẽ, & ipse abusus patientia mea tertio & quarto affligit: cogor mutare sententiam ut plagis corripiam eum. In secũda parte exponit verba prophetæ mortaliter, & sic intendit p̃bare q̃ Deus non dat veniã nisi pœnitenti. Secũda pars ibi, [Iuxta.] Seq c. patet. Et nota q̃ prima tabula dr baptismus, secunda pœnitentia. Sequens c. etiam patet.

Azahel fuit rex Damasci.

g ¶ Super tribus.] Verba hæc sunt Amos prophetæ comminantis Azaheli regi Damasci: qui decem tribus graviter afflixerat. q. d. si Azabel semel & bis tãtummodo populum meũ esset persecutus, forsitan parcerem illi: sed quia diu expectaui eum ad pœnitentiam ut conuersus reciperet sanitatem, & econtra ipse abusus patientia mea tertio & quarto afflixit; cogor mutare sententiam ut plagis corrigam delinquentem.

h ¶ Non conuertam eum.] Non expectabo eum, vt conuertatur, sed plagis corripiam eum. Vel lege interroga tiue: non conuertam eum? id est, nonne conuertam eum ab insania sua flagellando ipsum?

i ¶ Iuxta.] Verba Hieronymi.

K ¶ Tropologiam.] Id est, moralitatem. De hoc quære supr. dist. 37. vino.

Tropologia.

facit ei in confessione pœnitentiæ, nõ expectes, vt humi licet te Chusarsaton, & inuito necessitas extorqueat pœnitentiam, sed ipse præueni tortoris istius duritiam †: quia si te ipse emendaueris, si te ipse correxeris; pius est Deus, & misericors, qui uindictam temperet ab eo, qui illam præuidit tendo [a] præuenit. Sed illud consideremus; quia donec seruierũt Chusarsaton ij, qui traditi fuerãt pro delictis suis, & non clamauerunt ad Dominum; nemo suscitatus est, quia saluare eos posset. Cum vero clamauerunt ad Dominum; tunc suscitauit [b] Dominus Saluatorem Israel, & saluauit eos.

† al. manus

α ¶ Libratione.] Antea legebatur, delibratione. Emendatum est ex homilia Origenis, quemadmodum & alia nonnulla.

β ¶ Quanto.] Hæc pars videtur potius sumpta ex glossa ordinaria, quàm ex ipso Origene.

Idem Hieronymus in c. 5. epistola ad Ephesios.

C. LXX.

ECclesia Christi gloriosa est, non habens maculam [c] neque rugam [d], aut aliquid istiusmodi. Qui ergo peccator est, & aliqua sorde maculatus; de ecclesia [e] Christi nõ potest appellari, nec Christo subiectus dici. Possibile autem est, ut quomodo ecclesia quæ prius rugam habuit, & maculam [γ] [f] in iuuentute, & mũditiam postea restituta est; ita & peccator currat ad medicum, quia non habent opus sani medico, sed male habentes: ut curentur vulnera ipsorum, & fiant de ecclesia, quę est corpus Christi.

Luc. 5.

γ ¶ Et maculam.] Restitutus est locus ex originali. Antea legebatur, & maculam, & immunditiam, & postea restituta est.

Idem in c. 1. Amos.

C. LXXI.

SVper tribus [g] scelerib. Damasci, & super quattuor nõ conuertam [h] eum.] Iuxta [i] tropologiam [K] hoc possumus dicere. Primum peccatũ est cogitasse, quæ mala sunt. Secundum, cogitationibus acquieuisse peruersis. Tertium quod mente decreueris, opere compleuisse. Quartum, post peccatum non agere pœnitentiam, & in suo sibi complacere delicto [l].

l ¶ Delicto.] Q. d. qui in tribus prioribus peccat, si pœnitet, conuertit Dñs ad eum vultum clementiæ suæ. si autem non pœnitet, auertitur ab eo vultus clementiæ suæ.

a ¶ Secunda.] ¶ Tabula.] Procellarum huius mundi quia nauigamus; tendentes ad patriam. & incurrimus naufragium ex peccato primi hominis, quo sumus.

b ¶ Festiuitatis.] Scilicet scenophegiæ: in qua Iudæi singulis annis habitabant sub vmbraculis in memoriam quadraginta annorum, quibus in deserto fuerunt sub tabernaculis. quasi dicat ad litteram sicut enim olim vos de Aegypto liberaui, & habitastis in tabernaculis: sic & nunc educam vos de imminẽte captiuitate peccatorũ, si ad me reuerti volueritis.

Scenophegiæ festiuitas q̃ erat.

Idem epist. 65. ad Pammachium, & Oceanum.

C. LXXII.

Sent. 4. dist. 14.

SEcunda post naufragium tabula [a] est, culpam simpliciter confiteri. Imitati estis errantem: imitamini & correctum. Errauimus iuuenes, emendemur senes: iungamus gemitus, lachrymas copulemus.

Idem.

¶ *Caput hoc est in commentarijs ad c. 3. lamentationum Hieremię, qui non sunt B. Hieronymi. sed Rabani.*

C. LXXIII.

Ezech. 18 & 33.

OVia diuinitatis natura clemens est, & pia, magisque ad indulgentiam, quàm ad vindictã prona: quia non vuult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat: si quis post lapsum peccatorum ad veram pœnitentiam se conuertit; cito à misericorde iudice veniam impetrabit.

Idem in c. 12. Oseæ.

¶ *Antea citabatur ex eodem in Malachiam.*

C. LXXIIII.

NE forte peccati memores tardius reuertantur; (Adhuc inquit, sedere vos faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis: [b]) vt quod facit baptisma [c], hoc faciat pœnitentia; & habitent in tabernaculis Saluatoris, hoc est, in ecclesijs.

Idem in c. 9. Danielis.

Hier. 29. & 32.

PRædixerat Hieremias [d] septuaginta annos desolationis templi: post quos rursus veniret populus in Iudæam; & ædificaretur templum, & Hierusalem. Quæ res Danielem non fecit negligentem; sed magis prouocat ad rogandum vt quod Deus per suam promisit clementiã; per horum † impleat preces [e]; ne negligentia superbiam, & superbia pariat offensam. Denique [f] in Genesi legimus [g] centum viginti annos pœnitentiæ constitutos ante diluuium: qui, quia tanto tempore, hoc est centum annis noluerunt agere pœnitentiam, nequaquam expectat; vt & viginti

† al. huius Gen. 6.

Baptismus & pœnitentia ministrãtur tempore interdicti.

c ¶ Q̃d facit baptisma.] Non tamen quodcũq; vt inf. de consc. dist. 4. fine pœnitentia vnde semper ista duo quãuis interdictũ generale ponatur excepta intelliguntur: extra de sponsa. nõ est vobis. Itẽ hoc facit pœnitẽtia quod baptismus quo ad vitam æternam, non quo ad hoc, vt petere possit quis iure suo dispẽsationem acta pœnitẽtia, vt ext. de vo. ca. 2. in fine. & inf. dist. 6 cap. 1.

PRædixerat.] CASVS. Hoc capit. inducitur ad probandum, quòd licet alicui venia promittatur, illã tamen debet cum instantia implorare: ne ꝓpter dẽsidiã promissa venia retractẽt. Vnde licet Dominus per Hieremiã ꝓmiserit q̃ filios Israel post lxx. annos desolationis tẽpli reduceret in Hierusalẽ. Daniel tamen non fuit negligens in rogando hanc: ne negligẽtia offensã pariat. vnde legitur in Genesi, q̃ mudus ante cxx. annos non defuisset: sed quia homines negligentes fuerunt circa pœnitentiam: ideo post centum annos mundus finitus est.

Oratio fit assidua.

d ¶ Hieremias.] In epistola quam direxerat ad transmigrationẽ Babylonis dicens: Cum impleri cœperint lxx. anni, visitabo & reducam vos ad locum istum.

e ¶ Preces.] Sup. 23. q. 4. obtineri.

f ¶ Denique.] Alia ratione probat q̃ ab oratione non est cessandum: quia si Deus videt homines negligentes mutat quod prius promiserat.

Hominis assidua. dies sunt cxx. anni.

g ¶ In Genesi legimus.] Vbi dicitur, non permanebit spiritus meus in homine in æternũ, q. caro est, id est, fragilis erũtque dies eis cxx. anni. q. d. spiritus meus, i. indignatio 1. mea, & ira mea nõ remanebit in homine in æternum, id est, non erit æterna, quia nõ reseruabo hominẽ in æternis cruciatibus, sed ipsum hic puniam

1 Supra ea. sed & continuo.

temporaliter, scilicet diluuio. hoc dicit propter illos, qui in diluuio saluati sunt, & conuersi ad Deum.

a ¶ Ante.] Nunquid etiam iudex potest hoc facere post datas inducias? arg.ꝙ sic.ff.de re iudi.quod iussit idem etiam dices in sententia lata sub conditione. extra de sen.excom à nobis.

b ¶ Postea.] Arg.ꝙ si teneris mihi librum scribere ad certū terminum, & tātum iā de tēpore est lapsū, ꝙ i residuo scribere nō possis, statim possum agere cōtra te. arg su.2 q.6. appellā tē. ff de verb.oblig. hoc iure. Argu.contra. ff. si quis cau. fi eū.§.1. ff. de reg.iur. nulla intelligit ff.de verb.oblig.insulam. vbi soluitur hæc cōtrarietas.

c ¶ Comminatus.] Pœnam. s diluuij.

d ¶ Abieci.] Quantū ad præsentiam.

Eleemosyna redimit peccata.

MEdicina.] CASVS. In hoc c. ostēdit Amb ꝙ operibus misericordiæ debet homo redimere peccata sua eleemosynas faciendo: non quòd Deus sit venalis: sed ipsu venialis est qui se redemit.

e ¶ Peccata.] Id est, pœnas debitas ꝓ peccatis. No. i hoc c. peccata dici pœnas peccatorū, quæ eleemosynis redimuntur, & relaxaūt. vel eleemosynæ redimūt peccata, idest, ostendūt esse dimissa. Vel legit de misericordia, vel eleemosynæ virtute, quæ est spiritualis medicina animæ.

f ¶ Redime.] su.41.d. non cogantur.at. su. d 82 presbyter.

g ¶ Venundatus.] su. 15.q.1.non est.

h ¶ Eleemosynis.] Supra ea. dist. cap.omnis.§.alij. & cap.miror.

MEdicamentū.] CASVS Dicit in hoc c. quod sicut in confectione medicinali ex pluribus herbis cōfecta, aliqua illarū est dominātior sic in pœnitentia faciendā eleemosyna dicit dominari. Qđ probatur auctoritate Euangelij. [Medicamentum.] id est, eleemosyna, & loquitur per similitudinem, quia medicina est animæ.

alij compleantur: sed infert ante[a], quod postea[b] fuerat comminatus[c]. Vnde & ad Hieremiam dicitur ob duritiā cordis populi Iudæorum: Ne ores pro populo hoc; quia non audiam te.] Et ad Samuel; [Vsquequo luges super Saul? & ego abieci[d] eum.] In cinere igitur, & sacco postulat impleri, quod promiserat Deus; nō quod esset incredulus futurorum: sed nec securitas negligentiam, & negligētia pareret offensam. *Hier.7.* *1.Reg.16.*

Item Ambrosius in sermone in Dominica de Abrahā. ¶ Operibus misericordiæ Deum non emimus, sed nosmetipsos redimimus. C. LXXVI. *Dan.9.*

MEdicina misericordię tollit peccata[e] magna.] Habemus etiam plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus: pecuniā habes; redime[f] peccatum tuum. Non venalis est dominus, sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venundatus[g] es: redime te operibus tuis: redime te pecunia tua. vilis pecunia, sed preriosa est misericordia. ¶ Eleemosyna, inquit, à peccato liberat. Crimina ergo eleemosynis[h] redimuntur. *Eccl.10.secundum LXX.*

¶ *Caput hoc habetur in libro de Helia, & ieiunio, & ibi hęc antecedunt.* Et si grauia deliquimus, magnum medicū inuenimus: magnam medicinam gratiæ eius accepimus. [Medicina.n. tollit peccata magna.] *Absit autem vox*, misericordiæ, *etiam à loco Ecclesiastici,c.10.* *Tob.12.*

Item Ioannes os aurum, hom.9. ad c.6.epistolæ ad Hebræos.

C. LXXVII.

MEdicamentum[i] fortius quod maxime operatur in pœnitentia, hoc est. Sicut in præceptis medicinæ medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantissimam; sic & in pœnitentia, dominantior ista herba, & potentior est, & vniuersum ipsa efficit[k]. Audi enim quid dicit diuina scriptura. [Date eleemosynā[l], & ecce omnia munda[m] sunt vobis. *Luc.12.*

Græce sic habet, Τὸ γὰρ μάλιστα ἰσχυρὸν ἐργαζόμενον τὸ φάρμακον τῆς μετανοίας, τοῦτό ἐστι. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν βοηθημάτων ἐστὶ φάρμακον πολλὰς μὲν λαμβάνον βοτάνας, μίαν δὲ τὴν κυριωτάτην, ἅτῳ καὶ ἐπὶ τὸν μετανοίας ὡῶτικὴ βοτάνη κυριωτέρα, καὶ τὸ πᾶν ὡῶτικὴ γεγύ:το αὖ.

i. Nam quod maximè validum reddit medicamentum pœnitentiæ, hoc est. Et sicut in medicinalibus auxilijs est medicamentum, quod multas quidem herbas recipit, sed vnam præcipuam, ac potentissimam: ita etiam in pœnitentia, hæc ipsa est potentior herba: ipsaque omnino totum præstiterit. Audi, &c.

Item Ambrosius libro 1.de pœnitentia, c.2.

i ¶ Medicamentum.] Id est, eleemosyna.

k ¶ Ipsa efficit.] Vbi deest opportunitas alia faciendi.

l ¶ Date eleemosynam.] .s. ordinate, à vobis ipsis incipientes, vt eam vobis primum exhibeatis. infra dist.3. qui vult. Eleemosyna primo sibi fiat.

m ¶ Munda.] Id est, munde, & sine peccato possit delectare Deus

Dei definitionem.] CASVS. Hugo. ponit hunc casum. Dicit Ambr in hoc ca. quòd Deus quemlibet peccatorem indifferenter recipit, dummodo pœniteat, & licentiā relaxandi de pœna cuilibet pœnitēti sacerdotibus concessit. sed maiora crimina maiori pœnā

† al. distinctionem] orig.

C. LXXVIII.

DEus[a] definitionem† [b] non facit; qui misericordiā[c] suam promisit, omnibus[d], & relaxandi[e] licētiam sacerdotibus suis sine vlla exceptione[f] concessit. Sed qui culpam exaggerauit, exaggeret[g] etiam pœnitentiam. Maiora enim crimina maioribus[h] abluuntur fletibus.

Item libro 2.de pœnit.c.10.

Matt.5. *Luc.7.*

C. LXXIX.

FLeat[i] pro te mates Ecclesia, & culpam[k] tuam lachrymis lauet. Videat te Christus mærentem: vt dicat: [Beati tristes, quia gaudebitis.] Amat, vt pro vno multi rogēt[l]. Denique in Euangelio motus viduæ lachrymis, quia plurimi pro ea flebant, filium eius resuscitauit.

Item eodem libro 2.c.11.

C. LXXX.

ADam post culpam statim[m] de paradiso Deus eiecit. Non distulit; sed statim separauit à delitijs, vt ageret pœnitentiam: statim tunicam vestiuit pelliceam, non sericam.

Et in lib.de pœnitentiæ medicina, c.2.

Item Augustinus in libro 50.homil.homilia vltima, cap.3.

Sunt 4.dist.16.

C. LXXXI.

¶ TRes[n] sunt actiones[o] pœnitentię, quas mecum vestra eruditio recognoscit. Sunt enim vsitatę in ecclesia, & diligenter attendentibus notę; Vna est P, quæ nouum hominē parturit ¶ donec per baptismā salutare[p] omnium præteriorum fiat ablutio† peccatorū. *& paulo post.*

† al. abolitio

na sunt punienda. [Definitionem.] Idest, distinctionem personarum.

a ¶ Deus.] CASVS. Deus indifferenter quemlibet peccatorem recipit, si pœniteat, & sacerdotibus licentiā relaxandi de pœna concessit: maiora tamen peccata maiori pœna punienda sunt.

b ¶ Definitionem.] Idest, distinctionem personarum; idest, nullum vere pœnitentem à se excludit, vt su.29 q. 2.cap.1.§.1. Vel definitionem, idest, exceptionem peccatorum.

c ¶ Qui misericordiam.] i. remissionem peccatorum a se per misericordiam conferendam.

d ¶ Promisit oib.] Vere pœnitentibus 24.q.2 c.legatur.

e ¶ Et relaxandi.] i. pœnam peccati dimittendi.

f ¶ Sine vlla exceptione.] Idest, nullam excipiendo vel peccatorem vel peccatum: quia nullum peccatum est de quo non possit quis pœnitere, vt inf de consec. dist. 4. nemo.

g ¶ Exaggeret.] Idest, si maior fuit culpa, maior fit dolor de culpa, vel satisfactio pro culpa.

h ¶ Maioribus.] Supra 24.q.1.non afferamus.

i ¶ Fleat.] CASVS Dr in hoc c. ꝙ si crimen est manifestum, dolore debes manifeste & fiere, vt ꝓ te oret ecclesia, amat enim Deus vt multi rogent pro vno. Vnde quia multi rogabant pro filio viduæ, resuscitauit eum Deus, sicut legitur in Euangelio.

k ¶ Fleat.] [manifestum fuerit crimen doleas manifeste, & fleas, vt pro te oret mater ecclesia.

K ¶ Et culpam.] Id est, pœnam culpæ, si qua dignus es post cordis contritionem per lacharymas & orationem ex toto deleas.

l ¶ Multi rogent.] Hoc etiam faciunt episcopi cum volunt suis nepotibus bene facere, & merito: quia personam Christi gerunt. 21.dist.in nouo.

ADam post.] CASVS. Probatur in hoc ca. exemplo Adæ, quòd statim post delictum debet quis facere pœnitentiā quia statim post culpam Adā eiectus fuit de Paradiso, vt ageret pœnitentiam.

m ¶ Statim.] argu.ꝙ sententia lata statim executioni mandanda fit, vt not. supr.2. q.1.sicut.11 q.3.cum apud.

TRes.] Hæc est 5. pars dist.in qua ponit magister quæ sunt genera peccatorum. Ioann. de Sant.

CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ tres modi agendi pœnitentiam inueniuntur. Primus est, quando adultus volens baptizari pœnitentiam agit. Secundus quando quis quotidie pœnitet de peccatis venialibus. Tertius quando agitur pœnitentia de mortalibus, quæ prohibentur in decalogo. Ab illo aūt ver. [Est enim pœnitentia] tractat de secundo modo Auguſt dicens, ꝙ si aliquis contemnit venialia, & non agit pnām pro ipsis, & efficit indignus morte, sicut pro aliquo mortali peccato, & hoc probat ꝓ quādam similitudinem inductam de nau. H. aūt sic ponit hunc casum. In hoc ca. ostendit Aug. tria esse genera siue species pnię Vnū genus est ante baptismū de peccatis mortalib. ſm est ante & post baptismū de peccatis mortalib. Postea ostendit, ꝙ si cut venialia quotidie subrepunt, ita quotidie sunt deflēda per aliquam satisfactionem: qz si multa collecta fuerint simul, ita grauabunt sicut vnum mortale. Pnīa tribus modis agit.

n ¶ Tres sunt actiones.] CASVS. Tres sunt modi agendi pnīam, Primus quando adultus volens baptizari agit pnīam. Secundo quando aliquis quotidie pœnitet de leuibus peccatis. Tertius quando aliquis pœnitentiam agit de mortalibus, quę prohibentur in decalogo. Ab illo autem ver. [Est etiam pœnitentia,] tractat de secundo modo, nam si quis contemnit venialia ꝓp contemptum eorum constituitur dignus morte æterna; & hoc probat quadam similitudine. Casum ponit.

o ¶ Actiones.] Idest, tribus modis agitur pœnitentia, scilicet ante baptismum, vt inf. de conse.d.4. agūt hoies, post baptismum de mortalibus peccatis, & quotidie de venialibus inf.dist.4 de quotidianis.

p ¶ Vna est.] Quæ fit ab adultis cum baptizantur, vel ante.

q ¶ Parturit.] Proprie ponitur hoc verbum parturit. cū enim homo iam proponit & meditatur ꝙ baptizari velit, agere pœnitentiam incipit, quæ pnīa nouum hoīem parturit. Pnīa nouū hoīem parturit.

Parturit, idest, in nouam hominem i de eo vetusto prius culpæ vetustatem habẽtem fit nouum hominem. i gratiæ nouitatem habentem, de consec. dist. 4. non dubito.

a ¶ Omnis.] Inf. de consec. d. 4 omnis qui.

b ¶ Ad consecrationem.] i. sanctificationem, vel satisfactionem.

c ¶ Prodest.] i. sacramentum collatũ in fide eorũ. Vel ꝓdest, quia offerunt eum.

d ¶ Supplicationis.] quia semp debemus supplicare, vt ab eo liberemur.

e ¶ Desiderat.] Cum effectu.

f ¶ Peccatis.] Pro mortalibus.

g ¶ Si.n. nosmetipsos.] Pœnitendo, affligẽdo diminuando nos de peccato.

h ¶ Iudicaremur.] i. puniremur ad pœnam.

i ¶ Est etiam pœna.] Modo redit ad secundum articulum.

K ¶ Quæ humanæ.] Inf. d. 3. c. incastum. §. sed verba. & ca. de quotidianis.

l ¶ Collecta.] Secundum illud Et quę nõ prosunt singula multa iuuant. proinde ergo iudicãdum est de pluribus minutis vt de vno grandi & graui delicto *, cui minora coaceruata æquantur, arg. ff. ex q. cau. ma. nec non. §. si quis sæpius, & de pa. si plures, ar. cõtra ff. de iurisd. om. iud. l. 1. si idem. C. de iud. sancimus, §. pen.

* *Quo) imprietantum multa venialia peccata cõstituat vnum peccatum mortale. S. T. 1. 2. q. 88. art. 4. in cor.*

m ¶ Et opprimẽt.] Illa multa venialia. i. contemptus eorũ, & vilipensio *, quod quidem peccatum est mortale. vel ipsum venialia peccatũ est mortale dũ placet, vt 25. dist. §. nunc autẽ. vers. hic etiam. aliàs enim ipsa venialia in purgatorio consumẽtur, & salui erimus, quasi per ignem. 25. dist. qualis.

* *Vide notata sup. d. 25 c. vnum ora rium. in gl. in ver. criminale.*

n ¶ Propter hæc ieiunia.] Leuia, vel propter hæc. s. omnia.

¶ Omnis[a] enim, qui iam arbiter voluntatis suæ constitutus est, cum accedit ad sacramenta fidelium; nisi eum pœnitet vitæ veteris, nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia cum baptizantur soli paruuli sunt immunes. Nõdũ enim vti possunt libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem[b], remissionemque originalis peccati prodest[c] eorum fides, à quibus offeruntur. *& infra, c. 4.* ¶ Altera vero pœnitentia est, cuius actio per totam istam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua supplicationis[d] humilitate subeunda est. Primo, quia vitam æternam, incorruptibilem, immortalemq; nullus desiderat[e], nisi eum vitæ huius tẽporalis, corruptibilis, mortalisq; pœniteat. Non enim sic quisque in vitam nouam per sanctificationem baptismi nascitur; vt quemadmodum deponit ibi omnia peccata pterita, ita etiam statim mortalitatem ipsam carnis, corruptionemque deponat, *& infra, c. 9.* ¶ Tertia actio est pœnitẽtiæ, quæ pro illis peccatis[f] subeunda est, quæ legis decalogus cõtinet; & de quibus Apostolus ait: [quoniam q talia agunt, regnum Dei non possidebunt.] in hac ergo pœnitentia maiorem quisque in se seueritatem debet excercere, vt à seipso iudicatus, non iudicetur à Deo, sicut idem Apostolus ait: [Si enim nosmetipsos ℣ iudicaremus; à Domino non vtique iudicaremur,[h].] *& infra. ℣.* Est etiam pœnitẽtia[i] bonorum, & humilium fidelium pœna † quotidiana, in quapectora tundimus dicẽtes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus[g] nostris.] Neq; enim ea nobis dimitti volumus, quæ dimissa non dubitamus in baptismo; sed illa vtiq; quæ humanæ[k] fragilitati, quãuis parua, tamẽ crebra subrepunt, quę si collecta[l] contra nos fuerint; ita nos grauabunt, & oppriment[m] sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragiũ, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur; an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiã derelicta, atque contempta impleat nauem, atque submergat? Propter hæc[n] ieiunia, & eleemosynæ, & orationes in uigilant, in quibus cum dicimus: [Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus.] manifestam[o] habere nos, quod nobis dimittatur; atque in his verbis humiliantes animas nostras, quotidianam quodammodo agere pœnitentiã non cessamus.

Inf. de consecr. dist. 4. omnis.

Gal. 5.

Beda. 1. Cor. 11

De consec. dist. 4. agũt homines.

† al. pœna.

Matt. 6

¶ *Caput hoc confectum est ex verbis B. Augustini in libro 50. homil. homilia vltima (quæ etiam habentur fere eadem in libro de pœnitentiæ medicina, c. 2.) & in epistola 108. ad Seleucianum.*

a ¶ Baptisma salutare.] *In homilia legitur.* per baptismum salutare, *in libro autem de pœnitentiæ medicina*, quæ nouum hominem per baptismum parturit: donec salutatis omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio.

℣ ¶ Et infra.] *Quæ sequuntur integre habentur in epistola ad Selecucianam, sententia tamen, & aliqua verba leguntur etiam in eadem homilia, c. 8. & in libro de pœnitentię medicina eodem c. secundo, vbi de secunda actione pœnitentię agitur. Referuntur enim ad illam, quæ nunc subiciuntur.*

γ ¶ Est etiam.] *Antea legebatur.* Est enim. *Emendatum est ex loco indicato, & duobus vetustis Gratiani exemplaribus. Longe enim diuersa est hęc pœnitentia à proxime commemorata.*

Si peccatum.] Hæc est sexta pars dist. in qua dicitur q̃ licet peccata per contritionem & confessionẽ tollantur, remanet tamen pœna in hac vita, vel in purgatorio. supple nisi esset in summa contritione. de consec. dist. 4. per baptismum. Ioan. de Fant.

CA-

Poly. l. 6. tit. 20.

Anl. l. 11. c. 137.

2. Reg. 12.

Item Gregorius.

C. LXXXII.

6 Si peccatum[a] Dauid tam detestabile Dominus transtulit; quid est, quòd post omnia, quæ de eodem peccato per prophetam ei à Domino dicta sunt, postmodum tanta tolerauit? Sed proculdubio Dominus delictum sine vltione non deserit. Aut enim ipse hoc in se pœnitens punit[b]: aut hoc Deus cum homine[c] vindicans percutit. Nequaquã igitur peccato parcitur: quia nullatenus sine vindicta laxatur[d]. Sic enim Dauid audire post confessionem meruit: [Dominus transtulit peccatum tuum.] & tamen post multis cruciatibus[e] afflictus, ac fugiens, reatum culpæ, quam perpetrauerat, exoluit. Sic nos salutis vnda à culpa primi hominis absoluimur. Sed tamen reatum eiusdem culpæ diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus α[f]: quia delicta nostra siue per nos g, siue per semetipsum[h] resecat etiam, cum relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere quas in perpetuum non vult in eis videre †.

Ibidem.

† al. vindicare

¶ *Caput hoc integrum quidem habetur in commentarijs, qui nomine Eucherij sunt editi, lib. 2. Reg. c. 8. sed magnam quoque partem apud B. Gregorium lib. 9. moralium, c. 27.*

α ¶ Obimus.] *Apud B. Gregorium sequitur*, Bene ergo dicitur [sciens, quod non parceres delinquenti.] quia, &c. *repetit enim ipse verba illa Iob sibi ad interpretandum proposita. Eucherius autem habet vt Gratianus.*

Item Augustinus de peccatorum meritis, & remiss. lib. 2. c. 34.

C. LXXXIII.

2. Reg. 12.

Sicut primi[i] homines postea iuste viuendo merito creduntur per Domini sanguinẽ ab extremo iudicio liberati, nor tamen in illa vita meruerunt ad paradisum reuocari[k] sic & caro peccati, etiam si remissis peccatis homo in ea iuste vixerit, nõ continuo meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Dauid in libro Regnorum; ad quem propheta cum missus esset, eique propter peccatum, quod admiserat, euentura mala ex iracundia Dei comminaretur; confessione peccati veniam meruit.

CASVS. Cum post pœnitentiam Dauid Dominus transtulit ab eo peccatũ; quæritur quare postea pro eo peccato multas pœnas sustulit. Et respon. Grego. ꝙ licet peccatum esset sibi dimissum, tamen pœna, quam promeruit, debetur: nam etsi per baptismum nobis dimittitur originale peccatum, tamẽ post baptismum eius peccati pœnam, id est pœnalitates corporis sustinemus.

a ¶ Si peccatum.] Hic dicit peccatum: inferius, idẽ vocatum, cat delictũ, & ita indifferẽter vtitur hic vocabulis Gre. delictum quod & in communi vsu loquendi fit. Aug. tñ in quæstionibus Leuitici differentiam notat dicẽs: Declinare à bono est delictum, & peccatem facere malum. vnde apparet q̃ peccatum mali est perpetratio. nam & opus est, inf. distin. 3. inter hæc hircum. delictum enim est boni defertio. quid est aliud delictum, quàm derelictum. Vel delictum appellatur proprie quod ignoranter fit, iuxta illud: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias, &c. peccatum vero quod scienter.

b ¶ Punit.] sup. ea di. c. si cui. §. item sicut. & cap. porro. inf. ea. distinct. §. quæcumque.

ADDITIO. Põt dici, q̃ peccatũ ad prolationẽ corporis refertur: iniquitas vero ad mentis acerbitatem præcedit iniquitas, sequitur peccatum. sed prauior est iniquitas tanquam materia, Arch.

c ¶ Cum homine.] id est, per hominẽ, tãquam ministram, vt per hostem. ar. 23. q. 5. remittuntur. 15. q. 1. nec is. vel cum ipso homine, id est cũ homo punit se sufficienter.

d ¶ Laxatur.] su. ea. dist. cap. omnis. § alij. econtra. & ca. nullus debite.

e ¶ Cruciatibus.] inf. ea. dist. §. non sunt. & c. quem pœnitet.

f ¶ Obimus.] Aliàs luimus, id est ꝓpter peccatum Adæ mortem carnis incurrimus, & alias pœnalitates sustinemus 1. De consec. dist. 4. non sitati mortis subijci ex quo mur.

g ¶ Siue per nos.] Cũ pœnitẽtiam agimus.

h ¶ Siue per semetipsum.] In baptismo. infra, de consecr. d. 4. fine pœnitentia.

Sicut primi.] CASVS. H. sic ponit hunc casum. Per primum hominem, & Dauid, ol̃ edit Aug. ꝙ licet ꝙ baptismũ & pœnitentiam nobis dimittatur peccata tamen postea mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato inflictæ remanent ad agonem & exercitium. [Primi hominis,] scilicet Adæ & Euæ.

i ¶ Sicut primi.] Per primos homines, & per Dauid ostenditur, ꝙ licet per pœnitentiam vel baptismum nobis dimittantur peccata tamen postea mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato inflictæ remanent ad agonem & exercitium.

k ¶ Reuocari.] Eodem modo quo primo fuerant: cum non subiacebant morti, & alijs pœnalitatibus sibi postea inflictis.

a ¶ Meruit.] Id est, obtinuit. q.d. talis fuit confessio, cui data est venia. ff. 8. dist. consuetudo.

b ¶ A filio.] Id est, per filium Absalonem. dist. 47 ca. ficut. § necesse. gl. est fi. in l. seruo legato. § 1. ff. de leg. 1.

c ¶ Et nunc dicitur.] Id est, obijcitur à quibusdam hæreticis, qui dicebant peccata in contritione quantum ad vitã æternam non posse dimitti.

d ¶ Nisi.] q.d. si quæritur, nisi id est, sed: quia rectissime si dictum fuerit. si quæsi tũ respon. vel est ibi sic, & tunc ita, nisi, id est, sed: quia rectissime sic dictũ fuerit, quasi quia rationabile est q; ita respondetur, &c. & q, nisi, ponatur pro sed, inuenitur 38. distinct. sedulo.

e ¶ Impediretur.] Non vt per hoc temporalem pœnam euitet. argum. 23. quæst. 4. si is.

f ¶ Humilitate.] Imponitur ergo pœnitẽtia pro peccato, vt humilitas exerceat, & ne disciplina ecclesiæ deseratur. 23. q. 5. excommunicatorum, & vt satisfiat ecclesiæ, quæ scandalizata est. inf. ead. iudicet. & ad cautelã. 50. dist. presbyteros. 34. q. 2. in lectum.

g ¶ Exerceretur.] Infra, distin. 3. hæc de charitate & cap. proximior.

h ¶ Ademit.] Arg. q; licet destruatur principale, remanet accessoriũ. arg. extr. de cõuer. coniu. quidã. extra de spon. ad audientiã. ff. de cõs pecitẽ §. 1. C. de pręd. mino. & si is. ff. de mi. in causę 2. Arg. cõtra ff. de re. iu. cã principalis. & C. de leg. & consti. non dubium. C. de usur. eos.

IN actione.] Hęc ẽ septima pars dist. in qua dicitur, q; vbi pœnitentia non statuitur à canone, relinquitur arbitrio boni viri: quia Deus inspicit magis mensuram laboris, id est, cordis quàm temporis. Io. de Fant.

CASVS. Itte sic coasueuit poni. Dicitur. n. hic, q; quando peccatum ita magnum est, q; peccator dignus est priuari corpore Christi, sacerdos potius debet considerare mensuram doloris, quàm temporis. sed quia dolor est occultus quandoque, ita statuuntur tempora pœnitẽtiæ ab eo. qui vices eius gerit; cui gemitus nõ est absconditus, vt peccatũ puniat, si nõ est per dolorẽ sufficiẽter dimissũ siue punitũ, & vt satisfaciat ecclesię, quã læsit: ideo quicumque pro occulto crimine à communione vult abstinere, facit hoc auctoritate sacerdotis.

i ¶ In actione.] Id est in agenda satisfactione, vt infr. de consecr. dist. 3. de pœnitentibus.

K ¶ Vbi tale.] De consec. dist. 3. de pœnitentibus.

l ¶ Meruit[a], respondente propheta, quòd illud ei flagitium, faciusque remissum sit: & tamen consecuta sunt, quæ Deus fuerat comminatus, vt sic humiliaretur à filio[b]. Quare & nunc[α] dicitur[c], si Dens propter peccatum, illud fuerat comminatus; cur dimisso peccato, quod erat minatus, impleuit; nisi[d] quia rectissime, si sic dictum fuerit, respondebitur, remissionem illam peccati factam, ne homo à percipienda vita impediretur[e] æterna: subsecutum vero illius comminationis effectum; vt pietas hominis in illa humilitate[f] exerceretur g, atque probaretur, sic & mortem corporis propter hoc peccatum Deus homini inflixit: & post peccatorum remissionem propter exercendam iustitiam non ademit[h].

α ¶ Quare & nunc.] *In originali legitur.* Quare & hic non dicitur. *Sed ob glossam non est mutatum. Alia vero multa ex eodem sunt emendata.*

Idem in homilia de pœnitentia.

¶ Doloris mensura potius, quam temporis in actione pœnitentiæ consideranda est. C. LXXXIIII.

Pœnitentia quare pro peccato imponitur.

7 IN actione[1] pœnitentiæ, vbi tale[k] crimen cõmissum est, vt is, qui commisit, à Christi etiam corpore separetur; non tam consideranda est mensura[l] temporis, quàm doloris. (Cor enim cõtritum, & humiliatum Deus non spernit.) Verum, quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri[m], neque in aliorum notitiam nisi, per verba β[n], vel quæcumque alia signa procedit, cum sit coram illo, cui dicitur, (gemitus meus à te non est absconditus;) recte constituuntur[o] ab his P, qui ecclesiæ præsunt, tempora pœnitentiæ, vt satisfiat etiam ecclesiæ; in qua remittuntur ipsa peccata. Extra 9eam quippe non remittuntur. Ergo γ cum tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, vt medicamenta[r] corporis & sanguinis Domini differenda sint, auctoritate[s] antistitis debet ab altario remoueri ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari.

In Enchiridio, cap. 65.

Sent. 4. dist. 20. Poly. l. 6. tit. 20. Ant. l. 11. c. 144. Iuo p. 2. c. 4. & p. 15. c. 23. *Psal. 50.*

β ¶ Nisi per verba.) *Aboriginali abest dictio*, nisi. *sed habita est ratio glossæ.*

γ ¶ Ergo.) *Hæc non sunt in Enchiridio, sed in epist. 118. ad Ianuarium, sub alterius persona. Ita enim loquitur.* Alius contra: immo, inquit, si tanta est plaga peccati, &c.

Sent. 4. dist. 17. Eugysippus, to. 1. par. 125.

l ¶ Mensura.] Infra ea. mensuram.

m ¶ Occultus est alteri.] sup. 14. q. 3. Deus quando.

n ¶ Per verba.] Sup. 22. q. 2. is autem. & q. 5. humanæ. ff. de sup. leg. I. Labeo. §. 1. & extra de spon. cum apud.

o ¶ Constituuntur.] Id est, præfiguntur.

p ¶ Ab his.] sup. 26. q. vlt. tempora.

q ¶ Extra.] sup. 11. q. 3. illud plane.

r ¶ Medicamenta.] Quia per illa augentur virtutes, & confirmantur, & conseruantur.

s ¶ Auctoritate.] sup. ea. distin. sunt qui arbitrantur. & c. facilius.

Pœnitentiæ ordo.

ADDITIO. Dic vt not. sup. e. dist. qui sanctus in gloss 1. Archid.

I Vdicet.] CASVS. Ostendit Aug quis ordo sit seruandus in accipiẽda pœnitentia. Primo enim debet quis confiteri. su. ea. sufficit. deinde iniungere & redarguere, & proponere in corde confiteri, & satisfacere ad arbitrium ecclesiæ, & postea veniat ad sacerdotẽ, & ab eo accipiat pœnitentiam: & si crimen est publicum vnde scãdalum ortum fit, publice recipiat, & agat pœnitentiam.

Et in li. de pœnitẽtiæ medicina cap. 3. Beda ad Eph. 5. Sent. 4. d. 17. Iuo p. 15. c. 24.

† *al. medicina sed tamẽ medicinæ sententiam*

Idem in eadem homilia quinquagesima, c. 11.

C. LXXXV.

I Vdicet seipsum homo in istis voluntate, dum potest, & mores conuertat in melius: ne cum iam nõ poterit, etiã præter voluntatẽ à domino iudicetur. Et cum in se protulerit seuerissimæ[a] medicinæ † sententiam; veniat ad antistites[b], per quos illi claues[c] in ecclesia ministrantur, & tãquam bonus incipiens iam esse filius, maternorum[d] membrorum ordine[e] custodito, à præpositis[f] sacrorum accipiat satisfactionis suæ modum, vt in offerendo sacrificio cõtribulati cordis deuotus, & supplex, id tamẽ agat, quod non solum ipsi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam cęteris § ad exemplum: vt si peccatum eius non solum in graui eius malo, sed etiam in tanto † [h] scandalo est aliorum, atque hoc expedire vtilitati ecclesiæ videtur antistiti; in notitia[i] multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recusет, non resistat, non lethali, & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem. *& infra.* ¶ Multi enim corriguntur, vt Petrus: multi[k] tolerãtur, vt Iudas, &c.

†abest ab orig.

Item Hieronymus.

¶ Mortificatio vitiorum magis, quàm abstinentia ciborum, pœnitenti necessaria est.

C. LXXXVI.

3. q. 1. mult.

† *al.* autem.

Alcuinus. de ecclesiasticis officijs. de capite ieiunij. Sent. 4. d. 20. Poly. l. 6. tit. 20. Ant. l. 11. c. 145. Burch. 19. c. 31. Iuo p. 15. c. 49.

MEnsuram autem temporis in agẽda pœnitẽtia idcirco nõ satis aperte † præfigunt canones pro vnoquoque[l] crimine, vt de singulis dicant, qualiter vnumquodque emendandum sit; sed magis in arbitrio[m] sacerdotis[n] intelligentis relinquendum statuunt: quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quàm doloris[o]; nec abstinentia P tantum ciborum, quàm mortificatio vitiorum. Propter quod ipsa tempora pœnitentiæ pro fide, & cõuersatione 9 pœnitentium abbreuiãda præcipiunt, & pro negligentia[r] protelanda. Extant tamen pro quibusdam sic ponit hunc casum. quare in vnoquoque crimine non est determinatum tempus pœnitẽtiæ: quia apud Deum non tantum valet mensura temporis, quantum doloris: & ideo relinquitur arbitrio sacerdotis, qui prout viderit expedire assignet tẽpus breue vel prolixum: sed ne ignoret sacerdos modum imponendi pœnitentiã in quibusdam criminibus modi & tẽpora pœnitentiæ sunt determinata. Sequẽs autem capit. scilicet, quis aliquando. planum est.

Pœnitentia minor auferret pœnitentem.

l ¶ Pro Vnoquoq;.] id est, pro genere cuiuslibet criminis.

m ¶ In arbitrio.] Id est, in arbitrio sacerdotis est, relictum statuere tempus pœnitẽtiæ. argu. ff. de iure de libe. l. 1. su. 26 q. vlti. c. tempora.

n ¶ Sacerdotis.] Hoc tamen cũ pœna non est expressa. quia cũ pœna est expressa, illam debet imponere arg. extra de offic. iudi. de leg. de causis infra dist. 5. falsas. ex causa tamẽ aggrauare potest, & mitigare arg. 50. distin. de his. Quid si inique arbitratus est, & minorẽ pœnam imponat, quàm debeat? si est ordinarius[g] eius iudex siue sacerdos curatus[g] & dispẽsandi animo hoc facit, sufficit illa licet modica ad delendum peccatum, si per errorem, & ab illo pœnitente credebatur peritus. sufficit illa minor pœnitentia ad delendum peccatum, & omnem pœnam alterius vitæ, dummodo pœnitens, qui eam recipit, maiorem, suscipere paratus esset, si sibi imponeretur, argu. infra. ead. distinct. quem pœniret. ver. sæpe. si autem credebat eum imperitum, in culpa est, nec releuabitur hac sola pœnitentia. idem iuris est si ad alium iuit, non ad suum iudicem. cum suus sacerdos esset peritus: quia eo casu in culpa fuit: si autem suus sacerdos non erat peritus: & ideo iuit ad alium, quia hoc sibi licet. inf. d. 9 placuit. & ille male est arbitratus, dic vt dixi in ordinario.

o ¶ Doloris.] Vnde & tantam contritionem posset sacerdos perpendere in homine, quod tantam contritionem exteriorem ei imponeret.

p ¶ Abstinentia.] Inf de consec. d. 5. ieiunium. sup. d. 86. quid prodest.

q ¶ Conuersatione.] sup. 11. q. 3. plerumque. (cerdos.

r ¶ Negligẽtia.] su. 30. dist. de his clericis sup. 26. q. 7. la-

a ¶ Culpis.] Vt in fornicatione sacerdotis cum filia spirituali. 30. q. 1. si quis sacerdos. su. 82. dist. presbyter. & in multis alijs.
b QVis aliqñ.] ¶ Deprehensus.] In aliquo peccato.
c ¶ Humiliauerit.] Id est, humiliatus apparuerit.
d ¶ Gloriam.] Id est, laudem & famã, qua ab hominibus laudabatur: quia credebatur esse bonus. & ita habes ex hoc c. quod clerici deteriores sũt laicis. 8. q. 1. qualis. sic & monachi deficientes omnibus sunt deteriores 47. distinct. quantumlibet. & su. 24. q. 3. transferũt, vnde etiã dicit sanctuario meo incipite, vt 50. distinc. & purgabit & hoc destruit ecclesiam vehementer vt 8 q. 1. qualis.

Monacho malo nil deterius.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est octaua pars dist. quę diuiditur in tres partes. In prima recapitulat canones in prima parte positos. & positis ipsorũ canonum principijs, dicitur qualiter sunt intelligendi. Secũda ibi, [Econtra auctoritas. Tertia ibi, [Econtra ea.] Io. de Fan.

CASVS. Ex præallegatis auctoritatibus ab illos §. [Alij econtra.] Cõcludit Grat. peccata non dimitti sine oris confessione, & operis satisfactione, & incipit respondere auctoritatibus primo inductis pro alia parte, scilicet quæ asserit peccata in sola cordis contritione dimitti, soluendo eas quandoque bene, quandoq; male, vt dicit Hu. Postea in §. [Ecõtra e.] defendit sententiam illam, quod sola confessione peccata delentur, & ita alternatim incedit, nunc pro hac parte, nunc pro illa, allegando q vnus debet esse. §. vsque ad § [Econtra.] Hanc tamen auctoritatem. [Non tibi dico,] de nouo inducit, vt eam soluat, quia videbatur facere pro alia parte: ad cuius solutionem inducit auctoritatem Ioannis Chryso. & casus duarum illarum auctoritatum plani sunt: quidam tamen habent capitula in principijs omnium auctoritatum: quod esse non debet. sed si velles facere capitula in illis duabus nouis auctoritatibus, facies. §. ibi. Non ita similiter, & illud.

HIS AVCTORITATIBVS. Hic cõcludit, q nõ sola contritione cordis peccata dimittuntur, & respondet auctoritatibus inductis pro alia parte, quæ asserit, scilicet peccata sola contritione cordis dimitti posse, post in §. [Econtra ea.] defendit sententiam illam, q sola confessione delentur, & ita alternatim icedit. nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando.

e ¶ Negationis.] Vnde quidam dicunt. quòd negando ter peccauit, triplex amor expiauit, & trina confessio. 6. q. 1. imitare.
f ¶ Totũ vitæ tempus.] Est. hic arg. q intranti monasterium non est imponẽda pęnitentia de peccato ante cõmissũ: quia nec Astulpho imponitur, si intrat monasteriũ. arg su. q. 2 admonere, & hoc propter continuationẽ pœnitentiæ, & exercitij, quæ in monachis exiguntur. arg. 16. q. 1. vos. extra de sent. excom. cum illorum. & argu. opti. extra de vo. & vo. redem. scripturæ.
g ¶ Leonis.] su. e. d. c. voluissent. § ex his omnibus i &c. sufficit. Magnũ saltũ fecit hic G qa cũ deberet inferre auctoritatẽ Ambrosij de Petro propositã. illa, s. Petrus su. e. d. circa prin infert auctoritatem Leonis, quam induxit su. e. § ex his omnibus. & pro alia parte.
h ¶ Sed ei.] Non dicit verum, quia non negat. & esset necessaria pœnitenti exterior satisfactio, si ibi adsit facultas: sed dicit sufficit confessio, quæ fit Deo & sacerdoti, si adest facultas.
i ¶ Delictum.] Non videtur congrua hæc solutio, contrarium magis innuitur inf. ea. dist. § vl. H.
ADDITIO. Aliàs similem secundum Laur. sed Hug. in sua gl. ponit idem, &c.

Monasterium intranti non sit pœnitentia imponenda.

culpis [a] pęnitentiæ modi impositi, iuxta quos cęteræ perpendendæ sunt culpæ; cum sit facile per eosdem modos vindictam, & censuram canonum æstimare.

¶ Caput hoc, quod Burchardus etiam & Iuo citant ex dictis B. Hieronymi, beatus Rhenanus in suis adnotationibus in Tertullianum testatur se legisse in antiquo pœnitentiali. Et ex eo, ac cæteris collectoribus nonnulla sunt emendata; & postrema clausula etiam aucta. Sententia autem habetur etiam 7. capitu. cap. 21. & in epistola Basilij ad Amphilochium, c. 2. & in synodo Metensi anni 859. cap. 10.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti in Matthæum, homilia 40.

C. LXXXVII.

QVis aliquando vidit clericum cito pęnitentiam agẽtem? Sed, etsi deprehensus [b] humiliauerit [c] se; non ideo dolet, quia peccauit: sed confunditur, quia perdidit gloriam [d] suam. Sent. 4. d. 17.

8 *His auctoritatibus asseritur neminem sine pęnitẽtia, & confessione propriæ vocis à peccatis posse mundari. Vnde præmissæ auctoritates, quibus videbatur pbari, sola cõtritione cordis veniam præstari, aliter interpretatæ sunt, quàm ab eis exponantur: Negationem namque Petri secuta est satisfactio lachrymarũ, & trina cõfessio Dominicæ dilectionis, qua penitus deleuit peccatũ trinæ negationis* [e] *Nõ ergo necessaria sibi erat certa satisfactio peccati: cuius totũ vitæ tempus* [f] *obedientiæ impendebatur sui conditoris. Imitabatur enim illud propheticũ: [Declina à malo, & fac bonum.] & Illud Esaiæ: [Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, &c.] Amplius horũ nihil à peccatore exigitur. Non ergo illa auctoritate Leonis* [g] *Papæ satisfactio pęnitentiæ negatur esse necessaria cuilibet delinquenti; sed ei* [h] *tãtũ, qui beatũ Petrum imitatus, huic sæculo penitus abrenũciat, & cunctorum vitiorum fomitem in se funditus mortificat. Item illud Ioannis* [a] *† Chrysostomi: [Lauent lachrymæ delictũ* [i] *quod pudor est voce cõfiteri.] & illud aliud, quod scribitur*

Luc. 22. Ps. 36. Esa. 55. † Ambrosij. su. ea d. c. lauent. Sent. 4. d. 17.

a ¶ Non tibi.] Nunc primo inducit hanc auctoritatem, quæ videtur facere pro alia parte, vt eam soluat.
b ¶ Vt te.] Idest, tuum peccatum secretum i.
c ¶ Accuses.] Aliàs accuses te de illo crimine.
d ¶ Reuela.] Lingua cordis, & non carnis. vnde subdit ante, &c.
e ¶ Viam.] Idest, peccatum.
f ¶ Confitere.] Sacerdoti. Vel in memoria semper habeas ea postquam confessus es sacerdoti. In memoria dico quo ad flendum, non quo ad agẽdum vel delectandum. vnde subdit, apud, &c.
g ¶ Non lingua.] Tantum. Vel non lingua secundum aliam expositionem. s. vt intelligatur de peccatis iam confessis sacerdoti.

Io. Chrysostomus homil. 31. in epist. ad Hebræos. Ps. 36.

in epistola ad Hebreos: [Non tibi [a] *dico, vt te* [b] *prodas in publicum, neque vt te apud alios accuses* [c]*: sed obedire te volo prophetæ dicẽti, Reuela* [d] *Domino viam* [e] *tuam. Ante Deum ergo tua confitere* [f] *peccata, apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua* [g]*, sed conscientiæ tuæ memoria: & tunc demum spera misericordiã te posse consequi: si habueris in mente peccata* [h] *tua continue* [i]*, malum nunquam aduersus proximum tuum in corde retinebis.] Non ita intelligendum est, vt sine confessione oris peccata dicantur dimitti, sed sine publica satisfactione. Secreta namque peccata, secreta* [k] *confessione, & occulta satisfactione purgantur* [l]*: nec est necesse, vt quæ semel sacerdoti confessi fuerimus, denuo confiteamur* [m]*; sed lingua cordis, non carnis apud iudicem verum ea iugiter confiteri debemus. Hinc etiam idem Ioannes Chrysostomus ait: [Nunc autem si recorderis* [n] *peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu Dei pronuncies, et pro eis clemẽtiam eius depreceris; citius illa delebis. Si autem nunc obliuiscaris peccatorum tuorum; tunc eorum recordaberis, et nolens, quando in toto mundo publicabuntur, et in conspectu proferentur omnium tam amicorum tuorum, quàm inimicorum, et sanctorum Angelorum, cælestiumque virtutum. Non enim ad Dauid solum dicebat* [o]*. Quæ tu secreto fecisti, ego cunctis manifestabo; sed etiam ad omnes* [p] *nos hoc dicitur.] Similiter* [q] *& illud Prosperi intelligitur. [Qui crimen* [r] *suum vltro cognoscunt, & aut illud proprijs confessionibus produnt, aut nescientibus alijs, quales occulti sunt, &c.] [alijs nescientibus,] id est, occulta confessione istis peccatum suum confitentibus, non publice illud manifestantibus. Item illud prophetæ: [Dixi confitebor, & tu remisisti.] id est, remissibilem* [s] *iudicasti †, [impietatem peccati mei.] Ita & illud Augustini intelligitur: [Magna pietas Dei, vt ad solam promissionem peccata dimiserit,] id est, remissibilia iudicauerit †. Item ibidem: [Votum pro opere reputatur, cum deest facultas operis.] Vnde votum confessionis reputatur pro opere vocis, cum deest facultas confessionis. Item voluntas remuneratur, non opus.] ita intelligitur, voluntas facit opus remunerabile, non opus voluntatem. Item illud: [In quacumque hora peccator conuersus fuerit, &c.] conuerti dicitur, qui omnino vertitur: omnino veritur, cuius opus, uxor, & cogitatio ita mortificationi desudat peccati, sicut prius seruierat iniquitati. Ita intelligitur & illud, [conuertimini ad me, &c.] Item, [scindite corda ue-*

In ea. 31. hom. Sent. 4. dist. 17. 2. Reg. 11. sup. ea. facilius. Ps. 31. sup. ea. dixi. † al. indicasti. sup. ea. magna. † al. ĩdicauerit. sup. ea. si cui. su. ea. facilius. Ezech. 33.

1 Secus cum crimẽ est publicũ, & manifestũ, licet persona sit incerta, s. q. 1. c. 2. & illud vi punitur in famans, & aliter ab i. si manifesti puretur, vt ibi. Hug.

h ¶ Peccata.] Ea. s. cum dolore pœnitentiæ commemorãdo.
i ¶ Continue.] Sup. d. 81. valet contra 2.
K ¶ Secreta.] Sup. 2. q. 1. si peccauerit, su. 15. q. 3. de crimine.
l ¶ Purgantur.] Duplicem innuit solutionem primam s. de occulto crimine. qđ sufficit confiteri soli Deo per sacerdotem, nec in publico necesse est illud confiteri: & hanc ponit ibi, secreta, &c. secundam q intelligitur de crimine iam cõfesso sacerdoti: quia illud soli Deo confiteri semper debemus, non voce sed corde: & hanc ponit ibi, nec necesse est, &c.
m ¶ Denuo confiteamur.] In quibusdam tñ casib. tenetur pluries illud idem confiteri. s. propter imperitiam sacerdotum: quia si sacerdos me⁹ imperitus est, teneor confessionem sibi factam alij discretiori propalare, infra d. 6. c. 1. & c. placuit. Item pro contemptu satisfactionis, arg inf. dis. 3. si Apostolus. Item pro enormitate delicti, vt si sacerdos audito crie remittat eũ ad superiorem, vt iterum crimine exposito pœnitentiam sibi imponat, argu. extra de pœn. & remis. c. significauit. ar. sup. ea. q. 2. latorem. Quartũ etiam assignamus, q tñ nõ est expeditus, puta pro diminutione confessionis, vt cũ quis plura hẽt mortalia & vnum confiteretur, arg. inf. dist. 3. sunt plures.
n ¶ Si recorderis.] Sup d. 81. valet cõtra infra dis 3. § siue aũt quis. & c. Iudas.
o ¶ Dicebat.] Per Nathan in libro Regum.
p ¶ Ad omnes.] Arg. 61 d. miramur. ver. vbi est.
q ¶ Similiter.] Scilicet sine publica satisfactione, & publica confessione.
r ¶ Qui crimen.] Sup. ea. dist. facilius 3.
s ¶ Remissibilem.] Non bene soluit. hoc. n. erat & ante. Vel hoc dicit propter sequentem satisfactionem, poterat

2 Ibi loquitur de memoria ad delectãdũ quæ memoria est impbabilis. 15. q. 1. mulier. hic loquitur de memoria ad flendum, & hęc est laudabilis, de hac et hr distin. 3. Iudas. Fin Hug. & Pe.

Confessio eiusdem peccati qñque debet iterari

3 Et nota q oẽs auctoritates, quas hic repetit Grat. positæ sunt supr. ab illo §. Hoc idem. vsq; ad §. Alij cõtra.

erat enim esse, quod contemneret satisfacere, & tunc non remitteretur.

a ¶ Cuncta.] Supra ead. §. hoc idem.

b ¶ Remissionis.] Pœnę temporalis, aliàs falsum diceret.

c ¶ Articulum.] Idest, intellectum.

d ¶ Plenaria.] Quantum ad pœnam temporalem.

ADDITIO. Aliàs non dicit verum, secundum Hug.

e ¶ Reatu.] Pœna, s. temporali debita p reatu.

ECONTRA. Hæc est secunda pars octauæ partis dist. secundum Io. de Fan.

CASVS Allegat nūc Grat. pro alia parte, scilicet quod cordis contritione dimittūtur peccata, respondendo quibusdam superius allegatis, & ad confirmandam suam allegationem inducit tres auctoritates, duas directo, & aliam indirecto. Hu. tamen facit ibi capitulum, qui sunt] Sed tamen est in cap. supra ead tres, & ibi similiter gratia Dei. sed certe mihi videtur quòd totus sit vnus §. vlq; ad §. [Quęcumque.] Quem ita rim ponam.

f ¶ Econtra.] Hic incipit iterum defendere sententiam illam, quæ dicit sola cordis contritione peccata remitti.

g ¶ Auctoritas.] Sua ea. §. his auctoritatibus, ver. nō tibi dico. & ver. nunc autem.

h ¶ Prosperi.] Supra ead. facilius.

i ¶ Extorta.] Idest, extortè expositā.

k ¶ Exhortationē.] Aliam responionem ponit infr. vel si qua iubendo. tertiam infra ea. §. hæc ergo.

l ¶ Confitemini.] Supra dist. 25. c. vnum, §. criminis, contra, sed hic minus bene dicit Hugo. quod corrigit inf. ead. contra, ea quæ 2.

m ¶ Omnis.] Supra ea. tres actiones.

n ¶ Gratia Dei.] Infra de consec. dist. 4. finæ pœnitentia.

dam auctoritatem August. qua contraria videbatur, & ad hanc suam expositionem. Aug. inducit tres auctoritates.

o ¶ Quæcumque.] Allegando dicit. 3.

p ¶ Augustini.] Sup. ead. dist. ca. omnis. §. alij, & capitu. nullus. suq. ea. conuertimini, & scindite.

q ¶ Pœnam.] Saltem interiorem, scilicet cordis contritionem & dolorem.

r Ad hoc īf. e. d. c. vl. ver. sed tamen.

2 Dicit H. q non est curādum de his, quę G hiedi stinguit: sed videas quod no. inf. ead. §. in sum. Ar.

QVÆ CVMQVE.

CASVS Infert ergo Grat. & dicit, q quę de pœnitentia faciendā dicta sunt, ad interiorem pœnitentiam, & non ad exteriorem sunt referenda. postea exponit quan-

stra, & non vestimenta. Ieis dicitur, qui nulla interiori satisfactione præcedēte, sed sola exteriori se Deū posse placare confidunt. Item cuncta [a], quæ de leprosis mundatis, vel de Lazaro resuscitato inducūtur, ad contritionē cordis, nō ad veniā remissionis [b] referenda sunt. Obstinatio enim animi, & confessionis contemptus, quædam mors est impietatis, & lepra superbiæ, à qua quisque reuiuiscit, dum sibi per gratiam dolor delicti, & votū confessionis inspiratur. Ad hunc etiam articulum [c] pertinent ea, quæ de viuentibus, vel in luce ambulantibus, vel dilectionem Dei habētibus, vel de habitaculis † spiritus sancti factis, dicta sunt: vt hæc omnia quisque dicatur assecutus ex cordis cōtritione, quam habet, non ex plenaria [d] peccati remissione, quā nondum inuenit. Sicut enim in baptismo remittitur peccatum, & tamen eius pœna reseruatur; sic per contritionē cordis quisque à Deo resuscitari dicitur: licet adhuc reatu [e] peccati teneatur. Non ergo præmissis auctoritatibus, vel argumentis, sine confessione oris, & satisfactione operis aliquis probatur a peccato mundari.

2 ¶ Ecōtra [f] auctoritas [g] illa Ioānis Chrysostomi, & Prosperi [h] cōtra mentē auctoris extorta [i] videtur. Non enim dicitur, [nō dico tibi, ut te publice accuses,] sed [nō dico tibi, ut apud alios te accuses] Sic & Prosp nō ait, [omnibus, sed simpliciter, alijs nescientibus.] Vnde euidētissime datur intelligi, quòd sine confessione oris peccata possunt deleri. Ea uero, quæ ad exhortationem [k] pœnitentiæ, & confessionis dicta sunt, non huic sententiæ contraire uidētur. Vel enim sunt uerba exhortationis, non iussionis, sicut illud: [Confitemini [l] alterutrum peccata uestra, &c. Vel si qua iubēdo sūt dicta, nō ad oris cōfessionē sed cordis: nō ad exteriorē satisfactionē, sed interiorē referenda sunt. Est enim pœnitentia alia interior, alia exterior. Interior pœnitētia est illa, de qua Augustinus ait: [Omnis [m], q suæ uolūtatis arbiter cōstitutus est, nō potest inchoare nouā vitam nisi pœniteat eū veteris vitæ.] ¶ Item de eadem Petrus in actibus Apostolorū legitur dixisse: Pœnitentiā agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum. Quod de interiori pœnitētia, non exteriori dictū accipitur. De exteriori vero pœnitentia Ambrosius ait sup epistolam ad Romanos: Gratia Dei [n] in baptismate non quærit gemitum, vel planctum, non opus aliquod, sed solum contritionem † cordis, & omnia gratis cōdonat. ¶ Quæcumque [o] ergo de pœnitentia iubēdo dicta sūt, nō ad exteriorē, ut diximus, sed interiorem referēda sūt, sine qua nullus vmquam Deo reconciliari poterit. ¶ Illud autē Augustini [p], quo quisque negatur uenia posse cōseq, nisi prius quātulacūq; peccati soluerit pœnā [q],

† al. habitaculum.

Iac. 5.

sup. ead. tres §. ois, & inf. de cō sec. dist. 4. c. ois.

Act. 2

Ad c. 11. inf. de conse. dist. 4. fi ne pœnitentia. Sent. 4. dist. 4. † al. ex corde professionem

su. null⁹ debitę

a ¶ Punire.] inf. ea. dist. 3. §. hæc de charitate. c. pœnitentia est.

b ¶ Peccata.] su. ead. dist. si peccatum Dauid su. ea. dist. nullus debite.

c ¶ Orta est.] Alias, veritas de terra orta est, id est, Christus de Maria. 35. d. q. 10 fraternitatis.

d ¶ Agnoscit.] Pœcatum suum.

HÆC ERGO. SECRETA. CASVS. Infert nunc Grat. q pro ltuib. peccatis vel occultis secreta est Deo satisfactio facienda: pro manifestis vero peccatis publica. Quod probat exēplo Nabuchodonosor, & Niniuitarū, & auctoritate Augustini.

e ¶ Publica] su. 32. q. 4 nemo. supr. 2. q. 1. si peccanerit.

f ¶ Publico.] Id est, si tempus confessionis & satisfactionis habuit.

ECONTRA. Hæc ē tertia pars octauæ partis dist. secundum Io. de Fan.

CASVS. Nunc pro alia parte allegat Gr. [quod confessio oris est necessaria, dicens q supradicta partim pondere carēt, & partim non: nam occulta peccata secreta satisfactione, purgantur: publica vero manifesta pœnitētia purgantur, nullum tamē graue delictum, si facultas affuerit confitendi, sine confessiōne purgatur. quod p bat tribus auctoritatibus, scilicet Leonis Augustini, & Ambrosij, & vno exēplo Domini: & ad hoc inducit Gr. auctoritatem Leuitici. & licet sit de §. isto: tamē hunc casum sic ponas.

Confessio oris necessaria est.

g ¶ Econtra.] Hic ponit G. verā solutionē scilicet, q necessaria est oris cōfessio, vbi facultas est confitendi, & q pœnitētia debeat agi auctoritate sacerdotis. & ad hoc probandum inducit factum Domini quādo suscitauit filiam Archisynagogi.

h ¶ Leonis.] Supra e. dist. §. alij. & c. multiplex.

i ¶ Quod nescit.] Ar. ff. de acq. poss. l. possideri. §. Neratius. ff. de contrahen. emp. in lege, fundi, & eod. titu. in l. qui fundum. §. fundi.

k ¶ Quomodo.] Supra ead. dist. §. alij. c. agite.

l ¶ Item quomodo.] Supra ead. dist. §. alij. & cap. agite. & c. verbum.

In lib. de vera, & falsa pnia, c. 8. inf. d. 3. pœnitentiæ.

Sumpta sententia non verba.

Luc. 18.

Dan. 4.

Iung 3. Sent. 4. dist. 17. Beda ad c. 8. Luc ex Augu. & ad c. 5. Marci, & ibi gl. ordi.

su. ea. multiplex.

sup. ead. agite.

su. ea. verbum.

non huic sententiæ inuenitur aduersum. Nullus enim asseritur à peccato mundari, nisi peccati passus fuerit pœnā. Sed aliud est peccatum sacerdoti confiteri, & eius arbitrio de peccato satisfacere: atque aliud, Deo corde confiteri, & secreta satisfactione peccatum in seipso punire [a]. Est enim pœnitētia (vt ait Augustinus) dolor cordis, quo quisque in se punit, quod deliquit. De hac iterum satisfactione idem ait in Psalmum 50. exponens: [Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.] *Tene punias, quia ego punio: ignosce, quia ego agnosco.* [& infra.] *Sic Deus misericordiam dat, vt seruet ueritatem, vt non peccata [b] eius sint impunita, cui ignoscit. Ignoscit enim seipsum punienti. Misericordia est, quòd homo liberatur. ueritas, quod peccatum punitur.* [Idem in psalmum 84. [Veritas de terra orta est,] [c] *id est, confessio ab homine, ut se accuset, & sic iustitia de cœlo prospexit, ut publicanus cōfitens rediit iustificatus; iustitia de cœlo prospexit: quasi Deus dicat, parcamus huic, quia nō parcit sibi: ignoscamus, quia agnoscit.* [d] & infra.] [De cœlo ergo iustitia prospexit, id est, à Deo data est iustificatio cōfitenti.] ¶ *Hæc ergo secreta satisfactio leuium, siue occultorum criminum Deo offerenda est, nec sine pœna relaxari probantur, quæ sic expiari creduntur. Ea uero, quæ de publica satisfactione, uel oris confessione dicuntur. in publicis, & manifestis criminibus intelligenda sunt. Peccata namque Nabuchodonosor, quæ propheta misericordijs, & eleemosynis redimi suasit, peccata quoque Niniuitarum, quæ publica [e] satisfactione expiata sunt, cunctis nota erant. Et publica noxa (ut Augustinus testatur) publico [f] eget remedio.* ¶ *Præmissis itaque auctoritatibus pro manifestis criminibus manifesta probatur offerenda satisfactio, & oris confessio. Latentia uero peccata non probantur sacerdoti necessario confitenda, & eius arbitrio expianda.*

3 *Econtra & ea, quæ in assertione huius sententiæ dicta sunt partim ueritate nituntur, partim pondere carēt. Sine contritione etenim cordis nullum peccatum posse dimitti, occulta uero peccata secreta satisfactione, publica quoque manifesta pœnitentia expiari debere firmissima cōstat ratione subnixum. Porro sine confesione oris, si facultas cōfitendi non defuerit, aliquod graue delictum expiari, auctoritati penitus probatur aduersum. Quomodo enim secundum auctoritatem Leonis [h] Papę sine supplicationibus sacerdotum indulgentia nequit obtineri, si sine oris confessione à peccato possumus emundari? Quis enim supplicabit pro peccato quod nescit [i]?* ¶ *Item quomodo [k] secūdum Augustinum frustrat claues ecclesiæ, qui sine arbitrio sacerdotis pœnitentiam agit, si sine oris cōfessione, criminis indulgentiam impetratē?* ¶ *Item Quomodo [l] secundū Ambrosiū ius ligādi & soluēdi solis sacerdotib⁹ a Domi*

a ¶ Pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Prosperum.] su.e.dist.§.icem sicut.& c.facilius.
b ¶ Non sunt hæc.] Quæ pro parte cōtraria dicta sunt scilicet,quod sine confessione oris peccata grauia dimittantur.
c ¶ Archisynagogi.] Scilicet principis Iairi.
d ¶ Suscitauit.] inf.e. quem pęnitet.in fi.
e ¶ Secreta.] Ar.esse secreta,quæ fiūt sub præsentia quinq;hominum.

dum illum,vt si ager recipiebat sementem triginta modiorum,sacerdos petere deberet quinquaginta siclos. Vel addebatur quinta pars pretij.vt dixi.
i ¶ Fructus,] Id est,pœnitentia;quia non tanta imponenda est ei,quanta magis peccanti.
K ¶ Li-

QVI DOMVM SVAM. CASVS. Casum hunc sic breuiter pone. Primo ponit Grat.verba Leuitici,etsi non per omnia. Secundo exponit ea moraliter. Ad euidentiam tñ eorū quæ hic dicuntur,nota,ꝙ ad litteram ita erat in veteri testamento,quod si quis offerebat domū suā, vel agrū,vel vineā, vel aliquid aliud tabernaculo, & postea pœnitebat; si volebat rem recuperare, addita quinta parte æstimationis totius rei pretium persoluebat tabernaculo, & rem recuperabat, & facienda erat hæc solutio ad siclū sanctuarij,qui maioris pōderis erat q̄ siclus vulgaris: postquam aūt cōuenerat de ꝑtio inter sacerdotē,& eū q debebat redimere rē retinebat emptor agrū vsq; ad annū iubilæū,quē tunc restituebat plene. Ille itaque,q non poterat rē redimere nisi siclo sanctuarij, significat peccatorē, qui se nō pōt redimere à peccato nisi operibꝰ pœnitentię à sancta scriptura statutis. Alia etiā moraliter exponūt,sicut videbis in littera [Oīa aūt,] sūt verba Gratiani vsq; ad ca. quem pęnitet. [Iubilæꝰ,] i.quinquagesimus & dicit Iubilæus annus remissionis:quia eo anno debita remittebantur, & serui efficiebātur liberi,& omnia reuertebātur,ad statutū pristinū.

no creditur esse permissum:si quisq;suo arbitrio seipsū peccando ligat,vel secreta pœnitentia,secūdum Prosperum[a], in seipsum sententiam profert excommunicationis, atque post satisfactionem,absq;sacerdotali iudicio seipsum Deo, vel altari eius reconciliat? ¶ Non sunt hæc[b] pręmissis auctoritatibus consentanea:sed multorū exēplis probantur aduersa Filiā namque Archisynagogi[c] turbis eiectis Dominus suscitauit[d]:nō tamen,nisi præsentibus patre,& matre puellæ,Petro quoq;,Iacobo,& Ioāne vitæ† reddita est. In quo moraliter instruimur,vt secreta[e] peccata,quæ per mortē puellæ intelliguntur,non nisi supplicationibus ecclesiæ,quæ per patrē,& matrē puellæ designātur,& sacerdotum ministerio,qui per Petrū,& cæteros intelliguntur,à Domino existimētur dimitti. ¶ Item in Leuitico ζ. Qui domum suam,vel agrum Domino vouerit†,vel consecrauerit,non potest eā[f] redimere,nisi siclo[g] sanctuarij, sacerdote quoque(non ipso) supputante[h] annorum numerū vsque ad iubilæum. In quo similiter docemur, quòd quicunque domum conscientiæ vel agrum conuersationis per pœnitentiam Domino offerre, atque pretio bonorum operum de vana uitæ suæ conuersatione seipsum redimere uoluerit; non potest hoc facere, nisi siclo sanctuarii, id est, operibus pœnitentiæ,sacra scriptura præfixis. Unde uenientibus ad se turbis B.Ioannes non ait simpliciter,facite pœnitentiam,uel fructus pœnitentiæ,sed addit,[dignos:] ut pro qualitate uidelicet peccatorū,qualitas offeratur bonorum operum. Non enim par debet esse fructus[i] boni operis eius,qui nihil,uel parum deliquit,atq; eius,qui grandia cōmisit. Ille tanquam nullius criminis sibi cōscius usum sibi in rebus licitis præbet:hunc tanquam multis grauatum, etiam à licitis[k] temperare oportet. In iubilæo plena remissio præstabatur. Vnde per eum perfecta peccati remissio figuratur. Sacerdos ergo numerum annorū usq.ad iubilæum supputat,cum eius arbitrio pœnitentię tempora definiuntur quibus quisq.plenam peccati remissionē inueniat. Nō enim(sicut Hesychius ait super eūdem locum) statim post definitam pœnitentiam quisque à peccato[l] plenè mundatur[m]. ¶ Cum ergo ut ex præmissis colligitur, tempora pœnitentiæ arbitrio sacerdotis definiantur,euidentissimè apparet sine confesione[n] propriæ uocis peccata non dimitti.

Matth.9.
† al.vita
Ex Leuit.27. | al. vouendo consecraueris
Luci 3. B.Gregorius in hom. 20.in Euangelia.
Leuit.25.
In li 7.ad c.25. Leuitici:& ibi in gl.ord. habetur sententia.

f ¶ Eam.] Supra 17.q.4.sunt.
g ¶ Nisi siclo.] Siclus continet xx.obolos.arg.1.q.2.iudices.versus.
Tres siclos obolus,obolos tres drachma,sed octo.
Vnica fert drachmas,duo dena,dat vnica libram.
Siclus habet septem drachmas obolo minus vno.
h ¶ Supputante.] Id est,computante à tempore scilicet redemptionis,cum quis redimebat secundum,ꝙ annus iubilęus vicinus vel remotus erat, iuxta computationem sacerdotis magis vel minu persoluebat, iuxta mo-

K ¶ Licitis.] Supra 11.q.1.aliud sup.ead.§.ex his omnibus.&c.aliud.
l ¶ Peccato.] Hi colligitur,ꝙ toto tempore pœnitentiæ remittitur peccatum.arg.inf.ea.quem pęnitet. sicut quotquot ex toto tempore obstructum est,&c ff.de mino.l.3.§.1. quod verum est quo ad pœnam.quoad ad culpam remittitur in primo momento contritionis.
l ¶ Peccato.] Id est,à pęna peccati.
m ¶ Mundatur.] Quo ad exteriorem pęnam,scilicet temporalem, vt supra ea.dist.si peccatum,& su.ea.dist sicut & primi.
n ¶ Confesione.] Vñ Boethius in libro de cōsolatione. Si

Si opera medicantis expectat, oportet vt vulnus detegas tuum.
a ¶ Item taciturnitas.] Hæc argumentatio de taciturnitate non iuuat Gratianum. nam cum peccator cui iam peccatum est dimissum tacet, & contemnit confiteri, hoc est iam aliud peccatum quàm primum 1.

Sent.4. dist.17.

Quis enim tempora pœnitētiæ alicui præfiget, nisi primū peccata sua sibi manifestare curauerit. ¶ Item. Taciturnitas[a] peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quisque celare desiderat; ne iniquitas sua alijs manifesta fiat: ne talis reputetur apud homines foris, qualem se iam dudum exhibuit diuino cōspectui. Quod ex fonte superbiæ nasci nulli dubium est. species etenim superbię est se uelle videri iustum qui peccator est; atque hypocrita cōuincitur,qui ad imitationem primorum parentum tergiuersatione verborum peccata sua leuigare contendit: uel sicut Cain peccatum suum reticēdo penitus supprimere quærit. Vbi autē[b] superbia regnat, uel hypocrisis; humilitas locum habere nō potest. Sine humilitate uero alicui veniā sperare non licet. Nec ergo, ubi est taciturnitas confessionis,uenia est speranda criminis. Probatur hoc idem auctoritate Augustini, qui in libro de vera & falsa pœnitentia, c.10.ait.

Gen.4.

α ¶ Ioannis Chrysostomi.] Supra ead. c. lachrymæ. notatum est hæc esse verba B. Ambrosii quem citat magister sententiarum.
β ¶ Non lingua.] Græce est, εὐχόμενος, εἰ καὶ μὴ τῇ γλώττῃ, ἀλλὰ τῇ μνήμῃ, idest, preces fundens, si minus lingua, at saltem memoria.
γ Et requenter.] συνεχῶς αὐτὰς προσφέρῃς τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν δέῃ, idest, assidue illa offeras Deo,& pro ipsis depreceris.
δ ¶ Vnde euidentissime.] Loquitur ex personæ aduersam partem sustinentis. Vere enim ex illis auctoritatibus nō hoc colligitur. Qui enim sacerdoti tamquam Deo confitetur, is minime dicitur se apud alios accusare,sed potius nescientibus alijs seipsum punire. Ac manifeste Chrysostomus dicit id,quod nunc negatur dicere, non dico, inquit,tibi,publica teipsum,neque apud alios te accusa. Hoc enim secundum membrum valet idem, ac primum: vt apud alios se accusare,sit idem,quod seipsum publicare. Quare paulo post Gratianus ipse hęc,quę nunc afferuntur,refellit. E contra ea quæ in assertione,&c.
ε ¶ Quoniam iniquitatem.] Hic, & in alijs duobus sequentibus locis, non refert ipsa omnino verba beati Augustini, sed sententiam.
ζ ¶ Leuitico.] Itidem & hoc loco refertur sententia Leuitici in c.27. non ipsa verba. idemque paulo post fit de Hesychio.

C. LXXXVIII.

Sent.4.d.17.
† al.mundatis Luc.17
Leuit.9

QVem pœnitet,omnino[c] pęniteat,& dolorem lachrymis ostendat[d]: repręsentet vitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionē. Præcepit enim Dominus mundandis†, vt ostenderent ora sacerdotibus,docens corporali pręsentia confitenda peccata,non per nuncium[e], non per scriptum[f] manifestanda. Dixit enim: [Ora monstrate] &: [Omnes] non vnus pro omnibus:non alium statuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus[g] a Moyse statutum: sed qui per vos peccastis, per uos erubescatis. Erubescentia enim ipsa par-

b ¶ Vbi aūt.] supra. 22.q.2. cum humilitatis.
QVem pœnitet.] CASVS. Hoc c. diuiditur i 4.partes. Primo dicit,ꝙ quilibet per seipsum debet confiteri sacerdoti,& non per nunciū, vel epistolam, vt ita maiori afficiatur verecundia, quæ partē pœnitentiæ releuat. Secundo dicit ꝙ qui vult confiteri discretum debet eligere sacerdotem, cui confiteatꝰ,q sciat ligare & soluere. Tertio ꝙ qui copiā sacerdotis non hēt, confiteatur proximo,& ex desiderio sacerdotis veniā consequetur. Quarto dicit,ꝙ si peccatum occultum est,sufficit referri in notitiam sacerdotis. Si publicū est,eius confessio debet fieri pnblice in conspectu ecclesiæ, vt eius precibus adiuuetur. Scđa pars ibi,[Quare qui cōfiteri.] Tertia ibi, [Tāta itaq;.] Quarta ibi, [Si peccatum.] Ora, .i. peccata ore ad os mundantis. forte de leprosis loquitur, q̄bus præcepit Dominus,vt se sacerdotib. demonstrarent.
c ¶ Omnino.] i. perfecte conteratur de oīb.i.de omni peccato,& eius varietate, inf.d.5.consideret.& dist.6.qui vult.
d ¶ Ostēdat.] Per exteriora.n.pręsumitur de interioribus. vt hic, & sup.dist.50. si quis diaconus.
e Per nūcium.] Et ita non pōt hic per aliū quod per se pōt.st de sol.inter artifices. & ex.de cler.non resid. quia nonnulli.
f ¶ Per scriptū.] sup. 30 q.5 qualis.cōtra. sed ibi non dr ꝙ ita accipiatur, sed ꝙ accepta in scripturis,redigantur, ne dētur obliuioni.
g ¶ Munus.] s. hircum 2,idest,pœnitentiam designatam per hircum.

1 Hoc vult glo. dicere, Verū est, ꝙ in contritione cordis añ oris confessionē peccatum dimittitur: debet tamen pœnitens habere voluntatem confitēdi ecclesiæ, tempus & facultas affuerit: alio quin nō est uere pęnitens, & non dimittitur ei peccatum. Si uero dimisso peccato in cordis contritione & habita uoluntate ecclesiæ confitendi, postea mutet uoluntatem, & nolit peccatū confiteri,iam ē reus non peccati iam dimissi, sed peccati,quod committit nolendo & contēnendo confiteri: q̄d est aliud à peccato iam dimisso.Hu.

2 Qui significat animā pęnitentem. inf.e.di.3. inter hæc hircum. Arch.

a ¶ Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Ex misericordia.] Idest, misericordiam repromittens.
b ¶ Hoc præcepit.] Mysticè, vbi dixit, Vade, & ostende te sacerdotibus.
c ¶ Timore.] Idest, propter timorem seruilem.
d ¶ Offensi.] Scilicet, Dei, quem peccãdo offenderat.
e ¶ Veniale.] Sup. dist. §. alij, & ca. serpens.] Veniale,]i. dignũ venia. [Vel fit,] idest, ostenditur per confessionem esse veniale. vel fit veniale secundum aliam litteram. i. ad vitam nõ impendes.
¶ Purgatur.] i. purgari non videtur, pter pœna extectio rem, exterioris satisfactionis, quę adhuc restat. sup ead. dist. fi peccatum Dauid inf. ead. dist. vl §. vlt.
g ¶ Vitale.] i. eius pę nitentiam cõfert, & impetrat vitam.
h ¶ Peccanti.] .s. discrete: & hoc est qđ sequitur, sedoportet, &c.
i ¶ Misereatur.] Scilicet puniendo peccatum.
K ¶ Quid.] Idest, propter quid, scilicet propter quod peccatum.
l ¶ Sed in quo.] .s. dolorem patiatur, scilicet in pœna.
m ¶ Doleat.] .s. pœnitens.
n ¶ Confideret.] Sacerdos.
o ¶ Iustitia.] Si enim sola iustiria respicia tur, nullus saluatur vel consequitur veniam criminis.
p ¶ Sed misericordia.] .s. vt non punia tur æternaliter.
q ¶ Labore.] Nihil enim carius emitur, quàm quod precib. impetratur, vt dicit Seneca. arg. ad hoc 8. q. 2. illud 1.

tem habet remissionis. Ex misericordia [a] enim hoc præcepit [b] Dominus, ut neminem pęniteret in occulto. In hoc enim quòd per seipsum dicit sacerdoti, & erubescentiam uincit timore [c] offensi [d], fit uenia criminis. fit enim per confessionem ueniale [e], quod criminale erat in operatione: & si non statim purgatur [f], fiat tamen uitale * g, quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans, nihil eorum, quæ commisit, nuncio Dei denegauit. Deus enim misericors †, & iustus est: sicut conseruat misericordiam in iustitia; ita & iustitiam in misericordia. Opus enim est misericordię peccanti [h] peccata dimittere: sed oportet, ut iustus misereatur [i] iuste. Oportet enim ut non solum, quid [k], sed in quo [l] doleat [m], consideret [n]; si dignus est, non dico, iustitia [o], sed misericordia [q]. Iustitia enim sola damnat: sed dignus misericordia est qui spirituali labore [q] petit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam; & quoniam verecunmagna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Vnde patet, quòd quanto pluribus [r] confitebitur in spe ueniæ turpitudinem criminis; tanto facilius [s] consequetur misericordiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere. Quibus [t] enim remittunt, remittit Dominus. Lazarum enim † de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim] Quodcumque solueritis super terram [u], soluetur & in cęlis.]hoc est, ego Deus & omnes ordines cęlestis militiæ, & omnes sancti in gloria mea laudant uobiscum, & confirmant [x], & quos ligatis [y], & soluitis [z]. Nõ dixit, quos putatis ligare, aut soluere, sed in quos exercetis opus iustitiæ [a], aut misericordiæ [b]. Alia autem opera uestra [c] in peccatores nõ agnosco. Quare, qui confiteri uult peccata, ut inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientẽ [d] ligare & soluere: ne, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Tanta itaq; uis confessionis est, ut si deest sacerdos, confiteat proximo. Sæpe enim contingit, quòd pœnitens non potest cõfiteri corã sacerdote: quem desideranti [e] nec locus [f], nec tẽpus offert. Et si ille § cui confitebitur, potestatem soluendi non habet; fit tamen dignus uenia ex sacerdotis desiderio [a], qui socio cõfitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum irent ostendere ora sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Dominum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sępe quidem eos quærunt sani, & læti: sed dum quærunt; antequam ad eos perueniant, moriuntur. Sed Dei misericordia est vbique, qui & iustis ß nouit parcere, & si non tam cito [b], sicut si soluerentur [c] à sacerdote. Qui ergo confitetur; omnino sacerdoti meliori, quàm poteſt confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis [d], vt grata sit oblatio muneris. Nam in resuscitatione filiæ principis pauci interfuerunt, qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam ciuitatis delata, nõdum extra domum in notitiam deportata. Intus resuscitauit; quam intus inuenit, relictis solis Petro, & Ioanne, & Iacobo, & patre & matre puellæ, in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, animaduertendum est, quomodo suscitauit [e]. Flebat enim turba post filium viduę. Fleuit Martha, & Maria supplicantes † pro fratre. Flebat etiam turba, quæ Mariam fuerat secuta, lachrymis Mariæ admonita. In quo docemur publice peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere [f] meritum g.

* Vitale,] *In originali est*, veniale. *sed aderat glossa.*
ß ¶ Et iustis.] *Si consideretur tota orationis series, videtur legendum*, & iltis, *verum tamen omnes codices collati concordant cum lectione Gratiani.*

Item Leo Papa epist. 78. al. 80.

¶ Sufficit illa confessio, quæ primum Deo deinde sacerdoti offertur. C. LXXXIX.

Q Vamuis plenitudo [h] fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamen, quia non omnium [i] huiusmodi sunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, remoueatur tam improbabilis [k] consuetudo: ne multi [a] pœnitentiæ remedijs arceantur: dum aut erubescunt, aut metunt inimicis suis sua facta referare, pro quibus [l] possunt legum constitutione percelli [m]. Sufficit [n] enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti: qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari; si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

a ¶ Ex sacerdotis desiderio.] Infra ea. q. 3. quod Deo.
b ¶ Et si non tam cito.] Supra dist. 50. si quis diaconus
c ¶ Solu erentur.] Ad eo, quo ad pœnam temporalem.
d ¶ Sacerdotis.] Deus quem non fallit peccati qualitas, nec peccantis affectus, vt 24. q. 3. Deus quando veram de pœni-
q. 6. his qui tempore, sup. ead. dist. multiplex. Vel hoc ad temporalem pœnam refertur, licet enim peccatum dimittatur, ne homo ab accipienda vita æterna impediatur, vt sup. ead. sicut primi, non tamen si peccato parcitur, pœna remittitur: quia nullatenus sine vindicta relaxatur, sicut patet in. Dauid, vt sup. ea. dist. si peccatum.
e ¶ Suscitauit.] Quid significent isti tres mortui, habes inf. dist. 2. super tribus.
f ¶ Sufficere.] Ad cœleriorem & plenam pœnæ temporalis absolutionem, vt supra dist. ead. multiplex. & c. sufficiat, & c. fleat & inf. dist. 5. confideret, in fi. 13. q. 2. tempus.
g ¶ Meritum.] Idest, auctoritatem, quam vocat meritum: quia de merito charitatis suæ habet auctoritatem ligandi & soluendi, ar. 40. di. c. 1.

Peccatũ quare dimittit.

Luc. 17.

Luc. 18.

Luc. 7. Io. 11. † supplicans] otig.

Q Vamuis plenitudo.] Hæc est nona pars d. secundum Io. de Fan.
CASVS. Consuetudo erat alicubi, qp pœnitentes accipiendo pœnitentiam de occultis peccatis, cogebantur ea sacerdotibus publice confiteri, ita qp populus audiret: quam consuetudinẽ remouet Leo: quia plures propter hoc a pœnitentia reuocabantur. Vnde dicit, cõfessio sufficit quæ primũ fit Deo, & postea sacerdoti. tunc enim plures ad pœnitentiam potuerũt prouocari.
h ¶ Plenitudo.] Idest, perfectio in fide.
i ¶ Quia non oium.] Hæc negatio, & sequens æquipollent affirmationi, ff. de verb. significat. duobus 1.
k ¶ Improbabilis.] Secundum quam occulta peccata in publico confitebantur compulsi ad hoc multi: propter quod pœnitentiam declinabant.
l ¶ Pro quib.] Accusantibus, scilicet inimicis. non enim per pœnitentiam tollitur pœna ciuilis.

1 Quasi dicat, imò multorum talia sunt qp ea timent publicare.

Pœna nõ tollit pœnam ciuilem.

sup ea. sufficit.

Sent. 4. dist. 17.

z ¶ Et hic labor fit per cordis contritionem.
r ¶ Plurib.] Arg. inf. d. 6. placuit, arg. contra sup. d. e. §. ex his. sub illo §. non ita.
s ¶ Facilius.] Quia tot sacerdotes obligat ad orandum pro se, qu ot sacerdotibus confitetur, vt inf. ead. quamuis.
Confiteri plurib. utile est.
t ¶ Quibus.] Arg. pro remissionibus, quæ fiunt ad protestates, & ad alia 2.
2 De quib. leg. & nor. ext. de pœn. quòd autem. Archid.
u ¶ Super terram.] Id est, in ecclesia: quia extra ecclesiam nulla uera solutio uel ligatio fieri potest. sup. 1. q. 1. remissionem. 24. q. 1. quicumque.
x ¶ Et confirmant.] Eos iuste ligatos esse.
y ¶ Quos ligatis.] Iuste & misericorditer pœnis ꝑ peccatis impositis, & eos iustos esse solutos.
z ¶ Soluiti s.] Iuste & misericorditer a pœnis.
a ¶ Iustitiæ.] Iusta pœna ligandi.
b ¶ Aut misericordiæ.] Aliquid de pœna relaxando, vel aliquem communioni sacramentorum recunciliando.
c ¶ Opera uestra.] Scilicet quòd dimittaris per uos peccata.
d Scientem.] Si enim in eius parochia non est discretus sacerdos, eius qui præst consensu. talem adeat, vt infra, distinct. 6. placuit. & ext. de pœn. remiss. omnis.
e ¶ Quem desideranti.] Aliàs, quem desiderat.
f ¶ Locus.] ff. de exerci. l. 1. in prin.
g ¶ Et si ille.] Infr. de conse. dist. 4. cap. sanctum est, in prin.

† al. quem Sent. 4. dist. 18.

Ioan. 11

† al. qui misẽ vicors.

inf. d. 6. q. vult. Sent. 4. dist. 17.

Dicit se hic sec. Alex.

2 ¶ Et

Quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firmamẽtis vtraque sententia satisfactionis & confessionis [a] *innitatur, in medium breuiter* [b] *exposuimus. Cui autem harẽ potius adhærendum sit, lectoris iudicio* [α] *reseruatur. Vtra que* [c] *enim fautores habet sapientes, & religiosos viros.*

Unde Theodorus Cãtuarien sis archiepiscopus ait in pœnitentiali suo.

α ¶ Lectoris iudicio.] *Certissimum est, & pro certissimo habendũ peccati mortalis necessariam esse confessionem sacramentalem eo modo, ac tempore adhibitam, quo in concilio Tridentino post alia concilia est constitutum.*

C. XC.

In cap. adiectis. c. 58. In Cabilon. 2. c. 33. Burc. l. 19. c. 145 Iuo p. 15. c. 155.

QVidam Deo solummodo cõfiteri debere peccata dicunt, vt Græci β. Quidam vero sacerdotibus confitenda esse percẽsent, vt tota fere sancta ecclesia [d]. Quod vtrumque [e] non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam: ita dumtaxat, vt Deo, qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, & hoc perfectorum [f] est, vt cum Dauid dicamus: [Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.] Sed † tamen Apostoli γ institutio nobis sequenda est, vt confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem, vt saluemur. Confessio itaq; quæ soli Deo fit, quod est iustorum, purgat peccata. Ea vero, quæ sacerdoti fit, docet δ, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis, & sanctitatis † auctor, & largitor, plerumque hanc præbet suæ pœnitentiæ medicinam δ inuisibili administratione [h]; plerumque medicorum [i] operatione.

Psal. 31.

† Et secũdum Apostoli institutionem confiteamur

Iac. 5

† al. sanitatis.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo caput hoc citant ex pœnitentiali Theodori. In capitularibus adiectis, c. 58 hæc leguntur.* Quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata: quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent. Quod vtrumque non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam: ita dumtaxat, vt & Deo, à quo est remissio peccatorum, confiteamur peccata nostra, & cum Dauid dicamus: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi: Dixi, confitebor aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.] & secundum Apostoli institutionem cõfiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem, vt saluemur. Confessio itaque, quæ Deo fit, purgat peccata: ea vero, quæ sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgãtur peccata. Deus namque salutis, & sanitatis auctor, & largitor est plerumq; medicorum operatione. *In concilio Cabilonensi, 2. c. 33. eadem fere habentur, additâ ad initium voce, quia: & nonnullis alijs in extrema clausula, quę non abundant.*

β ¶ Vt Græci.] *Hęc verba, itemque illa', vt tota fere sancta ecclesia. & illa,* & hoc perfectorum est. *& illa,* quod est iustorum *absunt quemadmodum à capitulari, ita etiam à concilio.*

γ ¶ Sed tamen Apostoli.) *In capitulari, & concilio pendet adhuc oratio; & priori illi membro,* vt & Deo, &c. *redditur nunc alterũ membriũ his verbis,* & secundũ Apostoli institutionem, &c.

δ ¶ Suæ pœnitentiæ medicinam.) *In concilio, atque apud Burchardum, & Iuonem legitur,* suæ potentiæ. *A capitulari autem*

Immo docet ordinariũ purgandi modũ esse per sacerdotis absolutionẽ. Deus enim, ut continuo subiũgitur, sanitatem largitur plerũq; medicorum operatione.

a ¶ Cõfessionis.] An scilicet sit necessaria vel non.

b ¶ Breuiter.] Imò prolixe. Vel ideo dicit breuiter respectu multarum auctoritatum, quæ de hac materia loquuntur.

c ¶ Vtraq;.] Hoc idẽ probabit Gratianus per sequens capitulum.

QVidam Deo.] CASVS. Quidam dicebant sufficere confiteri peccata soli Deo. Alij, vt fere tota ecclesia, dicunt, q; peccata sunt sacerdotibus confitenda, & licet vtrumque sit fructuosum; tamen sequenda est constitutio Iacobi apostoli, vt cõfiteamur alterutrum peccata nostra, & licet illa cõfessio, quæ fit soli Deo, sit iustorũ, per quã peccata purgãtur: per illam tñ, quæ fit sacerdoti, docetur qualiter ipsa peccata purgari debeant.

d ¶ Tota fere sancta ecclesia.] Et ideo ei adhærendum est: quia pluribus comprobatur, arg. 19. dist. in canonicis.

e ¶ Quod vtrũque.] Scilicet cõfiteri Deo & sacerdoti.

f ¶ Perfectorũ.] Qui non habent nisi venialia: vnde non indigent oris confessione speciali.

f ¶ Perfectorum.] Supra ea. dist. §. his auctoritatibus.

g ¶ Docet.] i. hoc est signum sacerdoti, q; peccata dimittantur cõfitenti per contritionem, argu. sup. ea. dist. in. § hoc idem, &c. omnis qui non diligit. sicut eordis cõtritio est signũ peccatori, q; gratia Dei dimissi ei peccata: quia nemo, &c. vt de consec. dist. 4. ne-mo.

h ¶ Administratione.] Idest, sola contritione.

i ¶ Medicorum.] Idest, sacerdotum.

Operatione inquit, non ostensione. Quia (prout ex ipsius lectione animaduerti potest) totum istud primũ abest periodi membrum,

Secunda

VIa vero de.] Hæc dist. dijuditur in sex partes. In prima quarum probat. (tamen superficialiter:) q; pœnitentia semel habita non inquisatur, & charitas semel habita non amittitur, & de perfecta intelligitur. nis amitti, quantumcumq; sit perfecta, vt in f. ea. §. non est mirum, quod probat auctoritatibus, & exemplis: in patria autem vbi perfectissime iam habetur, non amittitur. inf. ea. charitas. Hanc quæstionẽ tractat hic Grat. occasione alterius, quam hic ipse in initio præhabuit. sed in 3. distinct. eam prosequitur, an, scilicet pœnitentia reiterari possit. procedit ergo Grat. in hac distinctio. hoc modo. Primo probat quòd pœnitentia nõ possit reiterari; vsq; ad §. item sine charitate. vel latenter ingreditur materiam huius distinct. & probat charitatem semel habitam amitti non posse, vsque ad § hæc quæ de charitate. vbi incipit auctoritatib. allegatis respõdere, asseres illas de charitate perfecta esse intelligendas, & inde sumpta occasione gradus in charitate esse probat vsq; ad §. non est mirum. vbi latenter ad uersã partẽ assumit & q; charitas amitti possit, exemplis & auctoritatibus ostẽdit, vsque ad §. euidenter. vbi ostendit hoc verum esse non solum de charitatis opere, sed etiam de ipsa charitate, & hoc vsque in fin. d. prosequitur.

DISTINCTIO II.

Tal habitum humilitatis adeptus Sent. 3. dist. 30.

QVia vero pnia [a] *semel cœpit hẽri sermo, aliquãtulũ altius repetẽdũ videtur, diuersorum snias certis auctoritatibus munitas in medium proponẽtes* [b]. *Alij dicunt pniam semel tantum esse vtilem Vnica est enim, nec reiterari põt. Si vero reiteratur; precedens, pnia* [c] *non fuit. Et si de sententia iudicis* [d] *eius* [e] *merito* [f] *peccata videntur esse remissa, apud tamen eius præsentiam, cui omnia futura præsentia sunt, nunquam* [g] *habentur remissa: quia non est seruata illa sententia veri sacerdotis:* [Vade, & amplius noli peccare [h].] [Item.] *Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.*]

Io. 8. & 5.

Item ex octaua Synodo.

¶ *Habetur in libro de institutis monachorum interprete Ruffino, ca. 22. ex Basilio in regulis breuiorib⁹, numero 289.*

¶ Primam vitij causam non penitus extinguit, qui in illam postea recidit. C. I.

SI quis semel notatus [i] fuerit inuidiæ, vel contentionis vitio [k], & rursus in hoc ipsum inciderit; sciat se primam illam causam, [l] de qua superius diximus, ex qua inuidia, vel contentio nascitur, in interioribus medullis habere reconditam [m]. Oportet ergo eum per contraria, atque aduersa curari, id est, per humilitatis exercitium. Exercitia vero humilitatis sunt, si se vilioribus officijs subdat, & ministerijs indignioribus tradat. Ita namque arrogantiæ, & humanæ gloriæ vitium curari [n] poterit, vt consuetudine † humilitatis affectus vltra iam non incidat in arrogantiæ, & vanæ gloriæ delictum. Atque in singulis huiusmodi vitijs cura similis adhibeatur.

Item sine charitate nulli adul-

a ¶ Pœnitentia.] Quę valeat ad vitam.

b ¶ Proponentes.] Absolutus nominatiuus est.

c ¶ Pœnitentia.] Quę valeat ad vitam.

d ¶ Iudicis.] Qui pœnitentiam imposuit.

e ¶ Eius.] Dei, vel sacerdotis.

f ¶ Merito.] Id est, secundũ iustitiam. inf. d. 3. §. eorum.

g ¶ Numquam.] Allegando dicit.

h ¶ Noli peccare.] Id est, esse in propósito peccandi tamen aliter inducit allegando.

SI quis semel.] CASVS. Dicitur hic, q; si quis semel fuit in crimine inuidiæ vel contentionis, si postea in illud inciderit: prima causa ex qua inuidia vel contentio nascitur, in eo remanfit, quam oportet per contraria & aduersa curari: per exercitium, scilicet humilitatis. [Notarius.] Id est, reprehensus, & redargutus. [Primam causam,] Id est vitium Adæ.

i ¶ Notatus.] Id est, deprehensus.

K ¶ Vitio.] Vel alio quocumque.

l ¶ Primam illam causam.] Primam vitij causam in se penitus non extirpat, qui in diem postea cecidit.

m ¶ Reconditam.] non ideo hoc dicit, q; semper ita fit, sed, q; ita fuerit est præsumptio, inuidia, vel contentio iterata.

n ¶ Curari.] su. 26. q. 7. affectũ. extra de depos. grauis. inf. de conf. dist. in ct. 5. legimus.

ITEM SINE. CASVS. Hic accedit Grati. ad propositam quæstionem. & per multas auctoritates ostendit, q; charitas amitti non potest: quia si videatur

amitti, non fuit vera charitas. Casus §. pater & tria sequentia c. similiter patent. scilicet charitas radicata. valida verba sūt Salomonis in Canticis: quæ exponit G. in moralibus, dicens: [Virtuti etenim mortis dilectio comparatur, &c.] vnde in illo cap. [valida.] Sic posses breuiter ponere casum. Primo ponuntur verba Salomonis. Secundo verba Gregorij exponētis verba illa. [Dilectio. id est charitas.

a ¶ Adulto.] Inf. de consec. dist. 4. quō & c. solet. if e. dist. c. fugere: & cap nō est. §. Romanos, &c. tolle.

b ¶ Aliquando.] Hic allegādo dicit, vt auctoritatem inducit.

Charitas CASVS. Hinc ponit hūc casum. In hoc c. Prosper multis modis commendat charitatem. Secundo ostendit, q̄ qui habet charitatē, facile peccatis resistit, & bonis omnibus abūdat, mūdana contemnit, difficilia perficit. Subdit etiam quid sit Deum diligere, & q̄d sit peruertere ordinem diligendi. Tertio ostendit ad quid corpus nostrum sit diligendum. Quarto qualiter intelligatur, diliges ꝓximū tuū. &c. & qui sunt, qui diligunt Deum plus quam se. Et nota q̄ secundum H. omnia verba sunt Prosperi vsq; ibi, [ītē Beda.] licet non ita continue in libro suo contineantur, & hæc dictio, [Item,] quæ sæpe interponitur, est verbum Gratiani, & secundum Hug. totum est vnum capitulum: quod credo verum. Lau. etiam sentit cum Hug. Quidam tamen ibi faciunt vnum capitulum, [Ergo si charitatem.] Aliud ibi, [Corpus.] Aliud ibi, (Proximos.) Aliud ibi, (Proinde.) secūdum Beneuen.

Charitatem habens multa potest.

to [a] *peccatum remittitur. Non autem habet charitatem, qui aliquando* [b] *peccaturus est criminaliter.*

Vnde Augustinus ad Iulianum Comitem.

C. II.

j CHaritas, quæ deseri potest [c], nunquam vera [d] fuit. Sent. 3. dist. 31.

c ¶ Quæ deseri pōt.) i. quā cōtingit deseri vel de facili.

d ¶ Vera.) Id est, perseuerans finalis. ¶ Vel vera ad vitam ducens, id est, ad æternam beatitudinem.

e RAdicata) Id est, perfecta.

f ¶ Securus.) Spei perseuerantia, non rei ꝓsentia: quia quilibet etiam imperfectus timere debet ne charitatem amittat 32. q. 5. si Paulus.

g. VAlida.) Verba Salomonis in Canticis.

h ¶ Dilectio.) Id est, charitas perfecta.

i ¶ Cœperit.) Id est, contigit, vel conuenit, intellige de facili.

K ¶ Occidit.) Id est, remouet à delectatione, sicut mors remouet ab omni actu terreno, Dicit lex. Mors omnia soluit, in auth. de nup. §. deinceps. coll. 4.

CHaritas.) CASVS. In hoc c. primo commendat Prosper charitatē ex eius effectibus; & sūt verba Prosperi vsque illud cap. [Item Beda.] 1. Secundo ostendit q̄ qui charitatem habet, facile peccatis resistit: bonis omnibus abundat: & mundana contemnit: difficilia facile perficit. Subdit etiam quid sit Deū diligere, & quid peruertere ordinē dilectionis. Tertio ostendit ad quid corpus nostrū sit diligendū. Quarto ostendit qualiter sit intelligendum. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, & qui sunt qui diligunt Deum plus quām se.

l ¶ Charitas est.) Id est, ex charitate procedit recta voluntas 2, & est dictum per causam, vt illud 36. q. 2. tria vt exponatur charitas est, ji. facit: alioquin non est verum: cum charitas sit habitus mentis, qui voluntas nō est, vel motus volūtatis, similiter intelligit illud Aug. (Charitatem vero motū animi.) Dicitur ergo charitas volūtas vel motus, quia vt inf. dicitur, est causa meritorū bonorū, sicut & iniquitas cum sit habitudo mentis iniustæ, dr peccatum: ga ex ea est, vt inf. d. 3. ille rex, m ¶ Recta.) Id est, rectam vitam, & dignam faciens voluntatem.

n ¶ Terrenis.) Secus est de charitate imperfecta, quam habens potest curare temporalia. argum. 12. quæst. 1. habebat.

o ¶ Inseparabiliter.) Immo de facili separatur.

p ¶ Inquinamenti.) Scilicet mortalis.

q ¶ Vitio immutabilitatis.) Id est, mutabilitati in vitiū.

r ¶ Affectionum.) Id est, bonarum voluntatum.

Sent. ibidem.

Item Gregorius libro 10. Moralium, c. 22.

C. IIII.

V Alida g est, vt mors, dilectio h.] Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentem, quam semel cœperit [i] à delectatione † mundi funditus occidit [k].

Sent. ibidem. Cant. 8. † al. dilectione Et apud B. Au. in lib. de laud. charitatis.

Item Prosper in libro 3. de vita contemplatiua, c. 13.

C. V.

ij CHaritas est, [l] vt mihi videtur, recta [m] voluntas, non omnibus terrenis [n], ac præsentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter [o] & vnita, igne quodam sancti spiritus, à quo est, & ad quem refertur, incensa, inquinamenti P omnis extranea, corruptionis † nescia, nulli vitio mutabilitatis [q] obnoxia; supra omnia, quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum [r] omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, † al. corrumpi

s ¶ Sub. non ita ... nue ... nēatur ... Ité q̄ ... interpo ... est ver ... Gratian ... cundum ...

a ¶ Summa.] Idest, perfecta.

b ¶ Salus morum.] i. Salutiferos faciens mores.

c ¶ Finis.] Idest, consummatio, vel quia præcepta finaliter docet vt habeantur.

d ¶ Vita virtutum.] Infra ead. dist. §. item proinde.

e ¶ Pu-

i ¶ Operosa.] Idest, effectiua bonorum operum.

k ¶ Germana.] Idest, germanos & concordes faciens. Vel germana. i. coniuncta & inseparabiliter adhærens. Salomon. Dixi sapientiæ, soror mea es: & prudentiam vocaui amicam meam. Sapiētia est soror mea.

† al. arma Aug. Ibid. infra. Ibid. supra. Ibidem infra.

summa [a] actionum bonarum, salus morum [b]. finis [c] cælestium præceptorum, mors criminum, uita virtutum [d], virtus pugnantium [e], palma victorum, anima † sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum: sine qua nullus Deo placuit, cum qua [f] aliquis pec careg, nec potuit [h], nec poterit: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa [i] in omnibus omnino fidelibus, ex qua, quidquid est boni operis, viuit. *Item inf.*

1. Cor. 13. ¶ Hæc est charitas vera, germana [k], perfecta, quam excellentiorem [l] viam [m] nominat [n] sanctus Apostolus: & vere ipsa est via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam, quia sicut sine via peruenit nullus, quo tendit; ita sine charitate, quæ dicta est, via, non ambulare possunt homines, sed errare. *Item ibidem, c. 15.* ¶ Ergo si charitatem Deo exhibeamus, & fide non ficta; facile peccato resistimus, bonis omnibus † abundamus, sæculi blandimenta contemnimus, & omnia, quæ difficilia [o] sunt humanæ fragilitati, vel aspera etiam, cum delectatione † perficimus: si tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ex illo est, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte, quis peccat, ex qua minus P diligit Deum: quē si ex toto corde diligamus: nihil erit in nobis, vnde peccati desiderijs seruiamus. Et quid est diligere Deum nisi illi copulari † animo, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium P, diligere etiā proximum, quem in se [r] censuit diligendum: in ipso amore seruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt [s]; aut corpora sua minus diligenda [t], plus diligunt; aut proximos, non sicut seipsos; aut Deum plus, quam seipsos forte non diligunt. *Item infra.* ¶ Corpus nostrum, quia pars [u] nostri est, ad hoc nobis diligendum est, vt saluti eius, ac fragilitati naturaliter [x] consulamus; & agamus, quatenus spiritui. Y ordinate subiectum [z], ad æternam salutem accepta immortalitate, & incorruptione perueniat. *Item infra.* Proximos autem tunc diligimus sicut nos; si non propter aliquas vtilitates nostras [a], non propter sperata beneficia, vel accepta, non propter affinitates, vel consanguinitates, sed propter hoc tantum, quòd sunt naturæ nostræ participes, diligamus. *Item infra.* ¶ Non illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iūgit: sed proximi nostri credēdi sunt omnes homines

l ¶ Excellentiorē,] alijs donis.

m ¶ Viam.] Eundi ad Deum.

n ¶ Nominat.] In 1. epistola ad Corinth. 12. cap.

o ¶ Quæ difficilia.] Ad salutem animæ pertinentia.

p ¶ Ex qua minus.] Idest, ex qua Dei dilectionem postponit facilius. sicut plures proniores sunt offendere Deum fornicando, quam furando. ar. 50. di. quia sanctitas tua. in fine. Fornicantur aliqui citius, quam furentur.

q ¶ Fastidium.] Repete, concipere.

r ¶ Quem in se.] Scilicet diligendo, idest ad sui similitudinē. vbi dictū est: dilige proximum tuū sicut teipsum. Vel in se, id est, Deus, scilicet ad eius similitudinem: vbi dictum est, secūdum autem simile est huic.

s ¶ Diligunt.] Plus iusto.

t ¶ Diligenda.] Quā animam, arg. 23. q. 5. si quis coactus.

u ¶ Quia pars.] Alia est pars, quæ homo est interior: vt de cōsec. distinct. 4 non ex quo. nō ergo corpus est homo. quod Eluidenses somniant: quia nihil est, id quod sui ipsius sit pars. argumen. ff. de euict. si dictum, §. 2. & peccant qui ponunt corpus genus animalis. Corpus non est homo.

x ¶ Naturaliter.] Infra de consec. distin. 5. non mediocriter. in fine.

y ¶ Spiritui.] Vt ad vsus exercēdæ virtutis habeatur, vt sup. 44. d. ff. conuiuia.

z ¶ Subiectum.] Debemus enim adhibere iumēto nostro sacrum, paleam, & flagellum. saccum. i. opera pœnitentiæ, & alia bona opera, paleam, idest, necessaria ad vitæ sustentationem flagellum, vt castigemus, si excesserit, ac si ea paterem. Iumento nostro adhibemus saccum, paleam, & flagellum.

a ¶ vtilitates nostras.] Tunc enim non ipsos, sed nosmet tantum diligimus vnde Tullius in lib. de vera amicitia.

¶ Pugnantium.] Cum vitijs.

f ¶ Cum qua.] Idest, in ea perseuerando.

g ¶ Peccare.] Mortaliter.

h ¶ Potuit.] Ecce verbum, in quo facit ad propositum Gratiani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Idest, afflig'.

Sarraceni & Iudæi sũt a nobis diligẽdi.

Diligere ꝓximum sicut seipsum quid sit.

citia. Suis quippe incommodis grauiter angi 1, non est amici, sed seipsum amantis.

ADDITIO. Et Seneca. Non est beneficium quod conuertitur in quæstum. Pet.

a ¶ Naturæ.] Supra dist. 86. non satis.

b ¶ Participes.] Ergo Iudei & Sarraceni ꝓximi nostri sũt, & diligẽdi à nobis vt nos, & verum est: verum tamen ois a opera dilectionis impẽdere debemus secundũ vnius cuiusq; cõditionem. 86 dist. pasce.

c ¶ Et æternã vitã.] Hic aduerte quid sit proximum sicut seipsum diligere, s. salutẽ animæ suæ, & ea quæ ad salutẽ animæ pertinent, ei optare, quę tibi optas. non obstãte ergo hoc præcepto possumus delinquentibus pœnas corporales optare & procurare, dũmodo hoc fiat secundum quod iura permittunt.

d ¶ Periculis.] Scilicet, animæ & corporis, vt eos liberemus.

e ¶ A Deo vita.] Id est, qui est vita animę suæ, qua ipse viuit, vt supr. dist. 1. §. hoc idẽ. versi. refuscitatus. 24. q. 1. vbi sana.

QVærendũ.] CASVS. Ben. ficponit hunc casum. Quidam reputabant magnum signum, quod Christus credat Dei filius, quia in baptismo Christi spũs sanctus steterit super Christum: sed non est magnum, cum semp in Domino manſit spiritus sanctus, & spũs sanctus partim cum sanctis est, vt eos custodiat in operib. pietatis: partim quoq; recedit ab eis quãtum ad gr̃am prophetandi, & miracula operandi. Hug. vero sic videtur ponere hunc casum. Legitur de Ioanne, quòd Ioannes Baptista vidit spiritum sanctum quasi columbam descendentem, & manentem super Iesum baptizatum, quod descendit super eum: signum fuit ne vox illa. hic est filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioannem esse facta, sed ad eum · quod auten. redit super eum, speciale fuit signum filij Dei, quod scilicet ipse discerneretur ab alijs sanctis. Quærit ergo hic Beda, quomodo fuit signum cognoscendi filij Dei, quod spiritus manſit super eum, cum maneat & in alijs sanctis? Et respondet quòd alio modo manet in Christo. nam in Christo manet semper quo ad omnia: in sanctis autem non quo ad omnia: quia ad tẽpus recedit ab eis quo ad operandum, etsi quo ad iustitiam semper manet in eis. Sequens cap. scilicet charitas patet. Et sequens cap. etiam patet. in quo exponit Augustinus quid sit vnctio inuisibilis. [Sola dilectus, &c. putaretur ad Ioannem esse facta, sed ad eũ. Signum fuit Ioanni ipsum cognoscendi, idest, quodda a de ipso quod ante nesciebat, scilicet an poteſtatem baptismi sibi soli retenturus esset. quod autem manſit super eum, speciale fuit signum filij Dei, scilicet quo ille discerneretur ab alijs. quærit ergo hic Beda, quomodo fuit signum cognoscendi filij Dei, s. quòd spiritus sanctus manſit super eum, &c cum maneat & in alijs sanctis? Sed respondetur, quòd alio modo manet in Christo: quia super eum semper est quo ad omnia: in sanctis autem non quo ad omnia: quia ad tempus recedit ab eis propter peccatum. Vel si quo ad iustitiam remaneat in eis, non tamen semper quo ad operandum, puta ad prophetizandum, vel faciendum miracula, vt in Helia, & Helisæo.

g ¶ Manet.] Not. hic expositionẽ illius decr. 32. quæst. 2. connubia: quia in opere coniugali adest præsentia spiritus

naturæ [a] nostræ, sicut dixi, participes [b]. *Item infra.* ¶ Proinde, sicut † nos, proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & æternam vitam [c] consequendam, sicut nobis, saluti eorum consulimus: quando nos in eorum peccatis, ac periculis [d] cogitamus: & sicut nobis subeniri optamus: ita eis pro viribus subueniamus; aut, si facultas defuerit, volũtatem subueniendi tenemus. Quapropter hęc est proximi tota dilectio; vt bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi vero plus quàm se diligunt Deum, qui pro eius amore suæ ad tempus saluti non parcunt, seipsos tribulationibus, ac periculis tradunt; nudari facultatibus proprijs, patriæ suæ extorres fieri, parentibus, & vxoribus, ac filijs suis renunciare parati sunt; &, vt totum dicã, ipsam corporis mortem non solum non refugiunt, sed etiã libenter excipiunt, ambientes à corporis sui vita magis, quam à Deo vita [e] vitæ suæ discedere.

† *al. secundum*

¶ *Caput hoc confectum est ex verbis Prosperi hinc inde collectis, & prior pars habetur etiam in tractatu de laudibus charitatis inter opera B. Augustini tomo. 9. eodem fere modo, quo apud Gratianum. Atque emendata quædam, & etiam addita nonnulla sunt ex ipso B. Prospero. Sed operæ pretium fuerit integrum locum apud ipsum legere: copiose enim & ornatissime explicatur.*

α ¶ Hæc est proximi.] *Ita legitur non modo in originali, sed etiã in vetustioribus Gratiani codibus, in vulgatis erat.* Quapropter charissime tota dilectione seruage, vt bonum, &c

Item Beda super Ioannem, ad c. 1.

C. VI.

Opponitur [e] etiam illud, quod omnis clamat [f] auctoritas, si sic permanisisset, vt erat ante peccatum: esset trãslat[g] in gloriã, quã habituri sunt sancti: sed nemo adultus sine charitate intrat: charitatem ergo habebat. ¶ *Item opponitur de Moyse, cuius fidem Apostolus in epistola sua ad Hebræos commendans, dignis præconijs ei[h] merita prædicauit dum se negauit esse filium filiæ Pharaonis, & malens affligi cum fratribus, quàm perfrui iucunditate temporalis palatij: dum fratri compatiens, Aegyptium fabulo obruit: dum veritus animositatem regis, Aegyptũ reliquit[h], dum diuino vallatus auxilio, regis furorem contempsit; atque in virtute signorum populũ de Aegypto eduxit. Quæ omnia quibus laudibus sunt efferenda, si tunc charitas in eo non erat: cum non habeat aliquid iuriditatis in se ramus boni operis, nisi procedat exradice charitatis? Quomodo autem charitatem non habebat, cui Dominus facie ad faciem loquebatur; sicut homo solet loqui cum amico suo? Quomodo charitatem nõ habebat: qui pro populo supplicans dicebat: [Aut dimitte eis noxã hanc: aut me dele de libro[i] tuo?] An nõ proximũ diligebat, qui pro populo se obiiciens, illũ ab interitu liberauit? An non diligebat Deũ, qui pro eo in uituli culores deseuiẽs, ipsius uituli caput iupulueriẽ comminuit: atq; ut in secessum proiiceretur, aqua mistum Israelitis bibendum dedit, nonnullos ex ei[j] cultoribus gladio feriri præcipiens, ut populum, cuius erat interitus maior futurus, reconciliaret Deo? An non charitatem habebat, de cuius spiritu Dominus accepit, &*

Moysen filia Pharaonis in filium adoptauit.

Heb. 11

Exod. 2.

B Greg. homilia 27. Exod. 33.

Exod. 32. Num. 16. Exod. 33.

Num. 11. *super septuaginta [a] seniores [b] Israel prepositi? Qui tamen ad aquas contradictionis de Dei potentia, siue de eius benignitate dubitans, cum cætera certa fide promisisset, producturus aquam de petra, diffidenter exercuit dicens: [Nũ quid de petra hac potero vobis educere aquam?] Quod nulli leue videatur[c], cum in pœnam delicti eius, sibi, & Aaron à Domino dictum sit: [Quia non exaudistis vocem meam, vt glorificaretis me coram filijs Israel, non introducetis populum hunc in terram, quam dedi eis.] An charitatem non habebat Aaron, quando fratri coadiutor[d] datus est, vt esset os eius[e] ad populum, vt per eũ signa fierent in Aegypto? Qui tamen in cultura vituli postea consensum[f] populo adhibuit. An charitatem non hẽbat quando ex omni multitudine filiorum Israel solus à Domino electus est, vt pontificatu ante eum fũgeretur? Si charitatẽ non habebat, bonus non erat: Si aũt bonus non erat, cur p cæteris à Domino in Pontificem electus est? An charitatem non habebat, quando pro populo cũ thuribulo inedio se opposuit[h], & irã Dei placauit? Ei tamen, vt præmissũ est, ad aquas contradictionis iram Domini aduersũ se postea prouocauit. Nunquid ẽt Dauid charitatẽ non habuit, super quem spiritus Domini à die vnctionis directus est? An forte dicitur esse directus super eum, vt ex tunc gratiam prophetandi[i] haberet, non vt ex eo gratiã diuine dilectionis acciperet? Quod absurdũ plane videtur de eo sentire, de quo Dominus ait. [Inueni, hominem secundum cor meum.] Quo etiam charitatem non habebat, qui quærenti animam suã pepercit? qui oram clamydis eius præcidit[k], postea cor suum grauiter percussit clamans: [Quem persequeris rex Israel, canem mortuum, & culicem vnũ?] Quo modo charitatem nõ habebat, qui mortem inimici sui tam grauissime tulit? Quomodo charitatem non habebat, qui aquam de cisterna Bethlehem suorum periculo sibi oblatam non bibit[l], sed coram Domino libauit? Quomodo charitatem non habebat, qui irrisus à Michol filia Saul, eo q̃ ante arcam Domini citharam, & psalterium percutiens saltasset, ait: [Ludam, & vilior[m] fiam in oculis meis?] Si charitatem non habebat, qua conscientia securus imprecabatur sibi ipsi dicens: [Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis?] Si charitatem non habebat, qua temeritate iuste se iudicari rogabat, dicens; [Iudica me[n] Deus secundum iustitiam meom, & secundum innocentiam meam super me?] Idem: [Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum?] Et tamen post tot, & innumera alia diuinæ, & supernæ dilectionis indicia, quàm graviter deliquerit, nullus ignorat, qui Bethsabeæ[o] adulterium, & Vriæ homicidiũ audiuit: Cuius pœnitentiam si sine charitate Domino obtulit, veram cordis cõtritionem non habuit. Quomodo ergo sacrificium cordis contriti, & spiritus cõtribulati Domino promittere audebat, dicẽs: [Si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustũ non delectaberis. Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus? &c.] Deniq; cum falsæ pœnitentiæ nulli à Deo promittatur remissio, quomodo à propheta Paudire meruit, (Dimisit̃ est tibi peccatum tuum,) si veram cordis contritionem non habuit? Euidenter itaque apparet eum*

1. Reg. 16. *Act. 13.* *1. Reg. 24.*

1. Reg. 1.

2. Reg. 23.

Psal. 7. *Psal. 35.*

Psal. 25. *1. Reg. 11.*

1. Reg. 11. *Psal. 50.*

2. Reg. 12.

a ¶ Septuaginta.] Supra 84. d. porro.
b ¶ Seniores.] Faciẽdo eos prudentes, & peritos ad similitudinem Moysi, nõ autem de spiritu eius aliquid subtrahẽdo, vt scirent regere populum. cum Moyses iam solus non sufficeret.
c ¶ Videatur.] Scilicet hoc peccatum. 33 quæst. 4. §. cum superna.
d ¶ Coadiutor.] Cũ Moyses esset aliquã tulum impeditæ linguæ.
e ¶ Os eius.] Loquendo pro Moyse.
f ¶ Consensum.] Supra 50 dist. 5. fi post. § e contra.
g ¶ Electus.] Sup. 95. dist. esto.
h ¶ Opposuit.] Successo Chore cum familia sua. 7. quæst. 1. denique.
i ¶ Prophetãdi.] Nõ est sufficiens probatio, quòd charitatẽ ideo habuerit. nam & Saul prophetauit, vt supra 1. q. 1. protexuit. Saul prophetauit.
k ¶ Præcidit.] Sup. 2. q. 7 cap. plerumque. §. de his.
l ¶ Non bibit.] Supr. dist. 41. deliciæ.
m ¶ Et vilior.] Idest, humilior.
n ¶ Iudica me.] Secundum iustitiam: ergo sciebat se charitatem habere, & bene potest ex reuelatione: aliter non crederem vnde Apostolus: Nihil mihi conscius sum, &c. 1. dist. 3 §. adhuc. ver. non enim. Charitatem se habere an possit aliquis cognoscere.
o ¶ Bethsabeæ.] Sup. dist. 50 cap. fi post §. e contra.
p ¶ A propheta.] Scilicet Nathan.

Universidad de Deusto Biblioteca

FVGERAT SANCTVS. CASVS. Primo ponuntur verba Ambrosij, quæ probant, quòd Dauid charitatem habebat cum fugit à facie Saulis. Postea dicit Gratianus, quòd Dauid charitatem habebat, & postea peccauit in dinumeratione populi. Postea dicit, quod secundum illam sententiã, quę dicit, quod charitas non potest amitti, & quod nunquã habuit charitatẽ qui criminaliter peccat veram remissionem peccatorum in baptismo nõ fuit consecutus, qui postea criminaliter peccauit: siue fuerit adultus siue infans, quando ad baptisma accessit: & licet huic sententiæ Iouiniani videatur alludere quod legitur in epistola Ioannis: Qui natus, &c. sententia tamen illa est veritati aduersa, vt ostendit Hieronymus in sequenti capitulo. Et no quod secundum Hu. ibi incipiunt verba Gratiani, [cui sine charitate. [Generatio,] Id est, gratia [Quãtũ.] Id est, quantumcunque. Historia autem Dauid habetur, sup. 1.q.4. ecclesia.§.item Dauid.

a ¶ Populi.] Sup. 24. q. 1. non afferamus.

b ¶ Pęna.] Su. 1. q. 4. ecclesia.§ itẽ Dauid.

c ¶ Sententiam.] Id est, opinionẽ, quæ asserit, quod q peccaturus est, nũquam habuit charitatẽ, vt in principio huius dist.

d ¶ Renatus.] Hoc bene soluit magister in fine.

e ¶ Sed generatio.] Id est, Deus regenerans.

ducit ẽt auctoritatem Iacobi, per quam probat, quod boni possunt peccare. In tertia parte illud idẽ ostendit exemplo Dauid, Salomonis, & Iesu filij Iosedech, & quorundam aliorũ, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatẽ, quod ẽt in Angelis contingit. Secunda

tunc charitatem habuisse, & ex charitate sacrificium cordis contriti, & spiritus contribulati Domino obtulisse: alioqui temerarie postulasset: [*Auerte faciem tuam à peccatis meis,*] *& cætera quæ in eodem psalmo continentur, nisi odium mali, & dilectio boni ad humilitatem pœnitentiæ illum prouocasset. De quo etiam sanctus Ambrosius in libro de Isaac, cap. 3. scribit dicens.* [*Fugerat sanctus Dauid odia Saul regis, non relinquens terras, sed declinans contagia regis immitis, & superbi: quia mens eius adhærebat Deo, cui sine charitate nullus adultus adhærere potest. Et tamen, quàm grauiter in populi* [a] *dinumeratione postea deliquerit, ipsius delicti pœna* [b] *indicauit. Item secundum hanc sententiam* [c], *qui criminaliter deliquerit, veram peccatorum remissionem in baptismo consecutus non est, siue in annis infantiæ, siue adultus ad baptismum accessit: quia Dei amorem non habuit, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam: atque ita secundum hæresim Iouiniani, si vere ex aqua, & spiritu sancto quis renatus* [d] *fuerit, vlterius criminaliter peccare non potest: vel si criminaliter peccat, aqua tantum, non spiritu probatur esse renatus. Cui sententiæ illud epistolę* Ioannis *consentire videtur:* [*Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius manet in eo: & non potest peccare, quia ex Deo natus est. In hoc enim manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli.*] *Et in fine epistolę:* [*Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio* [e] *Dei conseruat eum: & malignus non tangit eum.*] *Verum hæc auctoritas Apostoli, quantum illi sententiæ faueat, atque illa secta erroris quantum veritati sit aduersa, Hieronymus ostendit scribens contra* Iouinianum, *libro 2. in principio.*

Ps. 50. — Mutatis verbis, sed incolumi sententia. — Sent. 3. dist. 30. — 2. *Reg.* 24. & *Paralip.* 21. — 1. *Io.* 3.

C. XL.

SI enim [f], inquit, omnis, qui natus est ex Deo nõ peccat, & à diabolo tentari nõ potest; qũo præcipit, vt caueãt, ne tententur; dicens: [Filioli custodite vos à simulachris:] & in eadem rursus epistola: [Si dixerimus, quia pecca-

Omissis aliquot verbis. — 1. *Io.* 5. — 1. *Ioan.* 1.

SI n. inquit,] CASVS. Hoc est cap. Hier. scribẽtis cõtra Iouinianum hæreticum: & protenditur vsque ad §. sequentem [euidenter.] Et primo opponit Iouiniano ducendo eum ad inconueniens: & ostendendo quod verba Ioannis intelligenda sunt per comparationem. Hu. igitur casum istius c. sic ponit. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Hier. quod illa auctoritas Ioannis. Omnis qui natus est ex Deo, non peccat: nõ ita intelligẽda est quod postquã aliqs recepit gratiã, & habuit charitatem, peccare non possit. si enim sic intelligeret Iam contradiceret sibi Ioannes, qui baptizatus dicebat baptizatis. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Est ergo sic ĩtelligẽda illa auctoritas. [Qui nat⁹ est ex Deo.] i. qui recipit gratiã Dei nõ peccat, donec pseuerat in ea. In secunda parte procedit circa eadẽ verba Ioãnis, & auctoritate Iob & Pauli, & exẽplo Petri pbatur quod quilibet põt peccare, & in da pars ibi. [Et beatus Iob.] Tertiã ibi Dauid elect⁹. [Ille,] s. Ioãnes. [Aduersarius.] s. Iouinianus. [Nihil,] s. peccati. [Peccatum fecit] i. hostiam pro peccato, vel similitudinem peccati, quia similis fuit peccatoribus. [Soluit.] s. Paulus. [Reuera.] verba Hierony. [Nõ est volentis.] s. ipsum currere. [Ad calcem.] Id est, finem vel perfectionẽ, [Nouam imperitiæ functionẽ,] Id est, nouam & perniciosam adinuentionem. similiter verba sunt Hieronymi. [In lumbis,] quantum ad viros. (Super vmbilicum) Quantum ad mulieres (Partitionem.) Id est, disputationem, quam cum Iouiniano habebat. f ¶ Si enim.] primo opponit Iouiniano, ducendo eum ad inconueniens. tandem ostensurus qualiter verba Ioannis sunt intelligenda per compositionem. Hug.

CASVS. Primo ostendit Hieronymus, quod illa auctoritas Ioannis: omnis qui natus est ex Deo, non peccat, nõ ita intelligenda est, quod postquam aliquis recepit gratiam, & habuit charitatem, peccare non possit: si enim sic intelligeretur, ergo contradiceret sibi Ioannes, qui baptizatus dicebat, baptizatis: dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Intelligenda est ergo sic illa auctoritas, qui natus est ex Deo, id est, qui recepit gratiam Dei, non peccat, scilicet donec perseuerat in ea. Secundo procedit circa ea verba Ioannis, & auctoritatem Ioannis & Pauli probãtium quòd quilibet peccare potest, inducit etiam auctoritatem Iacobi, & probat etiam quòd boni peccare possint. Vltimo ostendit illud idem exemplo Dauid, Salomonis, & Iesu filij Iosedech, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatem: quod etiam in Angelis cõtingit.

a ¶ Peccatum.] Saltem veniale, & alibi, Cum omnia feceritis: dicite, quia inutiles serui sumus. & Greg. væ iusto si remota misericordia à Deo iudicetur. arg. supra. dist. 1. quem pęnitet.

b ¶ Mendacem.] Ipse enim dixit omnem hominem peccatorem. cum dixit per prophetam, Omnis homo mendax. & Paulus in epistola ad Romanos. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.

c ¶ Et verbum eius.] Scilicet Christi, qui veritas est, vt infra eod. cap. ver. qui dicit.

d ¶ Baptizatus.] Similiter de alijs Apostolis dicendum quòd fuerint Baptizati. arg. de consec. dist. 4. cap. quando. & cap. si eos.

tum [a], non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, vt remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccauimus, mendacẽ [b] facimus eum, & verbum eius [c] non est in nobis.] Existimo, quòd Ioannes baptizatus [d] ad baptizatos scripserit, & quòd omne peccatum à diabolo [e] sit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem post baptisma, peccatorum. Et Iouinianus meus dicit: [Ne tangas me, quoniã mundus sum.] Quid ergo? contraria sibi Apostolus loqui tur? minime [f]. In eodem quippe loco, cur hoc dixerit, statim edisserit: [Filioli mei hęc scribo vobis, vt non peccetis [g]: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum †: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi [h]. Et in hoc scimus, quòd cognouimus [i] eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat uerbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] Propterea, inquit, scribo vobis filioli mei omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, vt non peccetis [k], & tamdiu sciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis [l]: immo [m], qui in generatione Domini perseuerant, peccare non possunt [n]. Quę enim communicatio luci, & tenebris; Christo, & Belial? Quomodo dies, & nox misceri nequeunt; sic nec iustitia, & iniquitas; peccatum, & bona opera; Christus, & Antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, illico fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuam [o] ingressus fuerit diabolus; protinus Christus recedit: vnde & Dauid [p] post peccatum: [Redde mihi, ait, lætitiam salutaris tui.] scilicet, quam

1. *Ioan.* 2. — † Adde Alber. de Ro. n. l. 1. C. de suffrag. in q. an officium ado. de iure diuino sit licitum & meritorium; v. & ostendit Saluatorem nostrum sæpius vsum fuisse officio aduocationis. — 2. *Cor.* 6. — *Psal.* 50

e ¶ A diabolo.] Saltem per imitationẽ, non per suggestionẽ, quò ipse scilicet sit auctor omnis peccati mortalis. cum multa interius eo ignorante committantur mortalia, vnde Aug. Diabolus non est immissor malorum cogitationum, sed incensor. 16. q. 4. ca. vlt. Vel dicitur hoc habito respectu ad initium primi peccati, quod eo suggerente factum est. & vnde omne peccatum propagatũ est, hoc, nisi sic exponeres, cõtradiceret illud psalmistę: Ab occultis meis, &c. Et illud incensa igni & suffossa, &c. inf. eo c. ver. quãquã.

f ¶ Minime.] Quoniam in diuina pagina contrarietas vera non inuenitur. 23 q. 5. quid ergo. 28. q. 1. sic enim sup. e. d. 1. perniciose.

g ¶ Non peccetis.] Dicendo s. non peccau mus.

ADDITIO. Quasi dicat, ne malam securitatem assumatis dicẽdo, vos esse sine peccato: secundum Hu.

h ¶ Totius mundi.] Etiam infideliũ: quia ecclesia bene orat pro infidelibus. argume. supra ead. distinctio. in cap. charitas est. vers. item proximos. non tamen pro iam mortuis. 12. q. 2. non existimemus.

Diabolus an sit auctor omnis peccati. — Ecclesia pro infidelibus orat.

i ¶ Cognouimus.] Id est, dileximus.

K ¶ Non peccetis.] Mortaliter. alias contrarium esset ei quod dixi supra, si dixerimus quia peccatum, &c.

l ¶ Peccaueritis.] Hactenus sunt verba Ioannis: quę sequuntur, sunt verba Hieronymi.

m ¶ Immo.] Hic aperit Hieronymus qualiter verba siue dicta Ioannis sunt intelligenda per compositionem, scilicet vt quis dum moratur in sanctitate percepta & generatione Dei, quòd peccet mortaliter, est impossibile.

n ¶ Non possunt.] Coniunctim intellige, scilicet permanentes in charitate. 33 q. 1. cum renunciatur, supra dist. 50. considerandum.

o ¶ Ianuam.] Dicit Aug. quod ille duæ sunt portæ, quibus intrant diabolus, s. cupiditas, & timor. per easdem econtrario intrat Deus, illi sunt aperiendæ, illi claudendæ. infra dist. 7. c. 2. & 3.

p ¶ Vnde Dauid.] Istud non continuatur proximo, sed superiori, si susceperimus, &c.

Diabolus intrat in homines per duas portas

a ¶ Mendax.] Saltem opere. 11.q.3. existimant, 22.q 5. cauere.
b ¶ Via.] In exemplo via non errans.
ADDITIO. Vel dic via, per quam itur. Hug.
c ¶ Veritas.] In promisso veritas non fallens. 1. qui lingua non offendit.
ADDITIO Ideo lingua nostra circumcidenda est: quia dicit Salomon in Prouer. In manibus linguæ vita & mors. vnde est circumcidenda per cultellum discretionis. Arch.
d ¶ Vita.] In pr̨emio vita non moriens.

peccando amiserat. [Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax[a] est, & in eo veritas non est.] Christus veritas appellatur: [Ego sum, inquit, via[b], & veritas[c], [& † vita[d].] Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata nō facimus; [Scienti bonum, & non facienti illud, peccatum est.[e] Quomodo corpus sine spiritu mortuum est: sic & fides[f] sine operibus mortua est.] Nec grā de putemus vnum Deum nosse[g], cum & dæmones[h] credant[i], & contremiscant. [Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] 4 ¶ Eligat aduersarius è duobus, quod vult: optionem enim damus; manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet, vt Christus. Si autem[k] temerarium est similitudinem virtutum Domini pollicere; non manent in Christo, quia non ingreditur, vt Christus. Ille peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente, sic non aperuit os suum, ad quem venit princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil; qui cum peccatum nō fecisset, pro nobis peccatum[l], eum fecit Deus. Nos autem iuxta epistolam[m] Iacobi multa peccamus omnes, & nemo mundus à peccatis, nec infans †[n], si vnius quidem diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum se esse à peccatis? tenemurque rei in similitudinem præuaricationis Adæ. Vnde & Dauid: [Ecce, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea.] Et beatus Iob: [Si fuero iustus[o], os meum impia[p] loquetur: & si sine crimine[q], prauus inueniar: & si purificatus in niue, & lotus mundis manibus, satis me sorde tinxisti[r], & execratum est me vestimentum[s] meum.] Verum[i], ne penitus desperemus, arbitrantes nos post peccata baptismi non posse saluari, statim hoc ipsum temperat: [Et si quis peccauerit[t], aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.] Hoc ad credentes post baptismo loquitur: & aduocatum pro delictis eorum Dominum pollicetur. Nec dicit, si quid peccaueritis, aduocatum habetis apud patrem, Christum; & ipse est propitiatio pro peccatis vestris, ne eos diceres non plena fide baptisma consecutos: sed: [aduocatum, inquit, habemus apud patrem, Iesum Christum: ipse est propitiatio pro peccatis nostris,] & non solum pro Ioānis, illorumq; peccatis, sed etiā:] pro totius mundi.] In toto autem

Io. ibidem
† absunt a B. Hieronymo.
Ioan. ibidem
1. Pet. 2.
Ioan. 14
2. Cor. 5.
Iac. 5
Iob 14. ex 70.
† abest ab orig.
Prou. 20
Rom. 5.
Ps. 50.
Iob 9. ex 70. quibusdam omissis.
Ioan. ibid.

i Vel dic veritas: ad quā itur H. vel dic via, sunt imitantis me, veritas diligentibus me: vita vsq; in finē perseuerātibus in me, secundum Hug.

Diabolus bonum operatur.

e ¶ Peccatum est.] Magis quā si nesciret, non ideo tamen excusaretur. 23. q 4. ea vindicta.
f ¶ Sic & fides.] Sup. 1.q.1 fertur. & c. sicut vrgeri.
g ¶ Nosse.] Sup. 24.q. 1. didicimus.
h ¶ Dęmones.] Cum credere bonum sit opus, & collige contra multorum opinionē diabolum bonum operari. Vnde in epistola ad Corinthios ibi, [Alij discretio spirituum.] vbi dicitur quòd & diabolus agit bona seductorie, supra 1. distin. potest.
i ¶ Credant.] Fide sed quia non diligūt fide illa non merentur.
ELIGAT. Hæc est quarta pars distinctionis, in qua ꝓbat per sex auctoritates, ꝙ nullus est sine peccato, nec infans vni⁹ diei, & hoc probat primo ꝑ Iacobū. Secūdo per Dauid. Tertio per Iob. Quarto per Ioānem. Quinto per Petrū. Sexto per Paulum, Io. de Fant.
K ¶ Si autem.] Supple non manet
ADDITIO. Hæc gl. procedit sine hoc subaudito, non habet locum, si hoc est in textu.
l ¶ Peccatum.] Idest, hostiam pro peccato. nam antiqui peccata dicebant sacrificia ꝓ peccatis. Vel peccatum, idest, Christum habentem similitudinem carnis peccati, idest, mortalem, & similem carni peccatrici. Vel peccatum, idest, peccatorum puniri pœna.
l ¶ Peccatum.] Aliàs peccatum fecit se Deus, id est, peccati pęnam pertulit. Vnde illud: Peccata nostra ipse portauit.
m ¶ Epistolam.] In tertio capitulo.
n ¶ Nec infans.] infra. ead. dist. 3. cap. adhuc instant.
o ¶ Si fuero iustus.] Id est, si dixero me esse iustum. id est, sine peccato.
p ¶ Impia.] Vt enim dicit scriptura perfectus est vir, qui lingua non offendit.
q ¶ Et si sine crimine.] i. si dixero me sine crimine &c.
r ¶ Tinxisti.] Id est, tingi, permisisti, permittendo me hoc dicere, o tu Deus.
s ¶ Vestimentum.] Id est, corpus: quod ideo dicitur vestimentum: quia vestit animam. 35. dist. c. 6.
t ¶ Peccauerit.] Non excludēdo se, sed se eis connumerat, & hoc est qđ sequitur: sed aduocatum habemus, &c.

Corpus est animæ vestimentum.

a ¶ Omnesque.] Supra dist. 10. si Romanorum.
b ¶ Vt cribraret.) Id est, vt diuersis pœnis affligeret, vt essetis palea, id est, mali. sed cribrati estis sicut triticum id est, purgati sicut in area recedit palea, & remanet triticū. vnde illud, vt, consecutiuum est hic. simi. 1. q. 1. be.
tatem futuram iam spe gustauerunt.
l ¶ Et prolapsi.] Grauiter peccando.
m ¶ Renouati.) Per baptismum, nō per pęnitentiam: negat iterationem baptismi, sed non negat pęnitentiā: qa impossibile est natos ad pęnitentiā, qui semel hoc acceperunt, rursus renouerari, idest, baptizari: renouari enim est nouum fieri, nouum autem facere lauare est. extr de reg. in c. omnis res.

mundo & Apostoli sunt, omnesque[a] credentes. Ex quibus liquido comprobatur post baptisma posse peccari. Frustra enim habemus aduocatum Iesum Christum, si peccari non potest. Petrus apostolus, ad quem dictum fuerat: [Qui lotus est, nō necesse habet, vt iterum lauet.] & [Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiā meam.] ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus: [Simon, Simon, ecce inquit; satanas postulauit vos, vt cribraret[b] sicut triticum: ego autem rogaui pro te, ne deficeret[c] fides tua] *& infra*. ¶ Si non peccamus post baptisma, cur nobis poscimus peccata dimitti, quæ in baptismate iam sunt dimissa? Quid oramus, ne intremus in tentationem, & vt liberemur à malo, si diabolus tentare non potest iam baptizatos? Aliud[d] autem est, si ad catechumenos hæc oratio pertinet[e], & non conuenit fidelibus, & Christianis. Paulus electionis vas castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne alijs pręedicans, ipse reprobus inueniatur. *& infra*. ¶ Ad Hebræos quoque scribens ait: [Impossibile est enim eos, qui semel sūt illuminati[f], & gustauerunt[g] donum cęleste, & participes facti sunt spiritus sancti[h], gustaueruntque nihilo minus bonum Dei verbum[i], virtutesque[k] sæculi futuri, & prolapsi[l], sunt renouati[m] iterum[n] ad pœnitentiam[o], rursus crucifigentes sibimetipsis[p] filium Dei & ostentui habentes.] Certe eos, qui illuminati sunt, & gustauerunt Dei donum cęleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque bonum Dei verbum, negare non possumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non possunt; quomodo nunc Apostolus dicit: [Et prolapsi sunt.] Verum ne Montanus, & Nouatus hic rideant[q], qui contendunt non posse renouari per pœnitentiam eos, qui crucifixerunt sibimet filium Dei, & ostentui habuerunt; consequenter hunc errorem soluit, & ait: [Cō fidimus autem de vobis dilectissimi, meliora, & viciniora salutis, tametsi ita loquimur[r]. Non enim iniustus[s] est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis[t] in nomine ipsius[u], qui ministrastis[x] sanctis suis, & nunc ministratis.) Et reuera grandis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera non

Io. 13.
Matth. 16.
Luc. 22.
Matth. 6.
1. Cor. 9.
Heb. 6.

De Montani se ctatorib⁹, vide eundē in epist. ad Marcellam.

n ¶ Iterum.) Renouari ad recuperandum iustitiam. & eos dico si baptizentur.
o ¶ Ad pœnitentiā.) id est, nōīe pęnitentię: quasi dicat, non potest qs rebaptizari, vt sic veram agat pęnitentiam: & si fecerit, rursus crucifiget Christū quantū in ipso est. baptism⁹ enim Christi passionem significet. īf. de consec. d. 4. proprie. Vel ideo dicit. Rurs⁹ crucifigentes Christum: quia sicut impossibile ē ꝙ rursus crucifigatur, ita impossibile est ꝙ rursus baptizetur in pęnitentia. Vel dic, vt in gl. quantum, &c.
p ¶ Sibimetipsis.) Id est, quantum ad seipsos, quia mors Christi vnū baptisma cō secrauit, qđ sufficit ad oīa peccata delēda, sicut & illa mors sufficit ad oīa peccata tollenda, qui vero iterat baptismū quasi illa mors vna & vnū ex ea non sufficiat, iterat baptisma, & mortem Christi quantū in se est, vel iterandam insinuat, vt ex ea iterata fiat remissio peccati: qđ est impossibile. Sicut enim impossibile est iterum Christū crucifigi, ita & secundo per baptismum aliquē mori peccatis.

Baptismus passionem Christi significat.

Mors Christi sufficit ad oīa peccata delēda.

Ecclesia to... deficere non potest. ... Petrus non ... citur ceci... ille, qui sta... surrexit.

c ¶ Deficeret.] f. finaliter. Vel loquitur ad Petrū in persona ecclesiæ, quæ tota non potest deficere. Vel non dicitur Petrus cecidisse: quia statim surrexit. argu. extra de verb. sign. nam & ego. 1. benedictio & c. seq. B.
d ¶ Aliud.] Inconueniens est. & hoc probat statim.
e ¶ Pertinet.] Hoc dicebant hæretici.
f ¶ Illuminati.] Per baptismum & fidem.
g ¶ Et gustauerunt.] Id est, remissionem peccatorum quasi gustum suauem perceperunt in baptismo.
h ¶ Spiritus sancti.] Id est, diuersorum bonorum spiritus sancti, de quibus exponitur 30. q. 1 peruenit.
i ¶ Verbum.) Id est, Euangelicam doctrinam.
k ¶ Virtutesque.) Id est, immortalitatem & impassibilitatem futuram iam spe gustauerunt.
q ¶ Rideant.) Id est, derideant nos.
r ¶ Loquimur) Dure scilicet terrendo & increpando, quasi dicat, non diximus hoc putando vos esse tales, scilicet spinis plenos: sed timentes ne tales efficiamini, terremus vos verbis.
s ¶ Iniustus.) Quasi dicat, ideo confido de vobis, qui olim bona multa operati estis, pro quibus si pęnitueritis de malis, benefaciet vobis Deus. & hoc est, non est, &c. vt sup. ea. dist. § hoc itaque c. non est.
t ¶ Ostendistis.) i. ex quo primo bona fecistis opera.
u ¶ Ipsius.) Id est, ad honorem Dei, & recte dixit, operis: quia ministrastis, &c. Hug.
x ¶ Ministrastis.) Hic argu. quòd de bonis loquitur post peccatum exhibitis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Metus desperationis plerumque retrahit à peccato.

Pauper parce viuendo non meret.

Calx qualiter sumitur.

a ¶ Desperationis.] Quasi dicat nolo vos desperare de venia: sed ita locutus sum, vt metu desperationis (qui plerumque retrahit à peccato) vos facerem cautiores.
b ¶ Iustitiæ.] Quia non est tam crudelis Deus, &c. sup. ead. dist. non est.
c ¶ Exhibetis.] Hic arguit loquitur de bonis exhibitis post peccatum
d ¶ Necessitas.] Arg. ipso non meret continiendo, nec pauper parcè viuendo, cum ex necessitate hoc faciat. 33. q. 5. tunc fabulabitur. su. 23 q.4. Nabuchodonosor.
e ¶ Nec corona.] Si Deus ad partē nos tātum cogeret vnā: Tunc nihil afferret gratia. vel meritum 23. q 6. §. vlt. versus. principium.
f ¶ Ad calcem.] Id est, præmium bonorum operum, vel ad vitam æternam. Vel calcem, id est, finē: quia extrema pars hominis est calx.
g ¶ Incentiua.] Id est, seminaria ar. 15. q. 1. non est. quia de corde procedūt malę cogitationes quas diabolus ad consensum & opus pducit vt su. ea iter hęc sciēdum, &c. sicut.
h ¶ Fœnum, ligna, stipulā.] Venialia, scilicēt leuia, grauia grauissima, vt 25 dist. c. vnū. §. criminis.
i ¶ Incendium.] Delectationis cōsensus & operis.
K ¶ Securā.] Non enim est quis tā perfectus quin cadere possit, & hoc etiam ostendit dicens: Sedet, &c.
l ¶ In occultis.] Id est in ambiguis. vnde non facile intelligitur quid sit appetendū, vel quid non.
m ¶ Fili accedens.] extra de renunciatio. nisi.

suſciperet. Ita locutus ſum, inquit Apoſtolus, vt vos à peccatis retraherem, & deſperationis [a] metu facerem cautiores. Cæterum confido de vobis, dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſalutis. Neque enim iuſtitiæ [b] Dei eſt, vt obliuiſcatur bonorum operum, & miniſterij, quod propter nomen eius exhibuiſtis, & exhibetis [c] in ſanctos, & tantum meminerit peccatorum. *& paulo poſt.* ¶ Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur: alioquin, vbi neceſſitas [d] eſt, nec damnatio, nec corona [e] eſt. Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus (non eſt enim volentis, neque currentis, ſed miſerentis, & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem [f]) ſic in malis, atq; peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua [g], & perfectio diaboli. Cum viderit nos ſuper fundamentum Chriſti ædificare fœnum, ſigna, ſtipulam [h]: tunc ſupponit incendium [i]. Aedificemus ergo aurum, argentum, lapides pretioſos; & tentare non audebit. Quamquam & in hoc non ſit certa, & ſecura [k] poſſeſſio. Sedet quippe Leo in inſidijs, & in occultis [l], vt interficiat innocentem: & vaſa figuli probat fornax, homines autem iuſtos tentatio tribulationis. Et in alio loco ſcribitur: (Fili accedens [m] ad ſeruitutem Dei præpara te ad tentationem.) Rurſus idem [n] Iacobus loquitur: (Eſtote factores verbi, & non auditores tantum. Si quis auditor eſt verbi: & non factor; iſte ſimilis eſt viro, qui conſiderat vultum [o] natiuitatis ſuæ in ſpeculo; conſiderauit illum, & ſtatim recedens, oblitus eſt qualis ſit.) Fruſtra monuit, ut iungerent opera fidei, ſi poſt baptiſma peccare non poterant. (Qui totam legem, inquit ſeruauerit, & peccauerit in vno; factus eſt omniū reus [p].) Quis noſtrum abſque peccato [q]? concluſit Deus omnia [r] ſub delicto, vt omnibus miſereatur. Petrus quoque. (Nouit, inquit, Dominus pios de tentatione [s] eruere.) Et de falſis doctoribus: (Hi ſunt [t] fontes [u] ſine aqua, & nebulę [x] turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarū reſeruatur. Superbia [†] [y] enim vanitatis loquentes pellicient [z] in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugerāt [a], & ad errorem reuerſi ſunt.) Nonne tibi videtur pinxiſſe [b] ſermo Apoſtolicus nouam imperitiæ factionem [c]? Aperiunt enim quaſi fontes ſcientiæ, qui cum aquam non habeant doctrinarum, promittunt imbrem, velut

Rom.9.
1.Cor.3.
Pſ.9.
Eccl.28.
Eccl.2.
Iac. 1.
Iac. 2.
Ioan. 8.
Rom. 11.
2.Pe.2.
Pet. ibidem
† *al. Superba]* orig.

n ¶ Idem.] Id est, eandem sententiam, non idem nominatiue, scilicet quod post baptisma possit quis peccare, vel quod non possit.
o ¶ Considerat vultum.] Non rem, sed vmbram solam videns.
p ¶ Reus.] Hoc exponitur. inf. dist. 5. c. consideret.
q ¶ Absque peccato.] Saltem originali.
r ¶ Omnia.] Id est, omnes homines.
s ¶ De tentatione.] Non quod non tentetur, sed ne tentationi succumbant, vel si succumbant, eos liberat & releuat.
t ¶ Hi sunt.] Falsi doctores.
u ¶ Fontes.] Non lauantes, sed coinquinantes sup. 2. q. 7. secuti sunt.
x ¶ Et nebulę.] Dęmonum, & dicuntur nebulæ: quasi alios obtenebrantes. 17 dist. vlt.
y ¶ Superbia.] Id est, superba vanitate loquentes.
z ¶ Pellicient.] Id est, alliciunt, & decipiunt. Vnde August. super epistolam secundam Petri. Pellices dicuntur meretrices, à pollutione, vel à pellis formositate: quia incautos alliciunt, & decipiunt. Pelliciunt ergo hæretici animas instabiles variorum dogmatum erroneis sectis. quasi constuprantes luxibus subdendo.
a ¶ Effugerant.] Id est, recesserat à peccato per pœnitentiam.
b ¶ Pinxisse.] Id est, distinxisse vel denotasse vel descripsisse.
c ¶ Factionem.] Id est, nouam hæreticam inuentionem.

a ¶ Ad quas.] Id est, quasi ad eas.
b ¶ Et turbinibus.] sup 2 q 7 secuti.
c ¶ Immundus.] Interpositio est, & debet subiungi, ideo grandia loquuntur, vt qui, &c.
d ¶ Paulalum.] Causam reddit quare dixit, loquuntur grandia.
e ¶ Vocant.] Illi, qui istorum doctrinam recipiunt.
f ¶ Scribens Angelo.] Id est, prælato.
g ¶ Defeciſti.] Finaliter. aliàs contra est quod sequitur, quod charitatem, &c.
h ¶ Sed habeo.] Hoc corrigendo dicit.
i ¶ Memor.] Sup. d. 50 domino sancto.
K ¶ Et prima.] Id est similia primis.
l ¶ Veniam tibi.] Id est, ad detrimentum tuum.
m ¶ Candelabrum.] Id est, cathedrā, vel sedē, vel dignitatem.
n ¶ Qui non coinquinauerunt.] i. qui nō peccauerunt.
o ¶ Et ambulaturi.] Resume, pauci sunt, qui &c.
p ¶ Cui autē.] Suspenditur cōstructio vsq; illuc, vtique.
q ¶ Et scio vbi.] Scilicet in peccatis.
r ¶ Quia solent.] Falsi doctores hæretici.
s ¶ Contra eos.] Scilicet falsos doctores.
t ¶ Vsque ad Ioānē.] quasi dicat post Ioānē no habēt locum, sed mentiūtur: quia illud verum est in cęremonialibus.
u ¶ Abraham.] Ecce alia dispēsatio olim, alia nunc: quia licet altera dispēsatio nūc & altera olim: tamē quantū ad merita hominum bona vel mala, & quātū ad posse peccare post charitatem idem fuit olim quod nunc. & ideo exēpla veteris testa. recte inducere possū.
x ¶ Bis.] Prima vice in Gabaon quando sacrificium Deo obtulit, & Deus obtulit ei donum scientię, vt habetur in ii. Regū 1. alia vice non legitur reuelatus ei specialiter, nisi quando composuit cantica canticorum. 36 d. c. qui ecclesiasticis § ecce.
y ¶ Quia amator.] Su. 12. q. 4 Salomon.
z ¶ Manassem.] sup. 1. q. 7. si quis omnem. iste fuit filius Ezechiæ.
a ¶ Liber dierum.] i. Paralipomenon in quo agitur de computatione dierum, & annorum regum Israel.

nubes propheticæ, ad quas [a] perueniat veritas Dei, & turbinibus [b] exagitantur dæmonum, atque vitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum ſermo ſuperbia eſt (immundus [c] eſt autem apud Deum omnis, qui exaltat cor ſuum:) vt qui paululum [d] refugerant à peccatis, ad ſuum reuertantur errorem, & ſuadent in luxuria ciborum, carniſque, delitias. Quis enim non libenter audiat. Manducemus, & bibamus, & in æternum regnabimus? Sapientes, & prudentes, prauos vocant [e]: eos vero, qui dulces ſunt in ſermonibus plus audiunt. Ioannes apoſtolus, immo in Ioanne Saluator ſcribens Angelo [f] Epheſi eccleſię: [Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patiētiam tuam, &c. & quia ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti [g]: ſed habeo [h] aduerſum te, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. Memor [i] eſto, vnde ceciderīs, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi [l], & mouebo candelabrum [m] tuum de loco, niſi pœnitentiam egeris.] Similiter & cæteras eccleſias, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphiam, Laodiceam, ad pœnitentiam prouocat: & niſi reuertantur ad opera priſtina, comminatur: & in Sardis paucos habere ſe dicit, qui non coinquinauerunt [n] veſtimenta ſua, & ambulaturi [o] ſunt cum eo in albis, quia digni ſunt. Cui autem P dicit: [Memento, vnde ceciderīs, & [Ecce miſſurus eſt diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini.] & [Scio, vbi [p] habitas, vbi ſedes eſt ſatanæ.] & [In mēte habe, qualiter acceperis, & audieris.] & [Serua, & pœnitentiam age,] & reliqua? vtique ei dicit, qui credidit, & baptizatus eſt, & ſtans quondam corruit [q] delictum. Pauliſper de veteri teſtamento exempla diſtulerām: quia ſolent [r], vbicumque contra eos [s] facit, dicere: [Lex, & prophetæ vſque ad Ioannem [t].] Cæterum quis ignorat ſub alia † diſpenſatione Dei omnes retro ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti, cuius nunc Chriſtiani ſunt; quomodo ante Abraham [u] placuit in coniugio; ſic nunc virgines placent in perpetua caſtitate: Seruiuit ille legi, & tempori ſuo, ſeruiamus & nos Euāgelio, & tēpori noſtro, in quos fines ſæculorum decurrerunt. Dauid electus ſecūdum cor Domini, qui omnes eius fecerat voluntates, & qui in quodam pſalmo dixerat: [Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum, & in Domino ſperans, non infirmabor. Proba me Domine, & tenta me; vre renes meos, & cor meum. Ipoſtea tentatur à diabolo, & poſt peccatum pœnitens loquitur: [Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.] Magnum peccatum magna deleri vult miſericordia. Salomon ambilis Domini, & cui bis [x] Deus fuerat reuelatus, quia amator [y] mulierum fuit, à Dei amore diſceſſit. Manaſſem [z] impiiſſimum regem poſt captiuitatem Babylonicam in priſtinam dignitatem liber [a] dierum reſtitutum refert. Et

Eſa.22.
Cor.15.
Apoc.3.
Apoc.3.
Matth.11.
† *al. altera* *ſup.32 q.4. qs ignorat.*
Rom.4.
1.Cor.10.
Pſ.25.
Pſ.30.
2.Reg.12.
2.Paral.33.
1 L.1.c.2. Salomoni bis fuit Deus reuelatus

Cādelabrū qualiter sumitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iosias vir sanctus in campo Mageddo ab Aegyptio [a] rege [b] confoditur. Iesus quoque filius Iosedech [c] sacerdos magnus, quamquam in typo præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus ecclesiam copulauit, tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur, & stat diabolus [d] à dextris eius: & candida illi vestimẽta deinceps redduntur. Superfluum est de Moyse, & Aaron scribere, quòd ad aquã contradictionis offenderint Deum, & terram repromissionis non intrauerit: cum beatus Iob angelos [e] quoque, & omnem creaturam peccare posse commemoret, dicens: [Quid enim? Nunquid homo coram Deo [f] mundus est; aut in operibus suis sine macula vir?] si contra seruos [g] suos non credit, & aduersum Angelos suos paruum quid repperit; quanto [h] magis habitantes in domibus luteis: de quibus [i] & nos ex eodem luto sumus. Tentatio est vita hominis [k] super terram. Et cecidit lucifer, qui mittebat [l] ad vniuersas nationes: & ille, qui in paradiso deliarum inter [m] duodecimi nutritus est lapides, vulneratus à morte † Domini [n] ad inferna [o] descendit. Vnde & Saluator in Euangelio: [Videbam, inquit, satanam, quasi fulgor de cœlo cadentem:] Si altissima illa sublimitas [p] cecidit, quis cadere non possit? Si in cœlo ruinę, quanto magis in terra? Et tamen cum ceciderit lucifer, immo post casum coluber antiquus; virtus eius in lumbis eius, [q] & potestas eius super vmbilicum [r] ventris. Obumbrantur [s] in eo abores [t] magnæ, & dormit iuxta iuncum [u], & calamum, & caricem. Ipse est rex omniũ, quæ in aquis sunt [x], vbi scilicet voluptas, & luxuria, & propago, & irrigatio nuptiarum [y]. *& infra.* ¶ Transiuimus ad secundam partionem, in qua negat eos, qui tota fide baptisma consecuti sunt, deinide posse peccare, & docuimus, quod excepto Deo [z], omnis creatura sub vitio sit: nõ quòd vniuersi pec-

su.d.50.Iesus.
Zach.3.
Psal.108.
Num.20.
Iob.15. & 4.
Iob.7.
Es.14.
† al. monte
Luc.10.
Esa.14.
Ezech.28.
Iob.40.
Prope finem secundi libri.

Pharao, regem Medorum oppugnauit,

a ¶ Ab Aegyptio.] Scilicet Pharaone, cũ enim Pharao vellet ire contra regem Medorum, primo aggressus est regem Adremon, qui regnabat tunc in Carchamis. descendit ergo rex Iosias Iudææ in occursum eius, prohibens ne transitum faceret per Iudęam. & misit Pharao ad eum dicens: Quid mihi & tibi rex Iuda? non aduersum te venio: ad Euphratem propero. misit me Deus ad Medos, sine me, ne Deus, qui mecum est, interficiat te. non acquieuit. Iosias, sed cum rege Adremon componebat acies suas, vt dimicaret aduersus Pharaonem & forsitan dum transiret à curru in currũ, qui sequebatur eum more regio, occisus, est à sagittarijs in campis Mageddo.

b ¶ Rege.] Id est, Pharaone.

c ¶ Filius Iosedech:] Supra distinct. 50. Iesus.

d ¶ Diabolus.] Id est vxor sua.

e ¶ Angelos.] Quo ad naturam eorum, nisi essent confirmati per gratiam. vnde Plato in Timæo. Dij deorũ, quorũ opifex paterque ego, natura quidem dissolubiles, me autem sic volente indissolubiles.

f ¶ Coram Deo.] Id est, cõparatione Domini. H.

g ¶ Si contra seruos Scilicet Mosẽ & Aaron, de quibus præmisit, H.

h ¶ Quanto.] Supra 8. q. 1. si ergo.

i ¶ De quibus.] Id est, de numero quorum 1.

1 Sub. Prauũ quid repetit aduersus habitantes, &c. secũdum H.

K Tentatio est vita hominis.] Id est. dum viuit homo tentatur.

l ¶ Qui mittebat.] Id est, missurus erat minores Angelos si stetissent sicut modo faciunt Angeli boni H.

m Inter duodecim.] Iuxta illud: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, inf. ead. principium. ibi tamen non habetur nisi de nouem lapidibus.

2 Glo. est similis ĩ l. seruo legato. §. 1. ff. de leg.

n ¶ A morte Domini.] Id est, per mortem Domini 2. qui diabolo mũdi potestatẽ ademit vel [amore Dei,] quem amisit.

Diabolus morte Christi est in inferno religatus.

o ¶ Ad inferna.] Hic dicitur q morte Christi diabolus est religatus in inferno, & erit ibi ligatus vsque ad tempus Antichristi, & tunc soluetur, non à pœnis, sed à vinculis, vt exerceat vires suas in malos.

p ¶ Sublimitas.] Id est, Lucifer.

Luxuriæ sedes vbi est.

q ¶ In lumbis eius.] Quo ad tentationem virorum, in quibus (vt dicitur) sedes luxuriæ est in lumbis.

r ¶ Vmbilicum.] Quo ad tentationem fęminarum, in quarum vmbilico dicitur esse sedes luxuriæ. Vnde Augu. super eundem locum, semen coitus viris in esse lumbis, fęminis in vmbilico perhibetur. quia ergo diabolus vtrique sexui per luxuriam dominatur, ad viros loquens conuenienter dixit. Virtus eius in lumbis, &c. Propheta etiam sub specie fæminæ petulantiam Iudæi increpans ait: In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus.

s ¶ Obumbrantur.] Per ipsum.

t ¶ Arbores magnæ.] Id est, qui magni videntur, vt sunt hypocritæ.

u ¶ Iuxta iuncum.] Id est, hypocritas. qui merito dãsignantur per ista, cum exterius aliquid videantur, & interius sint vani, vt illa. per inuicem enim, qui est sine nodo exterius, interius autem substantia caret, hypocritæ designantur. Per calamum exterius splendentem & fragilem, sed interius vacuum, designantur sæculares mundanę gloriæ dediti, & eius splendori, quæ cito transeunt. Per caricem crescentem in locis palustribus & per manum tangentis vulnerantem curiositas temporalium designatur, quæ in affluentia nutritur, & crescit & animum pungit.

Hipocritæ sunt iunco similes.

x ¶ Quæ in aquis sunt.] Id est, in fluxu rerum labentium.

y ¶ Nuptiarum.] Saturandæ causa libidinis contractarum: secus si causa prolis 32. q. 4. vir cum propria.

z ¶ Ex præcepto Dei.] Id est, secundũ præceptũ, id est, auctoritatem diuinæ scripturę. Alij corrigunt, & dicunt excepto Deo, & bene.

a ¶ Stan-

Universidad de Deusto Biblioteca

cauerint, quòd peccare possint, & similium ruina, stãtium [a] metus sit [b].

¶ *Vt ea, quę ad initium huius longi capitis spectant, melius intelligantur, necesse est antecedentia apud B. Hieronymum legere: in quibus obiectio ex verbis sancti Ioannis deducta exprimitur. Omninoque in toto hoc capite sępe ad originale recurrendum est, quã quam ex eo multa sunt emendata, & nonnulla, qua magis necessaria videbantur, addita.*

Euidenter [c] itaque ex præmissis apparet, nonnullos charitatem habere, quam postea criminaliter delinquendo amittunt. Quod si quis contendat non de virtute, sed de virtutis opere debere intelligi; deliberet, quid respondeat de innocentia Adę, de iustitia Moysi, Dauid, & ceterorum, qui plena fide ad baptisma accedentes, licet postea prolapsuri sunt, tamen cælestia dona degustant, & spiritus sancti fiunt participes, vt non solum ante humanos, uerũ etiam ante Dei oculos ex aqua, & spiritu sancto inueniã tur renati: qui si charitatem Dei non haberent, aqua tantum regenerarentur, non spiritu. Opera enim, seu sacramentorum participatio, nisi ex charitate procedant, apud Deum nec iustitiam, nec innocentiam præstant. Si enim (inquit Apostolus) habuero oẽm fidem, ita vt montes trãsferã, & si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum; & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest [d]. ¶ Sed quia de prędestinatis ad uitam a nonnullis cõceditur, quod charitatem amittant, & amissam recuperent, de reprobis etiã videndum est, an ipsi charitatem habeant, qua amissa postea damnentur.

1. Cor. 13

De his ita scribit Augustinus in libro de correptione & gratia, c. 9.

C. XLI.

Rom. 8.

APostolus sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono vsque in finem non permanere; mox addidit [e], [his, qui secundum propositum vocati sunt, &c.] *Idem in eodem libro, cap. 6.* ¶ An adhuc & ista nolens corripi, poterit dicere, Quid ego feci, qui non accepi [f]? quem constat accepisse, & sua culpa, quod acceperat, amisisse. Possum, inquit, possum omnino, quando me arguis, † quòd ex bona vita in malã mea voluntate relapsus sũ, dicere adhuc; quid ego feci, qui nõ accepi? Accepi. n. fidem, quæ per dilectionẽ operatur; sed in illa vsq; in finẽ perseuerantiã non accepi. *In eodẽ c. 9.* ¶ In bono illos volebat proculdubio permanere: erãt vtiq; in bono; sed in eo non permãserũt. *In eodẽ c. 13.* ¶ Propter huius vtilitatẽ secreti [g] credendũ est quosdã de filijs perditionis, non accepto dono perseuerãdi vsq; in finẽ, in fide, q̃ per dilectionẽ operatur,

† al. arguis] orig.

inf. di. 4. ex bono, §. cum ergo.

a ¶ Stantium.] Id est, stantes timeant, ne scilicet simili cadant ruina.

b ¶ Metus sit.] Id est debeat esse.

EVIDENTER. CASVS. Concludit Gratianus ex præallegatis, charitatem semel habitam amitti posse cum quis postea criminaliter delinquit. quod non solũ de operibus charitatis, sed etiam de ipsa charitate verũ esse ostendit: quod probat exemplo Adæ, Moysi, & Dauid, adijciens hoc posse contingere, non solum circa prædestinatos, sed etiam circa præscitos. ad quod inducit sequentia capitula.

c ¶ Euidenter.] Ex prolixe allegatis concludit Grat. charitatem semel habitam amitti posse. quod non solum de operibus charitatis, sed de ipsa charitate verum ostendit esse, adijciens hoc non solum circa prædestinatos, sed etiam circa præscitos posse contingere. ad quod auctoritatem inducit vsque ad illum locum. item illud Euangelij vbi in contrariũ auctoritates inducit duas, videlicet quòd reprobi non habebt charitatem, sed ea, de hypocritis intelligenda esse probat auctoritate Gregor.

d Prodest.] Ad regnum cęlorum obtinendum, vt dist. 3. §. pen & cap. si quis autem.

APostolus.] CASVS. Probat Augustinus in hoc c. per multas auctoritates quod multi, qui modo habent charitatem, futuri sunt mali finaliter. [Idem in eodem] verbum est Gratiani sępe insertum. sequens c. scilicet multi, planum est.

e ¶ Mox addidit] In epistola ad Romanos: vbi dicitur, Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti, sup. ea. talibus.

e ¶ Mox addidit.] Id est, postquam dixerat, scimus quoniam diligentibus Deum, &c.

f ¶ Non accepi.] Per seuerantiam in charitate & in bonis operibus.

g ¶ Vtilitatẽ secreti.] Idest, propter secretam 1 hãc dispositionem Dei, quæ vtilis est: aliàs enim est hic vtilitatem.

1 Quare Deus dat perseuerantiã quibusdã in bono: & quibusdam nõ hoc n. ignoratur, inf. di. 4. §. verum, & c. si ex bono &c. Hug. Versus

a ¶ Si-

a ¶ Similia.] Dicit in eodem idem Augustinus.
b ¶ In Euangelio.] Supple sumit idē Aug ista exempla.
c ¶ Irandum.] ¶ Item illud Euangelij.] Nō qui incipit: quia hæc auctoritas euāgelij, & sequens Gregorij videntur innuere, q reprobi futuri charitatem nō hēant, eas ponit G & postea soluit.
d ¶ Vlti.] His dicit potest: Cœpisti melius quàm desinis, vltima primis cedunt dissimiles hic vir, & ille puer.

NON AVTEM. CASVS. Infert Gratianus ex supradicto c. q qui non bene in cœpit, charitatem habere non potuit. Postea dicit, q illud qđ postea sequitur in auctoritate Greg. s. qui qui seduci, &c non est intelligēdum generaliter de omnib. reprobis, sed specialiter de hypocritis: qđ ex verbis eiusdem Greg intelligitur.

ILLVD AVTEM. Hæc est 5. pars distinctionis qua magister loquitur de hypocritis, q aurum videntur coram populo, sed coram Deo stercus, & hoc probat G per c. seq. Io de Fan.
e ¶ Qui sednci.] Hęc est tota præcurrens Gratiani. vult. n. determinare capitulū Gregorij, quod statim sequitur, inf. ea. citius ad hoc.
f ¶ Vt Leuiathan.] q.d. siue per propriā suggestionē, siue per malum hominem, & dānatum, quem diabolus repleuit malitia, siue per suggestionis ministrum.
g ¶ Replet.] Tristitia.
h ¶ Aurum.] Pro sapientia ponitur aurum, inf. ea. d. principium, & ita aliter quàm hic sumitur.
i ¶ Itius.] CASVS. exponit Greg. i canone ista illa verba Iob sup illo, Sub ipso erūt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. Primo ergo dicit, q q aurū detinent hypocritę: q quasi deaurati sūt, cum in superficie videantur habere virtutes, nec habeant. Secundo dicit, q hmōi hypocritis detegitur in hac vita, qñque ante finem, quandoque in fine, quandoque nunquam: & cum detegitur, tunc aurum quasi lutum sternitur. Vltimo dicit quā vtilitatem consequantur prędestinati siue huiusmodi hypocritæ faciant bona, siue publice cadant in peccatum: nam per bonā operationem inuitant perseueraturos ad bonū operandū, per casum reddunt bonos cautiores. [Ipsa quoque virtus,] Idest opus virtutis. & ita fere per totum.
K ¶ Amittere.] Hæc de hypocritis intelligenda sunt, qui videntur incipere uiuere, & aliquamdiu fideliter', & iuste viuere, & postea cadere, &c.

α ¶ Qui non accepi.] *Restituus est hic locus ex originali: nam ante valde erat depravatus. Actamen, quoniam hæ sententiæ vel demutilatæ referuntur operæ pretium fuerit fontem adire.*

g ¶ Sed verba.] Hic incipit soluere auctoritates, quę videntur dicere illam pœnitentiam non fuisse veram, satisfacere negligat, vere pœniter: licet postea forte eas infirmitate peccet, non ex proposito.

i ¶ Committat.] Opere, vel voluntate.

k ¶ Enchiridio.] Id est, in libro manuali, & dr ab eo, Enchiridion quod est in, & chir chiros, quod est manus, i. liber manualis. Enchiridion

SAne cauendum.] CASVS. Quidam erant, qui quotidie peccare mortaliter non vitabant, credentes q. nullis pœnalibus eleemosynas possent ea peccata redimere. sed erabãt, cũ quotidie sit Deus rogãdus de præteritis peccatis & non emendus, vt occasione eleemosynæ credas q. impune

impune possit peccare. Nam nulli dat Deus licentiam peccandi, quamuis Deus deleat facta peccata, si satisfactio congrua non negligatur. Vt ea.] Scilicet mala.

a De peccatis præteritis.] Vide quod legitẽ & no. 97. dist. c. r. ver. ipsa vero in gl. sic intelligitur, &c. Arch.

b Pro-

f Eleemosyna.] Dfab eli, quod est Deus, & Moys. quod est aqua: quia ita extinguit peccatum sicut aqua extinguit ignem, dist. 45 tria.

g Dictum est.] In libro Iesu filij Sirach. à Salomone.

h Vt Deo placeamus.] Non ergo se fallant, qui per largas eleemosynas fructus vel pecuniæ se existimant impunitatẽ emere: quia qui diligit iniquitatem, odit animam suam: & qui odit animam suam, non est ei Deus misericors, sed crudelis. si igitur vult ei data re eleemosynam, per quam sit munda, odiat eam secundum sęculum, & diligat eã secundum Deum hac eleemosyna, quam sibi homo primum debet, mundantur interiora: ergo eleemosyna pecuniæ, quam quis facit manens in morta, i peccato, non proprie dicitur eleemosyna: quia inordinate fit dum à se non incipit, & dum nõ crudelis existit, non placet Deo. H. Eleemosyna vnde dicatur. Eleemosyna sine peccato facta nõ est proprie eleemosyna

DE quotidianis.] CASVS. Dicitur hic, q. leuia peccata sine quibus vita præsens non ducitur, oratione Dominica, scilicet Pater noster, delẽtur & sicut veraciter dicitur, dimitte nobis debita nostra: ita & nos dicamus veraciter; sicut, &c. & hęc est eleemosynæ species. Sequens cap. nihil patet. *Quæ ex suo genere mortalia sũt sed fiũt venialiob imperfectionẽ actus, ea, si tẽporis moræ & de liberatio accedat, redeunt ad naturã pro prij generis, & sunt mortalia.*

i Breuioribus,] Ratione temporis vocat breuia. nam si durãt, trãseũt in mortalia * 23. distin. ca. vnum. §. criminis.

K Quotidiana.] Supra, cad. distin. 1. [ores

Sent. 4. dist. 15. Iuo p. 17. c. 122

Matth. 6. (Pater tali) orig.

Sen. p. c. punit. interest.

l Oratio,] Infra, ead. dist. 6. qui vult.

m Satisfacit.] Infra de consecra. dist. 3. quam.

n Pater noster,] Quia non imponitur maior pœnitentia pro veniali, quam ut dicatur Pater noster. vnde dicit cap. q. sufficit perfecta contritio, vel confessio cordis. sup. dist. 1. c. vlt.

o Taliter,] q. sint filij Dei, & ita veraciter possint dicere, Pater noster: in quibus non est mortale aliquid.

p Peccata dele.] Non quòd peccata mortalia primo commissa ea omnino dimittat, sed quia pœnitentiam manducat. & pro mortali iniunctam relenat. Delet ergo mortalia cad seq. &c. quo ad pœnam, non quo ad essentiam, sed venialia omnia Arc° quo ad vtrumque: sic & aqua benedicta, de consec. di stin. 3. aquam sale conspersam 1.

q Dimitte.] C. de nup. imperialis, versus prin.

r Quod dicitur,] scilicet dimittimus, arg. de consec. dist. 2. reuera, in fine. sup. dist. 23. psalmista, & dist. 50. Dominus.

b Propitiandus,] Id est, placandus.

c Emendus,] Id est, nõ demus ei eleemosinas in prestantium vt maneamus licite in peccato: aliàs dicit c. eleemosynis peccata tua redime, su. dist. 1. medicina, i f. eo. c. adhuc insistant. q. 7. exigunt. Remissio enim peccati non dat licentiam delinquendi. Peccata etiã publice punĩti interest. extra de collu. c. 2. Sed tũ nõ debemus temere ad pœnas prosilire, arg. C. de pœ si operis.

QVi vult ordinate, CASVS. Dicitur hic, q. qui vult ordinate eleemosynam dare, primo debet incipe re à seipso, scilicet vt se prius corrigat & pœniteat & satisfaciat peccatis suis: & tunc dat eleemosyna ordinate: & hoc probatur per diffinitionem eleemosynæ. d Seipso,] vt su. 23 q. 5. si non licet, C. de ser. præses, Nec tenetur aliqua actione, qui propter suas conseruãdas, alienas merces proiecit, ff. de præscrip. ver. qui ser mandarum, in prin. e Incipere,] vt habeat cor contritum, & dimittat ei, à quo læsus est.

sunt actiones

Pœniteatia super vno peccato nõ est denegan da.

a NIhil, Infra, de consec. dist. 5. nihil. & c non mediocriter, sup. dist. 86. quid prodest.
b Prodest,] Ad vitam æternam, prodest tamen ad minus supplicium subeundũ; inf. ea, dist. si quis autẽ nõ habens, vnde & pœnitentia non est denegãda super vno peccato, dũ quis remanet in alijs, extra de pœn. & remis. quod quidem, Itẽ ad temporalia consequẽda. 22. q. 2. si quilibet. Item ad citionem gratiæ appositionem infra, dist. 5. falsas.

EXPERSONA. Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, q̃ omnes auctoritates, quæ dicunt q̃ pœnitentia nõ sit iteranda, de solẽni sunt intelligendæ. Ioan. de Fant.

CASVS. Soluit auctoritates superius inductas Gratianus, & dicit quòd capitula superius posita, quę hic enumerantur, intelliguntur secundum p̃ximũ capitulum, scilicet, nihil, cap vero reperiunt, intelligitur secundum specialem consuetudinem alicuius ecclesiæ. & q̃d dicit ibi. huiusce modi. de qua, scilicet dictum est in capi. proxi. vel huiusce modi, scilicet plagen tis commissã, & committentis: vel pœnitentis de vno peccato, & non de alio. & secundum specialem consuetudinem infelligit c. sequẽs. cuius casus patet; & habet hoc supra, 50. distinctione, quamuis, Alij sub illo §. potest, & aliter habet capit. illud.

c Ex persona huiusce modi, De qua loquitur c. nihil.

NIhil[a] prodest[b] homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur.

Ex persõa[c] huiusce modi pœnitẽtis[d] etiam illud Smaragdi intelligitur: (Ille pœnitentiam digne agit,) & c. illud Augustini: (Pœnitẽtes, & c.) illud Isidori:) Irrisor est & non pœnitens.) & illud Esaiæ:) Lauamini & mundi estote.) Item & illud Soliloquiorum. (Inanis est pœnitentia, & c.) Similiter & illud Gregorii: (Qui admissa plãgunt) &:(Baptizatur à mortuo.) Illud autem Ambrosii: Reperiuntur, & c.) non secundum generalem, sed secundum specialem consuetudinem ecclesiæ de solenni pœnitentia dictum intelligitur, quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur.

inf. de cõs. dist. 5. nihil prodest.
Sen. 4. dist. 14. & di 15.
Poly. l. 3. tit. 25.
sup. ead.
sup. ead.
Sent. 4. dist. 14.
sũ. ea. c. si Apostolus.
Sen. 4. dist. 14.

Vnde Augustinus scribit ad Macedonium, epistola 54.

C. XXII.

QVamuis[e] caute, & salubriter prouisum sit, vt locus illius† humilimæ pœnitentiæ semel in ecclesia concedatur, ne medicina vilis[f] minus vtilis esse ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus cõtemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo: quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis?

sũ. dist. 50. quamuis † al. ille
Sent. ibidem.
Iuo p. 15. c. 24.

§ Hæc auctoritate[h] & illud[i] Ambrosii determinatur[k] & iterum[l] peccatori per primam pœnitentiam venia dari mõstratur: alioquin nequaquam iterũ parceret[m] Deus qui necdum pepercisset: [Satisfactio[n] quoque pœnitentię] & [vade, & amplius noli peccare.] eundem cum diffinitione intellectum habent. Illud autem, quod in libro[p] de pœnitentia dicitur, de perfecta[q] est intelligendũ. Sicut enim charitas alia est incipiens, alia est proficiens[r], alia est perfecta[s], sic & pœnitentia alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. Sicut autem charitati, licet nondum perfectæ, in baptismo datur venia peccatorum, vt quamuis postea grauiter aliquis sit peccaturus,

sũ. ea. c. satisfactio. & c. si apostolus.
sũ. ea. pœnitentia Sen. 3. dist. 29.

l Iterum,] sicut dictum est supra; ead. ca. proxi. quamuis, in si.

m Parceret.] Quia si prius homini non pepercisset, non ei iterum parcere diceretur, arg. sup. ead. dist. pœnitentia est quædam dolentia.

n Satisfactio. Materialiter tenetur.

ADDITIO. Subau. significatiue, id est, verba ista superius posita: pe.

o Intellectum,] id est, vt ad tẽpus idem referatur; non ad diuersa.

p In libro,] sup. ead. dist. pœnitentia est quædam.

q De perfecta] pœnitentia, id est, perfectorũ, vel sufficiente ad salutem, vel duratura vsque in finem.

r Proficiens,] id est, ad salutem sufficiens.

s Perfecta,] Quia gradus sunt in ea, vt sup. dist. 2. cum sancta. & præcedenti §.

t Perfecta.] id est, ad salutem sufficiens.

a Duratura.] Hic dãtur intelligi, q̃ quædam dr̃ perfecte, i. vsque ad finem duratura.
b Primum modum.] Quòd dr̃ perfecta, id est, vsq; ad salutem sufficiens, vt cum quis toto corde dolet, & gemit.
c Per-

fectæ tamen intelligatur esse renatus; non aqua tantum (sicut Iouinianus tradidit) sed aqua & spiritu (sicut Hieronymus contra eum scribit; sic & incipientium pœnitentiæ venia non negatur: quæ quadam ratione, perfecta potest dici: quia toto corde gemit, & dolet: licet & alia ratione potest dici imperfecta, quia non vsque in finem duraturæ[a]. Secundum primum modum[b] perfectionis intelligitur illud Ioannis aurei: [Perfecta pœnitentia, & c.] Iuxta secundum modum perfectionis[c] illud Augustini intelligitur: [Pœnitentia est vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse.] Illud autem[d], [si pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur,) dupliciter intelligi potest. Si enim iuxta quorundam sententiam peccata dimissa redeunt; facile est intelligere nihil de venia relinqui: quoniam peccata, quæ prius erant dimissa, iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex iusta seruitute in libertatem manumittitur; interim vere liber est; quamuis ob ingratitudinem in seruitutem postea reuocetur[e]; sic & pœnitenti peccata vere remittuntur; quamuis ob ingratitudinem veniæ eisdem postea sit implicandus. Si autem peccata dimissa non redeunt; dicitur nihil relinqui de venia; quia nihil relinquitur sibi de vita munditia, & spe aeterna beatitudinis, quam cum venia assecutus est. Sicut enim argento perfecte purgato, nihil sui decoris relinquitur, si sequenti rubigine fœdatur, non tamen prima, sed sequenti sordidatur; sic expiato per pœnitentiam nihil de venia dicitur relinqui; cum tamen iam non deletis; sed adhuc expiandis coinquinetur.

sup. ead.
sup. ead.
Sent. 4. dist. 14.
sũ. ea. c. si Apostolus.

§ Quòd autem[f] per pœnitentiam non semel tantum, sed sæpissime peccata remittantur: multorum auctoritate probatur.

Ait enim Hieronymus in epistola ad Rusticum de pœnitentia:

C. XXIII.

SEpties[g] cadit †[h] iustus, & resurgit †[i]. Si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit[k]? sed iusti vocabulum[l] non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit. Et non solum septies, sed septuagies septies[m] delinquenti, si conuertatur ad pœnitentiam, peccata donantur. (Cui plus[n] dimittitur, plus diligit.)

† al. cadet.
† al. resurget.
Prou. 24.
Matth. 18.
Luc. 7.
Sent. ibidem.

Dauid quoque per pœnitentiam, adulterii simul & homicidii veniam impetrauit.

c ¶ Perfectionis.] Quia dicitur perfecta, i. vsq; ad finem duratura.
d ¶ Illud autem.] Supra; ead. si Apostolus.
e ¶ Reuocetur.] Quod ex leui causa fieri potest. C. de liber. & eorum li. 1. 2. arg. 15. q. 7. c. 1. dum tamen lege fit comprehensa.

QVOD AVTEM. Hæc est 5. pars dist. in qua probat per quatuor auctoritates, q̃ semper p̃ veram pœnitentiam dimittuntur peccata. Io. de Fant.

CASVS. Positis auctoritatib. inductis, quas inducunt qui dicunt pœnitentiam non esse iterandam, & quod pœnitentia postquam peccatur, non obtinet veniam, incipit tractare per multas auctoritates & exempla, quòd pœnitentia iteratur, & quòd sæpius per pœnitentiam remittantur peccata. Et ad hoc inducit sequentia capit.

f ¶ Quòd autem.] Inductis auctoritatib. quas inducũt qui pœnitentiam non esse iterandam dicunt, & q̃ pœnitentia, postquam peccat, non obtinet veniam: incipit probare per multas auctoritates & exempla, quòd pœnitentia sæpius iteratur, & q̃ sæpius per pœnitentiam remittũtur peccata.

SEpties.] CASVS. Dicitur hic, q̃ iustus septies, i. multoties cadit p̃ venialia peccata: & tñ nõ cadit à charitate, & sunt verba Salomonis, quæ Hiero. exponit. Sequens §. s. Dauid, patet.

g ¶ Septiẽs.] Verbum Salomonis: quod exponit Heronymus.

g ¶ Septies.] Id, pro Septies: i. vniuersitate ponitur omnib. modis & generib. flagitiorum & tribulationum.

ADDITIO. Et dic q̃ hæc non est intentio litteræ: nec propter hoc inducitur: sed secundum q̃ cadit in peccatum, vt sequitur in alia gl. secundum Petri.

h ¶ Cadit.] Id est, affligitur.

i ¶ Resurgit.] Id est non perit, sed proficit, vel regit, i. nouis operibus proficit.

k ¶ Cadit.] Si intelligas hoc de casu, qui fit post peccatũ mortale, exaudi quod dicit in die, s. vitæ suæ: & tunc est casus à charitate. Si vero intelligas de casu, qui fit per veniale, per q̃ cadit à quadam innocentia, non à charitate; tunc exaudi de die naturali.

l ¶ Vocabulum.] Generaliter dicit lex, q̃ qui possessionem vi ereptam in ipso congressu recipit: in pristinam causam vr̃ potius reuerti, quàm vi possidere, ff. de vi & vi arm. qui possessionem, arg. 3. dist. 2. §. hæc itaque, c. fitmum.

Vim faciens non semper vi possidet.

m ¶ Septuagies septies.] Id est, q̃cumq; finitum pro infinito ponitur, j. ea adhuc, versi. medicorum, 16. q. 2. visis, ver. habet enim.

n ¶ Cuius plus.] Hæc fuit responsio Petri, cum Dominus.

minus cùm interrogauit de fœneratore, qui debitoribus debita inæqualia dimiserat.

Deus quare ablstulit oeccatũ Dauid.

TOtam pœnitentiam.] CASVS. Probat in hoc cap. q̃ quotiescumque quis reuertitur ad Deum pro peccatis suis, toties parcit ei Deus: quod probat exemplo Dauid, & per multas auctoritates eiusdem.

a ¶Abstulit.] Quo ad culpam, non quo ad pœnam, ℣. ead. illud, & supra distin. 1. sicut primi. vel quo ad pœnam æternam, non quo ad temporalem, infra dist. 4. cap. intermittentes, 6. filijs. H.

b ¶Conuersus.] Supra dist. 1. §. econtra.

c ¶Magna indigebat misericordia.] Id est, magno effectu misericordiæ: nam misericordia Dei æque magna est semper.

d ¶Rex.] De facto, arg. dist. 83. nemo, extra qui fil. sint le. per venerabilem.

e ¶Alium non timebat.] Hic habes vnam expositionem huius auctoritatis: aliam habes 3. dist. 1. & venit, Vel dic q̃ alium non timebat, qui s. iuste posset eum punire: cum ipse solus sine peccato sit, 3. 3. q. 7. iudicet.

f ¶Iustificeris.] Quia continuo penituit, 3. ea. dist. 1. & venit.

g ¶Conclusit.] Id est conclusi permisit.

h ¶Omnia.] Iudæos & Gentiles.

i ¶Vt omnib.] Quo ad sufficientiam, non quoad efficaciam. supra, ead. distin. 2. citius.

k ¶Putruerũt.] eum peccato iterum consentiũt, dum ad actum ducitur.

l ¶Cicatrices.] Id est, plagæ peccatorum q̃ baptismum, prout exponitur ℣. distinct. 4. cap. vlt. Vel per aliud remedium satanæ.

m ¶In apologia Dauid.] Liber excusatorius de Dauid 1.

De cuius pœnitentia in eodem libro Hieronymus ait.

C. XXIIII.

In cad. epist. ad Rusticum.

TOtam pœnitentiam peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus, quando ingressus est Dauid ad Bersabee vxorem Vriæ Ethei, & à Nathan prophetante correptus, respondit dicens. [Peccaui] statimq; meruit audire, [& Dominus abs te abstulit[a] peccatum.) Adulterio enim iunxerat homicidium; & tamen conuersus[b] ad lachrymas: (Miserere, ait, mei Deus secundum magnam misericordiã tuã & secũdum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.) Magnum enim peccatum magna indigebat misericordia[c]. Vnde iungit, & dicit: (Multum laua me ab iniquitate, & à peccato meo munda me: quoniã iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui.) Rex[d] enim erat †, alium nõ timebat †[e]. (Et malum coram te feci, vt iustificeris[f] in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.) Conclusit[g] enim Deus omnia[h] sub peccato; vt omnibus[i] misereatur. Tantumq; profecit, vt dudum peccator & pœnitens transierit in magistrum, & dicat: (Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.) Confessio enim, & pulchritudo corã eo, vt qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit, (putruerunt[k] & corruptę sunt cicatrices[l] meæ à facie insipientiæ meæ,) fęditatẽ vulnerum in sanitatis decorem commutet.

2. Reg. 12.

Psal. 50.

† al. verum
† timebam. ℣ orig. Rom. 11. Psal. 50.

Item Ambrosius in apologia Dauid. c. 2.

C. XXV.

ILle rex tantus, ac potens, ne exiguo[o] quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam[p], sed præmatura confessione; atque immenso dolore reddidit peccatum suum Domino. *& infra.* ¶Denique Dominum dolor intimi mouit affectus, vt Nathã diceret: (Quoniam pœnituit te, & Dominus transtulit peccatum tuum.) Maturitas itaque veniæ profundam regis fuisse pœnitentiam declarauit, quæ tanti erroris offensam transduxerit[q]. *& infra.* ¶Sancti, qui[r] consummare pium certamen gestiunt, & currere cursum salutis, sicubi forte vt homines corruunt †[s], naturę magis fragilitate, quàm peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo maiora reparantes certamina, vt non solum nullum attulisse existimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiua cumulasse[t]. Ergo si currentium[u] non soluitur[v] cursus, cum aliqui forte ceciderint non luctantium[w] contentio: sed in offensa manent certamina: quin & plerique post vnum, aut alterum lapsum gratia maiore[x] vicerunt; quanto magis agonem pœnitentiæ ingressi non debent vnius prolapsionis offensione cenferi[y]; cum beatus sit, qui se potuerit reparare post lapsum? & *infra. c.* 4. ¶ Quòd peccauit, conditionis[z] est: quod supplicauit, correptionis: lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse, naturæ est; deleße, † virtutis[a]. *& infra. c.* 13. ¶ Peccatum aut donatur[m], aut deletur, aut tegitur. Donatur[n] per gratiam; deletur[o] per sanguinem[p] crucis: tegitur q per charitatem: similiter, & iniquitas[r]; quæ æstimatur habitudo mentis iniustæ; licet Ioannes in epistola eum, qui fecerit peccatum, & iniquitatem[s] feciße dixerit, sicut habemus scriptum: (Omnis; qui facit peccatum: & iniquitatem facit;) peccatum est iniquitas; quia in peccato ipso iniquitas est. Tamen, vt nobis videtur, peccatum *a* est opus iniquitatis, iniquitas autem operatrix[a] culpæ, aut delicti. Prius est ergo, vt ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix, & seminarium peccatorum; mala tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus, vniuersa iniquitatum genera tollantur. Itaque quemadmodum intrans in animam sapientis disciplina imprudentiam tollit, & scientia ignorantiam; sic perfecta

† al. corruerint.

† al. diluisse

1. Io. 3.

2. Reg. 12.

2 al. vitiumq;

n ¶Ne exiguo.] Postquam redargutus est à Nathan.

p ¶Conscientiam.] Arg. q̃ non dẽ qui smorderi peccati conscientia, ex quo iam de eo pœnituit: vñ subire secure potuit sacramentum, 8. q. 2. Artaldus, licet arg. contra sit 3. 15 dist. primũ. Sed no. q̃ conscientia dupliciter accipit, q̃nque enim dicitur conscientia delicti vt ibi; quandoque dicitur morsus peccati, vt hic, & secundum quod dicit Horatius:

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Conscientia dupliciter sumitur.

a Tran-

q Transduxerit.] Id est, deleuerit quo ad pœnam æternam: aliàs, temporaliter punitus fuit, 3. ea. dist. 1. sicut primi.

r ¶Sancti, qui.] Per hoc intendit probare, q̃ vtilis est pœnitentia, licet sequat̃ offensa quædam, si humana similitudine currẽdum in brauio vel agone. Nam licet in cursu labant̃, si vtiliter postea insistant, lapsus præteritus nullatenus ei imputat̃, sic & spũalis agonista, dum currit ad brauium vocationis æternæ, licet aliq̃ labatur in via, si post resurgit, lapsus non obest ei: quin etiam stimulo incitatus pudoris, ad consummationem cursus amplius inardescit, 50. dist. fidelio.

Pœnitentia est vtilis, licet sequatur offensa.

s Currunt.] Supra 20. q. 3. procliuius, ℣. eo. inter hæc hitcum, in auth. de mona. §. hinc. collat. 1.

t Cumulasse.] Id est, incentiuum ad bene operandũ augmentasse.

u Currentium.] Id est, bene operantium. Vel intelligitur ad litteram.

v Non soluitur.] Sup. ead. dist. 3. §. alij econtrario, &c. & venit.

w Luctantium.] Vt fiat contentio, si illi possea obtinuerunt.

x Gratia maiore.] Supra dist. 50. fidelior.

y Censeri.] Id est, damnari.

z Conditionis.] humanæ.

a Virtutis.] Inf. ea. inter hæc hircum.

m Donatur.] Donari dicitur quod nullo iure cogente conceditur, arg. 3. di. 1. nullus eorum ff. de reg. iur. donari. Vnde cum primam gratiam nemo possit mereri, patet quòd gratis fit remissio peccatorum.

Gratia prima nemo mereri põt. Peccatũ q̃ dr donari.

n Donatur.] Donatur peccatũ q̃ ita remittit vt pro eo nulla pœna exigatur, vt in baptismo deletur, cum interior macula abstergitur, & ad pœnam æternam minime reseruatur.

o Deletur.] Supra di. 1. c. ijs potestatis.

o Deletur.] Si quidem in baptismo deletur originale ne obsit *: non vt nõ sit, ℣. de consec. di. 4. c. 2. & alliditur hic naturæ q. 1. si cõcubitus. Humidũ piscentium enim naturam habet abluendi: sicut Ioannes in Apocalypsi ait de martyribus: Lauarunt (inquit (stolas suas in sãguine agni. Et Apostolus: Deletũ est chyrographum p. mortem Christi, quo diabolo tenebamur obnoxij. 76. dist. scire debet, versi. item in apologia Duid deleta scriptura, charta remanet; similiter de leta culpa originali in baptismo remanet ipsa iniquitas, id est, fomes peccati ad pœnam tantum, non ad culpam.

* Vide notata supra 15.

p Per sanguinẽ.] Id est, per passionem, id est, p̃ fidem, quam q̃s habet de passione.

q Tegitur.] Per charitatem, id est, per bona opera. Si enim vnum corpus tegit p̃ oppositionem alterius, sic peccatum tegitur per bona opera contraria, vt ℣. ea. illud. verit. atque operuit peccata, & texit operibus bonis. Vel referas hoc ad diuersa peccata vt peccatum quod est tantum in voluntate, dicetur donari, originale autem deleri, actuale tegi. Vnde Psal. Beati. quorũ remissæ sunt iniquitates, &c.

Peccatã q̃dã, cut. n. vnum corpus tegit p̃ oppositionem alterius, sic tegunt̃ peccatum tegitur per bona opera contraria, vt ℣. ea. illud. verit. atque operuit peccata, & texit operibus bonis.

ADDITIO. Licet enim peccatum sit donatum & deletum, non tamen videtur esse tectum, immo nudum, & apertum quousque congrua fit satisfactio facta, sic ergo Deus donat peccatum p̃ cordis contritionem, & homo delet interius per cordis contritionem, & tegit exterius per confessionem, & per satisfactionem. Per.

r Iniquitas.] Supple, aut donatur, aut deletur, aut tegitur.

s Iniquitatem.] Sic omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: quia peccatum, & iniquitas, &c.

t Iniquitas.] i. ex iniquitate procedit peccatum.

u Operatrix culpæ.] Sicut charitas bonorum meritorum, vt 3. ead. dist. 1. charitas.

u Operatrix culpæ.] Innuitur ex hac serie, q̃ iniquitas non est peccatum, & vice versa: quod aliquibus videtur absurdum, sed nõ est: vocabuli acceptio multipliciter

accen-

¶Peccatum dr large & stricte.

attendatur. Dicitur enim peccatū large & stricte. [Quid quid vtique à Deo non est, large peccati appellatione continet, vt peccatum originale & vitium animæ, quod dicitur habitudo mentis iniustæ. Si enim Deus omnipotens dicitur, quia omnia potest & facit præter peccata rectè quidquid ab eo non est, peccatū dicitur: cum etiam posse peccare, non sit aliquid posse, vt 5. cad. distinct. 2. charitas, Stricte vero & proprie dicitur peccatū peccantis actio: & ita hic accipit, secūdum illud August. Peccatū est dictum vel factū vel cōcupitum, quod sit contra legē Dei. & secundum hoc iniquitas non est peccatum. Si enim iniquitas est habitudo mētis iniustæ, & habitudo est qualitas, & nulla qualitas est actio: ergo nec peccatū, vnde & hic Ambr. ait: Peccatū est opus iniquitatis, quia ex iniquitate vt ex causa procedit: sicut ecōtrario bona merita ex charitate prouenire dicuntur, vt 5. ea. dis. 2. Charitas, vt mihi videtur. H.

a Delet.] Sup. 11. q. 3. existimant, 5. 32. q. 1. cum renunciatur.

ILlud vero.] CASVS. Adhuc Amb. perstistens in excusatione Dauid, cōmendat eum, q̄ obtulit se morti p̄ plebe: unde & veniā adeptus est. Aliud exēplum Moysi, q̄ pro simili facto veniam impetrauit. & quod pro tali oblatione Dauid sit adeptus veniam sui peccati, scilicet adulterij & homicidij, probat quibusdam auctoritatibus: & quia non fecit hoc dolo, sed errore; & non libidine peccandi, sed causa mysterij occulti. Et habetur hæc historia, 5. 1. q. 4. c. ecclesia, §. item peccato ecclesiæ.

Dauit pro plebe mori se obtulit.

b Illud vero.] CASVS. Adhuc perstitit Amb. in excusatione Dauid, & eommēdat eum, quia morti se obtulit pro plebe, & veniam adeptus est: sicut & Moyses impetrauerat veniam pro populo, præterea Dauid peccatum suum non excusauit, sed humiliter confessus est. præterea non fecit hoc dolo, sed errore, non peccandi libidine, sed causa misterij.

c Grex iste.] Supra 1. quæstio. 4. cap. ecclesia, §. item Dauid.

d Moyses.] Supra dist. 45. disciplina.

e Meruit.] Id est, obtinuit,

f Quanto.] argu. votum de præsenti magis obligare q̄ votum de futuro, arg. contra extra qui cler. vel vo. rur. sus, vbi dicitur, q̄ simplex votum non minus obligat quàm solenne.

Votum de præsenti plus ligat q̄ votum de futuro.

g ¶De hoc.] Id est, peccato homicidij & adulterij.

h Sed Vmbra.] Supra, 31. quæst. 1. c. si qua, §. sed obijcitur.

virtutis iniquitatem, & remissio peccatorum delet [a] omne peccatum.

a ¶Peccatum, *In originali vulgato legitur* omne peccatum est iniquitas: iniquitas autem operatrix culpæ aut delicti. Plus est ergo, &c. *sed melior visa est Gratiani lectio.*

Idem in eodem libro, c. 7.

C. XXVI.

ILlud vero [b] quàm mirabile est, quod Angelo ferienti plebem se obtulit Dauid dicens [Grex iste quid fecit? fiat manus tua in me, & in domum patris mei.] Quo facto statim dignus sacrificio iudicatus est, qui absolutione existimabatur indignus. Nec mirum si tali sua oblatione pro populo peccati sui adeptus est veniam; cum Moyses [d] offerendo se domino pro plebis errore, etiam plebis peccata deleuerit? Texit igitur peccata sua, an non? Sed quis hoc neget, cum hic ipse docuerit propheta, quòd remittantur iniquitates, tegantur peccata, non imputentur à Domino? Peccatum remissum sibi esse docuit: sicut scriptum est: [Delictum meum cognosco, & iniustitiam meam non operui. Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitiam meā Domino, & tu remisisti impietatē cordis mei.] dixit [pronunciabo) & veniam meruit [e], antequam pronunciaret: quanto [f] magis, vbi de se pronunciauit, dicens [iniquitatem meam ego agnosco) remissum est ei omne peccatū? licet specialiter de hoc [g] & Natham prophetа respondit, [& Dominus transtulit peccatum tuum.] Ergo remissionem meruit iniquitatis, & texit charitate, atque operuit peccata sua, & texit operibus bonis: nec imputandum est ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiæ, sed lapsus erroris: deinde † quia non fuit improbitatis æstus, sed vmbra [h] mysterij: & tamen confessus est delictum suum, agnouit iniquitatem, vidit lauacrum, & vidit & credidit: dilexit multum, vt nimia charitate tegere quemuis posset errorē.

sent. 4. dist. 14.

† *Quam vero illud etiam mirabile.*] orig.

Exo. 32.

Psal. 31.

Psal. 50.

2. Reg. 12.

† *al. deinque non fuit.*

6 Ecce cuius pœnitentia hic commendatur, cui etiam venia per prophetam data monstratur, quam grauiter postea deliquerit [i], populi multitudo [k] prostrata ostendit. Achab quoque (vt Hieronymus contra Iouinianum scribit) rex impiissimus, vt sententiam Dei subterfugeret, & euer-

Libro 2.

i Deliquerit.] In populi numeratione.

K Multitudo.] Prima q. 4. c. ecclesia, §. item Dauid.

ACHab rex.] CASVS. Cum Achab & Iezabel ab Helia grauiter redarguerētur de morte Nabuthæ, & eis grauiter comminatus fuisset propheta: ad vocem eius Achab pœnitentiam egit, & veniam à Domino impetrauit. Iezabel vero quia noluit pœnitere, p̄senti fuit

fum in eodem loco singulariter.

c ¶Iezrahel.] Ciuitas est.

d ¶Vnum.] Idest, simile.

e ¶Iezabel.] Et ita medicamentum fuit vni ad interitum, & c. vt 23. q. 4. Nabuchodonosor.

sio domus eius differretur in posteros, ieiunio impetrauit, & sacco.

Epi. ad Rusticum.

De quo ad eundem Rusticum scribit idem Hieronymus dicens.

C. XXVII.

ACHab [a] rex impijssimus vineā Nabuthæ cruore possedit, & cum Iezabel non tam coniugio sibi, quā crudelitate coniuncta, Heliæ increpatione corripitur: hæc dicit Dominus: (Occidisti, & possedisti.) & iterum: In loco [b], in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthæ, ibi lingent sanguinem tuum. Et Iezabel canes comedent ante muros Iezrael [c]. Quod cum audisset Achab scidit vestimēta sua, & posuit saccum super carnem suam, ieiunauitq;, & dormiuit in cilicio. Factusq; est sermo Domini ad Heliam dicens: (quoniam reueritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius.) Vnum [d] scelus Achab, & Iezabel [e]: tamen conuerso † ad pœnitentiam Achab, pœna differatur in posteros: & Iezabel in scelere perseuerans præsenti iudicio condemnatur. [f]

3. Reg. 21.

† *conuersus*) ori. al. *conuersus*.) manusc.

Item Ioannes Chrysostomus de reparatione lapsi, (epist. 5. ad Theodorum lapsum.)

C. XXVIIII.

TAlis, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: nunquam spernit [g] pœnitentiam, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perueniat malorum [h], & inde tū velit reuerti ad virtutis viam; suscipit [i], & libenter amplectitur, facit omnia, quatenus ad priorem reuocet statum, & quod est adhuc præstantius, & eminētius, & si non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcunq; tamen, & quemlibet breui tempore gestam non respuit pœnitentiam [k]; suscipit & ipsam, nec patitur [l] quamus exiguę conuersionis perdere mercedē. Hoc enim mihi indica Esaias, vbi de populo Iudæorū talia quædam dicit: [Propter peccatum modice conturbaui eum, & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo; contristatus est, & ambulauit tristis; & sanaui [m] eum, & consolatus [n] sum eum.] Euidentius aūt nobis testimonium dabit etiam rex ille impius, qui cupiditatis suæ quidem prædam vxoris nequitia quæsiuit, sed perturbatus ipsius sceleris immanitate pœnituit, & cilicio circumdatus, facinus suum fleuit, atque ita erga se Domini misericordiam prouocauit, vt à cunctis [o] eum absolueret peccatis. Sic enim ait Deus ad

Ezech. 18. apud LXX.

Iezabel præcipitata fuit de turri.

f ¶Cōdemnat.] Cum Iehu præcepit Eunuchis, q̄ eam præcipitarent de turri: quia dixerat ei, Nūquid pax erit Zambri, q̄ interfecit Dominum suum? id est, filium meum Zarau.

TAlis mihi.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ tanta est pietas Dei, q̄ quemlibet peccatorum ēt scelratissimum ad pœnitentiam recipit, & ad statum pristinum reuocat, & mercedem tribuit conuersionis, quamuis exigue. Et hoc probat auctoritate Esaiæ, & exemplo Achab. Seq. c. sicut Achab, patet, & de eo habuisti supra, in ca. Achab.

g ¶Spernit.] 26 q. 6. agnouimus.

h ¶Peruenīat malorum.] Potest ergo aliquis esse summe malus, sed non repente, vt 5. dist. 2. c. si sermo. §. econtrario. Sed certe summe malus non potest quis esse nec me bonus summe malus intentione malitiæ vel bonitatis, quin alius possit esse melior vel deterior. Nam dicit auctoritas, Superbia eorum qui te oderunt, ascēdit semp, sed vniuersitate malorum pōt quis esse malus, vt referas hoc ad septem vitia principalia. nam illa septē bīs pōt quis committere vel dicillum pueniisse ad summum malorum, cuius desperabilis est correctio, ita est desperatus, qui putat plus Deum offendisse, q̄ sibi possit remittere, sicut Cain 90. dist. neque.

Summe malus non potest.

i ¶Suscipit.] Deus eum.

k ¶Pœnitentiam.] Id est, satisfactionem.

l ¶Nec patitur.] Diligit enim Deus bonū, pium.

m ¶Sanaui.] Per pœnitentiam.

n ¶Et consolatus.] Polysyntheron, i. pluralitas coniunctionum.

o ¶A cunctis.] Sed quo absolut eum ab omnibus

Ant. 4 dist. 14.

fuit condemnata iudicio. Et consueuit notari historia 5. 50. dist. c. si post, §. econtra. Quod dicit ibi, [& cum Iezabel:] Cum, propositio est.

a ¶Achab.] Supra 23. q. 8. conuenior.

b ¶In loco.] Id est, in eadem regione, non enim est ve

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatis, tum eius pœnitentia vera non esset? non n. pœnitebat nisi vt euitaret mala temporalia, vt dicit c. seq. Sed dic q̃ absoluit eum prout sequitur hic, non inducam mala in diebus eius. vnde expone peccatis, i. pœnis. Vel absoluit eum ab omnibus peccatis: sab illo procedentib. quia cum per falsos testes eum fecerit condemnari, piuria suntinde secuta. arg. extra de test. sicut. Et nota q̃

Peccatorum venia est triplex. est triplex peccatorũ venia. Prima consistit in pœnæ dilatione, sicut hic. Secũda in culp̃ abolitione, quæ fit p̃ pniam. Tertia in culpæ & pœnæ dimissione: q̃ fit p̃ baptismũ, de cons. dis. 4. siue, de prima hic, de secunda dist. 2. si quis. B.

a ¶ Mala comminata.] Alia enim bene induxit in diebus eius.

b ¶Sicut Achab.] ¶ Mei cã.] Timoris. Et ita videtur q̃ solo amore siue timore quis possit veniam consequi, secundum q̃ sonare vr̃ illa auctoritas: Semite Dño in timore, &c. Sed contra, nonne talis est malus, ergo nihil boni meretur, ar. 3. 50. di. vt constitueretur, vbi dr̃, quod q̃ animo recuperandi honorem supbe agit pœnitentiam, &c. Item vera non est pœnitentia, quæ non fit ex fide per dilectionem operante, supr. ead. si Apostolus, iam responsum est ad hoc in gl. sed quomodo.

Pœnitentia vera q̃ est.

NINIVITAE. CASVS. Probat Gre. q̃ postquam aliquis egerit veram pœnitentiã, potest postea criminaliter peccare, q̃d̃ probat exemplo Ninivitarum, qui ad p̃dicationẽ Ionæ pniã egerãt, & tñ postea criminaliter peccauerunt. Idẽ ẽt dicit Achab & Iezabel.

c ¶Sed qualiter.] Oſtẽſo qualiter Achab & Niniuitæ verã egerunt pniam, ostendit qualiter postea peccauerunt mortaliter.

Sicut ait.] CASVS. Probat Hier. in hoc c. q̃ Niniuitæ pœnitentiam ueniam meruerunt: sed quia postea peccauerunt, ut Herodotus historiographus narrat, ciuitas eorum postea est subuersa.

d ¶Herodotus.] historiographus quidam.

e ¶Subuersam.] A Medis.

NAum prophetam.] CASVS Idem fere dr̃ hic quod dictum est in §. Niniuitæ. Casum formabis, quia facilis est. & est prologus Hier. super Naum. Item in principio Naum. verba sunt. Gratia. sedquens § item quod

Heliam; [Vidisti, quomodo compunctus est Achab à facie mea? quia fleuit in conſpectu meo, non inducam mala[a] in diebus eius.] *3. Reg. 21.*

¶Versio hæc, licet nonnihil discrepet ab ea, quæ inter latina Ioannis Chrysostomi opera circumfertur, non tamen longe discedit à verbis græcis. extat enim hoc opusculum manuscriptum in bibliotheca Vaticana.

Item Gregorius in homilia decima super Ezechielem in extremo.

C. XXIX.

SIcut† Achab rex iniquus à propheta reprehensus, cum contra se diuinam sententiam audisset, pertimuit, & magno mœrore deprehẽsus est: ita vt prophetæ suo Dominus diceret: [Nonne vidisti Achab humiliatum corã me? Quia igitur mei causa[b] humiliatus est, non inducam malum in diebus eius.] In quib. Domini verbis pensandum est, quomodo ei in electis suis mœror amaritudinis placeat, qui amittere timent Deũ; si sic ei & reprobi pœnitentia placuit, qui timebat perdere præsens sæculũ, aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio pro culpis ineis, qui placent; si hęc ad tempus placuit, & in eis, qui displicebant.

† *Sic*] orig. & exemp.

5. Reg. 21.

Niniuitæ quoq;, quos Dominus in Euangelio commendat pniam egerunt in prædicatione Ionæ, & ex misericordia Domini indulgentiam consecuti, subuersionis interitũ subterfugere meruerunt. Sed qualiter post acceptã ueniam Achab vixerit, textus libri Regum declarat: de quo etiã scribit Ambrosius, quod Iezabel vxor eius, cuius inflammabatur arbitrio, cor eius conuertit, & nimijs sacrilegijs execrabilem fecit, & hunc priæ eius reuocauit affectum.

Ionæ 3.

Libro de Nabuthe hiezraelita c. vlt.

De Niniuitis autem in proœmio Ionæ scribit Hieronymus.

C. XXX.

SIcut ait Herodotus[d], Niniue à rege Medorum subuersa est, regnante apud Hebræos Iosia. Vnde paret illam prædicante Iona ex pœnitentia meruisse veniam; sed quia postea ad vomitum redijt, ex ira Dei subuersam[e] fuisse.

Sensus nõ verba.

Item in prologo Naum.

C. XXXI.

NAum[f] prophetam[l] ante aduentum regis[g] Assyriorum[g], qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat, fuisse, Hebræorum traditio[i] confirmat. Si quidem in fine huius lectionis, prędicti regis aduentum idem propheta annuntiare monstratur. Sed cũ habitatores Niniuæ, Iona interitũ ciuitatis prædicante, ne diuina,

Inter opera B. Hieronymi.

¶Iudicium.] Scilicet q̃ captiuarentur à Medis.

b ¶Humiliatus.] Scilicet Naum: qui de Niniue propheta fuit: sicut & Ionas.

c ¶Zelans.] Id est, exactor castitatis, quæ si violatur immittit pœnam visi reuocetur ad castitatem. vnde sequitur, vlciscens, &c.

d ¶Vlciscens.] Vxor prophetæ Domini laudantis q̃d de Assyrijs victus est iniuriarum populi sui: quia captiuati sunt à Medis.

ITEM QVOD FREQVENTER. Hæc est 7. pars dist. in qua probat, quod non tantum sæpe, sed frequenter peccans & pœnitens habet veniam. Ioann. de Fant.

ADhuc instant.] CASVS. Dicebant quidam hæretici, q̃ Deus post baptismum tantum, semel dat veniam pro peccato, vnde si quis egit pœnitentiam, & illam voluerit iterare, inutilis erit, & errorem suum cõfirmabant duabus rationib. Prima, quia si Deus toties quoties homo peccat, peccata dimitteret: videret peccata diligere. Secunda, quia non legitur in Euangelio q̃ Christus bis illuminauit aliquem cœcũ, vel bis suscitauerit aliquem mortuum. Ex quo colligunt, quod Deus bis eidẽ homini eadem peccata nõ dimittit. Istum ergo errorẽ hic reprobat: ostendens q̃ quoties homo pœniter, toties Dñs peccata dimittit. & q̃ primo loco inducũt hæretici, dicit non valere: in eo namq; q̃ Deus est paratus peccata destruere, apparet eum odire. & non diligere peccata. Itẽ licet Chr̃s non bis illuminauerit aliquẽ, vel bis non suscitauerit: tamen quandoq; quem vno tẽpore mũdauit leprosum, alio tẽpore illuminauit cęcũ. ex quo sequitur, q̃ ei dẽ homini bis peccata dimittit, si. n. Christus, qui se dicit medicũ sæpius nõ curaret ægrotũ, minor esset medico tẽporali, quẽ sæpius nouit ægrorũ curare. Supponit ergo exempla & auctoritates, & introducit rõnes, q̃ quas probat, q̃ Christus eidẽ sępius peccata dimittit.

e ¶Perfidi.] Hæretici.

f ¶Sapiunt.] Id est, inquirunt.

g ¶Oporteat.] Ille dicit plus sapere quàm oportet sapere, qui diuinum consilium nimis alte p̃quirit, &c. vt extra de hęre. cum ex iniuncto, & 43. dist. sit rector.

h ¶Pœnitentia.] 3. dist. 23. qui episcop⁹.

i ¶Sępe.] 3. co. dist. 3. 5. sed verba, c. sane. & 3. 23. q. 4. est iniusta.

k ¶Gratia.] Id est, per gratiam.

l Soluatur.] Per mortale peccatum. Ex hoc collige mala non esse creata: iuxta illud, Deus creauit omnia prę ter peccata, vt dixi 3. ead. ille rex tantus. Peccata nõ sunt à Deo.

m Quod autem multos.] Licet progressus Au. nõ vi creatæ deatur efficax: potest tamen lege confirmari; nã dicit lex; q̃ id quod in duabus personis recipitur, hoc etiã in eadem persona recipiendum est, ff. si cer. pe. l. singularia, argum. 8. q. 1. in scripturis, quia ibi ex persona Esaiæ, & Hieremiæ ostenditur, quod vnaquæque persona, quæ eligitur, debeat facere, hoc tamen de vna probat, quia qui prius leprosum mundauit, post cœcum illuminauit.

Peccata.] Id est, pœnas peccatorum,

firmat Naum fuisse prophetam ante, &c.

ADDITIO. Sub. & hoc ideo dicit: quia licet Niniuitæ egissent pœnitentiam de peccato propter quod Naum annunciauit eis subuersionem: tamẽ postmodum peccauerunt, propter quod captiuati sunt à Medis. Po. ita denunciatum interitum sustinerent, peccatorum, & impietatis pœnitentiam egissent; accepta Dei misericordia grauioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus propheta spiritu sancto plenus iudicium[a] Dei annũcians ita est locutus[b], (Deus zelans[c], & vlciscens[d] Dominus est.

Num. 1.

In lib. de vera & falsa pœnitentia, c. 1.

7 Item, quòd frequenter venia pœnitenti præstetur, testatur Augustinus in libro de pœnitentia, scribens cõtra quasdam hæreticos, qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant vtilem esse pœnitentiam.

C. XXXII.

Sent. 4. dist. 14.

ADhuc instant perfidi[e], qui sapiunt[f] plus, quàm oporteat[g], non sobrij, sed excedentes mensuram. Dicũt enim, etsi† semel peccantibus post baptismum valeat pœnitentia[h]; non tamen sępe[i] peccantibus proderit iterata: alioqui remissio, ad peccatum esset incitatio. Dicunt enim, quis non semper paccaret, si redire semper posset? Dicunt enim Dominum incitatorem mali, si semper pœnitentibus subueniret, & etiã ei placere peccata, quibus semper præsto est gratia[k]. Errant autem: immo constat ei multum peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere. Si enim ea amaret; non ita sępe destrueret, sed conseruaret, atque vt sua munera foueret. Semper destruit peccata, quæ inuenit, ne soluatur[l] quod creauit, ne corrumpatur quod amauit. Sumunt occasionem hypocritæ isti ex factis Domini. Quem enim cęcum bis illuminauit? quem leprosum bis mundauit? quem mortuum bis suscitauit? non Lazarum, quem † dilexit, non filium viduæ quem misertus matri reddidit, non filium dissipatorem legitur bis suscepisse, non filiam Abrahæ bis à dæmonio liberasse. In nulla persona iteraut factum, docens, vt aiunt, non sępe à Domino fieri remedium. Dixit mulieri: (Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid contingat.) promittens pœnam, non amplius veniam.

† *Si*] orig.

¶ Quòd† autem multos[m] cęcos & diuerso tempore illuminauerit, & multos debiles[n] confortauerit, ostendit in diuersis illis eadem sępe peccata[o] dimitti, vt quem prius

Iohan. 11. †quem prius dilexit.) orig. Luc. 7. & 15. Matth. 15.

Io. 8.

† *Qui*] orig.

e ¶Perfidi.] Hæretici, qui dicebant quidam hæretici, q̃ Deus post baptismum tantum, semel dat veniam pro peccato, vnde si quis egit pœnitentiam, & illam voluerit iterare, inutilis erit, & errorem suum cõfirmabant duabus rationib. Prima, quia si Deus toties quoties homo peccat, peccata dimitteret: videret peccata diligere. Secunda, quia non legitur in Euangelio q̃ Christus bis illuminauit aliquem cœcũ, vel bis suscitauerit aliquem mortuum. Ex quo colligunt, quod Deus bis eidẽ homini eadem peccata nõ dimittit. Istum ergo errorẽ hic reprobat: ostendens q̃ quoties homo pœniter, toties Dñs peccata dimittit. & q̃ primo loco inducũt hæretici, dicit non valere: in eo namq; q̃ Deus est paratus peccata destruere, apparet eum odire. & non diligere peccata. Itẽ licet Chr̃s non bis illuminauerit aliquẽ, vel bis non suscitauerit: tamen quandoq; quem vno tẽpore mũdauit leprosum, alio tẽpore illuminauit cęcũ. ex quo sequitur, q̃ ei dẽ homini bis peccata dimittit, si. n. Christus, qui se dicit medicũ sæpius nõ curaret ægrotũ, minor esset medico tẽporali, quẽ sæpius nouit ægrorũ curare. Supponit ergo exempla & auctoritates, & introducit rõnes, q̃ quas probat, q̃ Christus eidẽ sępius peccata dimittit.

f ¶Sapiunt.] Id est, inquirunt.

g ¶Oporteat.] Ille dicit plus sapere quàm oportet sapere, qui diuinum consilium nimis alte p̃quirit, &c. vt extra de hęre. cum ex iniuncto, & 43. dist. sit rector.

h ¶Pœnitentia.] 3. dist. 23. qui episcop⁹.

i ¶Sępe.] 3. co. dist. 3. 5. sed verba, c. sane. & 3. 23. q. 4. est iniusta.

k ¶Gratia.] Id est, per gratiam.

l Soluatur.] Per mortale peccatum. Ex hoc collige mala non esse creata: iuxta illud, Deus creauit omnia prę ter peccata, vt dixi 3. ead. ille rex tantus. Peccata nõ sunt à Deo.

m Quod autem multos.] Licet progressus Au. nõ vi creatæ deatur efficax: potest tamen lege confirmari; nã dicit lex; q̃ id quod in duabus personis recipitur, hoc etiã in eadem persona recipiendum est, ff. si cer. pe. l. singularia, argum. 8. q. 1. in scripturis, quia ibi ex persona Esaiæ, & Hieremiæ ostenditur, quod vnaquæque persona, quæ eligitur, debeat facere, hoc tamen de vna probat, quia qui prius leprosum mundauit, post cœcum illuminauit.

Peccata.] Id est, pœnas peccatorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Sanatus.] De eadem infirmitate, plene enim curauit de ea, de qua curauit, vt infra eod. (sunt plures, sed hic primo curauit leprosum, postea cæcum factum curauit.

b Quod vilius.] Argum. 3. dist. 38. sed uolo, 3. ea. q. 1. si

Anima plꝰ habet similitudinis cū Deo, quam corpus,

c Dissimilius.] Nam corpus sola essentia simile est Deo: anima vero pluribus: quia essentia & rationabilitate arg. 3. eo. dist. 2. principium.

d Redemptam.] Sanguine Christi.

e Opportunum.] Id est, vtilem.

f Centies.] Artis possibilitate: aliàs nunquid cēties pro eodē salatio, si cēties recidiuauerit? Vel an toties constituenda sunt salaria, quoties fiunt curationes; Nec. n. vnam pœnam bis indulget: immo singulas indulgentias singulæ præueniunt pœnæ, vt 7. ead. quippe. Sufficit semel infirmum curasse. argu. ff. de solut. qui res. §. arcam. argum. contra 3. ea. est. 2. quærendum, & c. quia radix. nec vtiq; liberatur, qꝫ nō plene liberatur. 7. ea. sunt plures, ff. de inter. ac. de ætate. §. nihil, sup. dist. 1. diuortium contra.

g ¶ Excluſit.] Sup. 19. dist. si Romanorum, arg. 3. 28. q. 1. idololatria.

b ¶ Confitébor.] Vocando eum ad regnū: Venite benedicti, &c.

i ¶ Fecit.] Quia contradicit ante, forte Domino.

k ¶ Omnē.] Pet dilectionem ei adhærentem.

l ¶ Sedétem.] Prius

m ¶ In tenebris.] Id est, peccatis.

n ¶ Nullam.] Supra dist. 19. si Romanorum, 3. ea. di. 1. 7. alijs c. nemo potest.

o ¶ Per epistola.] 1. per primam.

p ¶ Testatur.] In secunda epistola ad Corinthios, vbi dixit Prædixi enim & prædico vt præsens bis, & nunc tertio absens.

q ¶ Semper.] Septenarius. n. numerus vniuersitatis est.

r ¶ Seducti.] Sup. dist. 2. §. item opponitur, & c. si enim. inquit eo enim qꝫ peccatores nos esse nō credimus, de terius peccamus, 3. dist. 45. licet plerumque &c. vera iustitia. 3. distin. 25. §. nunc autem, 7. de conse. distinct. 4. firmissimè.

s Iactare.] Cum sit scriptum: si dixerimus quia peccatum non habemus, non ipsos seducimus, 7. dist. 2. si enim.

t Esse potest.] Inf. de cons. dist. 4 paruulo. contra. nam ibi

sanauit leprosum, alio tempore illuminet † cæcum. Ideo etiam tot sanauit † febricitantes, tot languidos, tot claudos, cœcos, & aridos, ne desperet de se peccator: ideo nō scribitur aliquis nisi semel sanatur [a], vt quisque timeat megi † peccato. Videmus adhuc quotidie in ecclesia sæpe febricitantes, sæpe languidos, sæpe passionibus captos, sæpe liberati; vt appareat toties opus miserantis quoties confessio fit pœnitentis. Quomodo enim corpus, quod vilius [b] est, & ab ipso dissimilius [c], sæpe sanaret; & animam digniorem, & redemptam [d] non toties liberaret? Medicum se vocat, & non satis, sed male habentibus opportunum [e]. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum visitare, centies curare. Qui cæteris minor esset, si alijs possibilia ignoraret, memor est sui, qui dicit: [Nolo mortē peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.] Quem enim peccatorem excluſit † [g]? Et quod omnibus promisit indulgentiam, alijs quoque promissionibus declarat: [Qui me confessus fuerit coram hominibus,] id est, omnis, quantumcūque, & quotiescunque peccator, cuiuscunque ordinis, etiam si fuerit sacerdos, [confitebor [h] & ego eum corā patre meo.] Nam: [qui inuocauerit nomen Domini,] id est secundum quod nominatur Dominus id est, qui inuocauerit eum ad se, seruiendo, non contradicendo, vt forsitan sæpe fecit, [omnis] id est, quicunque sit ille peccator: (saluus erit.) Omnem [k] enim animam iste promissor futura uit bonis, etiam sedentem † [l] in tenebris [m], & vmbra mortis, nullam [n] excipiens animam. Hunc magistrum intellexerat discipulus ille, qui Corinthios per epistolas [o] suas voluit corrigere, & vt ipse testatur [p], ter in litteris suis eos correxit. Oportebat enim ut quoties uideret eos cadere: toties iuuaret eos resurgere. Memor enim erat illius qui dixerat: (quorū remiseritis peccata remittuntur eis.) Scimus autem & primos patres, & in omni tempore ecclesiam Dei semper [q], usque septuagies septies, (quod est semper) peccata remittere. Quam potestatem isti ab ecclesia Dei conantur auferre. Oportet enim sic ecclesiam credere, quæ confitetur se sæpe peccare. Negant enim ueritatem seducti [a] [r], qui se absque peccato audent iactare [s]. In multis enim offendimus omnes; nec infans unius diei absque peccato super terram esse potest [t]. Qua propter eliminandus est ab ecclesia ille error, qui vnquam pœnitentibus negat indulgentiam. Non enim inquirit, quid Apostolus senserit, qui dixit: (nihil mihi conscius sum [u],

† illuminauit] orig.

† saluauit] orig.

† iungi. orig.

Mar. 2.

Ezech. 33. † al. excludit Matth. 10.

Ioelis 2.

Psal. 106. Luc. 1.

† sedentes] orig.

1. Cor. 13.

Ioan. 20.

Iac. 5. Iob. 14. ex LXX.

bi dr̄ quod peccato non commoritur baptizatus: ergo non est in eo. Sed dic esse non potest, id est, non potest incipere esse. arg. de conse. dist. 5. si tm̄issimè, est tamē superficiale, arg. quod hic inducit, nec infans vnius di ei, &c. cum agatur hic tantum de actuali peccato.

u ¶ Nihil mihi conscius sum.] Id est, nullius mortalis peccati conscia habeo: ipse. n. dicebat ago. quod no. lo. 5. distinc. ea. inter hæc, 11. q. 3. senti. &c. inter verba con-

contra. So. hic dicit in persona perfectorū: ibi de imperfectis. Vel dic, non in hoc iustificatus sum: qa pōt iustrpere veniale, 1. nō ex hoc, vt inf. ea. si quis aūt nō habens, inf. dist. 7. nullus expectet. Vel. dic, nihil mihi conscius sum quo ad mortale: non tamen in hoc, &c.

a Du-

1. Cor. 4.

Rom. 8.

1. Cor. 7.

Io. 13.

† abest ab orig.

sed nō in hoc iustificatus sum.] Sciens enim & iustis peccata solere contingere, non se confirmabat absque peccato, qui se nouit indissolubili vinculo charitatis Christo coniunctum. Nisi enim sciret sæpe iustos ad veniam, venire, quomodo dubitaret [a] se peccare, qui se sciebat [b] spiritum Dei habere, & intētione mūdissima ei seruire? Cur enim Dominus Petri pedes lauisset, & ecclesiā hoc idem docuisset, nisi quia (quoniam † quotidiana est offensio) oportet, vt quotidiana sit remissio? Cur docuisset orantes dicere: dimitte nobis debita nostra, nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere?

a ¶ Seducti.] *In originali est ꝫ, in se esse. & videtur indicari locus in epistola Ioannis prima, c. 1. sed ob glossam nō est mutatū.*

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

C. XXXIII.

Sent. 4. dist. 24.

2 VIr cum propria coniuge [d] dormiens, nisi lotus aqua intrare [e] ecclesiam non debet: sed neque lotus intrare statim debet. *& infra.* ¶ Quamuis enim de hac re diuersæ hominum nationes diuersa sentiant, atque alij alia custodire uideantur: Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus [f] fuit post admistionem propriæ coniugis, & lauacri purificationem quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum reuerenter abstinere. Nec hæc dicentes deputamus culpam esse coniugum, sed quia ipsa licita admistio coniugum sine uoluptate [g] carnis fieri nō potest, [h] à sacri loci ingressu abstinendum est: quia uoluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Non enim de adulterio uel fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus fuerat, qui dicebat: (Ecce enim in iniquitatibus [i] conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea.) *& infra.*

Psal. 50.

Ecclesiæ ingressus an sit alicui prohibendus.

sentiat vt 7. ead, apostolus.

VIr cum propria.] Hæc est 2 pars q. in qua probatur quando est peccatum cognoscere vxorem suam, & quando non, Ioan. de Fant.

CASVS. Ben. sic pnnit hūc casum, Greg. hic primo tractat de eo, qui causa incontinentiæ vitandæ suam cognoscit vxorem. Secundo de eo, qui causa prolis habē dæ. Tertio de eo, qui causa libidinis suæ saturandæ. In primo casu cōsuluit ab ingressu ecclesiæ temporaliter cessandum, & hoc consilium approbat vsus Romanorum, non ad condemnationem nuptiarum, sed q̄a coniugalis commistio non pōt fieri sine culpa, vt probatur auctoritate Dauid. In sēcō casu reliquit arbitrio viri an intret ecclesiam vel nō. In tertio casu pcepit, q̄ ante ablutionem mentis ad sacrā cōionem non accedat. Hu. vero sic ponit, in principio loquit qñ vir accedit ad vxorem causa incontinentiæ: in medio qñ causa liberorum: circa finem qñ causa libidinis exsaturandæ. In primo casu consulitur viro vt lauetur aqua, & aliquantulum cesset ab ingressu ecclesiæ: quod fit ad reuerentiam loci pp peccatum, quod fit in tali coitu, & propter corporalem coinquinationem. In secundo casu relinquitur suo arbitrio, & de intrando ecclesiam, & de accipiendo corpus Christi. In tertio nil de hoc vel de illo fiatuitur, sed ostenditur q̄ peccat grauius, quām in duobus primis casibus.

d ¶ Vir cū propria cōiuge.] CASVS. In prima parte loquitur de eo, qui causa incontinētiæ ad vxorē accedit. Tali cōsulitur ab ingressu ecclesiæ abstinere vsq; ad vesperā. In sēcā de eo, qui cā prolis eā cognoscit, iste talis si vult, nō solū intrare eccl̄am, sed ēt corpus Christi accipere, p̄mittitur. In tertia de eo, qui causa libidinis explendæ: huic in isto c. pœnitentia non impo-

Opus coniugale an possit fine peccato exerceri.

reuerentiam sacri loci, & propter corporalem viri inquinationem magis quām propter peccatum.

f ¶ Vsus.] Arg. pto cōsuetudine Romanæ ecclesiæ seruanda, & verum est, cum hoc docet, 11. dist. nolite.

g Voluptate.] Et ita coitus non potest fieri sine peccato, hic applaudit sibi Hu. & sumit opinionem, quod nunquam opus coniugale sine peccato potest exerceri, vnde etiam qui debitum reddit, peccat venialiter: quia semper est ibi quiddam pruritus & uoluptas in emissione spermatis, & ideo Christus noluit nasci ex coitu: quia non potest fieri sine peccato, &c. 27. q. 2. omne, ad finem, videtur ergo quod teneatur aliquis peccare: quia tenetur reddere debitum, vt 27. q. 2. si tu, & infra q. prox. c. 1. nec potest reddere nisi peccet, ergo tenetur peccare, sed hoc arg. non ualet. Instat H. presbyter tenetur cantare Missam, nec potest cantare nisi habeat linguā, ergo tenetur habere linguam, & secundum H. peccat homo ex necessitate in primis motibus: & ita erit quis perplexus secundum H. inter ueniale, quod surgit ex primis motibus & mortale. Nam de primis motibus dicit Apostolus: Ago quod nolo. & surgunt in nobis, & sine nobis, de pœ. dist. 2. inter hæc. P. mandcator dixit contra, ut no. 17 di. nerui 2. Item ex hoc sequeretur quod bene faceret, & male: quia reputatur ei ad sanctitatem, si reddit debitum, ut infra ead. q. proxim. c.

Originalia fm aliquos sunt plura.

h Non potest.] De facili: & ideo quia dubium est, aqua aspergitur.

i Iniquitatibus.] Id est, uolūtatib iniquitas n., pprie designat crimen, de pe dist. 3. § qđ aūt, c. ille tex. uel die, iniquitatibus. i. originali peccato, siue formite; un de theologi colligunt ex hoc, q̄ plura sunt originalia hmōi, & tunc die, iniquitatibus, i. cum iniquitatibus,

a Vi-

a ¶ Vitiorum.] Scilicit impropria. Arg. dist. 13. nerui.
b ¶ Prohiberi.] Id est, dissuaderi
c ¶ Qui in igne.] Id est, in ardore, concupiscentiæ, id est, in amplexibus vxoris igneis.
d Nescit.] Id est, nescit cōsentire libidini vxoris suæ, sed reddit debitum vxori exigenti.
e ¶ Sed voluptas.] Exercendæ libidinis.
f ¶ Quod defleant.] est enim coitus tunc mortale peccatū ſm Hug. 32. q. 4. origo, sed si causa incontinentię, veniale, vt dī. 25. c. qui in aliud, § aliàs autem ea. 32. q. 2. quidquid, § his ita, immo secundum nos nec hoc casu est mortale, sed veniale, & hoc iudicat cum dicit q defleant
g ¶ Tūc autem.] Hoc respicit principiū huius c.

HINC ETIAM. Hæc est 3. pars q. in qua ponit tempora, in quibus nuptiæ nō sunt celebrandæ, Ioan. de Fant.

Tempus feriarū vtrū impediat & dirimat matrimoniū.

Oportet itaque legitima a carnis copula vt causa prolis sit, non voluptatis, & carnis commistio creandorum liberorum sit gratia, non satisfactio vitiorum [a]. Si quis ergo sua † coniuge, non cupidine voluptatis captus, sed solum modo liberorum creandorum gratia vtitur, ipse profecto de ingressa ecclesiæ, seu de sumendo corporis Dominici, sanguinisque mysterio suo est relinquendus iudicio: quia à nobis prohiberi [b] non debet accipere, qui igne [c] positus nescit [d] ardere. Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas [e] dominatur in opere commistionis: habent coniuges etiam de sua cōmistione, quod defleant [f]. *& paulo post.* ¶ Tunc autem [g] vir, qui post admistionem coniugis aqua lotus fuerit, et iam sacræ communionis mysterium valet accipere: cum ei iuxta præfinitam sententiam ecclesiam etiam licuerit intrare.

† *al suam coniugem.* Iorig.

a ¶ Legitima.) *Ita emendatum est ex varijs codicibus B. Gregorij. Antea legebatur,* oportet itaque legitimam carnis esse copulam. *Multa etiam alia sunt emendata.*

3 *Hinc etiam* [h] *in diebus abstinentię nuptiæ celebrari prohibentur.*

Vnde in Laodicensi concilio, c. 52. legitur.

¶ In diebus Quadragesimæ nuptias celebrare non licet. C. VIII.

Iuo p. 8. c. 49.

NOn oportet in quadragesima aut nuptias, vel quælibet natalitia [i] celebrare:

Item ex concilio Martini Bracharensis, c. 48.

¶ De eodem. C. IX.

Burc. l. 13. c. 10. Poly. l. 3. ti. 24. Iuo p. 4. c. 45.

NOn licet in Quadragesima [k] natalitia [l] martyrum celebrare, sed tantum sabbato, & Dominica pro commemoratione eorum oblationes offerre. Sed nec natalitia nec nuptias liceat in Quadragesima celebrare.

Item ex concilio Ilerdensi.

¶ De eodem. C. X.

Simile habetur in conc. Salegust. c. 3. Sent. 4. dist. 32. Poly. l. 6. tit. 5. Burc. l. 9. c. 14.

ij NOn oportet à Septuagesima vsque in octauas Paschæ, & tribus hebdomadibus [m] ante festiuitatē bentur nuptialia cōuiuia, & nuptiales solennitates, & solēnes traductiones, & carnis cōmistio, pōt ergo matrimonium contrahi in Quadragesima: sed illa tū non dēt duci, sicut, secundum leges mulier pōt tempore luctus alij viro desponsari, sed non tamen traduci, vt ff. de his qui no. infa. solet, § quæ 2irū, & hoc est expressum extra de fe. capellanus, arg. ad hoc ff. de ritu nup. si quis officium. Nam cum solo consensu contrahatur cur non contraharetur hoc tempore? C. de transl. non minorem, & extra de matri. contrac. contra inter. eccl per totum. Io.

NOn oportet in Quadragesima.] CASVS. Præcipit hic ne quis traducat vxorem in Quadragesima, vel anniuersaria faciat in quibus conuiuia fiunt, & q dicitur ibi, nuptias, id est, nuptialia conuiuia.

i ¶ Natalitia.] Non martyrum, sed hominum: vel ad litteram intelligas.

NOn licet.] CASVS. Hic recitatur consuetudo ecclesiæ Mediolanēsis, & quarundam aliarum ecclesiarum, quæ non celebrant aliquā solennitatem in Quadragesima, nec sciunt id quod sequitur. Vel olim obtinuit, sed nunc non obtinet.

k ¶ Non licet in Quadragesima.] Hoc de honestate dicunt quidam, ff. de ritu nup. semper in coniunctionib.

l ¶ Natalitia.] pōt dici hoc esse abrogatū, nā hodie celebrantur bene in Quadragesima. Vel intellige q non dēnt celebrari, vt fiant ibi cōuiuia, & intersint histriones & mimi, q turpia, &c. & huic intellectui consonat qđ sequit, sed tm in sabbato, &c. inf. ea. nec vxorē. Natales, q dicuntur tales vocantur martyrum passionum dies, qa in eis nascuntur ad vitam, & moriuntur mundo, de consuetudine est in ecclesia Mediolanēsi, q in Quadragesima nō celebrant 1. De his natalibus habes C. de proba. neque natales. Et Virgilius: Meus est natalis Iola, &c. Ioan.

Natales, q dicuntur.

Scilicet et tales maritij nec vxores dat uni-

NOn oportet. CASVS. Hic prohibet certis tēporib. nanni aliquā duci vxorē: & si fuerit tradūcta, separent ad tempus pro contemptu ad pœnitentiā. Quæ se quunt plana sunt vsq; ad quæstionem, [Pœnitētiam,] per quam mutua vel viua seruitus impenditur.

m ¶ Tribus hebdomadibus.] Sed nūquid istæ tres hebdomadæ sunt immediate ante festum sancti Ioannis? subaudi, nō, sed cum interuallo inter eas & festum, vt extra de fer. capellanus, & ponit has duas opiniones. approbat tamen q cum interuallo accipiendæ sunt, & incipiunt à diebus Rogationum.

a ¶ Separentur.] Ad tempus, extra de ma. cōtracto cōtra inter. eccl. litteræ. non est contra. extra eod. tit. ex literis, in fine, quia ibi loquitur de interdicto ecclesiæ, non

Iuo p. 8. cap. 142. Pann. l. 6. c. 2.

sanctī Ioannis Baptistæ, & ab aduentu Domini vsque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur. [a]

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 47.

¶ De eodem. C. XI.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 47. Pann. l. 6. c. 3.

NEc vxorem ducere, nec conuiuia facere in quadragesimali tempore conuenire posse nullatenus arbitramur.

4 *Hæc autem seruanda sunt, si vxor consensum adhibere voluerit: cæterum sine eius consensu, nec causa orationis continentia seruari debet.*

Vnde Augustinus in libro primo de adulterinis coniugijs, c. 2.

¶ Nisi ex consensu communi, orationi coniuges vacare non possunt. C. XII.

Sent. 4. dist. 32. Iuo. p. 8. c. 133.

APostolus nec ad tempus, vt vacetur orationi [b], nisi ex consensu [c], voluit coniuges carnali inuicem fraudare [d] debito.

Hinc etiam in secundo concilio Arelatēsi, c. 22. legitur.

¶ Nisi ex consensu communi, coniugatis pœnitentia non detur. C. XIII.

Iuo. p. 8. c. 280. & Pan. 5. c. 14. & c. 123.

PAenitentiam [e] coniugatis non nisi ex consensu dandam.

QVAESTIO V.

QVod autem sine consensu [f] vxoris vir continentiam vouere non possit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim [g] *Augustinus super psalmum 146. in extremo.*

¶ Non potest vir continentiam seruare, nisi vxoris teneat consensum. C. I.

Sent. ibidem. Iuo p. 9. c. 127.

SI dicat vir, continere [a] iam volo, nolo aūt, vxor, nō pōt. Quod. n. tu vis, non vult illa. Nunquid per cōtinentiam tuam debes illam facere fornicariam [h]? si alij nupserit te viuo, adultera erit. Non vult [i] tali lucro Deus compensare tale damnum. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro satisfactione β [k] perfecta Deus tibi computabit, si non, q ubi debetur, exigis, sed reddis, quod debetur vxori.

a ¶ Continere.] *Sic etiam apud Magistrum: sed B. Augustinus, et Iuo habent,* continere, iam volo, nolo iam uxorem; non potest. Quid, si tu uis, & illa non uult?

β Satisfactione.] *In aliquod manuscriptis, & apud B. Augustinū & magistrum & Iuonem est,* sanctificatione. *Sed ob glossam non est mutatum.*

non de tempore feriato. Vel ibi prohibetur perpetua separatio, hic permittitur ad tempus.

NEc vxorem.] HAEC AVTEM. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua dicitur, quod nec vir sine consensu vxoris, nec contra potest vacare orationibus Ioan. de Fant.

b APostolus.] ¶ Orationi.] Priuatæ. vel priuato loco, q facere & incipere velit, sed solēni oratio-

Coniugale debitū non est in ecclesia reddendū.

ris reddat igitur quod debet: scilicet exactus: & quod sibi debitum est, non exigat, & reputabitur pro satisfactione.

c ¶ Fornicariam.] 27. q. 2. si tu.

d ¶ Fraudare.] Sed qđ si in ecclesia velit vxor debitum exigere à viro, nunquid debet ei reddere? Gratianus dicit, q sic. tu contra 1. ar. ff. de fol. qđ dicimus. Sed quid si à sacerdote tempore canonis petat debitū? Idem dico, q non tenetur reddere tunc. arg. 29 eiusd. c. 2.

Vbi tūc nō pōt exire ecclam ſm Lau. De hoc et no. ſ. 21. dist. quoniā.

e ¶ Aenitentiam.] Publicam s. & solennem, scilicet per quam ius alterius læditur.

QVod autē.] Hæc quæstio diuiditur in quinq; partes. In quarum prima probat per sex auctoritates, q vir sine licentia vxoris, & econtra, nō potest continere, qui etiam meretur reddendo debitum. Secunda ibi. [Tunc saluabitur.] Tertia ibi. [Qui vxorē.] Quarta ibi, [Manifestū.] Quinta ibi, [Nec illud. Ioan. de Fant.

f ¶ Quod autem sine Maritus cō consensu.] Hæc quæ tinētiā sine stio quinta negatiue ꝯsensu vxo soluitur: quia vir nō ris vouere potest continentiam non pōt vouere sine cōsensu vxoris expresso vel tacite, nisi sit sponsa nondum cognita. extra de conuer. cōiug. ex publico. & in casu fornicationis, vt 27. q. 2. Agathosa.

g ¶ Ait enim.] Super psalmo. Laudate Dominum quoniam bonus.

SI dicat vir.] CASVS. Ostendit in hoc c. q vir sine consensu vxoris non potest cōtinere: quia dicit Deo continētia viri, ex qua sequitur prostitutio vxoris; nec econtra potest vacare orationibus

a Nota

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOtificasti te.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. Iste Landulphus timore mortis licētiam ab vxore violenter extorsit, & sic monasterium adiuit victus clamoribus vxoris & familiæ, de monasterio exiens ad domum propriam redijt: quæsiuit postea à Papa an liceret ei vti vxore sua, cui Papa rescribit, & respondet inquisitioni eius, & non dire-ste, sed p consequentiam ostendit talem cōuersionem nullam esse, & non tenere, ex quo facta fuit sine spontaneo consensu vxoris. In quo datur intelligi q̄ pōt ea vti cognoscendo, reddendo saltem debitum, Seq. c. patet.

Cōfessio cōtra aliquem extorta non iudicat illi quā ipsius, li. cētia coacta nulla est. 2 Ad hoc 7. Agathos. & istis cano nib. stat. Hu. Maritus, q̄ inuito uxore uouit religionem: an post ei⁹ morte contin ere debeat.

a ¶ Minis.] arg. quòd confessio vel consensus ab aliquo contra ipsum extortus non præiudicat illi ar. 32. 1 Hic videas, q. 2. Lotharius, & 15. q̄ no. 38. di. q. 6. auctoritatem. b ¶ Licentiam.] Item arg. à 7rio sensu, q̄ non pōt exire de monasterio, q̄ cum vxoris intrauit à licētia. Item arg. q̄ coacta licentia vel voluntas nulla est: nō quia hic non fuit licentia. vt in prin. dr: sed quia coacta, ideo hic nulla dr, sed vr contra 15. q. 1. merito. vbi dr, q̄ coacta voluntas, voluntas est. Respond. secus est hic, & in matrimonijs, vt exigitur voluntas directa, vel spontanea, extra de spon. cum locum, & in habitus assumptione, extra quod metau. c. 1. secus est in iuramēto, vbi nulla excusat necessitas: q̄a ipsum necessitatis semper est 22. q. 1. ita ergo consulitur tñ isti, vt no. 16. q̄ 6. auctoritatem. c ¶ Sine abbate.] Idē si cum abbate. d ¶ Cum omni.] Ar. q̄ prætermissis circumstantijs alicui facto debitis non intelligitur illud esse factum, 7. 30. q. 5. aliter, dist. 23. quorundam, 7. 17. q. 2. Gonsaldus ar. 5 extra de reg. & transeun. ad reli. c. ad apostolicam sedem, q̄a tenet ibi monachatio omissa probatione. e ¶ Cum festinatione.] Sed nunquid teneā vir iste cōtinere post mortem vxoris? sic 3. nec exigere potest: ad monasterium tñ non cogitur redire, extra de conuerconiuga. quidam, extra eod. tit. placet. sed contradicit extra eo. tit. ex parte vbi compellitur redire ad monasterium. Sed dic q̄ ibi vxor dederat licentiam, & ipse solēniter professus erat, vel ibi verbum, compellas nō extendit nisi ad verbum dimittat, quod post sequitur in dicto c. ex parte. est consilium. Nec obst. extra eo. ti. cō-

Item Alexander Papa II. Landulpho in Corsica.

¶Non debet extorqueri mulieris consensus ad continentiam Deo vouendam. C. II.

NOtificasti te morte tenus infirmatum, & peccatorum tuorum recordatione, & terrore valde pauefactum, anxie quæsiisse monachum fieri, & à tua vxore minis[b], & terroribus eam occidendi, ad hoc licentiam[b] extorsisse, & sic te monasticam † vestem sine abbate [c] sumpsisse, & monasterium petisse: postea vero, cum sanus factus esses, tuæ vxoris reclamationibus, eiulationibus, & planctibus, tuæque familię dispersionibus deuictus [a], vtpote penitēs, domum remeasse, & post multos dies quorundam sapientum consilio ad iam dictæ mulieris cubile redijsse. Nunc aūt, si tibi tua vxore vti liceat, nostrum requiris consilium. Si ita deniq; est, vt tuus nuncius narrat: non videtur nobis rationabiliter, neq; sana mente id factum, quoniam, cum omni [d] homini ad monasticam tendenti vitam legaliter, sancte, & iuste sit peragendum; tu contra leges minaciter, & violēter à tua vxore, parum terrore mortis, partim tuæ infirmitatis dolorib. exinanitus, deuia secutus, nulla, vt dicitur, licentia accepta recessisti, & monasterium petisti. Nō enim violentia, sed ex pari voluntate, & cōsensu (sicut sancti patres dicunt) hoc fieri debet: neque vir β monasteriū exigere; aut professa continentia habitum cum festinatione [e] debet mutare.

Iuo par. 8. c. 218. Pann. l. 6. c. 85.

al. monachicam

a ¶ Deuictus.) *Iuo habet*, vtpote penitens deuictus: *Pannormia*, vtpote penitus deuictus domum remeasse.

β ¶ Neque vir.) *Apud Iuonem, & in Pannormia legitur*: neque vir in monasterium recipiendus est, nisi vxor illius femine um monasterium elegerit; aut professa continentiam habitum cum festinatione mutauerit. *Sed mutatum non est. quoniam glossa videtur magis conuenire lectioni Gratiani.*

Item ex concilio apud Compendium.

¶Vir potest abnuere vota continentiæ, quæ sine eius consensu Deo vxor obtulerit. C. III.

MVlier, si sine licentia † viri sui, velū in caput miseritsi viro placuerit [f], recipiet eam iterum ad coniugiū. [g]

Capit. l. 5. c. 16.

Bruch. l. 9. c. 47. Iuo p. 8. c. 185. & p. 9. c. 124. Et Beda 1. Cor. 7.

† comitis capit.

Item Augustinus ad Ecditiam, epist. 199.

posset, & videtur ex hoc c. quod possit 7. ea. vna.

f MVlier placuerit.] In optione ergo viri ponit si velit eam reuocare sicut in optione ēlati est, an velit rem vacante sede alienatam à capitulo repetere, vel ptium retinere 12. q. 2. si qua de reb. vtrum aūt vir teneat ea reuocare, vel pariter conuerti, vel continentiam vouere dictum est 27. q. 2. Agathosa. nam si voluit eam reuocare, episopus dēt eam sua auctoritate extrahere ar. extra de conuer. coniug. c. 1. nam bonus iudex debet talia corrigere, extra de offi. ord. c. 1. ff. de offic. præsi. præses.

g ¶ Cōiugium.] sed pone q̄ mulier sine licentia viri intret religionem, immo viro contradicente, post uir consentit, sed ipsa contradicit. nunquid pōt ipsa exire? Vide-

Videtur q̄ non: quia vltimus consensus confirmat præcedentes ff. de ser. rusti. præd. p fundum, arg. 7tra ff. eō. Maritus vf. prædio. receptum, vbi dicitur q̄ prior consensus debet quousque pōt durare. Quidam dicūt, q̄ exire potest, sed cōtra eos est vxor sua extra de eo qui dux. in ma. c. 1. per quod dico, q̄ exire nec ei⁹ dicendum religionē est.

Iuo cap. 8. c. 136. Pan. l. 6. c. 80.

† al. constantissime.

¶Non potest vir continentiæ vota rescindere, quæ eius assensu mulier Deo promisit. C. IIII.

QVod Deo pari consensu ambo voueratis, perseueranter vsq; in finem [a] reddere ambo debuistis. A quo proposito si lapsus est ille. tu saltem instantissime † [b] perseuera [c]. Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ip se consenserat. Nam si nunquam tenuisse eius assensum, numerus [d] te nullus defendisset annorum *& post pauca.*

¶ Non quia pariter temperabatis à commistione carnis. ideo tuus maritus esse desiterat; immo vero tanto sanctius inter vos coniuges manebatis, quanto sanctiora [e] cōrditer placita seruabatis. Nihil ergo de tua veste, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut rebus vllis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti. *& infra.* ¶ Est quidam pro modulo personæ habitus matronalis à viduali veste distinctus; qui potest fidelibus coniugatis salua religionis obseruantia conuenire. Hunc [f] te mari tus si deponere noluit, ne te *a* velut viduam illo viuente iactares; puto, quia non fuerat in hac re vsque ad dissensionis scandalum perducendus magis [g] inobedientiæ malo, quàm illius † abstinentiæ bono. Quid est enim absurdius, quàm mulierem de humili veste viro superbire; cui tetius expediret obtemperare candidis moribus, quàm in nigellis vestibus repugnare? quia, & si te indumētum monachę delectabat; etiam hoc gratius posset, marito obseruato, exoratoque sumi, quàm illo inconsulto, contemptoque præsumi. Quòd, si omnino non sineret; quid tuo proposito deperiret? Absit, vt hinc displiceres Deo; quòd coniuge tuo nondum defuncto non indueris, sicut Anna [h], sed sicut Susanna [i].

Luc. 12. Dan. 13.

a Ne te.] *In vulgatis erat*, Ne te puta uelut uiduam iactare. *Emendatum est ex aliquot vetustis originalibus, & Beda, & alijs collectoribus, itemque alia multa.*

Beda ibidem, & glossa ordinaria. Sent. 4. dist. 32. Polyc. l. 6. tit. 4.

Idem in eadem epistola.

¶Continentiæ meritum habet, qui pro incontinentia vxoris debitum sibi reddere cogitur. C. V.

SEcundum.

non potest. Sed vsque quo habebit maritus licētiā revocandi eam? Dicunt quidam, quòd intra annum & diem, arg. 20. q. 2. puella. Baz. dicebat quòd intra triennium, 17. q. 2. si quis incognitus. Alij dicunt q̄ tunc potest reuocare cum primo copiam habuit, postnō sufficiens. 1. q. 1. constat. Ego dico q̄ quandocunque potest, vt in fra. c. proximo 2.

Vxor duplicem seruitutem viro debet.

QVòd Deo pari consensu.] CASVS. Ecditia cū viro suo in domo propria perpetuæ continentiæ vōtū emisit. vñ duplex inter eos emersit dissensio. Prima, quia ille per incontinentiā uotum uolebat violare. Secunda, quia illa econtra tanquā soluta sub uestę uiduali & nigra de rebus suis disponebat. De prima præcepit Ecditiæ q̄ quamuis uir peccauerit, illa tamen in uoto continentiæ perseueret. De secunda præcepit, q̄ tā de uestę quàm de rebus dotalibus se regat ar

Eleemosynam an possit fieri p vxorem sine licētia uiri.

ciuili est pœnes maritū, C. de rei uen. doce. & de his intelligas hoc ea. Vel si uis intelligere de parafernalibus, consilium est hic: nam cui commisit corpus, honestū est ut res committat, C. de pac. cōnu. hac lege, & extra de dote post diuor. c. ult. Sed quæro cum isti uotum emiserūt, quare uestes mutare nō ptē? Ad hoc dicas q̄ uir duplicem hēt seruitutem in uxore, unā quoad debitū reddendū, aliā quoad ministerium sibi exhibēdū uñ licet unam relaxauerit, non tñ alia. ff. de seruit. urb. præd. si domus, & extra de conuer. coniug. quidam.

f Hunc.] Videtur, quòd vxor nō possit facere eleemosynam sine licentia viri: sed istud intelligas de rebus dotali bus, nam dominium rerum dotalium est pœnes mulierem de iure naturali, de iure

g Magis.] q. d. cum perduxisti eum ad scādalum dissensionis potius malum fecisti uiro non obediendo, quàm bonum feceris abstinendo.

h Anna.] Id est, uidua.

i Susanna.] Id est, uidua.

SEcundum uerba.] CASVS, Primo probat Aug. q̄ uir

vir sine consensu vxoris continere non pōt, immo teneē ei reddere debitum, & si non exigat. Secundo dicit ꝙ ille qui nubit, quia aliter cōtinere nō potest, tā quā nō nubens & securus expectat diē iudicij, sicut ille qui vēdit, &c. & sicut ille qui emit, &c. [Ad vtrūq; quisqs supple, sicut.

[Non præsumit, superbiendo, & in eis ipsem ponendo, & tā guntur hi tria verba Apostoli dicentis: Qui habent vxores, sint tanquam non habentes: & qui vendunt, sint tanquam non vendētes: & qui emuot. sint tāquam non ementes.

a ¶ Secundū verba.] in quib. dicitur de debito reddendo.

b ¶ Imputaret.] Ar, ꝙ pro completo habetur quod per volē tem agere non stat. ne fiat, s. prox. causa q. 5. proposito.

c ¶ Quisquis.] Tagit illa tria verba Apostoli: qui habēt vxores sint tanquam nō habentes: & qui vendunt, sint tanquam non vendētes: & qui emunt, sint tanquam non ementes, dist. 31. lex continentiæ.

d ¶ Non faceret.] Scilicet non faciendo eleemosynam.

e ¶ Quia transiet.] Id est, transitorium est.

f ¶ Præsumit.] Superbiendo cum eis.

g Securus.] Hæc clausula repetit cum qualibet præcedēti ab illo loco, quisquis, &c.

VNa sola.] CASVS. Quidam, sine licentia vxoris continentiam vouerat: quærebatur vtrum teneretur eam seruare. Et respōdet ꝙ non, quia talia fieri debent de communi consensu viri & vxoris: vnde talis promissio magis est corrigenda, quàm adimplenda.

h ¶ Corrigenda.] Simile su. 22. q. 4. definitio. Et est hic arg. ꝙ h alter sine licētia alterius intret religionem, ꝙ sua auctoritate potest exire i.

i ¶ Ex alieno.] Hoc verū est, si eo animo vouit, vt auferat illi cuius est: aliàs licitum est alicui rem alienā legare: vt iusti. de leg. §. non solum. licet secus sit secūdum canones, vt extra de testa. c. filius.

ADDITIO. Secundum T. Sed Vin. & Bene. aliter videntur intelligere, vt ibi no. in gl. cum quis, secundū Gof.

TVne saluabitur.] Hæc est secunda pars q. in qua probat, ꝙ debemus esse virgines, s. mente & corpore si possumus, aliàs mente, sine qua nullus saluabitur. Ioan. de Fan.

CASVS. In hoc c. tria continētur c. in quibus tractatur tam de virginitate mentis, quam carnis. In primo dī quòd tunc saluabitur mulier, & suam virginitatem bene seruat, si ideo nubat vt filios pariat ad iustitiam, & saluenē In secundo c. quod incipit ibi, hoc solum. dī quòd sicut sola virginitas sine bonis operibus non proficit, vel sufficit ad salutem, sic alia opera absq; virginitate, mentis continentia & castitate sunt imperfecta. In tertio c. quod incipit, qui sitit, multipliciter cōdemnat virginitatē carnis, & eam pfert bono nuptiarum, quia plus amat virgines Christus, quia spōte triuunt

verba [a] Apostolica, etiam si se vir continere voluisset, & tu noluisses; debitum tibi reddere cogeretur, & illi Deus imputaret [b] † ad continentiam; si non suæ, sed tuæ cederet infirmitati, ne in adulterium caderes. ¶ Quisquis [c] igitur compatiens infirmitati vxoris reddit, non exigit debitum; aut si propter propriam infirmitatem ducit vxorem, plangens potius, quia sine vxore esse nō potuit, quàm gaudens, quia duxit; quisquis vendit, quod nouit, quia, etsi maneret, beatum non faceret [d]; quisquis, quod emit; nouit quia transiet [e], & de his non præsumit, & facit ex eo, ꝙ habet, misericordiam cum non habentibus, securus [g] expectat † diem nouissimum.

† al. imputaret continentiam.

Aug in p. 147.

al. expecta.

¶ *Caput hoc, quod eodem modo habetur in Polycarpo, confectum est ex duobus B. Augustini indicatis locis, verbis nonnullis partim omissis, partim mutatis, salua tamen sententia.*

Item ad Armentarium, & Riparium, & Paulinam, epistola 45.

¶ Vota continentiæ sine vxoris consensu reddi non possunt. C. VI.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 134.

VNa sola causa esse posset, qua te id, quod vouisti, non solum nō hortaremur, verum etiam prohiberemus implere: si forte tua coniunx hoc tecum suscipere animi, seu carnis infirmitate recusaret. Nam & vouenda talia nō sunt à coniugatis; nisi ex consensu, & voluntate communi; & si præponere factum fuerit; magis est corrigenda [h] temeritas, quàm persoluēda promissio. Neque, enim Deus exigit si quis ex alieno [i] aliquid vouerit, sed potius vsurpare vetat alienum.

Item Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum.

¶ Absquæ cæteris operibus nec sola virginitas saluat, nec cętera absque virginitate proficiunt. C. VII.

[2] TVnc saluabitur [k] mulier; si illos genuerit filios, qui

i De hoc no. su. ea. c. 2. in gl. fi.

Ioan. 13. Matth. 19. Matth. 19.

buunt quod eis non fuerat imperatum: vnde dicit, nō expedit homini nubere, &c. Et no. ꝙ hoc totum ꝙ licuit legi sub vno c. posses tñ legere sub trib. vt facit H. [Saluabitur.] nō negat Apostolus, quin aliàs possit saluari, sed hoc dicit, quia sic saluari meretur, & sunt verba Hiero. exponentis illud Apostoli ad Thimotheū s. saluabitur mulier per filiorum generationem: si permanserint in fide, dilectione, & sanctificatione, quod intelligitur quantum in ea est. [Radicis,] radix filiorum est mater. [damnum radicis,] id est, corruptionem suæ carnis. finis ibi, vbi dicit, [si castrati.] & duæ præcedentes in primo c. ibi, [qui virgines permanserit,] & in secundo c. [absque virginitate,] intelliguntur de virginitate mentis, quæ præcipi potest, & necessaria est quia sine ea nemo saluatur. Principium vero illius c. [qui sitit.] de virginitate carnis intelligatur quæ non potest præcipi ante votum, sed tantum persuaderi. sequens c. patet.

K ¶ Tunc saluabitur.] Exponit Hieronymus illud Apostoli ad Timotheum: Saluabitur mulier per filiorum generationem. si permanserint in fide & dilectione & sanctitate.

K ¶ Saluabitur.] Id est, merebitur saluari.

a ¶ Vir-

a ¶ Virgines.] Id est, integri in fide.

b ¶ Si quod ipsa.] Scilicet virginitatem corporis. & est simplex relatio.

c ¶ Radicis.] Scilicet sui ipsius.

d ¶ Cariem.] Id est, corruptionem suæ carnis.

e ¶ Com-

virgines [a] permansuri sunt, si quod ipsa [b] perdidit, acquirat, in liberis, & damnum radicis, [c] & cariem [d] flore compensēt, [e] & pomis. [f]

Idem ibidem.

C. VIII.

HOc solum nunc dico, quòd quomodo absque cæteris operibus virginitas [g] sola nō saluat, sic oīa opera absq; virginitate, [h] puritate, continentia, castitate [i] imperfecta [k] sunt.

Idem ibidem.

C. IX.

Io. 7. Matth. 19. Matth. 19.

QVi sitit, [l] ueniat, & bibat, qui potest capere, capiat.] Nō dicit, uelitis nolitis, [m] bibendum uobis est, atque currēdum, sed qui uoluerit, qui potuerit currere, atque potare; ille uincet, ille satiabitur. Et ideo plus amat uirgines Christus quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum: [n] maiorisque [o] gratiæ est offerre quod non debeas, quam reddere quod exigaris, Apostoli uxoris onera contemplati: [Si talis est, inquiunt, causa hominis cum uxore, non expedit [p] nubere.] Quorum Dominus sententiam probas, recte quidem sentitis, ait, quòd non expediat homini ad cælestia regna tendenti accipere uxorem, sed difficilis res est, & non omnes capiūt uerbum istud, uerum quibus datum est. Alios eunuchos natura facit, alios uis hominum, mihi illi eunuchi placent, quos castrauit non necessitas, sed uoluntas, libenter illos in meos sinus recipio, qui se castrauerunt propter regna cœlorum, & ob mei cultum noluerunt [q] esse, quod nati sunt. Simulque tractanda sententia; [qui se, inquit, castrauerunt propter regna cœlorum. [r]] Si castrati [s] mercedem habent regni cœlorum; ergo qui se non castrauerunt, locum non possunt accipere castratorum.

Finis [t] huius auctoritatis, & duæ [u] præcedentes de uirginitatis [x] affectu intelliguntur, qui non in uoluntate solū, sed in necessitate est, principium [y] uero de effectu intelligitur, qui non in necessitate, & ante uotum, sed in uoluntate est, nec exigitur, nisi repromittatur.

Item ex concilio Rhemensi.

¶ Non licet illi ducere uxorem, qui suam uelare † permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur. [z]

† al. uela

Item Augustinus in quæstionibus Numerorum, q. 59.

1 QVi sitit.] Verba ponit hic Euangelii, & loquitur desiti continentiæ.

m ¶ Nolitis.] Arg. ad ea quæ perfectionis sunt, neminem esse cogendum, sed persuadendum. nam talia consilii sunt, & non præcepti argum. 51. quæstio. 1. aliud, & 32. q. 1. integritas.

n ¶ Imperatum.] Sup. proxi. tt. q. 1. integritas. quantum ad corporalem, sed de mentali præceptum est.

o ¶ Maiorisque.] Sic 28. quæst. 1. iam nunc, nam nemo in necessitate liberalis existit, ff. de adim. le. item legatam.

p ¶ Expedit.] supr. 28. q. 1. sic enim, contra, sed uerum est, ꝙ non expedit propter onera matrimonii, ut su. proxi. q 7. omnes sed expedit propter fornicationem uitandam, 32. q. 2. c. sicut, §. his ita.

q ¶ Noluerunt.] Id est noluerunt exercere id ad quod nati, sunt, scilicet uti copula carnali. Et ita secundum hoc est argu. pro carnali copula, quòd nullus est naturaliter frigidus supra ead. q. 1. requisisti. alia littera habet, uoluerunt esse quod nati sunt, id est, uirgines

r ¶ Cœlorum.] Supple inquit, recipiant mercedem in regno cœlorum.

s ¶ Si castrati.] Argu. quod de uno conceditur, & c. ut sup. disti. 45. disciplina. 23 q. 4. forte. Alibi dicitur, quod de uno negatur, de alio conceditur, ut 25 disti qualis.

t ¶ Finis.] Quia præmissa ca. scilicet tunc saluabitur, & ca. hoc solum, & c. qui sitit. æquoce utūtur hoc nomine uirginitas, quādoque prouirginitate mentis, quandoque carnis, ideo determinat ubi sic uel sic accipiatur.

u ¶ Et duæ.] Scilicet tunc saluabitur, & alia scilicet hoc solū,

ibi, asque uirginitate.

x ¶ De uirginitatis affectu. Id est, quæ in mente est.

y ¶ Principium.] Scilicet illius ca. qui sitit ueniat, &c.

Q Vi uxorem.] Hæc est tertia pars q secundum Io. de Fan.

z ¶ Conuertatur.] Intrando monasterium, si iuuenis est. Vel si senex est, contineat in seculo, extra de cōuer.

Perfectis nō est præcepti.

Liberalis in necessitate est nemo.

Frigidus naturaliter nullus est.

Virginitas æquiuocatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

coniug cum sis. Et hic dicit Hug ꝙ eo ipso, ꝙ dat uxori licentiam, intelligitur vouere ꝙ r. si non exprimat, compellendus est ire ad religionem, vt not. sup. 27 q. 2. Agathosa & sufficit tacita licentia, scilicet permittere, vt hic, & ar. extra de conuer. coniug. consuluit. Alii dicunt, ꝙ qui dat licentiam, nisi expresse uoueat continere, non tenetur, nec monasterium ingredi, immo eam reuocare potest de monasterio. extra de conuer. coniug. c. r. & quod dicit hic similiter conuertatur, dicunt nisi malit eam reuocare, sicut enim secundum istos expressus consensus exigitur in contrahendo, ita in separando matrimonio, argu. extra de reg. iur. omnis res. Alii distingunt, ꝙ si mulier sciuit ius, quæ dedit uiro licentiam, tunc etiam intelligitur uouere, secus si ignorauit.

Maritus p mittes uxorẽ uelari, an teneatur cõtinere.

1 Et uotũ solẽnizare ar. sup. 32. diff. seriatim, vbi de hoc Arch.

¶Vota abstinentiæ, quæ mulier permittente uiro promiserit, illo prohibente seruare non cogitur. C. XI.

4 MAnifestum est ita uoluisse legem, fœminam esse sub uiro, ut nulla uota [a] eius, quæ abstinentiæ causa uouerit, reddantur ab ea, nisi auctor [b] uir fuerit permittendo. Nam cũ ad peccatum eiusdem uiri pertinere uoluerit, si prius permiserit, & postea prohibuerit, etiam hic tamen non dixit, ut faciat mulier, quod uouerat, quia permissa [c] iam a uiro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuit, quod prius concesserat: non tamen mulieri [d] uel ex hoc permissum dedit, ut quod † prius uir ei concesserat, postea si prohibuerit, contemnatur.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 92. Pann. l. 7. c. 48.

† al. cum † al. condemnetur.

Ex præmissis auctoritatibus apparet, quod continentię uota nec mulier sine cõsensu uiri, nec uir sine cõsensu mulieris Deo reddere potest. Si autem cõsensu alterius eorũ ab altero promissa fuerit; & si postmodũ in irritõ deducere uoluerit, qui permisit, nõ tamen ualet: quia in debito cõiugij æque mulier habet potestatem uiri, sicut & uir mulieris atq. ideo, si quilibet corũ alterum a suo iure absoluerit, ad præteritã seruitutem ipsum reuocare non poterit: quia uero in ceteris uir est caput mulieris, & mulier corpus uiri, ita uota abstinentiæ uiro permittente mulier põt ꝓmittere, ut tamen eodem ꝓhibente repromissa non ualeat adimplere: & hoc, ut diximus propter conditionem seruitutis, quia uiro in omnibus debet subesse.

Vnde Augustinus in libro quæstionũ Geneseos. q. 153.

¶ Mulieres uiris suis debent subesse. C. XII.

& glossa ord. Gen. 46. & Beda ad Colos. 3.

ESt ordo naturalis [c] in hominibus, ut seruiant [f] fœminæ uiris, filij parentibus, quia nulla [a] iustitia est, ut maior [g] seruiat minori.

Iuo p. 8. c. 94. Pann. l. 7. c. 43.

a ¶ Quia nulla] *In Pãnormia reliqua habentur, ut apud Gratianũ.*

Coniuges quãtũ ad uotũ abstinentiæ non sunt pares.

2 Ad idẽ facit hoc c. manifestũ. & inf. ea. c. hæc imago, & c. noluit. Arch.

b ¶ Nisi auctor.] Mulier ergo non potest facere uotum abstinentię sine uoluntate uiri. Sed nunquid uir potest abstinere sine uxoris consensu? sic 2. inf. ea. cum caput. licet ergo coniuges sint pares quantũ ad uotũ continentiæ, non tñ quãtũ ad uotũ abstinẽtiæ, & hoc intelligo de quolibet uoto, in quo nõ fit uxori præiudiciũ quo ad carnale debitũ, quãtus in illo uoto, oriatur scandalũ mulieri, ut in hoc sit differẽtia inter uirũ & mulierẽ. Similiter & de muliere dici põt, ꝙ uouere possit: dummodo per illud votũ mulieris nõ fiat uiro præiudiciũ, uel si non oriat scãdalum uiro ex illo uoto, ut si uouet tacere in camisia cũ eo, uel singulis noctibus ire ad matutinas, vnde de tali uoto itelligo istud c. alias tenetur mulier illud adimplere ẽt uiro inuito, vt si vouet ꝙ daret denariũ amore Dei, uel aliquid tale. hoc dicit H. canõ tñ iste indistincte loquitur. Itẽ videtur, ꝙ mulier ista peccet: q3 magis obediẽdũ est Deo quam homini, nã scriptũ est, Vouete & reddite &c. 17. q. 1. in prin. Sed dic ꝙ mulier ista nõ obedit uero cõtra dñm: quia dãs hoc vult, c. noluit, eo autẽ ipso quod hic uiro conceditur reuocare uotũ abstinẽtiæ, ꝓhibetur de uoto cõtinẽtiæ. immo nec hoc uiro conceditur reuocare uotum abstinentiæ,

EX PRÆMISSIS. CASVS. Infert Grat. ex supradictis, ꝙ uotum continentiæ facere non potest uir sine consensu uxoris, uel econuerso: & si factũ fuerit de consensu utriusque, reuocari non poterit. Si uero uxor de consensu uiri uotum abstinentiæ fecerit, uir tamen illud potest postea reuocare, quia mulier debet uiro suo subesse in omnibus, & ad hoc inducit sequentia cap quorum primum patet.

e ESt ordo naturalis.] Id est, a natiuitate & ortu ꝙ ratio est, quæ in uelamine corporis eius perpenditur, ut infra, ea mulier.

f ¶ Vt seruiant.] Hoc adeo uerũ est, ꝙ patronus cõsentiendo libertæ ut contrahat, amittit in ea operas cũ in officio uiri debeat esse, ut ff. de ope. lib sicut patronus.

g ¶ Maior.] Dignitate, scilicet filius, seruiat minori, scilicet patri, qui nõ est in dignitate, interdũ maior ętate seruiat minori de præcepto domini, ut Esau Iacob. Et quod dicit hic, nulla iustitia est, & c. uerũ est secundum uetus testamentũ, sed secundũ nouũ, qui maior est, sit sicut minister, &c. 93. d. si diaconi. sed melior litera est, hæc iustitia est, ut minor seruiat maiori.

Hæc

HÆc imago.] CASVS. Probat hic Augustinus triplici rõne, ꝙ uxor debet esse viro subiecta. Prima: quia vir ad imaginẽ Dei formatus est, & non mulier: & vicarius eius est: quia vnius Dei hẽt imaginẽ. Secunda, quia in signũ subiectionis mulier hẽt caput uela.

nisi quòd corrupte in ea legitur, maiori seruiat minor. *Sed in originali, a quo non longe discedit Iuo*, quia & illic iustitia est hæc, vt infirmior ratio seruiat fortiori. *ob gloſſam autem non est emendatum.*

Idem in quæstionibus ueteris & noui testamenti ex utroque mixtim, c. 106.

¶Vir est caput mulieris. Cap. XIII.

Iuo p. 8. c. 95. Pann. l. 7. c. 43.

HAec imago [a] Dei est in homine, [b] vt vnus [c] factus sit [α] quasi dominus, ex quo cæteri orientur, habens imperium Dei, quasi vicarius eius: quia omnis rex Dei habet imaginem: [β] ideoque mulier non est facta ad imaginem Dei. Sic etenim dicit, & fecit Deus hominem: ad imaginem [d] Dei fecit illum.] Hinc est, vnde Apostolus, [vir quidem, ait, non debet velare caput suum, quia imago, [e] & gloria Dei est; mulier [f] autem ideo valet, quia non est gloria, aut imago Dei.

Gen. 1. Sap. 2.

1. Cor. 11.

α ¶ Factus sit.] *Quę sequuntur emendata sunt partim ex vetustis, partim ex ipso originali, & Iuone. In vulgatis enim Gratiani recentioribus*, factus sit homo, ex quo cæteri oriantur habens imperium Dei, quasi vicarius Dei, quia vnius Dei habet vir hominem.

β ¶Imaginem.] *Sequebatur*, & similitudinem, *quæ sunt expuncta, quia neque apud Augustinum neque in vulgata græca, neque in latina vetustiore, neque apud cæteros collectores habentur. Pulchre vero de hac re disputat Basilius in hunc Geneseos locum, & Oregines Periarchon lib. 3. cap. 6.*

& glossa ordi. ad c. 2. Deute.

Item lib. 5. quæstionum super Deuteronomium, q. 33.

Cap. XIIII.

Iuo p. 8. c. 96. Pann. l. 7. c. 45.

† Adde. Ea pœna punitę mulier adultera. Arch. in l. Alex. in l. ea lex, & ibi Bartol. & Bal. & Rhodie. de adul.

SAtis hinc apparet, quemadmodum subditas fœminas viris, & pœne famulas [g] lex esse voluerit uxores: quòd dicens aduersus uxorem vir testimonium, [h] vnde lapidaretur [i] † illa, si hoc verum esse demonstraretur, [k] ipse tamen non vicissim lapidaretur, si hoc falsum esse constiterit: sed tantummodo castigatur, [l] & damnificatur, eique perpetuo iubetur adhærere; qua carere voluerat. In alijs autem causis eum, qui testimonio [m] falso cuiquam nocuerit, quod si probaretur, ius † sit occidi, eadem ♈ plecti iubetur † pœna, qua fuerat, si verum esset, iste ♉ plectendus.

† al. iusſit † al. iubet

♈ ¶Eadem.] *Eodem fere modo apud Iuonem, & in Pannormia. In originali vero*, eademque pœna plecti iubet.

♉ ¶Iste.] *Sic est emendatum ex aliquot manuscriptis, & originali, & Iuone.*

Item Hieronymus super epistolam ad Titum, in c. 2.

Oĩa processerunt ab Adam

1 Ad hoc dĩ tam de fœmina, q̃ de viro ẽm Hu.

Vir vtrũ puniebat talionem in veteri lege.

Mulieris violatio per quid cognoscitur.

velatũ, & nõ vir: qa imago est & gloria Dei. Tertia est, qa vir sine metu talionis, secũdũ legẽ poterat mulierẽ adulterio accusare, & nõ econuerso: secus in alijs casibus [ideoque,] Id est, quia fœmina nõ habet hoc. a ¶Hæc imago.] Id est, in hoc dicitur habere similitudinem Dei.

Filius qñ dicit matri pater.

rem nõ punitur uir pœna talionis, quia iam alia via consequeretur, id quod optauit, quod esse non debet. ff. pro socio, idemque ff. de condi. insti. quæ sub condi tione. § si quis.

l ¶Castigatur.] Id est, verberatur.

m ¶Testimonio falso.] Id est, accusatione calũniosa.

Testis nõ est talionẽ puniẽdus.

hoc ideo ita expone: nam testis nõ obligatur ad talionem, sed alio modo punitur a iudice, si varie respondet, vt C. de testi. nullum. Hug. tamen dicit, quòd sic. 3. quæst. 9. nihilo minus. maxime secundum veterem legem. argum. extra de cri. fal. cap. falsus. De hoc dictum e. 2. quæst. 3. in summa.

mis. § tria. ff ad Velleia. l 2.

g ¶ Nec docere.] In ecclesia masculos sup. dist. 23. mulier. de consec. dist. 4. mulier.

h ¶ Nec testis.] In causa criminali, nisi in illis casibus, in quibus infames admittuntur, nec in testamẽto instituendo. de testa.

Cap. XV.

CVm caput mulieris vir sit, caput autem uiri Christus; quæcumque vxor non subijcitur viro suo, hoc est capiti suo; eiusdem criminis [a] rea est, cuius & vir, si non subijciatur Christo capiti suo. Verbum autem Domini blasphematur, [b] vel dum contemnitur Dei prima sententia, & pro nihilo ducitur, vel cum Christi infamatur Euangelium, dum contra legem, fidemque naturæ ea, quæ Christiana est, & ex Dei lege [c] subiecta, viro imperare desiderat: cum etiam gentiles fœminæ viris suis seruiant communi lege naturæ.

Iuo p. 8. c. 97. Pann. l. 7. c. 46.

Item Augustinus in quæstionibus Numerorum, q. 59.

& glossa. ordi. ad c. 30. Num.

¶Arbitrium viri mulierem sequi oportet in omnibus.

Cap. XVI.

NOluit itaque lex mulierem aliquid vouere Deo aduersus animam suam, ut non in aliqua [α] rerum licitarum, atque concessarum abstinentia in eisdem votis fœminæ ualeat auctoritas, sed virilis. Ita, & si adhuc innuptæ, iam concesserat [d] pater vota persoluere; si antequam persoluerit, nupserit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, non persoluat, & sit omnino sine peccato: quia mundauit eam, sicut dicit, id est, mundam iudicauit. Neque hoc contra Deum [e] fieri putandum est, cum ipse Deus hoc præceperit, hoc voluerit.

Iuo p. 8. c. 98. Pann. l. 7. c. 47.

α ¶ Vt non in aliqua.] *Sic in Pannormia Apud Iuonem vero,* vt in aliquarum rerum, *in glossa ordinaria*, Idest in rerum. *Sed totus hic locus longe melius habet in originali*: fœminam sub patre, antequam nubat, & iub viro nuptam voluit lex vouere ita aliquid Deo aduersus animam suam, id est in aliquarum rerum licitarum, atque concessarum abstinentia, ut in eisdem vouis fœminea non prænalcat auctoritas, sed virilis.

Item in libro quæstionum ueteris testamenti, q. 45.

¶Nulla est mulieris potestas: sed in omnibus, viri dominio subiecta est. Cap. XVII.

Iuo p. 8. c. 85. Pann. l. 7 c. 49.

MVlierem constat subiectam dominio viri esse, & nullam auctoritatem [f] habere nec docere [g] enim potest, nec testis [h] esse, neq; fidem [i] dare, † nec iudicare: [k] quanto magis non potest imperare?

† *al dicere*

¶ *Restitutum est hoc caput B. Augustino, & ex eo nonnulla addita. Nam antea citabatur ex B. Ambrosio.*

Lib. 5. in Gen. cap. 7.

Itẽ Ambrosius in Hexameron in tractat. diei quartæ.

Monachus plus subest abbati q̃ vxor viro. Officia virilia sunt mulieribus indicta.

Sequentia duo capitu. plana sunt per se.

d ¶ Concesserat.] Arg. q̃ abbas possit reuocare uotũ monachi, quod etiam emisit ante monachatum. arg. 20. q. 4. monacho. plus n. est monachus sub abbate, q̃ vxor sub viro, vt 12. q. 1 non dicatis.

e ¶ Contra Deum.] Si. sup. 14 q. 5 dixit supra 22. q. 1. si peccatum sup. 23. q. 4. qui peccat sup. dist 26 deinde.

f ¶ Mulierem.] ¶ Auctoritatem.] Virilia enim officia mulieribus sunt adempta. 3 quæst 7. c. infa

Vir non põt esse curator uxoris.

a ¶ Dam.] ¶ Gubernatorẽ.] Per hoc videtur, q̃ vir potius dẽt esse curator vxoris q̃ extraneus: negat lex C qui dari tuto possl. 2.

Mulier C. XVIII.

Iuo p. 8. c. 91. Pann. l. 7. c. 50.

ADam per Euam deceptus est, non Eua per Adam. Quem uocauit ad culpam mulier, iustum est, ut eum gubernatorem [α a] assumat, ne iterum fœminea facilitate labatur.

α ¶ Gubernatorem.] *Antea legebatur*, ut eam in gubernationem assumat. *Emendatum est ex B. Ambrosio. Glossa enim optime conuenit uoci*, gubernatorem.

Item super primam epistolam ad Corinthios in c. 2.

C. XIX.

Iuo p. 8. c. 92. Pann. l. 7. c. 51.

MVlier debet uelare caput quia non est imago Dei. Sed ut ostendatur [b] subiecta, & quia præuaricatio per illam in choata est; hoc signi debet habere, ut in ecclesia propter reuerentiam [c] episcopalem non habeat caput liberum, sed uelami ne rectum, nec habeat potestatem loquendi, quia episcopus [d] personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicem, sic ante episcopum, quia uicarius Domini est, propter peccatum originale [β e] subiecta debet uideri.

β ¶ Propter peccatum originale.] *Apud B. Ambrosium & Iuonem legitur*, propter reatus originem. *In Panormia uero*, propter reatũ originalem. *Sed ob glossam non est mutatum, reliqua uero sunt emendata.*

Item in libro de Paradiso, c. 20.

C. XX.

5 NEc illud otiosum, [f] quòd non de eadem terra, de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adæ costa [g] facta sit mulier, ut sciremus vnam in uiro & muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani. Ideo non duo a principio facti uir & mulier, neque duo uiri, neque duæ mulieres, sed primum uir, deinde ex eo mulier. Vnam enim naturam uolens hominum constituere Deus, ab uno principio creaturæ huius incipiens, multarum, [h] & disparium [i] naturarum eripuit facultatem.

Euidentissime itaque apparet ita uirum esse caput mulieris, ut nulla uota abstinentiæ uel religiosæ conuersationis liceat sibi sine eius licentia Deo offerre: etiam si uiro permittente repromissa fuerit, non licet ei uotum opere cõplere, cum uir uoluerit reuocare permissum. Vota uero cõtinentiæ ita alterius permissu ab altero ualẽt offerri, quòd post permissionem non ualent in irritum deduci.

CAVSA XXXIIII.

Vidam uir in captiuitatem ductus est, [k] postea uxor eius audiens illum mortuum, nupsit alij, demum ille de captiuitate rediens, repetit uxorem suã, illa posterioris amore capta aspernatur thorum prioris uiri.

MVlier debet.] CASVS. In hoc cap. quinque rationes assignantur quibus probatur, quòd mulier debet uelare caput suum, scilicet quia non est imago Dei, & quia subiecta debet esse uiro suo, & quia præuaricatio est inducta per eam, & propter reuerentiam episcopi, quia uicarius est Christi. Sequentia duo capi. patent.

Mulier quare debeat caput uelare.

b ¶ Sed ut ostẽdatur.] Non solum propter hoc, sed etiam, &c.

c ¶ Propter reuerentiam.] Id est, propter reuerentiam sacerdotum, argum. 55. distl. si seruus sciente. & sicut ante iudicem dominum: ita ante uicarium eius sacerdotem, sit subiecta uiro. Vel propter reuerentiam sacerdotum, id est, ne sacerdotes in eius faciem intuentes inuitentur ad libidinem.

d ¶ Episcopus.] Idest, quilibet sacerdos. de pœn. distl. 3. inter hęc hircum 2.

e ¶ Originale.] Quod originem habuit ab ipsa quoad homines.

NEc illud.] Hæc est 5. pars q. in qua ostendit magister causam, quare fuit unum principium, unus homo. lo. de Fan.

f ¶ Otiosum est.] Idest, sine causa & mysterio factum.

g ¶ Costa.] Non de pede, ne omnino uideretur famula, nec de capite, ne uideretur domina, sed de costa ut collateralis uidere tur.

Eua quare de costa Adæ facta est.

h ¶ Multarum.] Quo ad numerũ, uel multarũ quo ad genus humanum.

i ¶ Et disparium.] Quo ad sexũ. Vel disparium quo ad speciem, & respicit ad primam creationem hominis.

K. QVidam uir in captiuitatem ductus est.] Quia in præcedenti causa dixerat matrimonium separari propter frigiditatem, & quòd uiro uiuente se parata posset alii copulari, & dubitari posset, an idem uideretur

tur, faciẽdum propter hostilem calamitatem vel captiuitatem: iõ subdit causam istã, in qua ostendit quid iuris sit si qs tenetur in captiuitate, & vxor eius interim nubat alii, ut aũt hæc, &c. Et not. ꝙ hic tractaur de illo impedimento quod dicitur ligatio, ligatio est cum quis ligatur alteri vinculo matrimonij, & quodlibet impedimẽtum matrimonii dici potest ligatio sumendo large siue communiter, non proprie, arg. 26.q.1.§ 1.

Impedimentum ligatiõis quale est.

V Traque.] Hæc quæst. diuiditur in 6. partes. In prima quarũ probat per duos canones, ꝙ mulier non debet contrahere, donec sit certa de morte coniugis. Ioan. de Fant. Secunda ibi, [Non satis.] Tertia ibi, [Si autem.] Quarta ibi,] Quod autẽ.] quinta ibi, [Hinc etiam.] sexta ibi, [De simpliciter] Ioan. de Fan.

rant quidam eum eō sanguineis suis matrimonium: quærebatur vtrum isti essent ad accusationem recipiendi, & vtrum eorum filii essent legitimi; Et respondet ꝙ non, quia huiusmodi matrimonia in lege & canone sunt prohibita, & canon talium filios non appellat legitimos, & lex tales vocat infames.

DE propinquis.] CASVS. Titius & Titia consanguinei erant, eis mortuis vxor Titii & maritus Titiæ uoluerunt contrahere; quæritur vtrum possint? Et respondetur, si in quinto gradu erant, possunt, sed si in quarto, non contrahant, si tamen contraxerint non separentur; in tertio vero gradu non contrahāt aliquo modo: consanguineas vero vxoris sicut proprias debet quis vitare.

SI quis cum] CASVS. Hoc cap habetur. sup. proxi. qō. 2. circa finem causæ.

NVllum in vtroque] CASVS. Prohibetur hic, ne quis contrahat matrimonium cum sua vel vxoris suæ consanguinea vsque ad septimum gradum.

Affinitas tm̄ p̄cārnis cōmistionē cōtrahitur. 1 Arg. cōtra sup. e. q. 1. c. vbi hoc in gl. hic est argu. ibi plene dixi, & ibi videas. ꝙ dicto hoc facit dictū Apost. dicētes, Qui adhæret meretrici vnū corpus cū ea efficit Arch.

a ¶ Nullū in vtroq.] loquit c. illud i primo genere affinitatis.

b ¶ Vnitatem.] Ergo tantum per carnis cōmistionem contrahitur affinitas inf. ea. sane. quod H dicit i. sed tamen prohibetur contrahere cum aliqua consanguinea illius, propter publicę honestatis iustitiam, vt 27. qō 2. si quis vxorem. Sed contra 4. qō. 3. ca. placuit §. item in criminali. &c. si testes §. Item lege sed ibi gener appellatur sponsus, non ꝙ teneatur sit, sed quo ad quoddam beneficium.

De Præterea quoque illud adiecimus, quoniam sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic etiam nec licet de consanguinitate vxoris suæ cōiugem ducere propter carnis vnitatem.[b]

te suscipiunt, nec repellere possunt.

Item Fabianus Papa.

¶ Affines in quinta generatione copulari possint: in quarta si fuerint inuenti, non separentur. Cap. III. Sent. 4. di. 45 c

DE propinquis, qui ad affinitatem per virum, & vxorem veniunt, defuncta vxore, vel viro, in quinta generatione coniungantur: in quarta, si inuenti fuerint, non separentur. In tertia vero propinquitate non licet vxorem alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir coniungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & vxoris suæ consanguineis post mortem suæ vxoris. sup. e. c. æqualiter. Poly l. 5 tit. 4. ex iulio.

Idem.

Cap. IIII.

QVi propinquam sanguinis vxorem ducunt, & separātur, non licebit eis, quamdiu vtrique viuunt, alias vxores sibi in coniugio sociare, [nisi ignorantia excusentur.] Fortasse ista Gratian.

Vnde in concilio apud Vermerias.

¶ Non prohibetur ducere vxorem, qui ignoranter incestum committit. Cap. V. su. 34. q. 1. & 2. si quis cum matre.

SI quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre; ille nunquam accipiat vxorem; illæ vero, si uoluerint, accipiant maritos. Si autē hoc scierint ipsæ fœminæ, absque maritis perpetuo maneant.

¶ *De capite hoc dictum est supra 34. q. 1. & 2.* Burc. l. 7. c. 14. Iuo p. 9. c. 73.

Item ex eodem.

Cap. VI.

SI homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius nesciens eandem duxerit vxorem; frater eo quod fratri crimen celauerit, septem annos a pœniteat, & post pœnitentiā nubat. Mulier autem vsque ad mortem pœniteat, & sine spe cōiugij maneat.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio apud Vermerias. S. sententia vero habetur in Triburiensi. c. 44.*

a ¶ Septem annos.] *Hæ duæ voces absunt a Burchardo, & Iuone. Apud Burchardum tamen in libro 19 c. 5. vbi sacerdos de hoc peccato interrogat panitentem, & consilium dat, hæc leguntur,* si fecisti, eo quod fratrem tuum crimen celasti, septem annos per legitimas ferias pœniteas *In Triburiensi autem,* prędura arceatur pœnitentia, & condigna castigatione.

De his uero qui ignoranter coniunguntur, cæter auctoritates intelligendæ sunt.

Vnde Iulius Papa.

¶ Ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris vsque in septimum gradum nullus ducat vxorem. Cap. VII.

NVllum in vtroque a sexu permittimus ex propinquitate sui sanguiuis, vel vxoris vsque ad septimum generis gradum vxorem ducere, vel incesti macula copulari.† Sent. 4. dist. 41. Burc. l. 17. c. 13 Iuo p. 9. c. 49. Pann. l. 7. c. 79. †*al commacu* su. 27. q. 2 *qui despōsatam.*

DE incestis cōiunctionibus.] CASVS. Quærebatur de his, qui per incestum cōtraxerūt: vtrū sine separatione possent veniā impetrare? Et respondetur, ꝙ nō: & enumerantur pſonæ cū quib. quæ contrahunt, incestuosi sunt, & cum catechumenis vsque ad satisfactio.

Caput hoc usque ad uerſ. Præterea *Burchardus, Iuo, & Pannormia nam magiſter ut Gratianus citant ex concilio Aurelianenſi, c. 10. Ac ſane in 3. Aurelianenſi impreſſo, c. 10. multa leguntur ad hanc rem pertinentia. Reliqua uero huius capitis pars in Panormia (nam cateri collectores non habent) ex eodem concilio refertur, ſed a Gra. ſupra 27. q. 2. c. qui deſponſatam, tribuitur Gregorio.*

Item ex concilio Agathensi, c. 61.

¶ Incestuosi nullo sunt digni nomine coniugij. C. VIII.

Et in Arel. 3. c. 2. in Epaunēsi c. 30. in Turonico. 2. c. 22. in cadiectis, cap. 200.

Burc. l. 7. c. 4. Iuo p. 9. c. 25. et 40.

†al. pace ſua.

†al. atq; ſub hac.

†al. inſtituta

DE incestis[a] coniunctionibus nihil prorsus venię reseruamus,[b] nisi cum adulterium[c] separatione sanauerint. Incestuosos † vero nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare funestum[d] est. ¶ Hos enim *a* censemus esse: si quis relictam fratris (quę pene prius soror exti terat) carnali coniunctione polluerit: si quis frater germanam vxorem acceperit: si quis nouercam duxerit: si quis consobrinę[e] suæ se sociauerit: si quis relictę,[f] uel filiæ auunculi misceatur, aut patrui filiæ, aut priuignę suę; aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit concubitu g polluerit, aut duxerit uxorem. Quos omnes[h] & olim, & †nunc sub hac cōstitutione incestos esse dubitamus, & inter catechumenos[i] usque ad legitimam satisfactionem manere, & orare[k] præcipimus. Quod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea, quę sunt hactenus constituta, †[l] non dissol namus. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebūt β[m] ineundi melioris coniugii libertatem.

a ¶ Hos enim] *Ita est in Agathensi, In Arelatensi autem 3. c. 2. (ubi idem repetitur) & apud Iuonem hæc coniunguntur cum superioribus, & legitur,* hos esse. *In Epaunensi c 30. (in quo idem tractatur argumentum) ductus orationis longe diuersus est. In secundo autem Turonico, c. 22. (ubi refertur caput illud concilij Epaunensis) ita scribitur:* Incestus uero, nec ullo coniugii nomine prædicandos, præter illos, quos denumerare funestum est, hoc esse censemus. *In capitularibus adiectis, c 200. sunt nonnullæ partes capitis ex epistolis Gregorij Papæ B. Bonifacio archiepiscopo Moguntino missis.*

β ¶ Habebunt] *Sic in Agathensi, & apud Iuonem. In Epaunensi legitur,* non habebunt. *Sed in Turonico, in quo citatur Epaunense,* habebunt. *Sic etiam infra q. 8. c. hæc salubriter. Ex Gregorio. In capitulari autem indicato plenius hæc sententia exponitur:* Sed quibus illicita coniunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum patrum decreta coniugio copulari prohibent, habebunt ineundi melioris cōiugii libertatem.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 4.

tionem orare debent, non cum Christianis.

a ¶ De incestis.] *sup. 3 q. 4. cōsanguineorū inf. q. 8. c. ul.*

b ¶ Reseruamus.] Scilicet, ut remaneat insimul.

1 Glo est simi. in l. inter libe ros. § Iulianus. alias est l. Iulianus, ff. ad legē Iu. Consobrini q sunt.

2 Sic etiā dicit Isid. l. 9. Etymo. capi. agnati.

Incestuosi quantū ad aliqua sunt ipso iure suspēsi.

f ¶ Aut priuignæ suę.] patrui: & secundum hoc exaudi de priuignæ ex secundis nuptiis. Vel dic, suæ, id est, propriæ.

g ¶ Concubitu.] Arg. ꝙ affinitas contrahitur per coitum fornicarium sicut per legitimum, ut inf. ea. nec.

h ¶ Quos omnes.] multi alii sunt, qui non numerantur hic.

i ¶ Et inter catechumenos.] De hac materia dicunt quidā speciale esse in incestuosis, qui non debent admitti usque ad Missam catechumenorū tantum: nam dicunt eos suspensos ipso iure quantum ad hoc, sicut simoniacus, quilibet suspēsus est quo ad diuina officia, 1. q. 1. qui studer, & capi. quibusdam, de consecrati. 1. episcopus nullum, abrogatum est, nam dicunt, quod Iudæus, sarracenus, hæreticus non præcisus bene possunt stare usque ad Missam cathecumenorum, arg. de consec. dist. 4. Iudæi, nec cōtradicit 11. quæst. 3. cum excommunicato & 1 q. 1. non liceat. nam omnia illa intelliguntur de præcisis, id est, nominatim excommunicatis, uel de illis, qui sequuntur hæresim iam damnatam.

k ¶ Et orare.] Supra distin. 25. cap. 1 contra. inf. de consec. distin. 4. eos quos; contra, sed ibi grauius fuit delictum, & ideo 3 &c.

l ¶ Constituta.] Disti. pensando, & est argu. pro opi. Hug. ꝙ scilicet, dispensatio est eius ut nota. 33. q. 2. in adolescentia, & c. interfectores.

3 Subau. ē est grauius iudicatum. 34. q. 1. nō asseram.

l ¶ Constituta.] Id est, antiquos canones.

m ¶ Habebunt.] Ante incestum de iure com muni, vel post si adolescentes sunt, uel etiam senes incontinentes ex dispensatione, 33. quæst. 2. in adolescentia.

a DE his.] ¶Vsque ad missam]Id est, usque ad sumsum corda, vel usque ad cōsecrationem corporis Christi, nam tunc catechumeni de ecclesia expelle bantur: vel vsque ad Euangelium.

b ¶ Nec cibum] Hoc fit in detestationem criminis, sicut alias aliquis tolleratur ab ecclesia, non tamen ei communicatur in cibo, vt de vxore clerici, vt 33.q.2.placuit.

NEc eam] CASVS. Prohibetur hic aliquis eam ducere in uxorem quam eius consanguineus habuerat, uel cū qua fornicatus fuerat: quia cum talibus non est matrimonium, sed incestus.

c ¶ Naturæ] Respicit illud uerbum, macula uerunt.

EXtraordinaria.] CASVS. Quidam polluerat mulierem extra membrum ad hoc deputatum, & nō cōtraxerat matrimonium cum ea, & hoc poterat constare per iuramentum, quæritū est, vtrum eius consanguineus illam ducere posset: respondetur quòd potest.

d ¶ Extraordinaria.] Id est, citra vel circa naturalia 2 & nō intra: ita quòd non attigit claustra pudoris, sed in circuitu palpitabat.

e ¶ Vel.] Id est, etiam.

f ¶ Sæpius.] Quia qua ratione non impedit prima, eadem nec secunda nec aliqua: secus autem esset forte si in non naturali mēbro tunc impediret propter enormitatem criminis, 32.q.7 adulterii, & 32. q.2.ca.hoc ipsum, §.hoc autem.

g ¶ Maritalem.] Affectum, nam si maritalis affectus intercessisset, impediret, arg. extra de sponsi. iuuenis, nō propter factū, sed propter consensum, 27.q.2.si quis uxorem.

h ¶ Sacramētis.] polluentis & pollutæ.nō enim testificatur prose, sed pro eo qui eam ducere vult. Et mirum est qd contra tam violentā præsumptionem probatio admittitur. Et ideo est contra, 32.q.1 dixit sed hoc fit in defectum probationum, C. de hær.l.pe & obtinet forte hoc cum uirgo erat, & uolebat probare per aspectū corporis, 27.q.1.nec aliqua, & quod iurat est ex superabūdanti & ad cautelā, arg. 32.q.2.in lectum. Item auditur hic criminosus testis, & turpitudinem suam allegans, immo non est testis, sed interrogat de facto suo, 4 q.3.c.si testes. § itē serui.

i ¶ Impedire.] Talis pollutio nō dēt impedire eū, qn possit ducere cōsanguineā illius: qa nec fecit sāguinis mistionē: nec carnis vnitatē. Sed quid si aliquis referaret illas feras, & nōdū processit ad cōsumationē operis? nunquid talis cōmistio carnis impedit matrimonium cū cōsanguineis illius? Dic qd nō, quia nec est ibi sāguinis cōmistio, nec carnis unitas, sup.ea nullum; &c.

ET hoc.]CASVS. Statuitur hic ne de relictis consanguineorum vxoris vsque in gradum tertium aliqua ducatur. In quarto vel quinto gradu ducta non separetur. Cap. æqualiter. patet.

SAne consanguinitas.] CASVS. Sicut mulier debet consanguineos proprii viri vitare: ita & vir consāguineas vxoris suę. cum enim vna caro sint, vtraque parentela est illis communis.

PRogeniem suam.] CASVS. Cōsanguineam suam vsque ad septimum gradū debet quis vitare, & quamdiu cognoscunt se esse affines.

In compu-

¹ Huic c. vt ꝫ infr. de conse. distinc. 1. eps nullū. Sed dic ut ibi no. supr. cap. proxi.

Id est, circa imembrum ad hoc a natura consessum. Hug.

Probatio admittitur ꝫ uiolētam præsumptionem.

¶Incestuosi vsque ad satisfactionem excommunicentur. C. IX.

DE his qui incesti †pollutione se maculant, placuit, ut quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseuerant, usque ad missam [a] tantum catechumenorū in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum [b] sume re ulli †Christianorum, sicut Apostolus iussit, licebit.† Burc.l.7.c.3. Iuo p. 8.c.29. †al.incestus. † al.ullum † al.oportet.

Item Greg. Papa ad Fœlicem Messanæ ciuitatis episcopum, libro 12.epi.31.

¶Nullus ducat in uxorem a consanguineo cognitam, uel aliqua pollutione maculatam. C. X.

NEc eam, quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, uel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere ulli profecto licet Christianorum, aut licebit: †quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis, Deo & cunctis hominibus. Incestuosos uero, nullo coniugii nomine deputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus. Iuo p.9.c.26. † Ex hac tex. infero q affinitas per illicitā cōpulam cōtrahitur. no il quo facile, § sciēdū, & §. affinis ff. de gra cogna. su.c.de incestis

Naturæ [c] uidelicet ordine, si uero extraordinarie, nō sic.

Ait enim Vrbanus Papa secundus Hugoni Gratianopolitano [a] episcopo.

[a] ¶ Gratianopolitano.] *Antea legebatur.* Vrbanus II. Gratiano Neapolitano episcopo *Emendatum est ex Polycarpo, & huius Hugoni mentio est apud Segebertum anno 1084. & apud Trittemium in Guidone S. Chartusiæ abbate.*

¶Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium. C. XI.

EXtraordinaria [d] pollutio non nisi β in naturalibus admissa, uel [e] sæpius [f] reiterata† citra maritalem [g] affectum γ si præbitis sacramentis [h] ita esse constiterit, quemadmodum nobis tuis significatum est litteris, non uidetur matrimonium impedire, [i] quamuis ipsa sit criminosa, & damnabilis. Poly.l.6.tit.10. † al.repetita

β ¶ Non nisi.] *In Polycarpo est*, nisi in naturalibus admissa.

γ ¶ Affectum.] *In eodem legitur*, effectum.

Item Iulius Papa.

¶Nullus ducat in coniugem relictam consanguineorū uxoris suæ δ usque in tertiam generationem. C. XII.

δ ¶ Vxoris suæ] *Sic emendatum est ex uetustis. Nam in vulgatis erat*, suorum.

ET hoc quoque statutum est, ut relictam patris uxoris suæ Sent. 4.dist.41. Affinitas non nascitur ex carnis cōmistione.

relictam fratris uxoris suæ, relictam filii uxoris suę nemo sibi in matrimonium sumat: relictam consanguineorum uxoris suę, usque in tertiam progeniem nemo in uxorem sumat, in quartam autem, & in quintam, si inuenti fuerint, non separentur.

Idem.

¶A consanguineis propriis, uel uxoris pariter cuique est abstinendum. Cap. XIII.

sup.ea.de propinquis. Sent.4.dist.41. Poly.l.6. tit.4. Burch.l.7.c.7. Iuo p.9.c.43.

AEqualiter uir coniungatur consanguineis propriis, & cōsanguineis uxoris suę.

Item Isidorus ex concilio Maciensi.

¶In Pannormia citatur, vt hic Hugo autem, ex concilio Maticensi, *Burchardus*, Matisconensi, Iuo Manticeno, *nulla Isidori mentione facta. In Polycarpo coniunctę ponitur cum c coniunctiones. supra eadē, quod quidem est Calixti Extat autem in concilio Cabilonēsi 2.c.29. & in Vuormaciensi est secunda pars canonis 78.*

¶In parentela propria, & coniugis eadem consanguinitas est obseruanda. Cap.

Hugo de S.Vic. de sacra.l.2.p.11. Sent. ibidem. Burc.l.7.c.8. Iuo p.9.c.44. Pann.l.7.c.69.

SAne consanguinitas, quæ in proprio uiro obseruanda est, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est. Quia enim constat eos duos esse in carne una; communis illis utraque † parentela censenda est, sicut scriptum est: [erunt duo in carne una.] † al. utrinque Gen.2.

Item Augustinus lib.22.contra Faustum, c.61.

¶Nurus non est aliter deputanda, quàm filia. Cap. XV.

In regesto B. Gre.l.12. ep.31. ad Fœlicem.

SIuir & uxor non iam duo, sed una caro sunt, non aliter est nurus deputanda, quàm filia.

Item Gregorius Papa episcopis Galliæ.

¶Burchardus & citat & refert vt Gratianus. Hugo, auctor Polycarpi, & Magister citant absolute Gregorium. Anselmus & Iuo ex epistola Beati Gregorij ad Fœlicem. In Pannormia est coniuncta utraque inscriptio, hoc modo, Ex epistola Gregorij episcopis Galliæ missa, epistola 31.lib.12. *Extat vero caput hoc in cap lib 6.c.80. & in adiectis est prior pars capitis 200. quod in indice tribuitur Gregorio Papæ epistolis B. Bonifacio archiepiscopo Moguntię missis. Ac sane in vltima Gregorij II. epistola tomis conciliorum inserta legitur prior pars vsque ad ver.* Generationem.

¶Vsque ad septimam generationem progeniem suam unumquemque seruare oportet. Cap. XVI.

Hugo ibidem. Sent.4.dist.40. Poly.l.6.tit.4. Ansl.l.10.c.40. Burc.l.7.c.11. Iuo p.9.c.76.

PRogeniem suam unumquemque [a] usque ad septimam decernimus obseruare generationem, & quamdiu se agnoscant affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus; Quod si fecerint, separentur. β

[a] ¶Vnumquemque.] *Apud B. Gregorium, Anselmum, & Iuonem hoc loco sunt hæc interiecta*, de his qui fideliter edocti sunt, & iam firma radice plantati stant inconuulsi.

β ¶Quod si fecerint, separentur.] *Hæc non habentur, nisi apud Burchardum. Apud B. Gregorium, Anselmum, & Iuonem sequuntur coniunctę cum superioribus verba capitis, nec eam supra ead.*

Item Nicolaus Papa II. Amalphitanæ ecclesiæ suffraganeis.

¶De eodem. Cap. XVII.

Habetur in synodo episcopo rum 113.in basilica Constantiniana, c.11.& 12 Sent.ibidem.

DE consanguinitate sua uxorem nullus ducat usque post † generationem septimam, uel quousque parentela cognosci poterit. Laicus uero uxorem simul & concubinam habens non communicet ecclesię. † al.ad

Item ex concilio Vuormaciensi, c.32.

IN copulatione.] CASVS. Consanguinitatis gradus hic non definit, sed quousque agnoscũtur, ob seruari iubentur.

NVlli ex propinquitate.] CASVS. Cũ consanguinea nõ debet quis contrahere vsque ad septimum gradum: nec sine benedictione sacerdotis.

QVædã lex.] CASVS. Petebat Augustt. ut permitteretur Anglicis contrahere matrimoniũ secundum ius humanum. Et respondet Greg. q lex humana permittit commiscẽri filios fratrum & sororum, sed non solet ex talibus proles bona prouenire: & ideo Christiani non debẽt in quarto vel quinto gradu propinquis coniungi.

QVOD SCRIPSI. CASVS. Mirabatur Fœlix Gregorium Anglicis scripsisse, vt liceret eis in quarto gradu contrahere, & quæsiuit vtrum hoc esset ius generale? Et respondet Grego. si illis hoc specialiter concessisse quamdiu iuxta Apostolum essent in fide noui: qui de neophytis ait: Lac de dedi vobis potum, non escam.

Porro

¶Quousque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur: sibi inuicem non copulentur. Cap. XVIII.

IN copulatione fidelium, generationis numerum non definimus: sed id statuimus, vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, seu cognatione vxorem accipere, vsque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur. Burc.l.7.c.2. Iuo p.9.c.39. Pann.l.7.c.76.

Item ex concilio Lugdunensi. Cap.l.6.c.128.

¶Ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum nullus ducat vxorem. Cap. XIX.

NVlli ex propinquitate sui sanguinis, vsque ad septimũ gradum vxores ducant: neque sine benedictione sacerdotis. Qui autem nupturi erunt; à sacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præsumant. Sent.ibidem. Burc.l.7.c.13. Iuo p.9.c.48. Pann.l.7.c.78.

¶*Cæteri etiam collectores citant ex Ludugnensi. In nonnullis Gratiani codicibus est,* ex Lugdensi. *B Bonifacius in epistola ad Zachariam Papam mentionem facit synodi Lugdunensis habitæ à discipulis B. Gregorij, in qua de incestis actum fuerat. Simile habetur in capitu. l. 6. cap. 128. In concilio etiam Rhemensi Trosleiano cap. 8. inter alia multa leguntur hæc.* Et alibi canonibus præceptum, ut nemo usque ad affinitatis lineam & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat: neque virginibus sine benedictione sacerdotis quis nubere præsumat.

Præmissis auctoritatibus quisque prohibetur a coniunctione consanguineorũ vsque ad septimam generationem.

Sed obijcitur illud Gregorij ad Augustinum Anglorum episcopum, c. 6. Ioã. Diaconus in vita B. Gregorij.l.2. c. 37. & 38. Beda l.1. hist.c. 27.

¶Anglis permittitur, vt in quarta, vel in quinta generatione copulentur. Cap. XX.

QVædam lex terrena in Romana repu. permittit, ut sue fratris & sororis, seu duorum fratrum germanorũ, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere, & sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnd[e] necesse est, ut in quarta, *α* uel quinta generatione fidelium licenter sibi coniugantur. Sed idem humillimus pater Gregorius post multum temporis a Fœlice Messanæ Siciliæ ciuitatis præsule requisitus, vtrum Augustino scripserit, vt Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur, inter cętera talem responsionem reddidit. Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, vt recordaris, tuo, de sanguinis coniunctionę, ipsi, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono, quod cœperat, metuendo austeriora, recederet specialiter, & non generaliter cæteris me certissime scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas testis existit. Nec ea intentione hęc illis scriptis mandaui, vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est usque ad septimam generationem iungantur. Sed adhuc illos neophytos existentes, sępissime eos prius illicita docere, † & uerbis ac exemplis instruere, & quæ post de talibus egerint, rationabiliter, & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apostolum, qui ait: (Lac dedi vobis potum, non escam,) ista illis modo, non posteris, ut præfixum est temporibus, tenenda indulsimus, ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat, erueretur: sed aliquantulum firmaretur, & usque ad perfectionem custodiretur. Hug. ibi. dem. Sect. ibid. Burc. l. 7. c. 11. Iuo. p. 9. c. 13. Pann. l. 7. c. 70. lib. 12. epist. 32. † al. docere vitare. 1. Cor. 3.

¶*Verba huius capitis vsque ad uers.* Sed idem. *sunt apud Beatum Gregorium. Verum simul hæc & sequentia sunt apud Ioannem Diaconum in uita Beati Gregorij lib. 2. cap. 28 al 37 Hugo, Burchardus Iuo, & Pannormia citant,* ex epistola Ioannis Constantinopolitani epi. ad Fœlicem episcopum Siciliæ. *Recitantur præterea hæc eadem Beati Gregorij uerba in duabus epistolis Alexandri II. una, quæ refertur ab Iuone par. 9. c 6 & in Panormia l 7 c 55. & 56 altera quæ refertur infra quæst. 5 c ad sedem. Multa autem in hoc capite restituta sunt ex B. Gregorio & Ioanne Diacono*

α ¶In quarta *Apud B Gregorium, nec multe secus apud Ioannem Diaconum esse,* necesse est, ut iam tertia uel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda, quam diximus, a se omnino debet abstinere *& hoc modo recitatur in epistola Alexandri, infra q. 5 c. ad sedem § hanc computationem. In altera tamen eiusdem Alexandri epistola,* quæ proxima superiore notatione est indicata, legitur, iam quarta, uel quinta. *Et hanc lectionem secutus est ille, qui hoc loco casum apposuit.*

Item obijcitur illud Cabilonensis concilij.

¶In quinta, uel sexta generatione nullus amplius copuletur coniugio. C. XXI.

CONtradicimus, ut in quarta, uel in quinta, sextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum fuerit inuentum, separetur.

¶ Ex *Cabilonensi citant cæteri etiam collectores, & Hugo. Extat lib. 5 capitular cap. 99 Exceptis autem uerbis illis,* uel quinta, sextaque. *reliqua fere eadem leguntur in concilio Moguntino sub Carolo, cap. 54. & altero Moguntino sub Rabano, cap. 30 & in Vuormaciensi in priore parte canonis 78 Nam posterior pars est e sane consanguinitas, supra allatum.*

Hac auctoritate, *dum sexta generatione interdicitur coniugium, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam uarie computantur. Alij namque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum una caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, quæ consanguinitatis copulam usque in septimum gradum prohibẽt, patrem ponunt in primo gradu, illæ uero, quę usque ad sextum gradum prohibẽt, primum gradum filios appellant; atque ita fit, ut eædem personæ secundũ hanc diuersitatẽ inueniũtur in sexto, uel septimo* Ibi. ibidem.

gradu. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur, uidetur esse contrarium illi decreto Iulij Papæ. Sicut non licet uli Christiano de sua consanguinitate uxorem ducere, sic etiam nõ licet de consanguinitate uxoris suæ coniugium ducere propter carnis unitatem] Similiter etiam inuenitur contrarium illi capiti Gregorij: [Nec eam, quam ex propria consanguinitate coniugem habuit, &c. Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus sororibus, uel personis inter se affinitate cõiunctis, ut sunt uxores duorum fratrum, si contigerit unam carum alicui matrimonio copulari, post mortem eius uir non poterit affinem superstitem in coniugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis inueniantur. Vnde qui nouercam alicuius in uxorem duxerit, post mortẽ eius uxorem priuigni ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi ait: [Relictã consanguineorum uxoris suæ (non ait consanguineam uxoris suæ, sed relictam consanguineorum uxoris suæ) usque in quartam generationem nullus ducat in uxorem] Paschalis uero Papa secundus scribens Rhegino episcopo, tertium genus affinitatis assignat, cuius copula non ultra secundum gradum inuenitur prohibita.

Ait enim.

¶Duorum consobrinorum coniuges uni eidemque nubere non possunt. C. XXII.

PORro duorum consobrinum coniuges quãuis diuersis temporibus, uiro uni alteram post alterius obitum nubere, ipsa, prẽter auctoritatem canonicam, publicę honestatis iustitia contradicit. Et nouit prudentia tua, quia ita ab uxoris, sicut a uiri cõsanguineis abstinendũ est. Poly. l. 6. tit. 4. Ansl. l. 10. c. 34.

Illud aũt Gregorij, & Iulij Papæ intelligitur de consanguitate uiri, uel uxoris; ut post mortẽ alicuius eorũ nulli de cognatione defuncti superstes matrimonio copuletur. De monstratum est, usq ad quem gradum quisq. a propria consanguinitate, uel cognatione suę uxoris abstinere debeat.

PORro duorum. CASVS. Duobus consobrinis mortuis quæritur est, utrum eorum uxores uni uiro nubere possent una post alteram & respondetur, quòd non tum propter canonis prohibitionem, tum propter publicã honestatem. Mo- sup. ea. de propinqs. sup. e. nusquã § præterea. sup. ead. nec eam. sup. ea. & hoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MOdo.] Hic ponit quarta quæstio.

COnsanguinitas.] CASVS. Interrogatus Isidorus, quare dicit consanguinitatẽ in se primo gradu terminari, respondet, cõsanguinitas in persona spargitur, donec finiatur, & vsque ad septimum gradum obseruatur, quia tot ætatibus distinguitur mundus, quot hominis status.

DE gradibus.] CASVS. Hic instituitur quinta quæstio, hic etiã legendæ sunt, arbores, & glossæ earum.

SEries.] CASVS. Sex gradus computat hic Isidorus, constituens filium, & filiam truncum, & procedit usque ad trinepotis filium, quem dicit esse sextum gradum.

AD sedem.] CASVS. Quidam gradus consanguinitatis secundum leges numerabant, & dicebant consanguinitatem terminari in sexto gradu legali: & matrimonium contrahi leciti post illum gradum. Hanc errorem congregato concilio reprobauit Papa ostendens primo diuersitatem & diuersitatis rationes inter legalem & canonicã computationem. Secundo probat consanguinitatem protendi vltra sextum gradum legalem: & hoc per legem, per Gregorii auctoritatem, per arboris rationem, cuius rami vltra protendũtur usq; in septimum gradum canonicum, vltra quem cognatio eius non protenditur, nec gradum nomina inueniuntur. Tertio ostendit eos, qui tantum sex gradus canonicos constituunt, in consanguinitate & in sententia non differre a canonica septem graduum com-

QVAESTIO IIII.

MOdo quæritur, quare vsque ad sextum gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur. De his ita scribit Isidorus Etymologiarum lib. 9. c. 6. Ex Aug. l. 15 de ciui. Dei c. 16.

¶ Quare usque ad sextum gradum cõsanguinitas obseruetur. C. I.

CONsanguinitas, dum se paulatim propaginum ordinib. dirimens, usque ad ultimum gradum subtraxerit, & propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii uinculo repetit, & quodammodo reuocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generationis † gradum consanguinitas constituta est, ut sicut ex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur. † al. generis.

¶ *Caput hoc emendatum est ex B. Augustino lib 15 de ciuit. Dei, cap. 16. Vnde primo uidetur sumptum.*

QVAESTIO V.

DE gradibus uero consanguinitatis, quomodo computandi sint, Isidorus sic loquitur.

¶ Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis. Cap. I.

SEries consanguinitatis sex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus: illis seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi, nepos, neptis, primus: pronepos, proneptis, secundus: abnepos, abneptis: tertius, atnepos, atneptis, quartus: trinepos, trineptis, quintus: trinepotis filius, & trinepotis filia, sextus.

¶ *Burchardus, & Iuo, & auctor Pannormię, qui citant partim Isidorum, partim ex dictis Isidori, ex hoc & capite,* consanguinitas. *supra q. 4. unum caput faciunt; & habent,* Series consanguinitatis, septem gradibus, &c.

Item Alexander Papa II. omnibus episcopis, & clericis, nec non iudicibus per Italiam constitutis.

¶ *Sic est emendatum ex Hugone, Anselmo, & Policarpo, qui hanc eãdem epistolam recitant. Ab Iuone autem, & in Pannormia referuntur duo capita alterius epistolæ eiusdem Alexandri eodem cum hoc argumento, scriptæ clericis Neapolitanis siue vt in Pannormia, Metropolitanis. Et apud Gratianum erat comuncta vtraque inscriptio, hac modo,* Neapolitanis, clericis, & omnibus episcopis, atque iudicibus per Italiam constitutis. *Ex ijsdem vero Hugone, Anselmo, & Policarpo multa in toto hoc capite sunt emendata.*

¶ Quomodo sint computandi gradus consanguinitatis. Cap. II.

AD sedem Apostolicam perlata est quæstio nouiter exorta de gradibus consanguinitatis: quam quidam legum & canonum imperiti excitantes, eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones, & ecclesiasticum morem numerare nituntur; nouo & inaudito errore affirmantes, Hugo ibidem. Polyc. ibidem. Anſl. l. 1. c. 92. Iuo p. 9. c. 6. Pan. l. 7. c. 55.

quòd germani fratres, vel sorores inter se sint in secunda generatione; filij eorum, vel filiæ in quarta; nepotes, vel neptes eorum, in sexta. Talique modo progeniem computantes, & in huiusmodi sexto eam gradu terminantes dicunt, deinceps uiros, ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi profanum errorem confirmandum in argumentum assumunt sæculares leges, quas Iustinianus Imperator promulgauit de successionibus consanguineorum. Quibus confisi, ostendere moliuntur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic seriem genealogiæ terminantes, numerationem sanctorum patrum, & antiquam ecclesiæ computationem ad nos vsque perductam peruersa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos vero Deo annuente, hãc quæstionẽ discutere curauimus in synodo habita in Lateranensi cõsistorio, conuocatis ad hoc opus episcopis & clericis, atque iudicibus diuersarum prouinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & sacris canonibus, distincte inuenimus ob aliam atque aliã causam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorũ graduum mẽtio facta est; nisi vt hæreditas, vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies cõputatur, vt aperte monstretur, vsque ad quo tam generationem a consanguineorum sit nuptijs abstinendum. Ibi præscribitur, vt hæreditas propinquis modo legitimo conferatur: hic vero, vt rite, & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In legibus distincte non numerantur gradus, nisi vique ad sextum: in canonibus autem usque ad septimam distinguuntur generationem. Hac igitur de causa, quia hæreditates nequeunt deferri nisi de vna ad alteram personã; idcirco curauit sæcularis Imperator in singulis personis prænigere gradus. Quia uero nuptiæ fine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Vtramque tamen computationem si attente, ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse, & eandem esse in eis sententiam, atque ad eundem terminum conuenire manifestissimum erit. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non definiuit. Canones vero ultra septimam, nullam numerauere generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintulit Imperator: [Hactenus ostendisse sufficiat: quemadmodum gradus cognationis numerentur. Isid. lib. 5. etym. c. 5.

Inſt. l. 3. tit. 5. & 6.

Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus. Generata quippe persona sem per gradum adijcit.] Ecce in his breuibus uerbis aperte ostenditur, tales gradus, quales isti computant, non tantum usque ad sextum, uerumetiam ultra numerari debere; quippe cum ultra sextum ulteriores gradus numerandos esse decernat. Vbi enim ulteriores nominat gradus, aperte indicat non sex tantummodo esse gradus; sed sex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipse firmauerit Imperator, decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cum decimum nominat, non esse tantummodo sex luce clarius confitetur. Hi ergo euigilent, & aciem mentis, si possum, intendant: quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimuero, ubi secundum leges inter agnatos, uel cognatos defertur successio; consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentelæ uinculo tenerentur. Succedunt autem iure se, teste Iustiniano, in decimo gradu: consanguinei igitur sibi sunt, qui sibi succedunt. Quòd, si in decimo gradu consanguinei sibi existunt, non est terminata consanguinitas (vt isti fatentur) in sexto tantummodo gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu? aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quòd si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu; falsidici erunt isti, qui ultra illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsę, aut isti, qui sic finiunt generationem. Sed, ut ueridiæ leges, & ueraces sint canones, dicamus hoc, quod ueritas habet, scilicet, quòd non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, sed terminatur secundum canones septimo gradu. Vtraque enim computatio, sicut superius diximus, uno fine concluditur. Namque duo gradus legales unum gradum canonicum constituunt. Fratres itaque, qui secundum sęculares leges dicuntur in secundo gradu; † iuxta canones numerãtur in primo. Filij fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo, nepotes uero, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio: sic deinceps, qui in legibus scribuntur in octauo, & decimo, in canonibus definiuntur in quarto, & quinto. Atque hoc modo de reliquis sen-

† Concor. Alexã de imo in l. si quæ frater. in fin. C. de suc. edic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiendum est; vt qui secundum canones dicuntur in sexto, vel septimo; secundum leges accipiantur in duodecimo, vel quartodecimo. Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius, dum quæreretur, in quota generatione coniungi fideles debeant; ipsas sæculares leges in testimonium adducens, Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit: [Quædam terrena lex in Romana republ. permittit, vt siue fratris & sororis, siue duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse subcrescere. Vnde necesse est, vt iam in tertia, vel in quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam a secunda, quam prædiximus, omnimodo debent abstinere.] Ecce hic aperte monstratur, filios & filias fratrum in secunda generatione numerari. Et, si fratrum filij, & filiæ numerantur in secunda; fieri non po est, vt ipsi fratres non sint in prima. Quòd si fratres computantur in prima, filij eorum in secunda; dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, & sic de reliquis vsque ad septimam. Sed sunt quidam qui ex his Gregorij verbis, quibus ait, vt in tertia, uel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc iuste facere posse; quod prudentissimus doctor sua sententia diffinuit. Isti itaque, qui se hoc uelamento defendere nituntur, aduertant in eiusdem patris sententijs, hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum a Felice Messanæ Siciliæ præsule requisitus, an hoc, quod Augustino mandauerat, generaliter cunctę ecclesiæ tenendum esset; apertissime firmauit, non alijs hoc, quàm illi genti mandasse: ne bonum, quod cœperant metuendo austeriora, desererent, sed & illis, postquam in fide essent firma radice solidati, & uniuersali Ecclesiæ, censuit semper esse tenendum; vt nullam de propria consanguinitate, uel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte monstratum est, & ex uerbis ipsius legis, & auctoritate prudentissimi Papæ Gregorij, quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus. Quamuis alia quoque ratio pari modo ipsos reuincat aduersarios. Nam si, vt ipsi fatentur, in illo sexto gradu consanguinitas finiretur, omnes personarum ramusculos, qui ultra illum gradum in pictura arboris continentur, uelut superfluos oporteret detruncari. Sed quia ōmnes qui in prędictæ arboris pictura numerantur ex una parentela consistunt, nunquam sine diminutione consanguinitatis à se poterunt separari: ueluti non sine damno cuiuslibet personæ ualent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque sacrorum perceptio canonum, quæ iubet a propria abstineri consanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædicta parentelæ discrepat computatione. Nam in septem gradibus, si canonice, & vsualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur, Vltra quos nec consanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec successio potest amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Nec uero in hac consanguinitatis computatione, aliqua dehinc ualeat ambiguitas remanere; aliam, quā quidam faciunt, numerationem in hac etiam disputatione duximus finiendam. † Sunt enim quidam, qui non a fratribus, sed a filiis eorum, id est, patruelibus, uel consobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo cęteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diuersa. Isti enim, qui numerandi initium iunxerunt a filijs fratrum, non progrediuntur ultra sextam generationem: sed sicut totius mundi sex ætates existunt, & humanæ uitæ itidem sex; ita & in consanguinitate sex tantummodo autumnat computandas esse generationes, quibus finitis, nouę coniunctionis dicunt posse fieri initium, ut quasi fugientem possit reuocare consanguinitatem. ¶Hęc itaque computatio, quæ incipit à fratrum filijs, & numerat usque ad sextam generationem, tantundem ualet, quantum ea, quæ incipit a fratribus, & computat usque † ad septimam. Nec ulla in sensu existit diuersitas; quamuis in numero graduum uarietas uideatur. Vltima enim generatio, si initium numerandi sumat à fratribus, septima inuenitur: si à filijs fratrum, reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, Apostolica uos auctoritate monemus fratres, & filij, ut omnibus sic seriem genealogiæ computandam esse intimetis, quemadmodum sancti patres numerandam esse sanxerunt, & antiquus mos sanctæ, & vniuersalis ecclesiæ per longa

su. ead. q. 2 & 3. c. quædā lex.

su. ead. q. 2 & 3. ca. in copulatione.

† al. filia † al. cog. modo vtique

† al. diuersitatem.

su. ead. q. 5. consanguinitas.

† al. eum patruos primum

longa temopra olim computasse monstratur. Nam, si quis peruersa, & obstinatamente a recto tramite Apostolicæ sedis deuiare voluerit, & aliter, quam nos, in nuptijs celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit; † primum pro sua temeritate cœlesti pœna plectetur: postmodum vero gladio perpetui anathematis se nouerit iugulandum. Data Romæ, &c.

† al. aut̄ ē auctis

Item Gregorius Papa.

¶Quare consanguinitas vxoris ad virum pertinere dicitur, & quomodo affinitas sit computenda. C. III.

ca. 4. di. 41. vol. ibid.

PORro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet, manifestissima ratio est: quia, si secundum diuinam sententiam ego & vxor mea sumus vna caro, profecto mihi, & illi mea, suaque parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meæ in vno & primo gradu erimus; filius † vero eius in secundo gradu erit a me, neptis vero tertio: idque † vtinque in cęteris agendum est successionibus. Vxorem vero propinqui mei, cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendere; quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruari. Qui vero aliorsum sentiunt, Antichristi sunt; a quibus tanto fortius vos oportet cauere, quanto apertius deprehenditis illos diuinis legibus repugnare.

¶*In Polycarpo caput hoc itē ac sequens recitatur ex Zacharia. Ac sanc Gratianus in extremis verbis sequentis capitis indicat caput hoc fuisse etiam Zachariæ*

Item Zacharia Papa.

¶Qualiter parentelæ gradus computantur. Cap. IIII.

can. 4. di. 40. vol. ibid.

PArentelæ gradus taliter computamus. si quidem ego & frater meus vna generatio sumus; primumque gradum efficimus, nuloque gradu distamus. Rursus filius meus, fratrisque mei filius, secunda generatio sunt; ac gradum secundum faciunt, nec a se aliquo gradu separantur. Atque ad hunc modum cęterę successiones numerandę sunt. Porro de affinitate, quam dicitis parentelam. &c.

vt superiore capite Gregorij.

Item Alexander Papa secundus.

¶Aequiuocatio est, cum soror vxoris cognata vocatur. C. V.

QVod autem frater, sororve vxoris tuæ cognati tui dicuntur; æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quam vlla causa cognationis. Vxor enim fratris fratrissa † potius, quam cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum autem fratrum vxores vocantur ianitrices, a quasi eandem ianuam terentes, vel per eandem ianuam intrantes. Viri soror glos appellatur. Sorores autem vir non habet speciale nomen, nec vxoris frater.

¶ *In Polycarpo etiam refertur proxime post c. ad sedem vt ad eundem Alexandrum pertinere videatur. A verbo autem,* vxoris, *vsque ad finem habentur apud Isidorum lib. 9. cap. fin.*

a ¶Ianitrices.] *Ita etiam legebatur in lege non fucile. ff. de gradibus, antequam locus ab Altiaco esset restitutus, lib. 2. disp. c. 23. Quamobrem nihil mirandum si Isidorus, aut alius quispiam allatam hic etymologiam excogitauit. Nunc autem in lege illa est,* εἰνατέρες

Item Isidorus. †

¶Nomina graduum superiorum, siue inferiorum, siue ex latere venientium. C. VI.

PRimo gradu, superiori linea continentur pater, mater, inferiori filius, filia, quibus nullæ alię personę iunguntur.

¶Secundo gradu continentur, superiori linea auus, auia: inferiori nepos, neptis, transuersa frater, soror; quæ personæ duplicantur. Auus enim & auia tam ex patre, q̄ ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum, in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. [Istæ personæ secundo gradu ideo duplices appellāturtquia duo aui sunt, paternus, & maternus. Item duo genera nepotum sunt, siue ex filio siue ex filia procreati. Frater & soror ex transuerso veniunt, [Id est aut frater a patris, aut frater matris; qui aut patruus, aut auunculus nominatur;] qui & ipsi hoc ordine duplicantur.

¶Tertio gradu veniunt supra proauus, proauia;

compotatione. in fine prohibet sub anathemate, ne in quæstionibus de matrimonio quis cōputet gradus alio modo q̄ hic dicitur in hoc c.

Ex Isidoro l. 9. Etym. c. fi. Sen. 4. distin. 41. Pol. ibid.

† al. fratria

PORro] CASVS. Assignatur hic ratio, quare affinitas obseruetur; quia vir & vxor sunt vna caro, & ideo vxoris meę cōsanguinei in eodē gradu sunt affines mihi, & meorū consanguineorū vxores sunt mihi affines, & affines vxoris meę sunt vitandi in omni gradu, vt mei consanguinei: qui aliud dicit, tanquam antichristus est vitantus.

PRimo gradu.] CASVS In hoc cap. prosequitur Isidorus legalem graduum computationem vsque ad septimum gradum, ostendens in quo gradu sunt personæ.

† Isi. l. 9. cap. 5. In sentētiis Iulii Pauli, lib. 4. ti. 11. de gradibus.

Hugo de San. Vict. par. xi. li. 2. cap. 14. Burc. l. 7. cap. 28. Iuo p. 9. c. 64. Pann. l. 7. cap. 89.

Antanus interpres Pauli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

auia: infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris, ſororiſque filius, filia, patruus, amita, ideſt, patris frater & ſoror, auunculus, matertera, id eſt, frater matris & ſoror.

¶ Quarto gradu veniunt ſupra abauus, abauia: infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & ſororis nepos, neptis, frater patruelis, ſoror patruelis, ideſt patrui filius, filia, conſobrinus, conſobrina: id eſt, auunculi & materteræ filius, filia: amitin⁹, amitina, ideſt, amitæ filius, filia: itemque conſobrini, qui ex duabus ſororibus naſcuntur: quibus accreſcit patruus magnus, amita magna, id eſt, aui paterni frater & ſoror: auunculus magnus, matertera magna, id eſt, auiæ tam paternę, quam maternæ frater & ſoror.

¶ Quinto gradu ueniunt, ſupra quidem atauus, atauia: infra atnepos, atneptis. Ex obliquo fratris & ſororis pronepos, proneptis: fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ filius, filia, propior conſobrinus, † propior conſobrina, † id eſt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnę filius, filia; his accreſcunt propatruus, proamita.

†al. ſobrinus.
†al. ſobrina

¶ Hi ſunt proaui paterni, frater & ſoror, proauunculus, promatertera.

Anianus interpres.

¶ Hi ſunt proauię paternę, maternęque frater & ſoror, proauique materni [Hæc ſpecies nec alijs gradibus, quam ſcripta eſt, nec alijs vocabulis declarari poteſt.]

¶ Sexto gradu veniunt, ſupra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & ſororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinę, conſobrini, conſobrinę nepos, neptis, patrui magni, amitæ magnę, auunculi magni, materterę magnæ nepos, neptis, id eſt propioris ſobrini filius, filia, qui conſobrini appellantur. Quibus ex latere accreſcunt, propatrui, proamitæ, proauunculi, promaterterę filius, filia, abpatruus, abamita. (Hi ſunt abaui paterni frater & ſoror) abauunculus, abmatertera.

¶ Hi ſunt abauię paternę, maternęque frater, & ſoror, abauique materni.

¶ (Hæc quoq; explanari amplius non poteſt, quam vt auctor ipſe diſſeruit.]

¶ Septimo gradu, q ſunt cognati recta linea ſupra, infraque proprijs nominibus non appellantur: ſed ex tranſuerſa linea continentur fratris, ſororiſque atnepos, atneptis, conſobrini filij, filiæque.

Anianus

¶ Succeſſionis idcirco gradus ſeptē conſtituti ſunt, qui vlterius per rerum naturā nec nomina inueniri, † nec vita ſuccedentibus prorogari poteſt: (In his ſeptem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec ſucceſſio poteſt amplius propagari.

Anianus † idē ale. in l. in iu. vocari. col. 3 ff de in ius voc. & plene per Imo. in l. ſi vero. §. de vito. ſol. ma. & glo in §. pen. inſti de gra.

¶ *Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus extat in libro ſententiarum Pauli, additis non vno in loco verbis Aniani interpretis. Pleraq; tamen habentur etiam apud Iſidorum lib 9 c. 5.*

α ¶ I deſt aut frater.] *Hæc vſque ad ver.* Qui & ipſi. *nō ſunt loco indicato; ſed tantū apud collectores.*

De gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis, quot ſint, quomodo computandi, quibus etiam appellentur nominibus, auctoritate Iſidori, atque Gregorij, & Alexandri ſufficienter monſtratum eſt.

ARBOR

Non gignunt deſtros qui ſtant in parte ſiniſtra:
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.



Universidad de Deusto Biblioteca

FIGVRA Arborea licet ad septimū deberet gradum protendi, cum vsq ad eum secundum decreta sit prohibitio cōiugalis. su.q.3 cap de affinitate. & extra de clande.despon.c cum inhibitio in quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, vt dicto c.cum inhibitio & de cōsan.& affini c nō debet, ideo vsq ad quartum duntaxat figuram hanc duximus extēdendam Nec idipsū graduum cognitionem quoquo pacto impedit qui enim duorum, aut trium computationem agnouerit, illam etiam vsque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit

Quam aptissime hæc imprimatur, tum consanguinitatis tum affinitatis arbor, iudicet qui huiusce causæ trigesimæ quintæ canones & legit, & intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo ꝓueniens, quod vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite discendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod est simul, vel vnitum; & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens: & est triplex, scilicet graduum descendentium ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distātia duę personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum schalarum, vel locorum procliuiū, quia gradimur de ꝓximo in ꝓximū.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMA Regula magistralis pro linea recta.] Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermediis vna dēpta. tot sunt gradus inter eas Si igitur vis scire quātum distat abauus à Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroque computato & intermediis, quinque sunt personæ: deme vnam, quattuor sūt gradus: & sic de aliis.

¶ Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.

¶ Collateralium in linea ęquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent Exemplum pone. Cum facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali:) quilibet distat a stipite quarto gradu: ergò inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæqual quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA In linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quęritur: cōputatis intermediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ Pro linea collaterali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinēt Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus Computatio enim Legistarum ob aliud fit, quam computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inęquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationē, recurre ad Ioānis Andreæ declarationē.

CIRCA LECTVRAM Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturæ ipsius arboris nouū modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Io Andr inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, vt habentibus materiam consanguinitatis & affinitatis ignotam: nota: & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compillaui.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria: Secundo, an sit authentica Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis

¶ Primæ q̄stionis ex superius dictis patet solutio. Probatio enim ad oculum alias vincit. instit. de gradi §. agnationis 27.q.1.nec aliqua Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione, extra de donat. Apostolicæ.ver si. Hinc est, quòd agrorum mensio subiicitur oculis. 16.q.3.inter. de præscrip. quia iudicante. C fi.reg l 3 Ventris inspectio; an mulier sit pręgnans ff.de ven.inspi.l 1 in prin. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. extra de pb. proposuisti an arcta, de frig & ma fraternitatis, vel aliter impedita, eod. titu. ex litteris. Iniuriæ an sit atrox æstimatio. ff.de ser l 2. Et litteræ Papales an sint veræ vel falsæ de cri fal. licet. (*Oculis multa subiiciuntur.*)

¶ Ad secundum dic, quòd arbor authentica est: quòd patet ex canonibus Isidori, & Alexandri, 35.q.5.c.1.2. & vltim.

¶ Ad tertium dic, ꝙ quia in decretis de consanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus est idē tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum satisq. famosum, quod reperita lectio probat C.de emend. Iu.co.l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem cōsanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid sit consāguinitas, & vnde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formet, & quare sic formetur, & quare sic punctetur & interseremus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus q̄dam notanda, & quasdam quæstiones.

¶ Ad primum dico, ꝙ consanguinitas est attinētia personarum ex eo proueniens, quia vna descendit ab altera, vel ambæ ad eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, quod satis est idem. Dicitur aūt cōsanguinitas, quasi sanguis vnitas: à con & sanguine, quasi de communi sanguine descēdunt Et quo ad probationem coniugii non distinguo, an tales cōsāguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum extra de proba per tuas. (*Cōsāguinitatis diffinitio*)

¶ Linea vero est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus cōtinens, & numeros distinguens Et est triplex linea, scilicet graduū descendētium, ascendentium, & collateralium, vt inf. patebit, & ff.de gradi.l.1.& l iurisconsultus. (*Lineæ diffinitio & ei' multiplicitas.*)

¶ Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distan tia duę personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorū procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximū. ff de gradi.l.iurisconsultus.§ gradus. (*Grad' descriptio.*)

¶ Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascē dētium: secundo descendentium: demum collateralium. (*Arboris cōsāguinitatis formatio.*)

tum. Ascende super cellulam vacuam: quæ remansit ideo vacua, quia nō potuit nomen proprium habere: cum aliæ cellulæ [exceptis his, quæ per genitiuū nominantur] sumant nomen ab ipsa Quo enim possemus illam cellulam nominare, q̄ dicimus filium patris, & fratrem fratris, patrem filij, & sic de singulis? & eam alii vocant Ioachim: alij Protheum: alij trūcum. nos autem a nomine bidelli nostri vocemus eam Petrucium. Et scire debes, ꝙ cōpetenter illæ cellulæ mediæ ascendentium & descendentium diuiderentur directe per medium, vt a latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina mariū, vt abauus, ꝓauus, & a latere sinistro nomina mulierum, vt ab auia, proauia, &c. quia positi a latere dextro descendunt a maribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hæc continens pater, mater, & vnum punctum supra, & vnum infr. Supra illam est cellula auus, auia, continens duo puncta supra, et duo infra. Supra illam est cellula proauus, proauia continens tria puncta supra, & tria infra Supra illā est cellula abauus, abauia, habens quattuor supra, & quatuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum supra, & vnum infra Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo inf. Sub illa pronepotem & pronepotem: & tria puncta supra, & tria inf. Sub illa abnepotem & abneptem & quattuor puncta supra, & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes ꝙ punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum, puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularū: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc casum, quo instruimur in matrimoniis, quę licite contrahi possint necne: & cum matrimonium sit sacramentum ecclesiæ, in eo præcipue lex minor est canone extra de secun.nup.c.vlt.& pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione ascendentium & descendentium concordat vtrumque ius; quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adiicit.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos fm vtrūque ius, tolle hanc magistralem regulam Ascendentium & descentium quot sunt personæ de quibus quęritur, computatis inter mediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igit vis scire quantū distat abauus a Petrucio: vtroque cōputato & intermediis, quinque sunt personę: de me vnam, quattuor sunt gradus. Idē dico de ipso P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinq; personas: & sic quattuor sunt gradus Si ue lis scire quot distet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erūt gradus Scias autem ꝙ iste P. non habet totam suam computationē in arbore. Scias.n. ꝙ quilibet habet duos parentes: quattuor auos: octo proauos: sedecim abauos: & sic semper ascendentes duplicantur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

¶ Quæro an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulę coniugalis excedat quartū gradū? Et dicit Goff in sum. de consangui. & affinit.§ item quantum, ꝙ non, per decre. non debet. eod. tit. quę generaliter loquitur. Alii communiter contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicūt. & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35 q 3 progeniem, & duobus capitulis sequent. in quibus dr̄. ꝙ olim non solum vsque ad secundum gradum, sed ēt in quantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio Ex quo ergo certum est alterum descendentem & alterū ascendentem, perdurat prohibitio. ad idem instit. de nup.§ 1.ff. de ritu nup.l. nuptię. & hoc verum puto.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrē & sororē; & causa breuitatis prosequendo solum partem mediā arboris ad modum vexilli: qua intellecta reliqua intelligitur: quod per se patet. dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos pronetis. & frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones: in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones: in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundum canones; in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones: in quinto secundum leges: & sic debet esse vtraq; punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac cōsequenter stipitem de auo ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, soror patruelis & amita: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis ēt secundo gradu: filius in tertio nepos in quarto secundum canones Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse vtraque punctatio. Postea fac proauum stipitem, & hēt filios patruum magnum, amitam magnā, auū & auiam, auunculum magnū, & materteram magnā. illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat a proauo quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo a patruo tertio, & a propiori sobrino tertio, & a filio tertio, & a nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones. Secundum leges vero distat P. a patruo magno quarto, a propiori sobrino quinto, & a filio sexto, a nepote septimo, & sic debet esse vtraque punctatio. Modo fac abauum stipitem cum tribus filiis. scilicet propatruo, proauo & proauunculo, de pro auunculo non prosequor. Ex cellula propatrus oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis Isti oēs sunt cū P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes distant quarto. Secūdum leges propatruus distat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & sic debet esse vtraque punctatio.

¶ Nunc videndum est quib. regulis gradus illorum collateralium cognoscantur. Collateralium æqualis lineę vnam trado regulam secundum canones. (*Regula canonica pro collateralibus in linea ęquali.*)

¶ Collateralium in linea ęquali quoto gradu quis distat a cōi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinēt: hoc secundum canones Exemplum pone: quando facis abauum stipitem inter P. & pronepotē propatrui. nam quia illi sunt in linea æquali, quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

¶ Secundū leges vero aliter est, & sic dicimus regulam. Collaterarium in linea æquali quoto gradu quis distat a cōi stipite: toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, ꝙ pdicti P. & pronepos propatrui distant viii. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secūdum canones vero duæ personæ faciunt vnū gradum. Vnde [vt patet in cellula fratris] frater est cum P. in primo gradū secundum canones, in secundo secundum leges: sed computatio eorum ob aliud fit, q̄ nostra 35 q.5. c.2 Bene ergo dr̄ secundum leges, ꝙ in ęquali linea collateraliū siue linea sit paris numeri, siue disparis, non est reperire disparem gradum. vide in linea paris numeri secūda, vel iiii. disparis numeri j. vel iij. In prima ij. grad', in secunda iiii. in tertia vi. in quarta viii quod nō est secundum canones, quia in ęquali linea disparis numeri habemus disparē gradū; quia in prima primū, in tertia tertium, in quinta quintum & sic de singulis. (*Regula ciuilis ꝓ collateralibus in linea æquali.*)

¶ Nunc restat videre de collateralib. in linea inęquali, de quibus traditur talis regula fm canones. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite: toto distāt inter se. Exemplū pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui (*Regula canonica in linea inęquali*)

sunt

sunt in linea inęquali, computemus ergo a remotiori, ſ.a P. ſed P. diſtat a ſtipite quarto gradu: ergo a filio, propatrui iiij. & idem in deſcendentibus vſq. ad lineã ęqualitatis: & hoc eſt quod dicimus, ꝙ perſona addita perſonæ vſque ad lineam ęqualitatis non creſcit gradus: quia propatruus, filius, eius nepos, & proponepos omnes diſtant iiij. gradu a P. Sed aliter ſecundum leges, ſecundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ Collateralium in linea inęquali quod ſunt pſonæ [ſtipite dempto] tot ſunt gradus. vnde P. a ſtipite diſtat iiij. a propatruo v. a filio vj. a nepote vij. a pronepote viij. & ſic quælibet perſona facit gradum. Vides ex ſupradictis quod P. non poteſt contrahere cum aliqua de arbore. Diſtat. n a ſummo, ſ. ab auo: ab imo, ſ. a nepote: ab extremis collateralium, ab omnibus his quatuor: a mediis citeriori: per quod ſatis patet, ꝙ cum nullo poteſt contrahere. Sed ſi extremus in collateralibus: vt puta ſi pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, poſſet P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen conſanguinitas. prohibitio enim, quæ per ius poſitiuũ proceſſerat, potuit tolli. Sed naturalia ſunt immutabilia. 5. diſt. in princ.

¶ Scire debes, ꝙ communiter dicũt doctores, ꝙ abauus & proauus & auus ſunt bigami, dicentes, ꝙ ſi nõ eſſent bigami, non poſſent filii eorum coniungi, cum eſſent fratres: ſed de hoc non multũ curo: quia eadẽ ratione ſic eſſet de aliis cellulis duplicibus, ꝙ perſonæ earum eſſent bigami. vnde fingamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus quattuor perſonas, ac ſi diceretur, ppatruus & vxor, proamita, & maritus, vnde duplicatio poſita fuit, vt nomina demonſtraret in vtroque ſexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum eſt etiam, quod in collateralibus ęqualis lineæ bene ſequitur iſta regula affirmando & negando. Ego & tu ſumus conſanguinei in linea ęquali, & ego poſſum accipere filiam tuam. ergo tu meam. Et negatiue, Ego non poſſum accipere filiam tuam, ergo nec tu meã. Affirmatiua procedit in linea ęquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando: quia ſi vnus eſt in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui eſt in tertio vel citeriori, poteſt contrahere cum filia eius, qui eſt in quarto gradu, & non econuerſo. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere poſſunt cum filia P. ſed non econuerſo.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorũ vnus eſt in quinto, & alter in primo, puta filia P. & propatruus poſſint ad inuicem contrahere? Dicit Hoſti. ꝙ non. & hoc no. extra eod. quod dilectio. & c. tua in ſumma huius tit. de conſan. §. nunquid in v. & j. quod per ſua argumenta nititur probare ſic, ſcilicet pater & filius vna perſona cenſentur. C. de impu. & aliis ſub. l. vlt. Sicut ergo non Zhitur cum ſtipite, ſic nec cum filiis ſtipitis. bene facit prædicta decre. tua. vbi fratres videtur poni pro ſtipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex glo. quam ponit ſup. eod. tit. cap. vlt. & Ra. & Ioan. de Deo; & hoc eſt veriſſimum, quod probant verba regulæ poſitę ſup. eod. cap. vlt. dum dicit ibidẽ ſcendentium ab eodem. ſed certum, eſt quod propatruus decendit a ſtipite. Præterea aut dicis, ꝙ eſt inter eos prohibitio aſcendentium, & deſcendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quod certum eſt filium P. non deſcendiſſe a propatruo. Eſt ergo prohibitio collateralium: ſed certum eſt, quod iſti diſtant quinto. quid igitur impediat iſtos collaterales contrahere, non video. Ioannes Andreæ.

Quæſtio notabilis.

ARBOR

Multa dies, uariuſque labos huiuſce parauit
Artis notitiam, quæ modo clara patet.



Universidad de Deusto Biblioteca

AFFINITATIS

DECLARATIO.

AFFINITAS ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finē vnitas: eo quod duæ cognationes diuerſæ ꝑ nuptias ſm leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradibus cognationis. lege. non facile. §. affines.

¶Scias autem, ꝙ affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶Per carnalem copulam viri & mulieris inter cōſanguineos mulieris & virum, & inter cōſanguineos viri & mulierē cōtrahitur affinitas primi generis eiuſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem: ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus; & quoto eſt tibi ille ꝯſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſēper in pri. genere. Dictū eſt in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris; qa ſm canones ēt per coitum fornicariū & inceſtuoſum ꝯhitur affinitas. patet de eo qui cogn. conſan. vxoris ſuæ, c. diſcretionem. & c. pęn. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierē, iō dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & cōſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. Vnde duos fratres cōtrahunt cum duab. ſororibus, pater & filius cū matre & filia. ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. de conſanguinitate & affinitate. quod ſuper his.

REGVLA. Quotieſcumque inter vnam perſonarum de quibus quæritur, & coniugem alterius nō eſt vel non fuit conſanguinitas intra quartum gradū incluſiue, nulla eſt prohibitio: vt inter me & coniugē nepotis mei nō poteſt eſſe matrimonium, quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartū gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritū: ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eis relicta: quia inter me & illam relictam nulla eſt, nec fuit conſanguinitas.

AD ARBOREM Affinitatis & eius materiam trāſeamus. Et primo videndum eſt quid ſit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus poſtea quædam notabilia, & quaſdam quæſtiones.

Affinitatis definitio.

¶Eſt autem affinitas perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela; hoc ſecundum canones: ſed ſecūdum leges eſt proximitas proueniēs ex nuptijs, & requiritur ſecundum leges, quòd legitimę ſint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas ff. de gradi. l. non facile § ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuerſę per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines.

Affinitas per coitum nefarium ʒhitur.

¶Sed q. ꝑ fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ, c. diſcretionem, & eod. tit. c. penul. Sed conſideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne qs cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere, ff. de gradi. l. iuriſconſultus in prin. & ff. de teſti. l. 3. & 4. quæſt. 3. §. item in criminali. verſic. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis, quę inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecūdum hoc, quòd concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis & affinitatis: vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam, omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra clauſtra pudoris. 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi not.

¶Et inſurgit affinitas ex coitu interdū cū publica honeſtate, interdū ſine, & publica honeſtas interdū ſine affin. vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentū eſt publicæ honeſtatis, & affinit. ſi cognoſco non ſponſā, hic affinitas ſola eſt, ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc dico, quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat, quod poſſis cōtrahere cū illa, non obſtante quod ſit tibi affinis, tali gradu per diſpenſationem adhuc cōtrahere nō poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentū affinitatis, nō tamen ſublatū eſt impedimentū publicæ honeſtatis. Debes ergo facere exprimi, ꝙ poſſis cum tali contrahere nō obſtāte impedimento publicę honeſtatis pro eo, ꝙ deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu, & nō obſtante, quòd eſt tibi affinis in quarto, pro eo quòd dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regula cognoſcit.

¶Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus. Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierē, illa eſt mihi ſecundo gradu affinitatis, & primo genere: ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis, & ſecundo gradu: ſi ille aliam mulierē cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & ſecundo gradu. Sed quia ſolū primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit. extra de

conſan. & affi. c. nō debet. hic circa hoc non inſiſto. ergo ſi perſona mihi conſanguinea coniungat ſibi aliā perſonam carnali copula, perſona iuncta eſt mihi affinis primo genere affinitatis. ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula ſe alteri commiſceat, illa attinet mihi ſecundo genere. ſi affinis mihi ſecundo genere aliquam cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio genere, ſed eodem gradu. Eſt igitur videre de gradibus. Certum eſt, quòd affinitas non habet hodie prohibitionem niſi in primo genere, & in illo vſque ad quartum gradū: licet affinitas non habeat ſuam ſpecialem computationem graduum; ſed computantur gradus affinitatis ſecundum gradus conſanguinitatis. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, ſi uis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, uide quoto eſt tibi conſanguineus tuus ſecundum regulas, quas tradidi in ꝓxima arbore; & quoto eſt tibi ille cōſaguine9, toto mulier eſt tibi affinis, ſp& in primo genere.

Affinitatis gradus computātur ſicut gradus conſanguinitatis.

Arboris affinitatis formatio.

¶Nunc formemus arborē, & in medio arboris ſunt quattuor cellulæ, & in prima ſuperiori ponitur primus gradus, in ſecunda ſecundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponantur in medio fratris & ſororis. Secundo, quare, nō exprimant attinētiā, dicendo, primus gradus affinitatis, & ſic de ſingulis. Ad primū dic, hoc fuiſſe, ut detur intelligi, quòd affinitas oritur ex conſanguinitate, & quòd ab vtroque ſexu virili & fœmineo affinitas cōtrahatur. Ad ſecundum dic, attinentiam non fuiſſe expreſſam, ut illa computatio graduum ad conſanguinitatem & affinitatem referatur. vnde ſoror & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis, & frater & vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis, & ſic de aliis. Deinde a latere dextro dictæ lineæ ponit alia linea quattuor cellulas continens. In prima ſcribitur frater, in ſecunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea continens alias quattuor cellulas, in quartum prima ſcribitur uxor fratris olim relicta, in ſecunda uxor filii fratris, in tertia uxor nepotis fratris, in quarta uxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt alię quattuor cellulę: quarum prima ſoror, ſecunda ſororis filia, tertia ſororis neptis. quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harū ſūnt alię quatuor; prima vir ſororis olim relictus, ſecunda uir filiæ ſororis, tertia uir neptis ſororis, quarta uir proneptis ſororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, una a latere dextro continens, relictus relictæ fratris, a ſiniſtris, relicta relicti ſororis, quę ſecūdum oēs ponuntur ad decorem, & ad demonſtrandum gñā affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum una oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula uiri ſororis, in qua ſcribitū primū genus affinitatis. Itē alia linea reflexa, q̄ oritur in cellula ſororis, & terminatur in cellula uxoris fratris, in qua idem ſcribitur.

Quæſtio.

¶Circa hoc quæro, quare in cellula, uxor fratris ſcribitur, olim relicta, quod non ponitur in aliis cellulis inferiorib. eiuſdē lineæ? Et dic hoc factū fuiſſe ꝑꝑ cellulā q̄ ponitur ad dorſū illius q. d. frater habuit uxorem, mortuo fratre uxor ab eo relicta contraxit cum alio uiro: illa demū mortua iſte relictus a relicta fratris vult contrahere cum ſorore, nunquid poteſt? Olim non poterat, quia erat ſibi in ſecundo genere, & primo gradu; hodie uero poteſt. Idem ſit repetitū quo ad cellulam uiri ſororis.

Regula magiſtralis gradus affinitatis & genus manifeſta.

¶Ad cognoſcendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, q̄ ex prius dictis, tolle hanc ſolam regulam magiſtralē. Per carnalem copulā uiri & mulieris inter conſanguineos mulieris & uirum, & inter conſanguineos uiri & mulierem cōtrahitur affinitas primi generis, & eiuſdē gradus, cuius eſt cōſanguinitas. Quare dicatur in regula, per carnalem copulā uiri & mulieris, & non uiri & uxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter cōſanguineos mulieris & uirū, & conſanguineos uiri & mulierē, iō dixi, quia inter uirum & mulierem non cōtrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cā. Itē inter conſanguineos uiri & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas, unde duo fratres contrahunt cū duabus ſororibus, pater & filius cū matre & filia. Sed eſt affinitas inter cōſāguineos mulieris & ipſum uirum, & conſanguineos uiri & ipſam mulierē. extra de conſ & affi. qđ ſuper his. Primi generis, quare dixerim, ēt ex ſuperiorib. patuit, & eiuſdē gradus cuius eſt cōſanguinitas. Vide hoc in arbore, nā frater & ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis, maritus ſororis eſt fratri ī primo gradu affinitatis, & ſic uxor fratris ſorori, & ſic filia ſororis eſt filio fratris, & ipſi fratri in ſcđo gradu conſanguinitatis, maritus eius in ſcđo gradu affinitatis, & ecōuerſo, & ſic in reliquis. Vnde uir ꝓneptis ſororis attinet fratri & oīb. deſcendentibus, q ſunt in arbore quarto gradu affinitatis. & hoc iō, quia toto gradu conſanguinitatis attinet prędictis ipſa proneptis. Qui ſunt ī arbore, iō dixi, qa ſi pronepos fratris hr̄et filiū, ille excederet lineam æqualitatis, & ſic attinet quinto gradu. ſm regulas traditas in proxima arbore.

Affinitas per notabilia declaratur.

¶Poſt hoc notandum eſt, illud preciſe non ſequitur, ego & tu ſumus affines, ergo filius, quē procreo, eſt tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego ſum ti-

bi affinis, & ipſe conſanguineus interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplũ, ſi ego & tu ſumus affines per appoſitionem mei, quia ſcilicet contraxi cum conſanguinea tua, ſi ex dicta conſanguinea tua filium procreo, ille eſt tibi conſanguineus, non affinis: ſed ſi ego maritus conſanguineæ tuæ ex alia muliere filiũ procreo, ille nec eſt tibi conſanguineus, nec affinis. Si uero tu conſanguineus vxoris meæ filiũ procreas, hic filius nõ mutat genus attinentię, quia tu pater es mihi affinis, & ipſe affinis, ſed ſi tu & vxor mea eratis in ęquali linea, uel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipſa in ſecundo uel primo, tunc ipſe filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipſe mihi in quarto. Si uero tu & uxor mea eratis conſanguinei in linea inæquali, ſed uxor mea erat remotior, ut quia ipſa in tertio, & tu in ſecundo, tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipſe affinis, tu in tertio gradu, & ipſe in tertio gradu. Item nota, quòd illud etiam non ſequitur, ego & tu ſumus affines, & ego non poſſum accipere filiam tuam; ergo nec tu meam, quia ſi habeam conſanguineam tuam in uxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere quia affinitas non contrahitur inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris, ſed inter virum & conſanguineos mulieris, & inter mulierem & conſanguineos uiri, ut dixi, & probatur extra de conſangui. & affinit. quod ſuper his. Sed ego non poſſum contrahere cum filia tua, niſi forſan illa excederet quartum gradum, ut quia eſſet in quinto. & eſt ſimile ſecundum quod dixi ſupra in proxima arbore circa finem.

Affinitatis prohibitio inter aſcendentes & deſcendẽtes eſt perpetua.

¶ Non quæritur an affinitas inter aſcendentes & deſcendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum uſque ad quartum gradum? Et ſi teneremus opin. Goffre. de qua dixi ſupra in arbore proxima circa mediũ, diceremus quòd uſque ad quartum gradum tãtum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quòd prohibitio ſit perpetua. Dicit enim textus, quòd ita abſtinere debemus a conſanguineis uxoris, ut a proprijs extra de conſangui. & affin. c. 1. 35. quæſt. 3. de propinquis &c. æqualiter. Si ergo inter conſanguineos aſcendentes & deſcendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines ad idem inſtit. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex, quòd tales affines aſcendentes & deſcendentes habentur loco parentum, & liberorum, ff. de grad. l. non facile, §. & retro. in fi. Eodem modo poſſet formari quæſtio de affinibus, quorum vnus eſt in primo gradu, alter in quinto, ſicut in conſanguineis dixi ſupra in arbore proximo, in fi. An autẽ liceat diuerſis temporibus habere in vxores duas cognatas, ſcilicet vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permiſſo ſimul manere poſſint, de hoc vide not. extra de conſanguinit. & affinit. cap. non debet.

Cõſanguinei, & affines quo iure prohibẽtur iungi.

¶ Vltimo quęritur ad vtramque arborem, an prohibitio conſanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter ſcias quòd olim propter neceſſitatem frater neceſſario habuit cõtrahere cum ſorore, & conſanguinei cum conſanguineis, unde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit a principio generis humani in filiis & nepotibus Adæ. hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico uero prohibitæ fuerunt fere duodecim perſonæ, quas uide nota. extra de reſtitu. ſpolia. litteras. & de diuortia. cap. gaudemus. Demum ius poſitiuum canonicum prohibuit conſanguineos & affines primi generis coniungi in ſeptimo gradu & citeriori, quæ prohibitio poſtea uſque ad quartum gradũ eſt reſtricta. extra eo. non debet reuocatis etiam quibuſdam alijs prohibitionibus, ut ibi patet. Reuocatio uero fuit ex cauſa, quæ ibi ponitur, & extra de teſti. cap. licet ex quadam per quod patet, quòd prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex poſitiuo. Vnde in ſecundo gradu æqualis linęç collaterales contrahere poſſunt iure diuino, ſed non poſitiuo.

Ratio prohibitionis matrimonij inter aliquas perſonas de iure poſitiuo.

Ratio uero prohibitionis ſumitur 35. quæſt. 1. §. 1. capitu. 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam ſi contraherem cum ſorore, idem eſſet pater & ſocer, mater & ſocrus, ut & frater, & c. Sed ſi alium habeo patrem, alium ſocerum, numeroſius ſe charitas protenderet, in qua uniuerſi fideles, & præcipue ſtudentes continue perſeuerent per gratiam eius, qui eſt benedictus iu ſæcula ſæculorum. Amen.

Nunc

Nunc quæritur] Hæc quæſtio diuiditur in ſeptem partes: in prima quarum probatur per tria c. ꝙ conſanguinei debent cõputare parentelã ad coniungendũ vel ſeparandum matrimoniũ: & ſi defuerit parentela, vicini antiquiores Secunda ibi, [Ecce] Tertia, ibi, [Hoc iuramẽtum.] Quarta ibi, [Ad hoc] Quinta ibi, [Qui vero] Sexta ibi, [Occaſione.] Septima ib, [Recepturus.] Ioan. de Fant.

CASVS Hic proponitur ſexta quæſtio, quæ ſatis vtilis eſt: & locum habet in cauſis de facto.

a ¶Nunc quæritur] Hæc qõ ſexta expeditur inf ead. c. 1. & 2. & extra qui mat. accu. poſ. vr̃, & extra de ſent. & re iudi tenor. nam conſanguinei præferuntur extraneis ea rõne, quia melius poſſunt ſcire ſuam conſanguinitatẽ cum chartis, cum teſtibus, cum recitatione maiorũ, & alijs argumentis, hoc tñ quod dicitur de conſanguineis in teſtimonijs admittendis, exaudi tantum cum de conſanguinitate agitur. nam ſi ſuper alio ageretur, non ſunt admittendi niſi cum eo temperamento quod dixi 3 q. 5 in prin. & hoc probatur extra de teſti ſuper eo. Item licet ſoli conſanguinei accuſare poſſint matrimonium: tñ quilibet poteſt denunciare, ut extra de cogna. ſpitua. & licet per denunciationem nõ agatur niſi ad pęnitentiã, vt extra de ac. ſup his. tñ qa in hoc caſu nõ pñt pęnitere niſi ſeparẽtur, iudex ab officio ſuo eos ſeparabit 1. ar. 24. q. 3. ecce.

Conſanguineos.] CASVS Dicitur hic, ꝙ matrimonium potius accuſare debẽt cõſanguinei, quàm extranei, ſed ubi conſanguinei deſunt, extranei audiendi ſunt & ſi cõſanguinitas ꝓbetur, matrimonium ſeparetur.

1 Ad hoc facit qd' no. ſup 2. q. 1. ſi peccauerit frater. in 1. gl. in fi. Archid.

QVAESTIO V.

NVnc quęritur, [a] quibus accuſantibus, uel teſtificantibus, conſanguineorum coniunctio dirimenda ſit.

De his ita decreuit Fabianus Papa.

¶Conſanguinei tantum, vel, ſi progenies defecerit antiqui, & veraces propinquitatem in ſynodo computent. Cap. I.

Sent. 4. diſt. 41. Polyc. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 10. c. 60. Burc. l. 7. c. 21. Iuo p. 9. c. 57. Pann. l. 7. c. 84.

COnſanguineos extraneorum [b] nullus [c] accuſet, [d] vel conſanguinitatem in ſynodo computet: [e] ſed propinqui, [f] ad quorum notitiam [g] pertinet, id eſt pater, mater, frater, ſoror, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorũ procreatio. Si autem progenies tota defecerit; [h] ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota ſit, [i] epiſcopus canonice perquirat; & ſi inuenta fuerit propinquitas, ſeparentur.

[*Cęleſtini Papæ decretum eccleſiæ Florentinæ miſſum.*]

PALEA Cap. II.

Extra qui matrim. accu. poſ. c. videtur.

VIdetur nobis, quòd ſecunda, quam contra prohibitionem eccleſiæ duxit, non ſit uxor, etiam ſi primam non haberet deſponſatam. Nam quod contra interdictum, & ordinem eccleſiæ factum eſt; tanquam inordinatum, ratum non haberi tam diuinæ, quàm humanæ legis proclamat auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinate ſuperduxit, prohibitione renitente, vxor non eſt, cogendus eſt eam recipere, quam iurauit, & deſponſauit, & ex ea prolem genuit; ut iuramenti religio non vilipendatur, & fides adinuicem promiſſa ſeruetur, & proles in cultu Dei nutriatur, & educetur, & alij exinde occaſionem peierandi, † & aliàs decipiendi aſſumere non valeant. Quòd autem parentes, fratres, & cognati utriuſque ſexus in teſtificationem ſuorum ad matrimonium coniungendum, uel dirimendum admittantur, tam antiqua conſuetudine, quàm legibus ap-

† al. peccandi.

b ¶Extraneorum.] arg ꝙ peregrini, aduenæ, alienigenæ non recipiantur in cauſa conſanguinitatis, & quòd propinqui ceteris perſonis præferantur ſi contradixerint: quod eſt uerum, ut extra qui ma. accu. poſ. videtur.

c ¶Nullus] Niſi deficiente parentela, vt hic in fine.

d ¶Accuſet] Improprie ſecundum H. argu C. de inoffi teſta. parentibus, vbi ponitur accuſare pro agere. Et nota quòd cauſa matrimonialis nõ eſt criminalis, nec ciuilis, etiam vbi de crimine agitur in foro eccleſiaſtico, ſed miſta extra de proc. tuæ.

Matrimonialis cã eſt miſta.

e ¶ Vel conſanguinitatem in ſynodo computet, &c.] Hoc referas ad teſtem. Et eſt arg ꝙ non poteſt idẽ accuſator eſſe, & teſtis in cauſa criminali: quod verum eſt, licet quidam conſentiant dicentes hoc ſpeciale eſſe in matrimonio, ut idem ſit accuſator & teſtis: ſicut eſt ſpeciale, ꝙ non iuretur in eo de calũnia, cum ſit quæſtio ſpiritualis extra de iuramẽto calum. litteras. & ꝙ conſanguinei admittuntur, & ꝙ non omnino ibi obſeruatur ordo iudiciarius extra ut lit non conteſt ad hoc Deus, & ꝙ valet teſtimonium de auditu infra ea de parentela, & ꝙ poſt publicationem atteſtationum teſtes poſſunt induci, extra de teſti. ſeries & c. licet.

Accuſator & teſtis idem eſſe non põt in cã criminali.

Propinqui pręferunt alijs in certis caſibus.

f ¶Propinqui.] Hic præferuntur propinqui, & in accuſatione adulterij C. de adult. l. quamuis. & in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de libe homi exhi l. 3. § penul & in accuſatione de effuſis & eiectis ff. de effu. & eiect. ſi vero, §. cum autem.

g ¶Notitiam.] Arg. ꝙ nõ ſit idoneus teſtis in hac cauſa, qui non habuit notitiam conſanguineorum, quos computat, ſi ſuo tempore fuerint.

h ¶Defecerit] Quia non ſunt uel neſciunt, uel ſunt infantes.

i ¶Nota ſit.] Ante motam quæſtionem. extra de conſanguinita. & affin ex litteris 2

2 Sed qñ dr̃ mota quæſtio? dicit Vin. ex quo matrimoni intentio eſt, extra de offic. deleg. conſultationibus. Arg 22. q. 5. hoc vr̃. Arch.

Videtur.] Hoc cap. fuit olim extra de matr. cõtract. contra interdict. eccle. cap. 1. ſed hic eſt palea.

NOtificamus.]CASVS. Quidam mortua vxore sua duxit aliã, quæ dicebat primę cõsanguinea fuisse, dicitur hic ꝙ si duo, vel tres de consanguineis viri, vel mortuæ vxoris, vel alij testes idonei dixerint iurati consanguinitatẽ, separentur, si vero aliqui hoc dixerint sine iuramento, separatio hæc non fiet, sed indicetur eis pœnitentia: quia infamati sunt, & forte peccauerunt.

confessio, vt extra de eo, qui cog. consan. vxo. suæ, sup eo. licet H. dicat sufficere si vterq; iuret septima manu 33. q. 1. requisisti, sed contra cũ est extra de eo, qui cog. consang. vxo. suæ, super eo. vbi dr̃, ꝙ rumor, &c. Sed dici põt, ꝙ aliud est vbi se consanguineos dicunt vt hic:

Cõsanguinitas non pbatur cõiuges nisi fama cõgnita

probatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiam ex recitatione maiorum scire laborat. Qui enim melius recipi debent, quàm illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse, ita vt, si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur, [pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris] in criminalibus causis, & contractibus verum est: in matrimonio vero coniungendo, & disiungendo, ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res est, congrue recipiuntur. †

ff. de testib. l. testis idoneus. — † al. admittuntur.

¶Hæc Palea deest in plerisque vetustis exemplaribus Habetur extra qui matrimonium accus. poss. c. 1. ex Clemẽte III aliàs Cælestino, Florentino episcopo, alias ecclesiæ Florentinæ: indeque, & ex aliquot manuscriptis est emendata, verbis aliquot & additis & sublatis.

Item Vrbanus Papa Richardo † Genuensi episcopo. — † al. Cyriaco.

¶Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant. Cap. III.

Sent. 4. dist. 41. Iuo p. 9. c. 33. Pann. l. 7. c. 83.

NOtificamus tibi, vt postquam tres, aut duo ex propinquioribus iam defunctæ [a] vxoris, eius, qui accusatur, vel viuæ hanc propinquitatem iureiurando firmauerint, vel tres, aut duo ex antiquioribus Genuensibus, quibus hæc propinquitas nota est, qui bonæ famæ, [b] & veracis testimonij sint, remoto amore, timore, pretio, & omnino malo studio, supradicto modo consanguinitatem firmauerint; sine omni mora coniugia dissoluantur. Quod si propinqui, aut extranei verbis tantum propinquitatem testantur, & iuramẽto probare vel noluerint, vel nequiuerint, coniugium nullatenus dissoluatur: sed competens eis [c] pœnitentia propter infamiam, vel peccati maculam (si forte in hac re contraxerint [d] aliquam) iniungatur.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito in Apulia. — In codice peruetusto ex Eugenio ij.

¶Suæ confessioni relinquuntur, quorum incestum nullus iureiurando affirmat. Cap. IIII.

Sent. ibidem. Iuo p. 9. c. 53.

SI duo, vel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsemet forte confessi [e] fuerint; coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit; episcopi eos per baptismum, per fidem, per iudicium Christi in vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciant, vtrum se (sicut est fama [f]) consanguineos recognoscant: si negauerint, sibiipsis relinquendi sunt: ita tamen, vt si aliud conscien-

xerint sine iuramento, separatio hæc non fiet, sed indicetur eis pœnitentia: quia infamati sunt, & forte peccauerunt.

a ¶Defunctæ.]Mortua enim erat vxor eius, cuius consanguineam postea accepisse dicebatur, vel affinem.

Matrimoniũ serui an possit ad testimonia ser uorũ dissolui.

b ¶Bonæ famæ] Argum. quòd debent esse bonæ famæ testes in probanda consanguinitate, ut extra de testibus, in litteris, & extra eo. tit. licet. Sed qd si criminosus seruus vel infamis contraxit, nunquid possunt admitti ibi homines similis conditionis? Videtur, quòd sic. 2 q. 7. si hæreticus. C. de inoffi. testa. in arenam, Dico quòd non, sicut nec dico alias criminosos testes contra criminosum admittendos, nec. n. h̃et ibi locũ replicatio, extra de except. a nobis.

c ¶Eis.]id est, accusatoribus. Testes. n. non puniuntur ante quàm dixerint testimonium. arg. C. de testi. nullum. est tamen arg. hic pro H. quod idem possit esse accusator & testis in huius modi causa. 1

1 Nõ est falsum secundũ id qd no. 4 q. 4. c. 1. in gl. ibi, sed no. su. ea in sum. idẽ quod dr̃ hic. Arch.

d ¶Contraxerint.] Sed forte nõ bono zelo diffamauerunt matrimonium, ut C. de adulte. quamuis, in fine.

SI duo]CASVS. Quidam contraxerunt, & erat fama cõtra eos esse consanguineos, dicitur, ꝙ si hoc cõstiterit testium approbatione, uel eorum confessione, separentur, si neutrum erit, ab episcopo adiurentur, & si negauerint, sibi sunt relinquendi: scientes, ꝙ si aliud habent in conscientia, in mortali peccato sunt vsque ad separationem.

e ¶Confessi.] Si tamen eos consanguineos fama publica nunciet: quæ habetur pro uno teste, idem est si vnus confitetur Baz.

f ¶Sicut est fama.]Nam sine fama nõ sufficeret eorũ

vt hic: aliud vbi turpitudinẽ allegant, vt ibi: quia nec tunc familiares testes admittuntur, vt extra de testi. & c. ga litteris. Vel facias vim in eo quod dicit, rumor, & c. præsumptio alio aliud est, quã fama. 2 Item si adest præsumptio violenta cum fama, sufficit, vt extra de testi. præterea.

2 Rumor est qñ aliqui pars viciniæ vnde dicit, fama est qñ tota ciuitas dicit. Host.

a ¶A liminibus segregatos, &c.] Sed dic segregatos quo ad sacramenta, sicut quilibet in mortali peccato existens, 1. q. 1. sacerdotes.

b ¶Atque infames.] Infamia canonica, quæ deletur per pœnitentiam, 6. q. 1. infames.

c ¶Do-

per illud se non obligant ad aliud testes illi synodales, nisi vt nuncient episcopo quod illicite perpetratur in parochia. Vnde ex quo nunciauerint episcopo, si uoluerit quòd separentur, oportet quòd iterum præstent aliud sacramentum, de quo habes in c. de parentela in quo plus est, quia debent addere de crudelitate. sed testes synodales non iurant nisi de auditu. Nec contradicit extra de testi. quoties, ubi dicitur ꝙ de scientia debent iurare, nam illud per hoc intelligo. In illo autem cap. ab isto. ponitur sacramentum eorum, qui separantur propter consanguinitatem.

Testes synodales quid iurant.

tia habeant, se a liminibus [a] ecclesiæ, a corpore, & sanguine Domini, a fidelium communione nouerint segregatos, atque infames [b] effectos, donec [c] ab incesti facinore desinant. Si se episcoporum iudicio segregauerint, si iuuenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. [d]

2 *Ecce, quibus accusantibus, [e] uel testificantibus consanguineorum coniunctiones sunt dirimendæ. Cuiusmodi uero iuramentum ab accusatore [f] sit exigendum; ex Romano ordine [α] habetur. Est autem huiusmodi.*

α ¶ Ordine] *Cæteri collectores citant non* ex ordine *sed, ex concilio Romano sub Gregorio iij. Ex quibus collectoribus, & vetustis Gratiani exemplaribus nonnulla sunt emendata in hoc, & in sequentibus capitibus.*

¶Iuramentum accusatoris. C. V.

Poly. l. 6. tit. 6. Ansl. 10. c. 74. Burc. l. 7. c. 25. Iuo p. 6. c. 61. Pann. l. 7. c. 86. † al. propter.

j DE parentela illa, quam dicũt esse inter illum N. & istã eius coniugem N. quidquid inde scis, & audisti [g] a tuis uicinis, aut a tuis propinguis antiquioribus, quòd tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, aut per † præmium, aut per † consanguinitatem celabis episcopum tuum, aut eius missum, cui hoc inquirere [h] iusserit, quandocumque [i] te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ.

¶Iuramentum testium. C. VI.

† al. Istud. Burc. l. 7. c. 26. Iuo p. 9. c. 26. Pann. l. 7. c. 87.

ILlud † sacramentum, [k] quod iste iurauit de illa parentela, quæ inter illum N. & eius coniugem N. computatur, quòd tu illud obseruabis, inquantum sapis, aut audisti. Sic te Deus adiuuet.

3 *Hoc iuramentum non est separationis, [l] sed synodale, institutum ab Euthychiano Papa. Ait enim.*

f ¶ Ab accusatore.] Hoc falsum est secundum quosdã, immo a testibus.

DE parẽtela.] CASVS. Ostenditur hic qualiter debeant iurare, qui de parentela debent testimoniũ ferre.

g ¶ Audisti.]Ante motam quæstionem. extra de consang. & affin. ex litteris. ideo autem hic admittitur testimoniũ de auditu, 1 quia difficile est ꝙ aliquis sciat quousque consanguinitas protenditur, ff. de gra. cog. non facile. circa princip. licet hoc sit correctum per illud extra de testi. licet, & nota, ꝙ secundum qd G inducit hoc cap. habes quòd accusator debet iurare de ueritate dicenda, licet non de calumnia, & est argumen. ad idem extra de despon. impu. attestationes, admittitur autem testimonium de auditu tantum, ubi agitur de consanguinitate alias per auditum non probaretur matrimonium, immo putaretur clandestinum.

1 Adde alios casus in quib. admittit̃, no. do. in l. si arbiter. ff. de Prob.

c ¶Donec.]Arg. ꝙ infamia per pęnitentiam aboletur.

d ¶ Non prohibeantur.] Ratione iuuenilis ætatis, uel ipso iure si ignoranter coniuncti sunt, arg. 33. q. 2. interfectores & cap. in adolescentia, & 34 q. 1. §. 1.

ECCE. Hæc est 2. pars huius quæstionis.

Sacramẽtum quadruplex circa causas matrimoniales.

e ¶ Ecce quibus accusantibus.]G. prout colligi potest ex rubricis istis, quattuor ponit genera sacramentorum. Primo ponit sacramentum accusatoris in primo c. de parentela. Secundo ponit sacramentum synodalium testium in c. episcopus. Tertio testium in c. de parentela illa. Quarto sacramentum eorum qui separantur, in c. ab isto. Dicunt tamen quidam G. deceptum fuisse per consuetudinem Italiæ, quæ est ut accusator debeat iurare iuxta tenorem illius c. de parentela. nam quidam dicunt, quòd accusator iurare non debet, quia nec etiam de calũnia in huiusmodi causa iuratur extra de iur. calumn. litteras. vnde vtrumque capitulum de parentela, intelligitur de sacramento testium. sed de parentela primum loquitur de sacramẽto testium, quod dicitur esse separationis, quia per illud separantur, quorum matrimonium accusatur. in illo autem c. episcopus, fit mentio de iuramento testium synodalium, quod non dicitur separationis, prout dicit præcedens c. quia per tale iuramentum nulli separantur, ꝗa

g ¶ Aut audisti.]Arg. testimonium de auditu esse recipiendum, ut 3. quæst. 9. §. de his, 14. q. 2. super & capit. quaquam, 34. q. 1. non satis. hodie non, ut extra de testi. licet.

h ¶ Inquirere.] Simile extra de testi. si qui testium & hic est intellectus.

i ¶ Quandocumque.]Dum tamen ante testium publicationem, extra de testi. fraternitatis. & cap. series. Vel dic ꝙ iudex ex officio suo etiam post apertas attestationes potest requirere a testibus. extra de consangui. & affi. c. 1.

k ILlud sacramentum,] Secundum intellectum G. hoc iuramentum est testis, pręmissum accusatoris, sed melius est, ut primo exprimatur forma sub qua iurant sequentes. H.

HOC IVRAMENTVM. Hæc est tertia pars quõnis.

l ¶ Non est separationis.] Id est, non fit separatio ad istud inter eos quorum matrimonium accusatur, nisi iterum præstetur sacramentum sequentis c. quod aperte colligitur extra de testi. cogen. præterea.

EPiscopus. CASVS. Dicitur hic quòd episcopus de qualibet parochia septem uiros veraces & honestos debet uocare vt iurent quidquid in parochia nouerint cõtingere pertinens ad correctionem epi, quòd de hoc interrogati dicent veritatem episcopo, vel eius legato.

a ¶ Allocutionem.] Id est prædicationem 10. q. 1. placuit.

b ¶ Pignoribus.] Id est, reliquiis, quibus obligatur sicut per pignora.

c ¶ Amodo.] Arg quòd sine accusatore contra aliquem inducere testes potest eps, & pronunciare, & ꝙ idem possit esse iudex & accusator. simile 6. q. 2. si tantum, 11. q 3. præcipue, & supra ea. q. c. 1. & 2. q. 5 presbyter, si supra 4. q. 4. c. 1. & 2. cõtra 1.

d ¶ Postmodũ.] Argu. quòd in causa consanguinitatis testimoniũ præmittitur falsũ est, nã eps nõ ẽ accusator & iudex in hoc casu: sed unus iuratorũ accusat, & alius introducit testes alios Arch.

Accusator & iudex põt idẽ esse.

Huic cõtrario stãdum est, quòd in causa consanguinitatis testimoniũ põt ferre quis de his quæ recenter didicit. arg. contra supra ead. in cap. tribus & argu. extra de consangui. & affinit. ex litteris. sed hic postmodum non intelligitur post mo tam quẽstionem, quod ibi prohibetur, sed postmodum, id est, de cætero. & sic per æquiuocationem solue. ad hoc proxi. quæs. quod autem.

e ¶ Synodalem.] Immo quælibet causa est synodalis indirecte, ut extra de iudic. nouit.

f ¶ Illud.] Scilicet, de parentela.

ABHOC. Hæc est quarta pars quæstionis. Io de Eant.

g ¶ Separationis.] Id est, ad quod fit separatio.

DE parentela illa CASVS. In quadã matrimoniali causa fuit appellatum ad papam. Papa causam delegauit Othoni episcopo, & quibusdam aliis. testes in gradibus & in personarum nominibus primo discordauerunt, postea in altero consenserunt. iudices delegati ipsum super hoc consuluerunt dicit papa, quod hic considerandæ sunt testium personæ, & qualiter debeant iurare, & esse sine varietate.

Testes cõtra matrimoniũ de quibus ponentes quid tenentur facere.

h ¶ Diuerso.] Ergo nulli erat credendũ, vt 4. q 3. item qui falso. Vel loquitur hic de diuersitate testiũ, qui discordant, tenẽtur. n. testes ex utroq; latere probare consanguinitatem, ut extra de consan. & affi. ex litteris & singulos gradus clare distinguere, & propriis nominibus nominare personas omnes, uel sufficienti circumlocutione, & debent uidisse quòd personæ constitutæ in vno prædictorũ graduũ, se pro cõsanguineis habuerunt, vt extra de testi licet 2. Sed certe testes, qui debẽt probare consanguinitatẽ, debent incipere a principio, & sic descendere vsque ad personas illas de quibus quæritur si incipiunt a duobus fratribus, & bene probant illos

¶Synodale iuramentum. C. VII.

EPiscopus in synodo residens post congruam allocutionem a septem ex plebe ipsius parochiæ, uel eo amplius, prout uiderit expedire, maturiores, honestiores, atque ueraciores uiros in medium debet euocare, & allatis sanctorum pignoribus b unumquemque illorum tali sacramento constringat. Amodo c in antea quidquid nosti, aut audisti, aut postmodum d inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem, & rectã Christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit, tantum ut ad tuam cognitionẽ quocunque modo perueniat, si scis, aut tibi fuerit indicatum synodalem e causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, ꝙ tu nec propter amorem, nec propter timorẽ, nec propter pretium, † nec propter parentelam vllatenus celes episcopum, aut eius missum, cui hoc inquirere iusserit, quandocunque te ex hoc interroganerit. Sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorũ reliquiæ. Illud a sacramentum, quod iste iurauit de synodali causa, quòd tu illud ex te ita obseruabis, inquantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adiuuet, &c.

poly l. 6. titu. 11. Ansl. 6. c. 152. Burch. l. 1. c. 91. 92. 93.

† al pramium.

a ¶ Illud.] *Burchardus legit*, istud *& ante hæc uerba præponit hanc rubricam*, Iuramentum cæterorum.

4 *Ab hoc iuramento illud f sumptum est, principio paululum derivato. Porro de iuramento separationis g Innocentius Papa II. scribit Orthoni Lucensi episcopo dicens.*

¶Iuramentum illorum, qui consanguinitatem probant. C. VIII.

DE parentela illa, unde nos consulere voluisti, pro qua etiam est ad nostram audientiam appellatum, aliorũ fratrum scripta suscepimus, qui utique causam ipsam diuerso h modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus, quã in nominibus personarum discordasse: postmodum i uero in altero eorum computatores eiusdem parentelæ dicuntur conuenisse. Cæterum in huiusmodi casibus summopere consideranda est qualitas personarum, quæ aliquid contra quoslibet astruere uelint: quę etiam iusiurandum præstare debent, quòd neque gratia, neque pretio, uel timore, uel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur: sed potius, quia credunt illos fuisse fratres, sed de patre eorum nihil probant, nec inde aliquid sciunt, & alios descendentes, probant gradus, nunquid hoc sufficit? Dico ꝙ sic, quia de stipite non inuenimus cautum, sed tantum de lateribus ut extra de testi. series. & ipsos fratres canon quandoque ponit pro si plus supra ead. q 5. cap. 1.

i ¶ Postmodum.] ponamus ergo ꝙ petrus & Berta, qui sunt frater & soror, contrahunt matrimonium, & duo testes bene probant petrum esse filium Ioannis, sed de Berta nihil sciunt. Itẽ alii duo probant Bertam esse filiã Ioannis, sed de petro nihil sciunt, separabitur ne tale matrimoniũ? Dicunt oẽs ꝙ non: a quia nec isti duo probant

Probant consanguinitatem, nec illi duo, nam aliud probant illi, & aliud illi. Sed qui hoc dicunt, ęci sunt: quia si probaui aliquem esse filium alterius, illum esse patrem illius probaui, sed in casu isto probatum est iudici. ꝙ Ioannes est pater petri: similiter est ei probatum ꝙ Ioannes est pater Bertæ. ergo constat iudici, ꝙ idem est pater vtriusque: ergo consanguinitas est probata, & forte primi melius dicunt.

† al. præstabant.

dant a ita verum esse, & ita se à suis antecessoribus audiuisse. In quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas b inueniri.

5 *Qui vero separantur ab inuicem, huiusmodi iuramentum præstabunt.* †

¶Iuramentum separationis. Cap. IX.

Polyc. l. 6 tit. 4. Ansl. 10. c. 75. Burc. l. 7. c. 27. Iuo p. 9. c. 63. Pann. 7. c. 88.

AB isto die in antea, quòd tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ α N. cum qua contra legem, & rectam Christianitatem adulterium & incestum perpetrasti; nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi sociabis, nec cum illa ad vnam mensam manducabis, & bibes, aut sub vno c tecto manebis; nisi forte in ecclesia, aut in alio publico loco, vbi nulla mala suspicio possit esse, & ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini; nec aliam coniugem accipies, nisi forte post peractam pœnitentiam tibi licentia d data fuerit ab episcopo tuo, aut eius misso. Sic te Deus adiuuet, e & istæ sanctorum reliquiæ.

α ¶ Consanguineæ. *Quæ sequuntur vsque ad ver.* perpetrasti. *addita sunt ex Burchardo & Iuone, itemque alia nonnulla.*

6 *Occasione vero consanguinitatis vxorem suam dimittere, & aliam ducere non licet alicui, nisi causa primum probata fuerit.*

† al Monasteriolo.

Vnde Alexander Papa II. Gulielmo de Monstrolio. †

¶Nisi coram ecclesia consanguinitate probata uxorem dimittere non licet. Cap. X.

Iuo p. 9. c. 32. Pann. l. 7. c. 82.

MVltorum relatione cognouimus, te propriam uelle abijcere f uxorem, & adhærere alteri, prętendentem consanguinitatis occasionem. Vnde Apostolica auctoritate interdicendo mandamus tibi, ut hanc, quam nunc habes uxorem, nullatenus præsumas dimittere, vel aliam ducere, donec episcoporum religiosorum concilium g causam istam examinauerit.

7 *Recepturus vero eam, quam iniuste dimisit, hoc modo iurabit.*

¶Reconciliationis iuramentum. Cap. XI.

Polyc. ibidem. Burc. l. 9. c. 81. Iuo p. 6. c. 217. Pann. l. 7. c. 42.

AB isto die in antea istam coniugem tuam N. quam iniuste dimiseras, h ita tenebis, sicut per rectum maritus suam debet habere coniugem in dilectione, & debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium a te separabis, nec ea uiuente aliam accipies: Sic te Deus adiuuet, &c.

Deuter. 17.

Quòd autem vnius i testimonio coniugia apud quosdã dirimuntur, nulla rõne ratum habetur. Cum enim Dominus dixerit: [*Omne verbum k stabit l in ore duorum, vel trium testium.*] *Item cum in Ilerdensi concilio, c. 20. dicatur:* [*Omnis cõtrouersia, quæ de ecclesiasticis rebus sit,*

a ¶ Quia credant.] sufficit, quòd iurẽt de credulitate: nec est contra, extra de testi. quoties, illud enim intelligo per hoc, & ita præstant isti duo sacramenta. Ioan. de Fant.

b ¶ Vel contrarietas.] Hic respondet quæstioni factæ. Ioan.

QVI VERO. Hæc est 5. pars huius quæstionis.

c AB isto die.] ¶ Sub vno.] Id est, loco suspecto, nam qui male agit, & c. 18. q. 2 perniciosam.

d ¶ Licentia.] Cũ sit senex. Si enim esset iuuenis', de iure communi posset contrahere, secundum quosdam, vt not. 33. q. 2. in adolescentia.

e ¶ Deus adiuuet.] Sed clericus cum separatur a concubina sua, non debet iurare, ut extra de cohabi. cleri & mu. clericos.

OCCASIONE. Hæc est sexta pars quæstionis.

MVltorum.] CASVS. Iste consanguinitatis occasione volebat vxorem suam dimittere: prohibet Papa ne dimittat, nisi prius causa fuerit in concilio probata.

f ¶ Abijcere.] Propria authoritate: quod non licet. 33. q. 2. cap. 1. & 2.

g ¶ Concilium.] Hoc olim. Vel exaudi distributiue. De hoc no. 33. q 2. c. 1.

RECEPTVRVS. Hæc est septima pars quæstionis.

h AB isto.] ¶ Dimiseras.] Auctoritate propria: vel per ecclesiam si fuit decepta.

i ¶ Quod autem vnius.] Hæc quæstio incidenter proponitur.

k ¶ Omne verbum.] sup. 2. q. 4. §. 1. & cap. placuit.

l ¶ Stabit.] Nisi in casu. de conse. distin. 4 placuit. & 86. distin. tanta. & 8 q 3. talia.

Filij ex matrimonio illicito nati nõ esse legitimi.

QVòd autem.] CASVS. Hic intitulatur 7. quæstio, quæ modicam habet dubitationẽ.
a ¶Quod autem.] Si parentes nesciunt impedimentum, non est dubium quin filij sint legitimi, ut extra qui fi. sint leg. cũ inter. Si aũt vnus sciuit, & alter nesciuit, dicunt quidã, ꝙ quantum ad scientem non sint legitimi, sed quantum ad ignorantem sunt arg. 32 q. 2. solet quæri. & C. solu. mat. si ignorans. Sed licet Hu. & L. ita dixerint tamen reprobatur eorum distinctio, extra ca. ex tenore: quia inconueniens esset, ꝙ aliquis esset partim legitimus, & partim illegitimus: sicut nemo potest esse partim liber, & partim seruus. ff de li. cau. duobus, sed si ambo parentes sciunt impedimentum, tales filij nõ sunt legitimi, licet ecclesia habuit illud, ꝙ matrimonio, vt extra de clandesti desponsum inhibitio.

Diſpenſatio circa matrimonia inducitur tria.

secundum diuinam legem ſub duobus, vel tribus teſtibus terminetur, Domino dicente: [*non unus ſtet contra alium,* † *α ſed in ore duorum, uel trium teſtium ſtet omne verbum.*] *Item cum alibi dicatur,* [*nullius perſonæ β quã tumlibet exercitatæ teſtimonio aliquid credatur,*] *γ uidẽtiſſime apparet, vnius aſſertione coniugia non eſſe diriminenda.*

Deut.19. Matt.18.
† *al. aliquem.*
Burc.l.7.c.17. Iuo p.9 c.52. Pann.l.7.c.82.

α ¶Contra alium.] *In Deuteronomio hæc adduntur,* quidquid illud peccati, & facinoris fuerit. *In Euangelio autem ſunt tantummodo ſequentia,* vt in ore duorum, &c.
β ¶Nullius perſonę.] *In codice Theodoſiano, lib.11 tit.14 leguntur hæc verba:* & nunc manifeſte ſancimus, ne vnius omnino teſtis reſponſio audiatur: etiam ſi præclaro curiæ honore præfulgeat, *quorum ſimilia recitantur ab Iuone par.16. c. 204. Et Gratianus ſupra 6.q.2. in principio hanc eandem fere ſententiam attulit.*

Quid est.] CASVS. Cum de incestu soleant filij nasci, quæritur quare dictum sit in veteri lege, qui dormierit, &c. Et respondetur, quòd legitimi non sunt, nec parentibus succedunt.
b ¶Quid eſt.] Dubitando dicit, & tamẽ soluit: & interrogando respondet, sic 22. q.2. quod ait.
c ¶Sine filijs.] Scilicet legitimis. Dicuntur enim non esse filij, qui non sunt boni. 12.q.2. non liceat. arg 32.q.4. dicat & 4. dist. multi. ergo nomine generali legitimi continentur extra de iu. iur. Quintauallis. ff de ope. li. si libertus.

Filius nõ est, q bonus non est.

DE his vero qui.] Hic depingitur Octaua q̃stio, qua quæritur quo gradu possit dispensari cum consanguineis, vel affinibus. Et quidem in tertio Papa solus, sed in primo & secundo nõ potest, vt dicunt: quia in Leuitico prohibitus fuit vterque in consanguinitate & affinitate: sed hoc falsum est, vt extra de diuor. gaudemus, ut notaui 30.q.3. Pictauium, & sunt tria quæ inducunt hanc dispositionem, proles, & tẽpus, inf. e. c. 1. ff. de rita nup qui in ꝓ-

QVAESTIO VII.

QVòd autem [a] *quæritur, ſi illi, qui de inceſtuoſis naſcuntur, filij reputentur; Auguſtinus in libro quæſtionum ſuper Leuiticum cap. ſeu quæſt. 76. determinat, ita dicens.*

¶Non appellantur filij, qui de inceſtuoſis naſcuntur. Cap. I.

QVid est: [b] [Quicunque dormierit cum cognata ſua, ɣ ſine filijs [c] morietur,] cum filij ex huiusmodi coniunctionibus & ante nati sint, hodieque nascantur? An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, vt quicunq; ex eis nati fuerint, non deputẽtur filij, id est, nullo parentibus iure succedant? *Leuit.20.*

ɣ ¶Quicunque dormierit cum cognata sua.] *Hæc verba non sunt hic apud B. Auguſtinum, ſed initio ipſius quæſtionis 76.*

QVAESTIO VIII.

DE his [d] *vero, qui ignoranter coniuncti ſunt in quo gradu conſanguinitatis, uel affinitatis ex diſpenſatione eccleſiæ relinquantur, Gregorius in Regeſto definit dicens.*

¶ *In Polycarpo citatur ex Gregorio in Decretis.*

¶Non seperantur qui infra septimam generationem ignoranter copulantur. Cap. I.

DE gradibus vero cognationum, qui infra septimam generationem in matrimonio sunt inuenti, si nescien- *Polyc.l.6. tit.4.*

DE gradibus.] CASVS. Quærebat quidã episcopus de cõsanguineis & affinibus primi generis in matrimonio copulatis, quid esset faciendum? Respondetur, qui in quinto gradu, vel vltra per ignorãtiam prædem cõiuncti sunt, & filios genuerunt, tolerentur; dones

donec Grego. & ille simul loquantur. coniuncti vero intra annũ in quinto gradu vel sexto, separẽtur & ne de cętero tale quid fiat, prohibeatur; si qui contrafecerint, cum graui pœna separentur.
a ¶Multa.] Ar. ratione diuturnitatis posse fieri quod alias

tes fecerint, & iam multa a curricula annorum sint reuoluta, ita vt filios [b] habeant, in sexto qui inuenti sunt, aut fortasse [c] in quinto, huiusmodi non separentur, donec nos Domino permittente, ore ad os [d] loquamur. Hoc autem dico secundum indulgentiam, [e] non secundum imperium. Qui vero de his duobus gradibus nouas contraxisse nuptias videntur, id est, infra anni coronam: modis omnibus separentur. De cætero vero generalia per omnem prouinciam statuta percurrentia tatiter firmentur, vt nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare: & qui fecerint, sine retractionis misericordia acrioribus puniti vltionibus separentur. Hi vero, qui propinquas sanguinis vxoris suę in matrimonio sibi sociauerunt, sicut iam dudum vobis scripsimus, qui in eodem gradu inuenti sunt, separentur; aut suspendatur eorum causa, vsque dum nos infimul Dommino auxiliante conueniamus. *Idem.*

¶De his, α qui post mortuas uxores, secundas contrahere nuptias uoluerint, iuste, & honeste, & rationabiliter prospeximus ab earum consanguineis usque ad quartum [g] gradum genealogię abstinere. Hoc nos secundum indulgentiam sanctæ matris ecclesiæ mitius prælibauimus. [h] Cæterum iuxta sęcularium [i] legum censuram dignis coercionibus, grauibusque disciplinæ inuentionibus † hęc omnia mala, & illicita modis omnibus resecanda sunt, ut in futuro deinceps tempore cuncta quiescant.

† *al. inuectionibus.*

α ¶De his qui.] *In Polycarpo hæc verba sunt ex eodem Gregrio; sed habentur coniunctę cum c. de affinitate ſupra q. 2. & 3. & proxime antecedunt huic capitulo, de gradibus.*

ɛ ¶Iuxta sæcularium.] *De pœna inceſtorum est in nouella 12. Iuſtiniani. & in capit l.7. cap. 432. & 435. & in adiectis capit. 124. & 127.*

Idem Fœlici Meſſanæ ciuitatis epiſcopo.

¶In quarto, & quinto gradu qui coniuncti inuenti fuerint, separentur. Cap. II.

HAec salubriter præcauenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequo affinitatis, [l] lineamenta generis successione cognoscuntur, matrimonio [k] sibi desideret copulare: sed, sicut α a maioribus nostris definitum est, ita modis omnibus obseruetur: quoniam usque ad septenarium numerum parentelæ nulli unquam

In conc. Tol. 2. cap. 5. Polyc. ibidem. Ant. l. x. cap. 39. Burch. l. 7. c. 6. Iuo p. 9. c. 42.

alias fieri non debet sup dist. 4 denique. & 95. dist. ecce. 1 q. 1. cito sup. 24. q. 1. schisma contra.
b ¶Filios.] Not. filiorum susceptionem & annorũ lõga curricula dispensationem inducere, ne matrimonium separetur: hodie autem longitudo temporis nõ excusat, vt extra de consangu. & affi. non debet. Ioan. 20.
c ¶Aut forsitan.] Ideo dubitando dicit, quia in quinto gradu non est dispensandum, nisi ex magna cã. Diformam omnibus prælatis, ꝙ vbi inueniunt aliquos in tali gradu, & illa tria præcedunt, non separent eos, nec de causa cognoscant: alias sic,

d ¶Ore ad os.] Et ita permittit in suspenso.
d ¶Ore ad os.] Sed si quis recenter contraxerat, vel contraheret cum aliqua, ꝙ tunc separentur. Et hoc est quod dixit, infra anni coronam.
e ¶Indulgentiam.] Sed obijcio tibi, aut Papa dispẽsauit, aut nõ? Si dispensauit, ergo statim fuit matrimonium. Quare ergo dicit, non separentur, donec nobis loquantur? Si nõ dispensauit, quomodo ergo permisit eos esse in incestu? Itẽ quare secundum hoc subiũgit: Hoc autem dico secundum indulgentiam? Solu. Papa non statim dispensauit in matrimonio: sed dispensauit in hoc, ꝙ debet differri cognitio causæ, vel etiam prolatio sententia, & ideo medio tempore alter alteri nõ debuit negare debitum: cum adhuc non constaret de consanguinitate, vt extra vt li. pen. laudabilem. vel dic, ꝙ dispensauit sub conditione, si constaret de præmissis. Vel expone, non separentur quantum ad cohabitationẽ, sed per hoc non dat eis licentiam commiscendi.

Cã pendẽte super matrimonio non est denegandum debitum.

f ¶Anni coronam.] Idest, anni circulum vel reuolutionẽ. Nota noua matrimonia dici quæ nõ sunt annua. Similiter mancipium dicitur nouum quod nondum seruiuit per annum, ff. de pub. & vecti. interdũ. § quoties. similiter vinum. ff. de vino, tritico, & oleo legato. l. vetus. 1

Mancipiũ dr nouũ quod per annum non seruiuit.

D'E HIS QVI MORTVA. CASVS. Mortua vxore debet vir ab eius consanguineis vsque ad quartum gradum abstinere, & hoc fit ex dispensatione: quia de rigore iuris esset puniendus.

1 Et hẽs hic arg. ꝙ non dicũtur noualia, quę annum excedunt similiter nec nouũ feudum. Arch.

g ¶Ad quartum.] Si intelligas hoc de secundo genere affinitatis, tunc nulla ei ibi dispensatio: nec illud quod sequitur, hoc nos, spectat ad illud genus affinitatis, sed ad primum.
h ¶Prælibauimus.] Idest, olim cõcessimus quibusdã.

HAec salubriter.] CASVS. Præcipitur hic, ne qs suã ducat consanguineam quandiu consanguinitas vsque ad septimũ gradũ cognoscitur: & qui quarto gradu vel quinto iuncti sunt separẽtur, ga in veteri lege prohibetur qs ad proximã sui sanguinis accedere.
i ¶Affinitatis.] Consanguinitatis signa vel vestigia.
k ¶Matrimonio.] Id est, vsque ad septimum gradũ.

Inco-

INcestuosi.] CASVS. Qui incestas nuptias contrahunt: quamdiu in crimine sint, excommunicati debent esse: & si alter moriatur in illa coniunctione, superstes non debet contra here.

a ¶Incestuosi.] primam partem huius cap. intellige de exclusione sacramentorum: secundum autem de anathemate. & tunc dicit Non sumant cibum spiritualem. De hoc dictum est supra eadem quæstione tertia, de incestis, duodecima quæstione secunda indigne.

b ¶ Manent.] post adminitionem.

c ¶ Aut cathecumenos.] 11. q. 3. ad mensam. contra. Sol expositio illa, quæ sequitur id est, cum Christianis, & c. non refertur ad totum id quod præmissum est, sed ad aliā partem, inter Christianos non habetur. Vel non de omnibus gentibus hoc intelligendum est, sed de gentib. cathecumenis.

d ¶ Sed soli.] Christiani.

e ¶Maneat] Quid iuris in hoc casu, nota ui 33. quæstio. 1. 3. de pœnitentibus.

Vnde copulam contrahere licentiam damus, his videlicet, qui ex patre, & matre consanguinitatis parentela descendunt Qui autem, & quæ in quarto, vel in quinto gradu coniuncti inuenti fuerint, separentur: quoniam scriptum est; § Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinē eius. § & iterum: [Anima, quæ fecerit quippiam ex istis, peribit de medio populi sui.] Sane quibus ℭ coniunctio interdicitur, illicita habebunt ineundi coniugij melioris libertatem. *Leuit. 18.*

Nisi in eodem γ crimine vsque ad mortem alterius eorum contumaciter perseuerauerint.

Vnde in Aurelianensi concilio.

¶*Integrum caput*, Hæc salubriter. *vt est apud Gratianum, etiam ab Anselmo citatur ex Grogorio. In Polycarpo autem sequitur post c Pyctacium, supra 30. q. 3. attributum Zacharia. In concilio Toletano 2. c. 5. quod referunt Burchardus, & Iuo, habentur cætera. huius capitis verba præter ea quæ indicabuntur.*

α ¶Sed sicut.] *Hæc vsque ad ver.* Separentur, *absunt a concilio, Burchardo, & Iuone.*

ℭ ¶Sane quibus.] *Hæc in concilio impresso non habentur: quamuis apud Burchardum, & Iuonem ponantur coniunctæ cum superioribus. Leguntur autem in Agathensi, & Epaunensi, Turonico 2. & in capitularibus adiectis, sed aliqua cum veritate, vt est notatum. supra ead. q. 2. & 3. de incestis.*

β ¶Nisi in eodem.] *Hæc nusquam sunt inuenta, & visa sunt Graziani. Quod indicat ille loquendi modus*, Vnde in Aurelianensi concilio.

¶Non ducant vxores, qui vsque ad mortem alterius in incestu perseuerauerint. Cap. III.

INcestuosi, [a] dum in ipso detestando, atque nefando scelere manent, [b] non inter fideles Christianos, sed inter gentiles, aut cathecumenos [c] habeantur, id est, cum Christianis non sumant cibum, nec potum: sed soli [d] faciant hoc; non osculentur, nec salutentur ab eis. Et si suis sacerdotibus inobedientes extiterint, & a tam nefando scelere se segregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint: inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos, de quibus per se veritas ait: [Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] Et si alter eorum [e] morte præuentus fuerit: alter, quamdiu viuit, grauiter pœniteat, & sine spe coniugij maneat. [c] Cap. l. 7. c. 433. & in adiectis, cap. 121. Anſel. 12. cap. 9. Burch. l. 7. c. 5. Iuo p. 9. cap. 41. *Matth. 18.*

¶*Hoc Burchardus etiam & Anselmus citant ex Aurelianensi: & aliquid ad hanc rem faciens habetur in Aurelianensi 3. c. 10. sicut etiam in Agathensi, c. 61. ex quo videtur citare Iuo. Sed longe magis cum hoc capite concordat c. 4 concilij Ilerdensis relatum supra ead. q. 2. & 3. De ijs, qui incesti. Eadem autem plane verba leguntur l. 7. cap. c. 433. & in adiectis, c. 125. exceptis tamen ijs, quæ indicabuntur.*

β ¶ Et si alter eorum.] *Hæc non sunt in capitularibus indicatis: sed horum loco habentur ista.* Nam cum fidelibus non debent orare, neque in ecclesiam intrare: sed ad ianuam ecclesiæ excubare, & ab intrantibus in eam, & exeuntibus ex ea, vultu in terram prostrato veniam postulare, ut pro se orare non dedignentur, flagitare, & lacrimis profusis, vultu contrito, atque humiliato spiritu, semper omnibus apparere vsque ad satisfactionem ecclesiæ, & proprij episcopi canonicam reconciliationem manere, & ad pristinum incestum nunquam redire, nec sæcularia negotia exercere, nec placitis, aut accusationibus, & testimoniis interesse: sed crebris sacerdotum precibus: manusque Pontificis proprij impositionibus, & eleemosynarum largitionibus, atque cæterorum bonorum hominum † exhibitionibus expurgari, sanarique oportet.

† fortasse, *operum.*

Hac auctoritate, qui in quarto, vel in quinto gradu cōsanguinitatis coniuncti inuenti fuerint, ab ecclesia separari iubentur.

VNde quæritur.] Hæc q. diuidit in duas partes: in quantum prima probat, ℣ sententia retractari non potest, & hoc probat per duos canones. Secūda ibi, [Quod autem.] Ioan. de Fantu.

a ¶Vn.

QVAESTIO IX.

VNde quæritur, [a] *si ecclesia fraude testiū, aut ignorantia eorum decepta aliquos separauerit, q post separationē alia coniugia contraxerint, si postea deprehensa fuerit callidi tas, vel falsa opinio testium, an priora coniugia sint redintegranda. Quod fieri non posse, argumentis, & auctoritate probatur. Sententia namque nisi per appellationem intra terminum lege constitutum relaxata fuerit, irreuocabile robur obtinebit. Hinc etiam beatus Gregorius scribit dicens.*

¶Quæ rationabiliter decisa sunt mutari non expedit. Cap. I.

OMnibus modis [b] ecclesiasticæ disciplinæ, vel moderationi cōueniens est, vt quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel decisa; nulla in posterū debeant refragatione turbari. 35 q. 2. ecclesiastice. Anſel. l. 4. c. 9.

¶*In vulgatis Gratiani codicibus tribuebatur Beato Agustino. Restitutum est B Gregorio ex aliquot vetustis exemplaribus, & Anselmo. Ac supra 25. q. 2 c. ecclesiastica hoc idem citatur ex Gregorio: apud quem legitur ijsdem pene verbis, lib. 7. indict. 2. epist. 90.*

Item Stephanus Papa quintus, Paulo episcopo Placentino.

¶Quæ vtiliter decisa sunt, à successoribus roborentur, à temerarijs præsumpta resecentur. Cap. II.

LOci nostri consideratio nos admonet rationis auctoritate, quæ à prædecessoribus nostris vtiliter decisa fuerint, roborare; & quæ à temerariis præsumpta fuerint, a ¶Vnde quæritur.] Hic quæritur si sniã, quæ lata est pro matrimonio, vel cōtra illud, postea possit retractari. Et dicendū ℣ sic, ℣ talis sniã nullo cursu tpis trāsit in rem iudicatam, vt extra de sen. & re iudica. cōtra fidē fauentem. & c. lator. Quidam volebant distinguere & dicere, ℣ si secunda matrimonia sunt contracta, non possunt retractari sententia, sed si non sunt contracta, possunt retractari, per illud qđ est extra de testibus, sicut, 33 q. 1. si pos sortiarias. sed id qđ in illa decreta sicut dicitur, referendum est ad facilitatem, i id est nō ita đ facili retractatur sententia, quando secūda matrimonia cōtracta sunt. Et illud quod dico in matrimonio, dico in omnibus vbi periculum animæ vertitur, vt in baptismo, & ordine. Illud tamen posset dubitari, vtrum sententia matrimonii ipso iure retractetur, an per integrum restitutionē. Et videtur quod per in integrum restitutionem, vt extra de in integr restitut ex litteris. Econtra videtur, quod ipso iure, quia ibi sententia non transit in rem iudicatam, vt dixi. Sed licet magister specialiter proposuerit quæstionem de matrimonio, tamen generaliter prosequitur, an quælibet sententia possit retractari. Notandum ergo, quod variis modis retractatur sententia. Quandoque retractatur si est lata per surreptionem, vt infra. e. veniã. & extra de offi. vica. tua. & extra de sen. & re iudica. cum olim. item si est lata per falsos testes. vel per falsa instrumēta, vt extra de probat licet & C. de fal. querela. Item, si est lata per falsas allegationes ff. de iudi. prēter. Item si interuenit falsus procurator, vt extra de procura. in nostra. ff. de iudic. licet. Item si est lata à iudice non suo, vt extra de iudic. at si clerici. & C. si à non compe. iudic. per totum. Item per in integrum restitutionem

a vt extra de in integ. restitu. requisiuit. Item per appellationem & supplicationem, vt C. ℣ per veniri de preci. impera offe. auth. quæ supplicatio, Item retractatur si est lata ab excōmunicato, vt extra de sen. & re iudic. ad probandum. Itē retractatur per implorationē tritis auxilii, vt si cōtra seruū fuerit lata sententia, ille appellare nō potest, sed permittitur ei implorare tri ste auxilium, vt ff. de appe seru. Item si fuerit lata cōtra ius scriptum, vt 2. q. 6 §. est autem quando Item propter corruptionem iudicis vt 2. q. 6 §. venales. Sunt autē tres modi retractandi sententias. Quandoq; retractatur sententia, id est, nulla offenditur

2 Hāc sententiam q. dā tenēt ℣ maxime si ℣ sit matri monium. sicut. n. auctoritate iudicis solutū est. ita & auctoritate eiusdē dēt reformari. ar. ex de regul. iur. ois res. & ff. đ re iu. nihil. Ar. Sententia triplici do retractat. Sententia à qua non appellatū, nō est retractanda.

3 Subaudi nisi ex certa sciētia princeps daret rescripti di cēdo non obstāte ta li sniã. iur. C. đ testi. auth. hoc inter libe ros Arch.

Universidad de Deusto Biblioteca

statua violat: & qui delicta non punit, peccandi viam aperit.

a ¶Omittimus.] Si 23.q.3. est iniusta.in fine.

b ¶Errorem.] Nota, quod partibus & aduocaris licet corrigere errorem suum quandocumque ante sententiam: vt extra de cen.

i Adde an & qñ licet iudici recipere testē volē tē corrige re dictū suū. not. Bart. in l. si postulauerit. §. 1. ff. ā adul. & i repet. ff. ā qōni.

olim, circa medium C. de iur & fac. igno. error. testibus incōtinenti licet corrigere: vt extra de testi. cog. præterea. 1 Item dominus potest inconti nenti errorem procuratoris corrigere: vt extra de offi. iudic. de lēg cum olim. in fi. ni si errauerit in petendis iudicibus suspectis. vt extra de caus. poss. & prop. cum olim. de hoc 32.q.1. super. &c. apud misericordem. Item Iudex potest errorem suum corrigere in interlocutoria sententia, vt ff. de re iud. qđ iussit, sed diffinitiuam sententiam nullo potest corrigere, siue sit ordinarius. 2. siue delegatus, siue in criminalibus causis: vt extra de offi. deleg. in litteris C quomodo & quando iudex, si vt propo nis. ff. de pœ. diui fratres. nisi sit lata cōtra ordinem iuris, tūc po test retractari ab ordi nario tm: vt C. de accus. l. 3. & 4. & etiam à delegato: vt extra de accusa. qualiter & quando. Sed licet corrigere non posset sētentiam, tñ potest eā moderari, vt ff. de off. præsi. i illicitas §. vl. Si militer si decepius tulit sententiam, potest denegare executionē iudicati, vt ff. de iudi. si prætor. in fine Item verba sententiæ potest mutare dum tamen sensus idem remaneat: vt ff. de re iudicata, actorum. Item supplere potest eadē die de fruētibus. 2 ff. de re iu. paulus. Item interpretari, pōt sentētiam su am si est præsens vel procurator Cęsaris, vt ff. de appel. l. ab executore.

Snīa pōt moderari.

3 Ad idē ā expēsis. Archid.

Res iudicata veritati nō p̄iudicat. 1

4 Vel de vt no. sup e. I sūma.

QVOD AVTEM. Hæc est secūda pars quæstionis, in qua probat q̄ sententia retractatur, & hoc probat per quinque capitula. Ioan. de Fan.

Quod quis.] CASVS qui non vult puniri, corrigat sua & prædecessoris sui delicta: & q̄ non correxerit punietur, vt via peccandi claudatur.

c ¶Quod quis.] Hoc c. loquit de illicita alienatione rerū ecclesiæ, vt extra de rep. mu. c. 2. Secus. n si deliquerit ecclesiæ, vt extra de rep. mu. c. 2. Secus. n si deliq. sententiādo 5 diffinitiue, C. sniam rescin. nō possl. 1. ff. de re iu. l. iudex. ar. cōtra factū propriū aliquem posse venire. ar. 12. q. 1. certe ego sū. & extra de ele. nostri. f ¶Illicite.] Sic 55. dist. pænitētes ar. cōtra extra de cleri. coniug. diuersis. & extra de fil. presbyte. & arg.

in promptu nihilominus vlciſci. Reum quippe ante cōſpectū diuini iudicis ſe nouerit eſſe, qui nititur vtiliter finita reſcindere, ac roborata quolibet auſu violare. Eccleſiaſtici quippe vigoris ordo confunditur, ſi aut temere illicita præſumantur, aut nō cōceſſa impune tenentur. Proinde ſi negligēter ea, q̄ male vſurpantur, omittimus; a exceſſus viam proculdubio alijs aperimus. 1. Cor. 10.

¶ *Sententia huius capitis, & multa etiam verba sumpta sunt ex B. Gregorio lib. 7. indict. 1. epist. 13 & 28;*

Quia ergo ſnīa hæc rōnabiliter data eſt, nec per appellationem intra certum terminum releuata; apparet, q̄ nequaq̄ priora cōiugia ſunt redintegrāda. His ita reſpōdet. Aliud eſt, ſnīam reſcindere, & rōnabiliter deciſa turbare, atque aliud, q̄ per ſubreptionē obueniūt, deprehēſa corrigere, ſuū namq; errorem b cuiq; corrigere licet, atq; iō, q̄ à quolibet illicite cōmittuntur, ſiue a p̄deceſſoribus admiſſa inueniūtur; in melius reuocari oportet. Porro illicite vxor à viro ſuo ſeparata eſt, & illo viuēte alij copulata: cū Dominus ſolius fornicationis cauſa à viro ſuo vxorē ſe parari iubeat. Sicut ergo ſi aliqua, cuius vir putaretur defunctus, alicui copularetur, & qualibet occaſione interueniēte, ab eius conſortio diſcederet; q̄is iudicio eccleſiæ cogatur redire ad eum, quē reliquerat; tamen ſi poſt triēniū c virum, qui mortuus putabatur, redire contigerit, priora coniugia redintegrabuntur; ſic cum deprehenduntur non fuiſſe conſanguinei, qui cauſa conſanguinitatis ab inuicē ſeparati ſunt, prioris conſortij fœdera ſunt reparanda. d

2 Quod autem, q̄ illicite admittūtur, vel admiſſa inueniuntur, corrigenda ſint, vel quod ſnīa etiam Rom. ſedis in melius cōmutari valeat, auctoritate Hilarij Papæ, & Nicolai monſtratur.

Ait namque Hilarius epiſcopus Vrbis Romanę ſyno do p̄ſidens, capitulo iiij.

¶Corrigendum eſt, quod illicite admittitur, aut à prædeceſſoribus admiſſum inuenitur. Cap. III.

Vide ſupra cū per bellicā. 34. q. 1. & 2.

Quod q̄s c cōmiſit illicite aut à p̄deceſſorib. ſuis inuenit admiſsū, ſi propriū periculū vult uitare, dānabit. Nos. n. in nullo uolumus ſeueritatē ultionis exercere; ſed q̄ in cauſis Dei, uel cōtumelia, uel aliquo † exceſſu deliquerit, aut ipſe qđ peroeram fecit, abolere noluerit, in ſe, quidquid in alio non

De⁹ dedit p. 1. Poly l. 4. tit. 20. Anſ l. 6. c. 157.

† al. in aliquo.

5 Eſt in cauſa ſpiritali ſe cundū ſe. Fornicari am abiu. rās an cū illa, Theſſe poſſit.

& arg ff de reb. eo. qui sub tu. vel cura. l. quamuis. & extra de concess præben. cum super.

a ¶Illicitis.] No. arg. ad quæstionem dominicalem: iuuauj, q̄ nunquam accederem ad fornicariam meam post uolo cum ea contrahere, nūquid posſūtar. hic q̄ fic, &

ibi sit aliquid reprehensibile,

c ¶Retractari possit.] videtur ergo q̄ sententia principis possit retractari, si esset iniuste lata. Et sic est ff. C. de app. ne causas. vbi dr, q̄ si sententia principis in ne causæ cognitione fuerit lata, non potest retractari ab alio. nam etiam error principis facit ius inter partes, vt ff. de supel. le. l. 4. in fin. sed hic loquitur de ea retractatione, quæ fit per in integrū restitutionem, extra de in integrum restit. tum ex litteris.

Sententia principis an possit retractari.

d ¶Conditionis.] Si concessum erat ad tē pus. sup. ea. q. 3 quod scripsi. Vel illius. si p̄ces veritate nitantur. sīa autem non est sub conditione ferēda. 2 q. 6 biduum. vnde hoc non intelligitur de ea, tenet tñ si feratur extra de sentē. excō. a nobis, &c.

Sententia non est sub conditione ferenda.

resecauerit, inueniet. Quod, vt deinceps possit tenacius custodiri, si placet, sententias, causas, & subscriptiones proprias, omnes commodate, vt synodali iudicio aditus claudatur illicitus. a

Item Gregorius.

¶Secundum suæ conditionis tenorem Apostolica valet mutari sententia. Cap. IIII.

Deus dedit ibi dem. Poly. l. 5. tit. 6. Anſ. l. 2. c. 69.

APostolicæ sedis sententia, tanta semper consilij moderatione concipitur, tanta patientiæ maturitate decoquitur, tantaque deliberationis grauitate profertur, vt retractatione non egerat: nec immutari necessarium ducat: nisi forte sic prolata sit, vt retractari possit, c vel immutanda secundum præmissæ tenorem conditionis d existat.

¶ *Apud Anselmum & Polycarpum citatur ex epistola Nicolai Papæ Regem Carolum. Extat in codice sæpe memorato monasterij Dominicarum, in epistola Nicolai, quæ inscribitur ad Ludouicum regem, & in altera eiusdem ad episcopos omnes in regno Ludouici, quæ incipit,* Gaudemus.

Item Innocentius Papa, epist. 22. ad epicopos Macedoniæ.

¶A prædecessoribus damnatos, aliorum supplicationibus in pristinum statum Apostolica reformat ecclesia. Cap. V.

VEniam nunc ad Maximum a Photinum, c quasi ad quoddam thema, & § quod mihi anxium est, ac difficillimum § maiorum meorum reuoluam sententias. Fuerat de illo quoquo pacto [vt ipsi etiam commeministis] aliquid vtique grauius constitutum. Verum quoniam id per rumorem f falsum, vt asseretis, subreptum huic sedi, & elicitum per insidias demonstratis: quia res ad salutem redijt: veniam nos hanc intantum uobis admittentibus post condemnationem more Apostolico subrogamus † tantisque uestris assertionibus, uobisque tam bonis, tam charis non dare consensum, omnibus rebus duris durius arbitramur. Pro uestra ergo appobatione [fratres charissimi] & sententia, ac postulatione episcopum Photinum habeto te [licitum est enim ita constituere, vt deprecamini §] & nostram in melius conuersam sententiam, labore, uel testi-

poly. l. 5. tit. 6.

† Tex. est in simili in l. inspi ciendum. ff. de pœ. & in l. Arrianus ff. de act. & oblig.

Electio imperiti, qui credebatur perirus, an dēat cassari.

1 Arg. 3 x. q. 1. placuit vbi de hoc. Obtenta per subreptionem absentę aduersario reuocantur.

Preces p̄ digno fieri non inducunt.

Poſtolicæ.] CASVS. Quæritur vtrum Papæ constituta sint mutanda, & respondetur q̄ non nisi mutationis causa vel conditio sit inserta.

b ¶Decoquitur.] Hic patet rō, quare in scriptis Apostolicis nihil debet vitii reperiri, nec aliquid reprehēsibile, vt extra de reser. cū adeo. vnde vitiola dicent reprehensibile cum error, ff. de manu test. qui habebat Non enim est veri simile, q̄ cū illæ litteræ in tot manibus decoquātur, q̄ nihil scripta, si sit in eis falsū latinū: nt extra de reser. ad audictia. sed in testis & priuilegius secus ex C. de testi. fallat, tractantur, vt extra de sententia & re iud. cum olim. nec aliquid valet quod per litteras subreptitias actū est. vt extra de officio vicē tua immo & libertas non retractatur, licet propter iniustam causam data sit. vt in fitiu quibus ex cau. maior. §. eadem verti. semel. tamen nulla est, si per subreptionem data fuerit, vt ff. de fideicom. li. cum vero §. subuentum & index, qui alias non potest reuocare sententiam diffinitiuam, licet in iustam, in hoc casu ipsemet eam reuocat. ff. de iudic. si prætor.

g ¶Vt deprecamini.] Arg. q̄ non sit simonia preces pro digna persona porrigere; & pro digno deposito resti

restituendo licite possunt preces offerri. arg 1.q 1.filium, & dist 50.clerico. & dist.54.si seruus.

a ¶Compotem.] Id est, officii potestatem habentem.

b ¶Nolite.] arg quod papa approbat, &c. vt su 24 q.1. hæc est fides.s.17 q.4 §.qui autem, & 93. dist. si inimicus.

c ¶Audio.] Arg.opti. adiuuandos reos criminis. 1 supra dist. 45.licet similia. C. de aduo.di. iudicũ, l.restituendę & ff. de alb. scri l.vlt.

d ¶Si faciendũ.] Ar. quod potius de misericordia, quam de rigore iuris delinquẽtes debemus corrigere: & ꝙ proniores debẽt esse prælati in absoluendo, quam in cõdemnando: vt supra dist.45 licet plerumq. supra distin.quinquagesima, ponderet. & supra vigesimatertia q.4. duo. & supra vigesimasexta q septima, allegant ff. de actionib⁹ & obligationibus. Arrianus extra de prob.ex litteris.extra de sortile ex tuarum contra dist 86. non satis supra dist.9. sana.& supra 10 q 7. dispensationes. Ioannes.

S Ententiam.] CASVS. Quæritur vtrum sententia Apostolorum possit retractari? Et respondetur, ꝙ potest, quando ex subreptione vel ex dispensatione lata est, sicut Paulus præter omne ius quędam fecit & postea reprobauit: sed hoc faciendũ est discrete, & ex causa, ne retractentur bene diffinita.

e Vel temporum.] 55.distin.piscis.& § 1. quæstio.7. necessaria. &c. quod pro remedio.

f ¶Legimus.] Vt circuncisionem Thimotæi, quam fecerat fieri Paulus propter scandalum Iudæorum qui natus erat ex Iudæa & gentili, postea mutauit hæc cum dixit; dico quod si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit. arg de pę. dist 2 circumcisio.& 28.q 1.sic enim.

g ¶Non quando.] Ex hoc dicunt quidam Papam rescindere non posse quod semel bene diffinitum est, quin peccet. nam illud dicunt posse quod de iure, & c. 22. q 2.faciat.

G Raue.] CASVS. A sententia, qua quidam absolutus fuit de crimine, appellatum erat ad cõcilium Macedoniæ Episcopis videbatur durum sententiam infirmare, rescribit eis Papa, & dicit, ꝙ non oportet eos hoc timere: immo veritatem debent plenius inquirere, & nocentem si conuincitur condemnare

h ¶Graue.] CASVS. Episcopi Macedoniæ dolebant si aliquando Papa retractabat sententias eorum, vel earum cognitiones, & ad hoc respondet papa.

i ¶Quia veritas.] Optima allegatio est contra iudices, qui nolunt audire aduocatos sup.30.q vlt.indicãtẽ. Non enim potest ad veritatem peruenri, nisi respiciatur

Aduocati sunt audiendi. Adde gloss in l. antiqtas. in fi. C. de usufru.

x Arg. ℨ sup 23 q 4 est iniu vbi de hoc.

Misericordia est rigori præferenda. 2 Id est, ℨm misericordiã, rigore, id est ℨm iusrigorẽ.

monio vestro compotem [a] vobis ß suscipite. Eustathium vero a me sępissime comprobatum nolite [b] expectare vt diaconij gradu † expolietur. Solicitos enim vos pro salute libenter audio: [c] contra caput, etiam si faciendum [d] sit non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo; cui porrigo, mecum porrigite.

† al. gratia

Idem apud Nicolaũ ad episcopos Galliæ.

α ¶Maximum.] *Germana lectio est.* Veniam nunc ad Maximum quasi quoddam thema Photinum. *Sed ob glossam nihil est mutatũ.*

ß ¶Compotem vobis.] *Eadem causa fecit, ne mutaretur. Legendum est enim,* compotes voti.

Item Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola septima.

¶Sententiam Romanæ sedis in melius commutare licet.

Cap VI.

Ansl.l.x. ca.75. Iuo p.5. c. 19.

S Ententiam Romanæ sedis non negamus posse in melius commutari: cum aut sibi subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, vel temporum, [c] seu grauium necessitatum dispensatorie quiddam ordinare decreuerit; ℨ quoniam & egregium Apostolum Paulum quædam fecisse dispesatorie legimus, [f] quæ postea reprobasse dignoscitur: ℨ quando tamen illa, Romana videlicet ecclesia discretissima consideratione fieri delegerit, non quando ℨ ipsa, quę bene sunt diffinita, retractare voluerit. γ

γ ¶Voluerit.] *Sic etiam in originali impresso: sed Anselmus, & Iuo habent,* renuerit.

Innocentius episcopis per Macedoniam constitutis, capit. episto. 7.

¶Cuiusque iudicium Apostolicæ sedis auctoritas retractare valet. Cap. VII.

Poly.l.5.tit.4. Anſl.l. 2.c.26.

G Raue [h] non oportuit videri pijssimis mentibus vestris cuiuscumque retractari iudicium; quia veritas [i] sæpius [k] exagitata, magis splendescit in luce: [l] & pernicies [m] reuocata in iudicium, grauius, [n] & sine pœnitentia [o] condemnatur. Nam fructus diuinus est iustitiam sæpius recenseri.

dist 50 Ioãnes chrysostomus.

Item ex libro Pontificali.

Timothę fuit circũcisus.

Papa bene diffinitũ scindere non põt.

Testes sepius interrogati.

k ¶Sæpius.] Qñque in sufficit summatim cognoscere. C. vbi in rem act. l.2 & ff. ad exhi.l. 3.§.sciendum.

l ¶In luce.] arg. quod iudex potest sæpius interrogare reties cum dubie aliquid dixerint, vt 30.q.vlt. iudicantem extra de emp.& ven cum causa. & ff. de inte. ac. vbicunque. Nec enim aliter ad veritatem peruenitur nisi circumstantiæ omnes diligenter quęrantur, vt 23.q.vlt occidit.

m ¶Pernicies.] Id est, perniciosum factum.

ADDITIO. Dic clarius, pernicies, i. pernicioſa sententia. q.d. si bene iudicatum est, bonitas magis apparebit: si male, malitia in sua commissa punietur. Archi.

n ¶Grauius.] Idest, cum grauitate.

o ¶Pœnitentia.] Id est, postea non pœnitebit; quia cum deliberatione faciet. 24 dist.c.1.

De

Quæstio duplex hic soluitur.

E ea.] Hic depingitur x quæstio, quæ habet duo membra, scilicet vtrum ex secundis nuptiis soboles suscepta possit consanguineis viri prioris matrimonio copulari: & vtrum affinitas deleatur in superstite. & in

¶A prædecessoribus depositi, à successoribus restituuntur. Cap. VIII.

Bure l.1 c.233. Iuo in prefatione. Pann.in Præfatione,c.32.

G Regorius quartus, Theodosium, quem Eugenius antecessor eius presbyterij honore priuauerat, ecclesiæ Signinæ consecrauit episcopum. Leontius, dum esset presbyter, depositus fuit; sed postea in Antiochia Patriarcha fuit. Misenum episcopum à Fœlice Papa damnatum, Gelasius successor eius & communioni reddidit, & ecclesiæ restituit suæ.

¶Hæc eadem ordine tantum mutato habentur supra dist. 50 cap Ioannes Chrysostomus § Misenum episcopum. Et caput hoc in plerisq; vetustis Grattani exẽplaribus ponitur ante c. graue, sine nomine Paleæ.

Cap. IX.

S Icut ergo sententia Romanæ sedis in melius commutari valet: sic cuiuslibet ecclesiæ sententiæ, cum per subreptionem data cognoscitur, rationabiliter reuocari potest.

QVAESTIO X.

E ea vero, quæ ad secundas nuptias transit, vtrum in eadem affinitate consanguineorum prioris viri remaneat, an soboles ex secundis nuptijs suscepta consanguineis prioris viri copulari possit, merito quæritur. De his ita scribit Gregorius Papa Venerio Catalitano episcopo.

† Sagax illic par. ei. dicitur. 2. ennui pe. rimus. 3. turus. 5. us rorum. procidus. ſetior à gio ſa gas, ſa ua, id ti. ſtu. ve lo. tas Pap.

Hug. de S Vic. lib.2 par.11. tra. 4 dist.4 ℨ Poly.l.10 tit.4. Anſl. 10.c.53. Iuo p. 9 c. 38. Pann.l.7. c.68.

¶Affinitas in superstite non deletur. Cap. I.

F Raternitatis vestræ ſtudiosę ſagacitati, † frater amande, quas debeo, refero grates. Quoniam quæsisti, quæ debuisti; iucundũ me reddidisti. Vnde placide ad inquisita respondeo. Sedem Apostolicam consulere decreuisti, si mulier [a] copula nuptiali extraneo viro coniuncta cognationi eius pertineat, [b] si eo defuncto [c] cognatio maneat, vel si sub altero [d] uiro cognationis vocabula dissoluantur, vel si susceptæ [e] soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Est enim verbum Domini validum, & forte, est durabile, est immutabile, est perseuerabile, non momentaneum, non transitorium. Ait enim per Ieremiam ipsa veritas, quæ Deus est, & verbum Dei, [Cœlum, & terra transibunt, [f] verba autem mea non transibunt.] Antequam Deus in carne inter homines appareret, eo inspirante dixit Adam: [Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.] cui non cõtradixit Dominus. Deinde cum veritas oriretur de terra in terram, & visibilis † § in humanitate appareret; interrogatus est, si licitum esset homini vxorem relinquere. Quod prohibens, fieri vetuit; nihil forte formicatio excluderet maritalia copulam. Vnde protulit statim in medium eandem ipsam sententiam, quam ante sæcula manens cum patre verbum inspiraverat. Ad ipse confirmans, [h]

Lu.xxi:

Gen. 2.

† al: inuisibilis.

Math 3.

a ¶Si mulier.] Prima quæstio

b ¶ Pertineat.] Ad hoc probandum inducit omnia illa, quæ sequuntur in littera, vbi dicit antequam Deus &c.

c ¶Si eo defuncto,] Secunda quæstio.

d ¶Vel si sub altero.] Tertia quæstio.

e ¶ Vel si susceptę.] quarta quæstio.

f ¶Transibunt.] Non quo ad essentiam, sed quo ad formam, scilicet de qualitate in qualitatem, iuxta id quod dicit Apostolus: Præterit figura huius mundi.

g. ¶Et visibilis.] Quia de Maria carnem assumpserat. de consecra. distinct. 2. reuera.

h. ¶ Confirmans.] ad litteram hanc continuatur littera supradicta. est enim verbum Domini, &c.

a ¶Quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quomodo pōt.] hęc est responsio primę quæstionis.
b ¶porro.] Hæc est responsio secundæ q̄stionis.
c ¶In superstite.] Id est, inter superstitem & consanguineos defuncti.
d ¶Non deletur.]Supra 3.q 7.§ tria. contra Sed verba canonum legi præscribūt. id est, prędiudicat. Vel potius non deletur re uera secundum leges
1 Concor. tex i l.2.§ 1.& ibi gl & q̄ not. per do.ff. d posl. & per gl. in §.affinita tis institu. de nup.
i vt non sit, sed deletur quantum ad illud beneficium. de cons. dist.4 c.1.
e ¶Nec alia copula.] responsio tertiæ quæstionis.
f ¶ propheta.] Laudate Dominum de cęlis, &c.
g ¶Quoniam ipse dixit.]Id est, sicut ieue fuit ei dicere, ita & facere.
h ¶Carnem vnam.] videtur non esse mirum si dominus fecit virum & mulierem carnem vnam, cum multitudinem fidelium fecerit vnum se cum, s. per charitatē vel humanæ naturæ assumptionem de cō fecr. dist. 2. in Christo.
Multitudinem fidelium se cit. Deus vnū secū.
i ¶Copulę.] Id est, secundæ. nam cum sobole ex prima posset contrahere. Vnde quandoque pater & filius habent matrem & filiam.
K ¶permanere.] Durum verbum contra Innocentium extra eo.non debet.
l ¶Duo]scilicet vir & vxor.
m ¶Vnum.] In carnem vnam.
n ¶Et de duobus.] scilicet viro & vxore.
o ¶Concreatio.] Id-est,vna proles.
p Si cuius.] Hæc duo cap. nō tenent.

quod ipse homo primus protulit. [Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.] si vna caro fiunt;quomodo potest a aliquis eorum propinquus pertinere vni, nisi pertineat alteris Hoc minime posse fieri credendum est. Porro †b vno defuncto, in superstite c affinitas non deletur: d nec alia copula e coniugalis affinitatem prioris copulę soluere potest. Sed neque alterius coniunctionis sobol s placet ad affinitatis prioris viri transire consortium: pro eo, quod verbum Domini validum est, & forte: &, vt inquiens dixit prophetа: f [Verbum Domini manet † in æternum.] Et alius propheta, [Quoniam ipse dixit, g & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi, præceptum posuit, & non præteribit.] Nam potest per verbum suum,atque præceptum efficere Deus duos carnem vnam, h id est masculum & fœminam, qui innumeram multitudinem vtriusque sexus non destitit secum facere vnum,sicut per se veritas dixit: [Non pro his tantum rogo, sed etiam pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.] Si quis ergo temerario, & sacrilego ausu in defuncto quærit propinquitatem extinguere vel sub altero affinitatis vocabulo dissipare, uel susceptam sobolem alterius copulæ, i propinquitati prioris credit legitime sociari; hic negat Dei uerbum ualidum esse, & forte, & qui tā facile, & tam uelociter quærit dissoluere; hic non credit uerbum Dei in æternum permanere. k Confice terrā ex quattuor locis magna intercapedine à se distantibus; & confectam, & conglutinatam finge cuiuscunque figuræ, uel immensitatis corpus uolueris; nunquid erit humanum ingeniū, quod ipsas quattuor partes ab inuicem valeat segregare, vt unaquæque per se possit agnosci? Sic à quattuor auis duo l cōficiuntur in unum; m & de duobus n fit una cōcreatio. o Hāc similitudinem de quattuor elementis, unde concreatus est homo, colligere potes; si eorum unamquamque speciem, quę in multis diuisionibus partita est, per discretas inter se partes assinguaueris. Fit idem in metallis; hoc etiam in liquoribus, probat etiam in coloribus pictor, qui sequitur arte naturam, colores admiscendo, α ex uisibilibus fucis corpora fingens.

Matth. 19.
†al Nam.
Esa 40. Ps 148. †al stabit.
Io. 17.

α ¶ Admiscendo.] *In Polycarpo, & apud Anselmum, unde præcedentia verba sunt restituta, hoc loco sic legitur,* fucis miscendo colores, ex inuisibilibus corpora fingens. Sed ne Domini constitutio, &c. *multa enim apud ipsos sequuntur.*

Item Innocentius Papa.

Filiam.

¶ Soboles ex secundis nuptijs genita consanguineis prioris uiri copulari non debet. Cap. II.

Si cuius P patruus uel auunculus uxoratus abierit, & illa uirum alium postea duxerit,& filios,filiasue ex illo genuerit; cum his omnibus modis commisceri prohibemus: quia uir & mulier una caro sunt.

Item ex Romana Synodo.

Uiliam.]CASVS Pertractatis 13. impedimentis matrimonii: quia raptus videbatur impedimentum matrimonii, vel impedire matrimonium;] ideo, vltimo loco supponit de raptu, ostendens qui dicantur raptum committere,& qua pœna puniendi sint raptores,& qualiter rapta possit copulari raptori.Vt autem hęc & alia faciat,præmittit thema, de quo duas elicit quæstiones.

a ¶Filiam cuiusdam] post 13. impedimenta matrimonii tractat hic magister de raptu, quia videbatur matrimonium impedire, & vtrum inter raptam & raptorem possit esse matrimonium.

¶De eodem. Cap. III.

j Si qua mulier ad secundas nuptias transierit, & ex eis sobolem genuerit;nullo modo potest ad consortium cognationis viri prioris pertingere.

Item Higinus Papa.

Sent.4.dist.41.

¶De eodem. Cap. IIII.

ij Si qua mulier transierit ad secundas nuptias:& ex eis k lem habuerit,ipsa proles non pōt se copulare cognationi prioris viri vsque ad quartam generationem.

Anſl. 10. c.67.

Unde Innocentius Papa.

¶De eodem. Cap. V.

iij Si qua mulier ad secundas transierit nuptias, & filios & filias ad secundum maritum genuerit; debere eas nepotibus prioris mariti cōiungi, sācta Rom.synodus prorsus inhibuit.

CAVSA XXXVI.

Iliam cuiusdam a ignorante patre quidam muneribus illexit,& ad cōuiuium inuitauit,finito conuiuio, iuuenis uirginē oppressit. Quo comperto a parentibus,iuueni traditur puella,ac more nubentium a iuuene dotatur,& publice in uxorem ducitur.

1 *Queritur primo,an ille raptum admiserit.*

2 *Secundo,an rapta raptori nubere possit, patre assensū prestante.*

QVAESTIO PRIMA.

27.q.2 raptus Iuo par.8.c.26 Pann.l.6.c 53.

Quod autem b ille raptum admiserit, multorum auctoritate probatur.

Ait enim Isidorus lib.V. Etymol. c.26.

¶Quid sit raptus. Cap. I.

Raptus c quoque illicitus coitus à corrumpendo est dictus: d vnde qui raptu c potitur, stupro fruitur.

ex Seruio I 4. Aeneid. 27.q.2 lex illa I Cod. Theod. l.9.tit.ā raptu Vir le 1. extra de raptor. c.cū causa. Poly l.6. tit.4. Anſ. l.10. c.9.

l Iuo habet fere vt Gratianus hic,& supra 27 q.2.c.raptus nec multo aliter Pannormia. In codice Isidori impresso sic legitur, Stuprum raptus proprie est illicitus coitus,à corrūpendo dictus. *Vnde Virgilius,*rapto potitur,*id est,*stupro fruitur.

Unde Gelasius Papa.

¶Vbi raptus admittitur: Cap. II.

L Ex illa f prœteritorum principum ibi raptum dixit cōmissum esse, vbi puella, de cuius ante nuptijs nihil actum fuerat,videatur abducta.

Decret.Grat.pars ii.

1 Subtra & qui raptum cōmittere dicāt, & qua pœna puniāt raptores. Arch.

Quod autē] CASVS Hic intitulatur 1.q qua quærit,an ille raptum commiserit,de quo dictum est in themathe, & c ū e' .P sic distingue tamen ū magistro, qđ raptus quandoq. cōmittitur in re ipsa, quandoque in vsu rei, vt infra ead §. vltim Seq.duo c plana sunt.

b ¶Quod autem] de hoc nullum est dubium, quin raptum cōmiserit ille distinguas tamen cum magistro, quia quando que raptus committitur in re ipsa, quandoque in vsu rei, vt inf.ea.§.vlt.

a Raptus.] Supra 27.q 2 raptus.

d ¶A corrumpendo est dictus.]Et ita simplex dicitur à compositio,sicut alias exponit lex simplex per compositum 2 vt ff. ad leg aquil si seruū. §.inquit lex. nam ibi veteres omnes intellexerunt rupisse, id est,corrupisse.Io.in.

e ¶Qui raptu] Id-est quia est illicitus coitus, à corrūpendo.

f Ex illa.]Su. 27. q 2.lex.Cod đ rap.vir.raptores contra. Sol. Iustinianus ibi correxit legem, de qua hic mentionem facit Gelasius, qui præcessit Iustinia num:sed tñ illud Iustiniani corrigit inf. e.q.2. si qs virginē,'& extra de rap.cum causa, &c sequenti. Sed quare nō cōmitto raptum in sponsa mea, vt committo in alia re mihi debita, vt si vēdita mihi rē rapiā fic incido in constitutionē,si qs in tāta C. vnde vi, vt ff.de acqr.

2 Dicasī assignatione, q̄ fit hic p ipsi causā respexit, nā ideo rapit qs vt corrūpatur. vn de illud à, non notat originem, sed causā. Ar.

Raptū in spōsā suam qs nō committit.

Universidad de Deusto Biblioteca

pos.si ex stipulatione: propria re, vt ff.de fur.eum qui. Sed potest esse ratio, quia præsumitur, q̃ re sua nemo vitiose vtatur, vt ff pro socio.merito. vel forte ratio est, quia matrimonium nunquam dissoluitur, alii contractus sic, unde nunquam põt aliquis in casu incidere in restitutionẽ illam, placuit, 16 q. 6. nec in illã, si quis intantã, & quia res ista nunquã potest alienari à vero domino & quia libera persona non possidetur, & ita nõ est necesse vt expectet quo vsq; in eum trãsferat possessio sponsæ. itẽ quia intelligit vt eã possidere quam cito sponsalia interceſſerunt. vnde non vere dicitur raptor, cũ sua possessione vtatur. ff. de iniu.l. iniuriarũ. §. si quis, extra de elec. ecclesia Vulterana.

Stuprum in quibus personis committi tur.

a ¶ Concorex. in fi. mi. l. plenũ §. 2. cũ ibi no. p gl. & doc. ff. d. vsu & habita.

2 Dic clarius q̃ hic tex. obtinet sm leges C. eo. tit. l. vna: sed sm canones punit vt habet 1 q. 2. & 3.

© VM ERGO CASVS ille diuiditur i. duas partes. In prima concludit G ex supradictis, quod hæc de aqua agitur in themate, dicitur rapta. In secunda parte, quę incipit ibi, [Sed nõ ois.] dr quid sit fornicatio quid stuprũ, quid adulterium, quid incestus, & quid raptus, & ad fi §. iducit sequẽs.

b [Corrupta in vxorẽ.] supple, maxime. [Hic morte,] secundum leges.

a ¶ Aliud in adulteriũ.] 32. q. 4. nemo 7.

b ¶ Cuiuslibet.] Supra 33. q. 4. meretrices. & q. 7. non solum.

c ¶ Proprie.] Bene dixit, proprie, nã & alias stuprum dicitur commisti in vidua vel virgine, vel puero, ff. de adu. inter liberas. §. 1. de ver. sig. inter stuprum & quandoque ẽt stuprũ sumitur pro adulterio, 32. q. 4. nemo, 28. q. 1. idololatria.

d ¶ Non reuocare,] Idem esset si reuocaret, quia nihilominus esset stuprum, si tamen non reuocat, cessat actio iniuriarum post annum. intti. de iniu. §. vlt.

e ¶ Abusus,] Vel vbi est iustitia publicæ honestatis, ibi est raptus. 35. q. 3. nec eam. 1

f ¶ Hic scilicet.] Raptor talis, vel raptus.

g ¶ Mulctatur.] Antiquo iure, non antiquissimo. 2

h ¶ Confugerit] C. de his qui ad eccl. confug. l. vlt. §. vltimo.

Raptor raptã bene ducit. 1 Adde, q̃ de iure ciuili est secus. l. vni, cũ ibi not. p gl. & doc. C. de ra. vir.

DE raptoribus] CASVS. Quidam rapuit quandam puellam, & cum ea fugit ad ecclesiam; q̃ritur quid iuris sit? Et respondetur, si puella non consensit raptori, quæ patrem non habet, debet statim auferri raptori, & reddi consãguineis, & raptor non punitur corporaliter, sed puellæ seruiat, vel ab ea seredimat. Si vero patrem habet, & consensit puellæ apud patrẽ excusetur, & ei restituatur, & raptor patri teneatur satisfactione simili.

i ¶ Vel pœnarum.] Corporalium, à talibus liberatur. 3 hi auctoritate canonum, non autem à pœna pecuniaria, quam sustinet, infra ea. q. 2. denique. sed & publica pœnitentia mulctatur. 27. q. 2. raptor.

3 Et hoc propter fauorem & priuilegii ecclesiæ non autem liberat à pecuniari iure arch.

k ¶ Ad seruiendum.] Inops est. secus est in debitore, quia nõ cogit seruire creditori. 4 vt C. de act. & obl. Sit in arbitrio boni viri, ex quo lege non exprimitur. ar. ff. d iure deliber. l. 1. §. ait prætor. extra de of. deleg de causs. Vel seruiet ei per v. annos, ad instar illius, q̃ redemptus est ab hostibus, C. d cap. & post li reuer. diuersarũ. & licet iste seruus nõ sit, parũ tñ differt (vt dicit lex) à seruo, cum ei abire nõ liceat cũ vult. ff. d li homicid. l. 2.

Debitor nõ cogit seruire creditori. 4 Ad hoc extra. de pig cap. 2.

l ¶ Subiectus] In ptiũ pudicitiæ eius.] e. q. 2. tria.

m ¶ Redimendi.] Et hæc erit optio raptoris. ar. 27. q. 2. multorum. ff. de cont. emp. si in emptione. §. penul. ff. de iure do. plerumque.

n ¶ patrem.] Videtur, quod in primo casu patrem nõ habeat, licet magistraliter interpretetur, s. 5. in § seq.

5 Arg. ad hoc ff. de rei vẽ. q̃

o ¶ Consenserit.] In fornicatione, alias non reddatur p ¶ Excusata.] A pœna legis. vt non puniatur à iudice. ciã. si sit nubilis. nam innubilem ætas excusat

5 pater tamen

Infans.

Cum ergo hęc illicito coitu sit corrupta, cũque ita sit abducta, id est, a domo patris ducta, q̃ de eius nuptijs nihil ante actũ fuerit, raptã appellandã negari nõ põt. Sed nõ oĩs illicitus coitus, nec cuiuslibet illicita, defloratio raptus appellatur. Aliud enim est fornicatio, aliud stuprũ, aliud adulteriũ, a *aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio aũt, licet videat esse genus cuiuslibet* b *illciiti coitus, qui sit extra vxorem legitimam, tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum. Stuprum aũt proprie* c *virginum est illicita defloratio quando videlicet non præcedenti coniugali pactione, vtriusque voluntate virgo corrumpitur, patre iniuriã ad animum statim post cognitionem non reuocãte.* d *Adulterium vero est alieni thori violatio. Vnde adulteriũ dicitur, quasi ad alterius thorum accessio. Incestus est, cõsanguinearum, vel affinium abusus.* e *Vnde incestuosi dicuntur, qui consanguineis, & affinibus abutuntur. Raptus* f *admittitur, cũ puella violenter à domo patris abducitur, ut corrupta in vxorem habeatur: siue puellæ solummõ, siue parentib: tãtum siue vtriusq. uis illata cõstiterit, hic* g *morte mulctatur.* g *Sed si ad ecclesiã cũ rapta cõfugerit, h priuilegio ecclesiæ mortis impunitatem promeretur.*

Sent 4. dist 41.

Vnde in Aurelianensi concilio primo, cap. 4. legitur.

¶ Si raptor cum rapta ad ecclesiam confugerit, quid fieri debeat. Cap. III.

Ansl. 10. c 57. Burc. l. 3. c. 161. Iuo p. 3 c. 108. Pann 12 c. 72.

DE raptoribus autem id constituendum esse censuimus, vt si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit & fœminam ipsam, violentiam pertulisse constiterit; statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis, vel pœnarum i impunitate concessa: aut ad † seruiendum k subiectus l sit; aut redimendi m se liberam habeat facultatem. Si vero, quæ rapitur, patrem n habere constiterit, & puella raptori consenserit; o potestati patris excusata p reddatur, & raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.

† *seruiẽdi cõditioni subiectus.*] vera lectio.

Ex hac auctoritate liquet, quòd aliquãdo vis infertur parentibus, & nõ puellę, cum dicitur; [si puella raptori consenserit] Aliquando vtriq; violentiã perferunt, cum præmittitur: [si raptor cum rapta perfugerit, & fœminam ipsam, violẽtiã pertulisse constiterit.] Puellę autẽ, nõ parentibus vis infertur, cum voluntate patris puella violẽter abducitur, ut eius patiatur concubitũ, cuius copulę nunquam consensum adhibuit, hic aũt a *neq; parentibus, neq; puellæ vim intulliſſe uidetur, cũ neque illis prohibentibus, neq; illa renitente* b *violenter sit abducta. Aliud est. n. promissionib. aliquã seducere: aliud sibi vim inferre. Vnde quia neutri vis illata probatur, raptor hoc iure dici non dẽt.* c *Sed rapina dupliciter fieri dicitur. Aliquando* d *enim res ipsa rapitur: aliquãdo ipsius rei usus tãtũmodo violenter eripitur. Res ipsa tũc rapitur, cũ violenter domino eripitur, ut in perpetuũ teneatur. Aliquãdo uero nõ res ipsa affectatur: sed usus eiꝰ dño phibẽte* c *violẽter vsurpatur. Hic ergo raptũ admisit, qa florẽ uirginitatis puellę renitẽti violẽter eripuit.*

QVAESTIO SECVNDA.

I pars

Vnc quæritur, f *an purgato vitio rapinæ, raptor in uxorem possit raptam accipere quorum coniunctio auctoritate canonum sanctorum penitus prohibetur.*

Legitur namque in cõcilio Calcedonensi, cap. 27.

¶ Raptores puellarum, & consentientes excommunicentur. Cap. I

Poly. 6. tit. 4. Ansl. 10. c. 49. Burc. l. 9. c. 35. Iuo p. 8. c. 173 & 321. Pann l. 6. c. 55.

& in 6. Syno. c. 32. Capit. l. 1 c. 104.

EOs, qui rapiunt g mulieres sub nomine simul h habitandi, aut cooperantes, aut conniuentes raptoribus, decreuit sancta synodus, vt si quidem clerici sunt, decidant proprio gradu: si vero laici, anathematizentur. i

Furtũ in duob cõmittitur.

Pater tenetur dotare filiã eo inuito nupt.

d ¶ Aliquando.] Idem dicit lex in furto, quod quandoque committitur in re, quandoque in vsum rei, vt ff de furt. l. 1. § furtũ, & instit. de ob. quę ex delic. nasc. §. furtum.

e ¶ prohibente.] Aut nesciente. sic ff de fur. qui uas. § vetare.

NVnc quæritur.] Hæc q. diuidit in duas partes, in quarum prima probatur, quòd raptor non potest contrahere cum rapta. Secunda ibi. [His auctoritatibus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 2. quæst. qua quæritur, an raptor cum rapta possit matrimonialiter copulari. Et simiter dicendũ est, q̃ sic, vt infra ead. tria. &c. deniq;, nisi aliud impedimentum interueniat. Allegat tamẽ Grat. pro vtraq; parte: & primo probat, quòd non. quæ aut sequuntur vsque ad cap. de puellis, patent.

f ¶ Nunc quæritur.] hæc quæst. 2. dubia nõ est, quia raptor bene ducere potest raptam in vxorem 1 peracta pœnitentia. extra de adult. cap. 1. & 2. & extra de rap cum causa, & infra ead. denique, & expressum est extra de rapt. accedens, nisi sit sponsa alterius de præsenti. Tunc enim illi reddenda est. 27. quæst. 2. desponsatam, sed si spõsa de futuro, non cogitur eam recipere, vt 27 quæst. 2. raptor. & cap. sequen. secundum leges tamen nõ potest cum ea contrahere. C. de rapt. virgi. l. vna. § fin autem. Capitula ergo, quæ dicunt, q̃ rapta reddenda sit patri, vel quæ dicunt, quòd non possit contrahere cum raptore, intelligenda sunt quando rapta non consensit in matrimonium raptoris: sed potius in stuprum. Vel intelligit quando aliquid sponsam alterius rapuit de præsenti, ad hoc extra de sponsa duorum, capit. tuas dudum.

Raptor

g EOs qui rapiunt.] Hoc c. & sequens 2 loquitur de illis, quæ cum sint nubiles, raptoribus non consentiunt. Vel de innubilibus, quæ semper parentibus sunt reddendæ a raptoribus separatæ, ut sup. ea. q. 1. c. vlt. Et hoc exaudi cum consentiunt in illicitum coitum, & non in matrimonium.

2 Scilicet illud de puellis, & ca. si quis virginẽ. & c. nullus.

h ¶ Simul.] Tamen illud non proponunt facere.

i ¶ Anathematizentur.] Et hoc cum nolunt agere pœnitentiam publicam. supra, 27. q. 2. raptor. & capit. statutum.

a ¶ Aptores] ¶ Volentes vel inuitas.] Voluntas illius non excusat, sic 16.q.6.placuit sic 92.distin si quis episcopus, quia illæ moniales velle nō habent 12.q.1.non dicatis.immo ipsum velle mulieri ab insidijs nequissimi hostis,qui rapinam meditatur,inducitur 2 C.de rapt. virg.l.vna. circa finē. Nam & qui volētem retinet, dūmodo circumuentum, non sine dolo retinet ff. de lib.ho. exhib. l. 3.§ si quis volētem. Immo etiam ageretur hic cōtra raptorem inuitis raptis,sicut pater inuitarum agit inuito filio ff. de iniur. l.1. §. vsque adeo.

b Si quis] ¶ Attentare.] Argumentum quòd interdum conatus sine effectu punitur, vt 19. distin. Anastasius. immo & tentare est ad actum perducere, siue procedere, quia est agere vt de pudico, &c. de pœnitentia distin. 1. si quis tamen masculum.& ita non est hic tantum conatus: in maximis tamen criminibus punitur solus conatus 6. q. 1. §. verum. ver. si quis cū militibus,in minoribus nō:quia non sumitur etiā si ad aliquē actum processū ff. de fur.vulgaris § qui furti & l.si certe.

De puellis] CASVS.Bene.fic ponit hunc casum. Ex eo quòd Chalcedonē se concilium præcipit raptores puellæ ū & cōsentientes & clericos deponi,& laicos excommunicari; apparet hic non licere raptori raptam ducere. Quæ autem sequūtur vsque ad c. tria. plana sunt.

c ¶ In Chalcedonensis.] Supra ead. q. eos qui.

d ¶ Quibus.]Dicit H. & bene, quòd hic nō debet esse §. argumētatur Cabilonense cōciliū ex verbis Chalcedonensis concilij:si enim hoc non esset de illo c. quare poneret Grat. hic hoc c cū statim superius illud posuerit,scilicet cap. eos.

e ¶ Nullatenus.]Huic est derogatū, vt inf. ea. c tria.& extra de rap. accedens. Sed secūdum leges adeo interdicitur, q̄ si mulier cum raptore nubit, amittit dominium rerum raptoris in auth. de rap. mu. quæ raptori.

Inf. ea. denique 16.q.6. placuit contra sup. 27.q.2.lex illa. sup. dist. 92. si quis episcopus contra. Io. de Fan. 3 Solat ꝙ

g Nvllus, aut regis] Quia libera debent esse matrimonia, extra despōsa.requisiuit & ff. de verb. sup. ca. 9. obli. Titia. Et talis qui per legem vxorē postulat, de- 3. c. 2. portari

Rapta nubēs rapto ri punitur sm leges.

Conatus solus qnque punitur.

Item Symmachus Papa, epistola ad Cesarium, c.3.

¶ Ob immanitatem sceleris abijciantur raptores viduarum, vel virginum. Cap. II.

RAptores igitur viduarum, vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur : illos vehementius perlequendo, qui sacras virgines, vel volentes, vel inuitas [a] matrimonio sociare tentauerint . Quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate à communione suspendi præcipimus.

Poly.l.6.tit.8. Anſl.l.10. c. 58.

Item Codicis lib.1.titu. de episcopis & clericis Iouianus Imp.

De eodem. Cap. III.

SI quis non dicam rapere, sed attentare [b] tantummodo † matrimonij iungendi causa sacratissimas virgines ausus fuerit; capitali pœna feriatur.

supra de pœnitentia dist. 1. si quis nō dicam. 1. in co. Theod. lib. 9. tit. 25. l. 2.

† Cōtex. in his qui cū rebus, & ibi gl. & Doct. Cal. leg. Cor. de fal. ca. & l. si quis non dicam in gl. 1. & 2. C. de epis. & clericis.

Item ex concilio Cabilonensi.

¶ De eodem. Cap. IIII.

DE puellis raptis, necdum desponsatis in Chalcedonen si [c] concilio statutum est, eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes, & conniuentes raptoribus, decreuit sancta synodus, vt siquidem clerici sūt, decidant proprio gradu: si vero laici, anathematizentur. Quibus [a] verbis datur intelligi, qualiter huius mali auctores damnandi sint; quando participes consilij & conniuentes tanto anathemate feriuntur, vt iuxta canonicam auctoritatem ad coniugia legitima raptas sibi iure vendicare nul latenus [c] possint.

In turonico 2. c. 21. capitular. lib. 1. ca. 104 & l. 7. cap. 183 In concil. Trol leiano. c. 8. Burc. l. 9. c. 36. Iuo p. 8. c. 174. Pann. l. 6. c. 55. sup. ca. 805, qui.

Item Gregorius Papa II. in synodo Romana.

¶ Excommunicentur raptores viduæ, vel virginis cum sibi [i] fauentibus. Cap. V.

SI quis virginem, vel viduam, nisi desponsauerit, [f] rapuerit, vel furatus fuerit in vxorem: cum sibi fauentibus anathema sit.

Anſl. l. 10 c. 49. Burch. l. 9. c. 12. Iuo p. 8. c. 149. Pann. l. 6. c. 54.

¶ *Factum est hoc caput ex x. & xi decreto Gregorij secundi, qui in codice canonum iunior appellatur.*

Item ex concilio Parisiensi 1. c. 6.

¶ Excommunicetur qui viduam, vel filiam alterius extra voluntatem parentum rapuit, aut regis beneficio postulat. Cap. VI.

NVllus neque viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere præsumat, aut regis [g] beneficio æstimet postulandam: Quod si fecerit, ab ecclesiæ

Iuo p. 8. c. 25.

Delicta paria pari pœna sūt puniēda.

portari debet. ¶ si nuptiæ ex rescrip. per l. 1. Sed no. ꝙ duo præmittit, quod nec rapiat, nec regis, &c. Vnde ar. quod illa delicta paria sunt: ergo pari pœna sunt punienda 15. q. 3. sane.

a ¶ Remotus.]No. casum, in quo auctoritate principis non

† al. damnatione plectatur

Communione remotus, [a] anathematis gladio † feriatur.

His auctoritatibus euidenter datur intelligi, quod raptor [b] in vxorem, raptam ducere non valet. Sed raptor & rapta, nomina sunt vitiorum, non personarum. Vitia autem, cum per pœnitentiam purgata fuerint; nomina eorum [c] abolentur.

hom. 29. Euā.

Vnde in quadam homilia Gregorius ait.

Cap. VII.

verba ipsa Greg. habēt supr. 32. q. 1. apud mi sericordem.

APud [a] omnipotentem quippe Dominum non ille falax habetur, qui culpa mendacij per pœnitentiam delet.

Prohibetur ergo præmissis auctoritatibus rapta copulari raptori, antequam vitium rapinæ aboleatur; donec illa raptor, & illa rapta iure appellantur. Caterum cum illa patriæ potestati restituta fuerit, & raptor sua rapinæ pœnitentiam egerit: cum voluntas parentum vtriusque in vnum conuenerit, non prohibentur ad inuicem copulari.

Vnde Hieronymus ait.

¶ Quot sunt legitima coniugia, & quòd voluntate patris rapta raptori nubere potest. Cap. VIII.

Iuo p. 8. c. 40. Pann l. 6 c. 33. 30. q 5. aliter. & qualis.

TRia legitima [c] coniugia in scripturis leguntur. Primum legitimum coniugium est, virgo casta in virginitate viro data legitime: & reliqua, quæ sequuntur in prædictis.] Secundum, virgo in ciuitate deprehensa a viro, & illi per vim copulata; si voluerit pater eius, dotabit eam iste vir, quantum iudicauerit f pater; & dabit pretium pudicitiæ eius. Tertium filia prædicta deprehensa, si non fuerit voluntas patris, trahet eam g à prædicto viro, & tradet eam alij, & dotabit eam; & legitima erit ei. Sed primum his duobus præfertur.

xx c. 22. Deute.

¶ *Post hoc caput apud Iuonem, & in Pannormia sequitur c. additur aliud supra. 27. q. 2. ex Hieronymo item citatum.*

Item Ambrosius in Apologia Dauid, cap. octauo.

¶ Cum voluntate parentum raptas in coniugium habere permittitur. Cap. IX.

Deuter. 22.

† didrachmata argentea.] orig ex lxx.

DEnique & puellę pater illius, quę vim concubitus nulli desponsata [h] pertulerit, quinquaginta drachmas [i] † argenteas accipiet, ipsa autem in coniugio permanebit.

Bure. l. 9. c. 39. Iuo p. 8. c. 170. & 177. pann. l. 6. c. 56.

Item ex concilio Meldensi, capitulo LXV.

¶ Post pœnitentiam raptori, vel raptæ licite coniugia concedantur. Cap. X.

SI autem.] CASVS Statuit hic concilium Meldēse de raptoribus puellarū vt nisi ante promulgationē

non excusatur quis, vt 25. q. 1. omne sup 16. q. 1. in canonibus. & sup. 16. q. 7. si quis deinceps. & supra distinct. 18. si episcopus Metropolitanus. sed contra supr. 12. q. 2. de rebus. & supra 12. q. 2. vobis.

i ¶ Drachmas.]Drachma (vt dicunt) est siclus: quid autem sit siclus, habes 1. q. 1. iudices.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est secunda paris, in qua probat in cōtrarium, & verius, scilicet ꝙ raptor cum rapta potest contrahere. Io. de Fan. b ¶ Quod raptor.]Id est, quamdiu tales sunt, ꝙ istis nominibus appellentur.

c ¶ Nomina eorum.] arg. 50 distin. ferrum 23. q. 6. vides.

d A Pud.]Vt 32. q. 1. apud.

ADDITIO. Apud præpositio, per id, describitur: quia ueteres pro apud, ad, sæpe vsi sunt, duabus litteris subtractis. Archidia.

TRia legitima.] CASVS. Legitimum matrimonium fit tribus modis. primo, si aliquis virginē duxit vxorem Secundo, si rapta nupsit raptori patre consentiēte. Tertio, si pater astulerit eam raptori & alii dederit. Seq. c patet.

e ¶ Tria legitima.] hoc c. nititur veteris legis testimonio, qa in moralibus vim obtinet Euāgelicam, & ideo ei standum est: & additur istis quartum, vt 27. quæst. 2. ad ditur.

Lex vetus vim Euangelicam obtinet in mortalib⁹

f ¶ In prædictis.] In alia parte capituli, & habes c. 30. quæst. 5. aliter. 1.

f ¶ Iudicauerit.] Id est, debuerit iudicare secundum legis taxationem Mosaycæ, vt infra proxi. ca. denique. vt tamen legitimum nō excedat modum 50. drachmas argenti. Vel cum hic non taxetur, summa deferenda est ad arbitrium boni viri 2 vt consideretur nobilitas raptæ, & personæ raptoris, & aliæ circumstantiæ. sic extra de iniu. & damno dato, c. 2.

1 vel dic ī prædictis f. patribus vel capitulis mei operis vbi tractatur de talibus Ho.

g ¶ Trahet eā.] Quādo filia non consensit in matrimonium raptoris, sed in stuprum supra ead. c. in summa.

2 Ar. extra de iureiur. Quinta. uallis. ff. de l. 1. si sit legatū. ff. de oper. lib. si Libertus. Archid.

h Denique] ¶ Desponsata.] Secus esset si desponsata esset alii: vt 27. q. 2. statutum.

Drachma est siclus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius edicti nupserint eis, raptæ seperentur ab eis, & parentibus reddantur, & publica pœnitentia raptori bus indicatur, qua peracta, si iuuenes sint, & placuerit vtriq; parti, poterunt coniungi, sed mortua rapta raptor non ducat aliam nisi ex dispensatione episcopi.

a ¶Si autem.] CASVS. Aliqui in adolescentia cõstituti spõsas aliorum de futuro rapuerunt. Vnde statuit concilium Meldense, quod si ante concilii tempus nondum cum eis matrimonium confirmarunt, separentur: & raptoribus publicæ pœnitẽtiæ subpositis, raptæ parentibus restituantur. Acta autem pœnitentia, raptores possunt cum aliis matrimonium contrahere: ita tamen quod si contingat vxores eorum decedere, non possunt iterum contrahere, nisi ex dispensatione episcopi. 33. quæstio. 2. §. de pœnitentibus. Hu. breuissime ponit casum in hunc modum. Raptor acta pœnitentia potest cõtrahere cum rapta: & ea mortua non ducat aliam, propter enormitatem criminis.

b ¶ In coniugium.] Supra 34 q. 2. non satis. in fi extra de fuit. c. 1. contra. Vnde videtur, qđ raptores in lege morte puniebantur: sed in illis contrariis de adulterio loquitur: & hic de formicatore, qui non rapit alterius sponsam.

c ¶Ex vtrisque.] Scilicet raptorum & raptarum. alias ex vtriusque.

d ¶Coniugio.] Non inter se: quia vt dicũt cum illa contrahere nõ potest. præterea si non intelligeretur de sponsa alterius, nihil esset quod dicitur à Gratiano.

e ¶Publicam.] Raptori imponitur publica pœnitentia, non rapta: qa non ita cõstat an rapinę consenserit, licet Grat. aliter sentiat in sequenti.

Pœnitẽtia publica imponi raptori.

f ¶Nisi.] Ecce arg. q licet sit dispensatum cum aliquo in vno matrimonio, non ideo in sequenti, vt 33. q. 2. c. vlt. Idem in dignitate, vt 12. dist. nos consuetudinem. Item in ordine. vt 34. dist Lector.

HAC AVCTORITATE MELDEN. CASVS. Soluit nũc Grat. pro cõtraria parte, & dicit q hac proxima auctoritate nõ permittitur rapta raptori copulari post pœnitentiam, sed alii: similiter & raptor post pœnitentiam aliam accipiat, alioquin frustra diceretur, quod est in fine c. remanebit. Hoc falsum est, quia non semper talis remanet, vt dicit H. Sequens cap. loquitur de desponsata alii per verba de præsenti. Vel est

tem [a] nec dum eas, quas rapuerant, cum voluntate parentum sub desponsionis, vel dotalitij nomine in coniugiũ [b] duxerunt, † quando in omnium aures hęc fuerit constitutio promulgata, ab eorum coniunctione separentur, & publicæ pœnitentiæ subigantur: raptæ autem parentibus legaliter restituantur. Peracta vero pœnitentia publica, si ætas, & incontinentia exegerit: legitimo, & ex vtrisque [c] partibus placito coniugio [d] socientur. Nam in his non regulam cõstituimus; sed (vt verbis magni Leonis vtamur) quid sit tolerabilius, çstimamus. Quod, si vnus ex coniugatis obierit, & is, qui pœnitentiam publicam [e] egerit, superstes extiterit; iterare coniugium non præsumat, nisi [f] episcopus aliquam forte præuiderit concedere indulgentiam, vt grauio rem possit amouere offensam.

† *al sumptas habent:*

Hac auctoritate Meldensis concilij non permittitur raptori raptæ post pœnitentiam copulari: sed permittitur vtrique post pœnitentiam legitimo cõiugio copulari: vt rapta videlicet non raptori, sed alij post pœnitentiam nubat. Similiter raptor post pœnitentiam non eam, quã rapuit, sed aliam permittitur habere vxorem. Cum enim raptor, & rapta [g] pœnitentiæ subijci præcipiuntur; si vtrisque † copulam auctoritas illa permitteret; frustra circa finem capituli diceretur, [quod si vnus ex coniugatis obierit, & is qui publicam pœnitentiam egerit, superstes extiterit, iterare coniugium non præsumat.] Eorũ namque quolibet decedente, qui pœnitentiam egit, superstes remanebit. Non ergo hac auctoritate raptor probatur in coniugium raptam posse accipere. Potius inuenitur in concilio apud Aquisgranum, quod nec etiam voluntate parentum ad inuicem possunt copulari. Sic enim in præfato concilio legitur.

† *al. vtriusque*

¶ Nec etiam cum voluntate parentis, raptores raptas posſũt habere coniuges. Cap XI.

PLacuit, vt hi, [h] qui rapiunt fœminas vel furantur, aut seducunt; eas nullatenus habeat vxores, quamuis [i] eis postmodum conueniat, aut eas dotauerint, vel nuptialiter cũ consensu parentum suorum acceperint.

Burc. l. 9. c. 33. Iuo p. 8. c. 171.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant caput hoc ex Aquisgranensi ca. 3. Habetur lib. 7. capitul. c. 395. & inde refertur in concilio Rhemẽsi. Trosleiano, c. 8.*

f ¶Nisi.] Ecce arg. q licet sit dispensatum cum aliquo in vno matrimonio, non ideo in sequenti, vt 33. q. 2. c. vlt. Idem in dignitate, vt 12. dist. nos consuetudinem. Item in ordine. vt 34. dist Lector.

HAC AVCTORITATE MELDEN. CASVS. Soluit nũc Grat. pro cõtraria parte, & dicit q hac proxima auctoritate nõ permittitur rapta raptori copulari post pœnitentiam aliam accipiat, alioquin frustra diceretur, quod est in fine c. remanebit. Hoc falsum est, quia non semper talis remanet, vt dicit H. Sequens cap. loquitur de desponsata alii per verba de præsenti. Vel est

est ei derogatum per auctoritatem Hiero. & amb. & vete. test. & per Melden. concilium. Sequens §. in quo Grat. ponit bonam solutionem, patet.

g ¶Et rapta.] Hoc non dicitur in c. præcedenti, quòd raptę imponatur pœnitentia publica. 1

h PLacuit vt hi.] Derogatur huic cap. Vel intelligitur de desponsatis aliis per verba de præsenti.

i ¶Quamuis.] Supr. 16. q. 6. placuit. & sup. distinct. 52. si quis

Hæc auctoritas non præiudicat auctoritati [a] *Hieronymi: maxime cum illa testimonio diuinæ legis nitatur. Legitime igitur post pœnitentiam peractam raptor poterit sibi copulare quam rapuit, nisi pater puellę illam raptori detrahere voluerit. Item Cod. lib. 5. tit. de nuptijs.* [*Nec filium quidem familias inuitum ad ducendã vxorem cogi legum disciplina permittit. Igitur, sicut desideras, obseruatis iuris præceptis, sociare coniugio tuo quam volueris, non impediris: ita tamen, vt in contrahendis nuptijs patris tui consensus accedat.*] *Item in eodem, le. 20.* [*In coniunctione filiarum in sacris positarũ, patris expectetur arbitrium.*] *Item Dig. de ritu nuptiarum, le. 2.* [*Consistere non possunt nuptiæ, nisi consentiant omnes, id est, qui coeunt, quorumque in potestate sunt.*] *Item Instit. lib. 1. tit. de nuptis.* [*Iustas autem nuptias inter se ciues Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt: masculi quidem puberes: fœmine autem viri potens, siue patres familias sint, siue filij familias: dum tamen filij familias consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere & ciuilis, & naturalis ratio persuadet intantum, vt iussus parentis præcedere debeat.*]

tit. 4. leg. 12.

ſit. 10. in principio.

a ¶Auctoritati.] sup. dist. 20. § 1. cap. 2. contra vbi dicitur, quòd in causis decidendis præferuntur cõcilia auctoritatibus sanctorũ patrum, huic præiudicat auctoritas Hier vt supra ea. tria, sed hoc ideo, quia corroboratur auctoritate vetesta. & etiam auctoritate Meldensis concilij, supra eadem si autem. Ioan.

DE

DE CONSECRATIONE
DISTINCTIO PRIMA.

¶Hæc distin. diuiditur in 27. partes. In quarum prima probat, quòd non debemus celebrare nisi in locis cõsecratis ab episcopis, & in sacratis vestibus, & in vasis & aris ab episcopis, & sacratis hominibus. Secunda ibi, [Oẽs basilicæ.] Tertia ibi, [De locorum.] Quarta ibi, [Nemo ecclesiarum.] Quinta ibi, [Sicut non alij.] Sexta ibi, [Solennitates.] Septima ibi, [Ecclesia. [Octaua ibi, [Null⁹ presbyter.] Nona ibi, [Tribus.] Decima ibi [Ligna.] Vndecima ibi, [Vasa] Duodecima ibi, [Iacobus.] Decimatertia ibi, [Nocte.] Decimaquarta ibi. [Sacramenta.] Decimaquinta ibi, [Solẽt. Decimasexta ibi, [In ieiuniis.] Decimaseptima ibi, [Sufficit] Decimaoctaua ibi, [De hymnis.] Decimanona ibi, [Nullus episcopus.] Vigesima ibi. [Episcopus Deo.] Vigesima prima ibi,] Omnes fideles.] Vigesimasecunda ibi, [Eps nullũ.] Vigesimatertia ibi, [Apostolica.] Vigesima quarta ibi, [Omnis Christian⁹.] Vigesimaquinta ibi, [Quãdo autem.] Vigesimasexta ibi, [Inuenimus.] Vigesimaseptima. ibi, [Visum.] Io. de Fanno.

a Onsecrationem ecclesiarũ.] CASVS. Expleto tractatu matrimonij, quod est commune omnium nationũ, explicitis etiam varijs causarum conflictibus, agitur de sacramentis, quæ necessaria sunt ad salutem: & hoc ordine. Primo de ecclesiarũ cõsecratione. Secũdo de sacramento Eucharistiæ. Tertio de solẽnitatib. festiuitatũ. Quarto de sacramento baptismi. Quinto de confirmatione & diuinis officiis & ieiuniis. Et in fine de spiritu sancto, & sic tractatus iste in 5. dist. est distinct⁹. Et no q̃ cũ in aliis tractatibus magister interfuit suos §. & solutiones: in hoc tractatu nõ nisi duos ponit. §. vnũ in prima, aliũ in quarta distinctione. hoc ideo, quia de sacramẽtis sobrie est loquẽdũ: in q̃bus ẽt vera loq; periculosũ est. In hac ergo distinctione ostẽdit ecclesias esse cõsecrãdas. & a quo, & qualiter, & cuius auctoritate, & q̃ nõ sit iterãda cõsecratio nisi in casu, & quo ordine Missæ sunt celebrãdæ: & quot dẽant celebrari in die, tamẽ dẽ a quibusdam, quòd hoc verbum scilicet, de consecratione, nõ in serie, sed in titulo originalis capituli reperitur, & incipit c. de Missarũ, &c.

Notandũ est, q̃ sacramẽtorũ ãtim sũpto hoc vocabulo, q̃dam sũt salutaria, q̃dam venerato ria, q̃dam ministratoria: q̃dã p̃parato-ria. Salutaria sunt illa, quę ad salutẽ vel vnicuiq; vel in ecclesia sũt necessaria, ut baptism⁹, eucharistia, confirmatio, pœnitentia, extrema, vnctio, ordo & matrimoniũ. Venerato ria sũt, festiuitates q̃ p certa anni tpa in alicuius sacræ rei memoriã venerabiliter celebrantur. Ministratoria sũt officia omnia ecclesiastica cotidiana siue diurna. Et dicũtur ministratoria, q̃a p ea ministrat & exhibet latria Deo: & q̃a per ea reliqua sacra ecclesiastica cõficiunt, ministrãtur, & celebrãtur. Præparatoria sũt quę ꝺb' sacramentũ facere, vt 2. q. 7 § Item cum Balaam. ad hoc dicas q̃ licet Dauid fuerit in vete. test. fuit tamen præfigurator noui testamenti. 32. q. 1. c. quod autem ideo in figura fuit prohibitus templum ædificare, quia fuit homicida: in figura ipsius tẽporis dictum est ei: Non ædificabis, &c. & est arg. a minori. si enim propter homicidiũ repulsus fuit Dauid inter fecerat? Respon. omnia futura sunt Deo p̃sentia, 2. q. 1. Deus omnipotens. vnde cum iam esset homicida in conspectu Dei, non licuit ei, q̃ ædificaret. Vel die q̃ dr effudisse: quia fuit occasio effundẽdi. dist. 50. § ecõtra. quia enim ex superbia numerauit populum, perierunt 24. millia hominum. 1. q. 4 § item peccato. versũ item Dauid. vnde in recompensatione nem instituit 24. sacerdotes in templo. Vel die quod reuera fuit homicida. iuxta illud: Saul percussit mille, & Dauid decẽ millia, & c. 2. q. 7. §. item obijcitur.

a ¶Collegerat.] Ad fabricandum templum.

b ¶In die viij.] Respectu secundi septenarij, id est, in quintodecimo.

c ¶Si enim.] Si enim gẽtiles faciebãt hoc, multo magis facere debemus nos. & sic est argu. q̃ possumus argumentari ab exẽplis infidelium. §. 11. q. 3. Imperatores. 23. q. 4. quando §. 12. q. 1. dilectissimus. §. dist. 81 non oportet §. 35. q. 1. cap 1. sup. 33. q. 5. cum caput. sup. 12 q. 3. gloria. ver. Crates. sup. distin. 21. submittitur. 86. dist. non satis 10. q. 1. hanc consuetudinẽ. & dist. 35. ab exordio. arg. contra. 12 q. 2. gloria. verũc. neq. vero mihi. Sed illud loquitur quando imminebant captiui redimendi. C. de sacrosan. eccl. sancimus.

d ¶Veritas.] Id est, promissorum adimpletio.

e ¶Gratia.] Id est, peccatorum remissio.

f ¶A choriepiscopis.] dist. 67. choriepiscopi.

g ¶Necessitate.] Q̃d hic dicitur de necessitate, non refertur ad proximum dictum choriepiscopis: sed ad præcedens, scilicet aetatis locis: & est illa necessitas cum aliquis non habet ecclesiam. inf. ea. concedimus, vt in exercitu. cum tabula tamen consecrata. a alias missas sibi celebrare nulla necessitate licet, sed alia officia ibi fieri pñt, licet non sit locus sacratus nec altare viaticum sit ibi consecratum sm Hug.

DE CONSECRATIONE
DISTINCTIO PRIMA.

Cap. I.

Ex Felice IIII. in epistola oib. Episcopis, ca. 1. Burch. l. 3. c. 57. Iuo p. 3. c. 60. parn. l. 2. c. 33.

Consecrationẽ † ecclesiarum, [a] & Missarum celebrationes non alibi, quàm in sacratis Domino locis, absque magna necessitate fieri debere liquet omnibus, quibus sunt nota veteris & noui testamẽti præcepta.

¶ *Verba capitis sequentis in vetustis Gratiani exemplaribus non sunt seiuncta a superioribus, quemadmodum neque in ipsa Felicis quarti epistola, neque apud cæteros collectores. Sed ob citationes doctorum non est mutatum. Nonnulla autem emendata sunt.*

Cap. II.

Ibidẽ apud Felicem & collectores. † al. vetera. † al. cultoris.

Tabernaculum enim † Moysen Domino præcipiente fecisse, & sacrasse cum mensa, & altari eius, & æreis † vasis, & vtensilibus ad diuinum cultum explendum legimus, & non solum diuinis precibus ea sacrasse, sed etiam sancti olei vnctione, Domino iubente, perliniſſe nouimus. Qualiter autem hæc facta sint, & quomodo ipsa sacra non alij, quàm sacerdotes sacra vnctione delibuti, [b] Dominoque cum vestibus sanctis sacrari, & leuitæ [c] tractabant, ferebant, erigebant, & deponebant; in ipsis institutionibus, quæ iubente Domino conscriptæ sunt per Moysem, in lege Domini reperitur. [d] Qualiter ergo Dauid regum pijssimus amplificauerit [e] cultum Dei, & templum Domino ædificare voluerit, sed propter multum sanguinem, quem effuderat, prohibitus est, [f] & ipse collegerat [a] expensas, Salomon quoque filius eius idipsum, quod ipse facere optauerat, iubente & auxiliante Deo perfecit, & templum cum altari, & reliqua ad diuinum cultum peragendum consecrauit: in libro regum legitur. *& infra.*

Exo. 31. Num. 7.

Leuit. 8.

2. Reg. 7.

1. Paral. 22. 2. Reg. 16. 3. Reg. 8.

Burch. l. 3. c. 58. Iuo p. 3 c 61. † al. supplicationibus consecrabant.

Ioan. 1.

¶Fecit ergo [a] Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo multitudo magna ab introitu Emath vsque ad iurum Aegypti coram Domino Deo nostro septem diebus, & septem diebus, id est, quatuordecim diebus: & in die viij. [b] dimisit populos. Iudæi ergo loca in quibus sacrificabant Domino, diuinis habebent † supplicationibus consecrata; nec in alijs, quam Deo dicatis locis, munera Domino offerebant. Si enim [c] Iudæi, qui vmbræ legis deseruiebant, hæc faciebant: multo magis nos, & quibus veritas [d] patefacta est, & gratia [e] per Iesum Christum data est, templa Domino ędificare, & prout melius possumus, ornare, eaque diuinis precibus, & sanctis vnctionibus suis cum altaribus, i & vasis, vestibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum vtensilibus deuote, & solenniter sacrare, & non in alijs locis, quam in Domino sacratis, ab episcopis, & non a choriepiscopis [f] [qui sæpe prohibiti sunt, nisi, vt prædictum est, summa exigente necessitate] [g] Missas celebrare, nec sacrificia offerre Domino debemus. Et hoc si summa β necessitas agere compulerit, non in domibus γ [quia in sacris canonibus sacrificia in domibus [h] offerri prohibita sunt] sed in tabernaculis diuinis precibus a pontificibus dicatis, & in mensis Domino sacratis, & sacra vnctione a pontificibus delibutis, pro summa, vt præfixum est, necessitate, & non pro libito cuiusquam, & pigritia agatur. *& infra.* δ

¶Si autem, vt legitur in concilio [i] Laodicensi, cap. 26. hi, qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesijs, quam in domibus exorcizare non possunt: multo magis maioris gradus ministeria, [k] nisi ab eis, qui ad eos gradus sunt consecrati, quibus fungi debent, officia [l] agi, vel sacrificia offerri non licet. ε Quod autem, vt paulo superius prælibatum est, oblationes in domibus offerri non debeant, in eodem concilio, capit. xxxxxviij. prohibitum habetur: ita; [Non oportet in domibus oblationes celebrari ab episcopis, & presbyteris. ζ]

a ¶Fecit ergo.] *Ante hæc verba in epistola ipsa Fœlicis inseruntur omnia, quæ in capite 8. tertij libri Regnorum his antecedunt. A Burchardo autem, & Iuone etiam hæc omittuntur, & concludunt caput in ver.* consecrauit.

β ¶Si summa.] *Burchardus habet,* nisi summa.

γ ¶Non in domibus.] *Hic locus vsque ad ver.* agatur, *& emendatus, & locupletatus est ex originali, Burchardo, & Iuone.*

h ¶In domibus.] Infra ead. vnicuique.

i ¶In concilio.] sup. dist 69. non oportet.

k ¶Ministeria.] Id est, officia.

l ¶Officia.] i. officiales personę sicut clerici, qui sunt tales officiales. dist. 36. si officia. Bet.

Omnes

OMnes basilicæ.] Hęc est 2.pars dist.in qua dicitur ꝙ cum Missæ celebratione debent ecclesiæ dedicari.Ioan de Fantu.

CASVS Dicitur in hoc c.ꝙ omnes ecclesiæ cum Missarum celebtatione sunt consecrandæ: & de his quæ sunt dirutæ, vel superfluæ in numero vel quantitate,prouideat episcopus quomodo possint stare & restaurari.

a ¶Cum Missa.]Qualiter ecclesiæ sunt cõsecrandę,scilicet cum Missa,ostendit: & dicunt quidam, ꝙ Missa est de substantia consecrationis. Hug. contra. Item dicit H. ꝙ si episcopus consecret.& presbyter cantet Missam ; consecrata erit ecclesia. Alii contra,arg. 24. distin. quorundam.

Missa an sit de consecrationis substãtia.

b ¶possint.] sup. 16. q.vlt.si plures. & q. 1. & temporis.s. 21.q. 2. sicut. & cap. præcipimus.sup dist. 70. sanctorum & sup.10.q.3. vnio.

DE locorum.] Hęc est tertia pars dist.in qua probat per 5.c. ꝙ ecclesia sine licentia Papæ consecrari non debet : quod hodie non tenet. Io. de Fant.

CASVS. Reprehenduntur hic quidam, qui ecclesias faciebãt & consecrabant sine licentia & precepto papę. Quod dicitur in his 5.c.intelligitur de episcopali ecclesia:Vel olim obtinuit cum raræ erant ecclesiæ, & Papa bene poterat consuli: vel de ea intelligitur, quæ sit in episcopatu altetius:vel cum populus ad fidem cõuenitur.

c ¶De locorum consecratione.] Cuius auctoritate ecclesiæ sunt consecrandæ, ostendit Gr.5.capitulis.

d ¶ Absque præcepto.] 12.q.2.bonæ rei. *Nam antea legabatur,* non in domibus offerri prohibita sunt,*longe a canonis sententia.*

§ ¶Et infra.] *Quæ hic in epistola inseruntur , habentur infra eadem cap sicut.*

e ¶Offerri non licet.] *In originali est,* offerri licet, *Sed in eodem, paulo superius, vbi in textu est.* multo magis , *in margine est* , al. multo minus. *Burchardus quidem , & Iuo habent vt Gratianus.*

ζ ¶Et presbyteris.] *Coniunctę cum his in originali , & apud Burchardum habentur verba capitis , solennitates dedicationum infra eadem.*

Item Higinus Papa, cap.5.

¶Ecclesiarum consecratio absque Missa fieri non debet.

Cap. III.

1 OMnes basilicę cum Missa [a] debent semper consecrari.Vt ecclesię destructæ, vbi aut plures sunt quam necesse sit, aut maioris magnitudinis, quam vt ex rebus ad eadem pertinentibus restaurari possint,[b] episcopi prouidendentia modus inueniatur , qualiter consistere possint. Poly.l. 3. tit. 3. Anf. l. 5. c. 83. Burch l. 3. c. 27. & 21. Iuo p. 3. c. 23. & xxvi. Pan l. 2. ca. 13.

¶ *Caput hoc vsque ad ver.* consecrari , *apud plerosque collectores citatur ex* Euaristo, *aut,* ex decretis Euaristi. *Reliqua autem verba alio capite relata ab eisdem tribuuntur Higino.*

Item Gelasius Papa episcopis per Lucaniam, c. 27.

¶Absque præcepto sedis Apostolicæ noua non dedicetur ecclesia. Cap. IIII.

3 DE locorum consecratione [c] sanctorum , quamuis superius strictim fuerit comprehensum,nobis quoque patefactũ est,quod absque præcepto [d] sedis Apostolicæ nonnulli factas ecclesias , vel oratoria facere præsumant. Anſl.l.5.cap.80. Burch.l. 3. c. 21. Iuo p.3.cap.26.

Idem.

¶Sine auctoritate summi Pontificis noua non dedicetur ecclesia. Cap. V.

PRæcepta synodalia , quæ ante paucos menses de sede nostra ad prouinciam sunt directa , & antiquis [e] canonibus consentiunt , & ea quæ minus probantur esse , addidimus: & in vtraque parte [e] constat sine summi Pontificis auctoritate [f] ecclesiam nouiter conditam non posse dedicari , teque ex hac basilica , quæ taliter ad cultum fuerat processionis [g] adducta , [h] suspendisse Missas probabiliter Poly.l.3.tit.3. Anſl.5. cap.5.

1 Ibi loq̃ de fũdatione; hic de consecratione.

1 contra.inf.ea.nemo.Sol.hæc quinque cap. non tenent hodie:vel fuerunt localia,vel casualia.Vel exaudi de ecclesia episcopali, licet contradicat finis illius c.certum.Nam sicut non potest mutari de loco ad locum epṡ.7.q.1.mutationes similiter nec fundari epãlis ecclesia,ut 16.q.1.fœlix.& c.præcipimus.Quid fieri debeat in hac parte, Papæ est æstimare.

PRæcepta.CASVS.] Ecclesia quędam fuit ædificata & consecrata sine licentia papæ & præcepto,& freqnentia populi erat ibi in Missa. epṡ loci illius interdixit ibi officium , & dum Papæ hoc scripsit, Papa eum de hoc facto cõmendat:quod canonibus antiquis

f ¶Auctoritate.]Speciali vel generali.

g ¶Processionis.] Id est,frequentationis.

h ¶Adducta.] Non dicit consecrata.nam in sequenti verbo,consecrabis, aduersaretur,cum semel consecrata iterum consecrari non possit, nisi in casibus notatis infra super cap.ecclesiæ, vel altaria.

ADDITIO. Sub. quod olim fieri non poterat sine licentia Papę, inf. ead. ecclesia. sicut nec hodie sine licentia episcopi.infra ead.nemo.18.quæstio.2.quidam. Archidia.

h ¶Adducta.] Id est, deputata, vt ibi fieret diuinum officium,& populi frequentatio.

a Sic de alijs quibusdam hystoriis.

a ¶ Quia deuotus.]Id est, Deo deputatus.

b ¶ Permanere.]Nisi destruatur infra ea.ecclesiæ.extra de noui oper.nuncia.cum ex iniuncto.

c ¶ Martyrum.] Arg.ecclesiam ante consecrationem locum deuotum appellari.

d ¶ Re.

† *al. quorum*

computamus. Sed quia deuotus [a] locus non debet a ministeriorum gratia diu vacuus permanere; [b] frater charissime,eorum martyrum [c] nomine,quos †relatio [d] continet, auctoritatis nostræ suscepta serie consecrabis:ut populorum frequentatio , quam illic auide conuenire mandasti , seruatis regulis ecclesiasticis,& canonibus,integrum habeat firmata religione conuentum.

a ¶ Antiquis canonibus.]*Socrates in ecclesiastica historia , l.2.c. 8 & 17 refert tanquam antiquissimum canonem,sine Romani episcopi auctoritate nullam ecclesiam posse dedicari .*

Idem episcopis per Lucaniam,c. 6.

¶Non dedicentur basilicæ, quæ præter auctoritatem Apostolicæ sedis fuerint ædificatæ. C. VI.

Poly l. 3.tit.3. Anſ.l. 5.c.4.

BAsilicas nouiter institutas non petitis ex more præceptionibus dedicare non audeant,nec ambiant sibimet episcopi uendicare clericos potestatis [c] alienæ.&c.xi.¶ Cum enim f decretà uenerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur,ac sine eorum dispendio [g] etiam illa, quæ pro alicuius utilitatis [h] compendio fortasse [i] uideantur,laxãda credamus,† cumque nobis contra salutarium reuerẽtiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cum sedes Apostolica superior his omnibus,fauente Domino, quæ paternis canonibus sunt præfixa,pio, deuotoque studeat tenere proposito;satis indignum est,quemquam uel pontificum, uel ordinum subsequentium hanc obseruantiam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat,& docere;[k] satisque conueniẽs sit,ut totum corpus ecclesię in hac sibimet obseruatione concordet, quam illic uigere conspiciat , ubi Dominus ecclesiæ totius posuit principatum.

† *al.concedamus.*

¶ *Verba capitis huius usque ad uer.*alienæ. *habentur etiam in Vuormacienſi c. 48.*

Idem Ioanni episcopo Sorano.

¶Publicæ processiones non fiant in oratoriis , quę prꝛter auctoritatem sedis Apostolicę consecrantur. C. VII.

Anſ. l. 5. c. 2.

CErtum est quidem , & nostris prꝛceptionibus constitutum , ne quis in ecclesia , aut in oratorio,quod sedis nostrę non legitur permissione dedicatum , processionem [l] publicam putaret impendi , ne conditores furtiuis subreptionibus contra regularum statuta prosilirent. Sed quia Megetia spectabilis fœmina petitorij nobis oblatione suggessit,in possessionibus propriis suorum corpuscula [m] condi

sup. dist. 11. nolite.

d ¶ Relatio.]Id est, scriptura nobis lata.

BAsilicas.CASVS.Hug.sic ponit hunc casum . Nullius episcopus debet consecrare ecclesiam sine licentia papæ,uel sibi uẽdicare clericos alterius iurisdictionis.& hoc continetur in canonibus.& si nos,q sumus dñi & conditores canonũ, volumus, cos obserua-

e ¶ Potestatis.]Supra dist. 71.per totum sup.9.q.2.per totum,sup.21.q.2.cap.1.

f ¶ Cum enim.] Ordo.

re:multo fortius ergo inferiores contra eos facere vel attentare non debent.

g ¶ Dispendio.]Not. principis priuilegiũ nulli debere præiudicare,vt not.9. q.3.nũc uero.

h ¶ Vtilitatis.] Quasi dicat,ita seruamus ea quòd nec alicuius utilitate infirmamus : quia etiam ea , quæ vtilitas suadet relaxari , non relaxamus in præiudicium canonum. 1

i ¶ Fortasse.] Fortasse ideo dicit:quia quandoque pro utilitate alicuius statutum infirmatur.40.dist.ut cõstitueretur. 1 Scilicet quia ipsi canones in suo statu pmaneãt: & obtineant illa cessante.p.

k ¶ Et docere]Et hoc ideo additur , quia quędam sequitur Romana ecclesia , quæ non docet sequenda, & ea sequi non cogimur supra dist.11.nolite.arg. pro consuetudine Romana seruanda.inst. de satisda.tut. in fin.

CErtum est.] CASVS.Hu. sic ponit hunc casum.Megetia in quadam sua possessione sepeliuit corpora suorum : & ædificauit ibi quoddam oratorium,& illud fecit consecrari præter auctoritatem domini Papæ , sed quia nobilis & potens erat illa domina:ideo ad petitionem eius intuitu pietatis & misericordiæ Papa dispensatiue concedit ei, ut officia defunctorum priuatim ibi celebretur sed non officia uiuorum, quia ibi ædificium erat consecratum præter auctoritatem domini papæ : & ideo de iure communi debebat ibi officiũ interdici.qđ in principio ostendit , dicens, [ædificatum,]Id est, fabricatum.

2 Dicas ꝙ licet aliquo loco sit sepultus aliqs sine pontifice,non gp hoc locus sacer efficitur ſm canon. licet secus sit ſm leges, secundum Inn. q ita not. extra de sepul.c.pe. De hoc 13. q.2 in ecclesiastico.

l ¶ Processionem]Id est, frequentationem populi supra dicti. 24.

m ¶ Corpuscula.] Ita eo ipso fecit religiosum locũ 2. ff de relig l.2.nam ubicumq sepeliatur homo uoluntate Domini,locus religiosus efficitur . secus si contra Domini voluntatem, ut ea l.§. si usus fructus. presbyteri supra 16.q.7.Frigentius.

m ¶ Corpuscula.Si locus ille nõ est cõsecratus de consensu

Universidad de Deusto
Biblioteca

c VEstimēta.]¶Balthasar.] Historia.Legitur in Daniele.& Balthasar rex Babyloniæ fecit grande conuiuium optimatibus suis: cum ergo iā esset temulentus, præcepit vt afferrētur vasa argentea quę Nabuchodonosor asportauerat de templo, quod fuit in Hierusalem, vbi biberēt ei reges & optimates eius, vxores & concubinæ: & factum est ita. Bibebant autem vinum,& laudabant Deos suos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus scribentis contra candelabrum in superficie parietis quod rex cōspiciens turbatus est valde: & mittens cōuocauit omnes sapiētes Babylonis,& nullus poterat scripturā legere,vel interpretationem eius regi indicare. Tandem vocatus Daniel dixit scripturam significare interitum regis, pro eo quōd cōtaminauerat vasa domus Domini:& aperuit quod scriptū erat, Manethetel phares [Mane,]Id est,numerauit Deus regnū tuū.[Thetel,] Id est, appositum est in statera & inuentum est minus habēs. [Phares.] Id est diuisum est regnum tuum, & datū Medis & Persis. Eadem nocte interfectus est Balthasar: & Darius Medus in regnum successit.

Balthasar vasis Dñi abusus est.

d ADnuptiarum.]¶Soluuntur.] Arg.q ex veste alicuius dominę,vel alterius,nō debet fieri casula, vel aliquis ornatus ecclesię.2.

Casula nō fiat de veste domicellę.2. Die q ar.

b VAsa in quibus.]Hæc est 11. pars dist.in qua dr in quibus calicibus,& corporalibus celebrare debemus.Ioan.de Fant.

cura sit ostiarijs ex admonitione maiorum: ne quis negligēs, aut ignarus,ad velum ianuæ domus Domini manus incognite † tergat. sed statim coercitus discat omnis homo;quia velum atrij domus Domini sanctum est.

†al. incondite

a Decidat.] *in originali est,*decidat à sindone foris abluta *sed gl. cbstitit,ne mutaretur. Multa autem alia non minimis ponderis sunt ex ipso originali emendata.*

Item Sixtus Papa epistola, capitulo secundo.

Sacra uasa non nisi à sacratis contrectentur hominibus. Cap. XLI.

IN sancta hac Apostolica sede statutum est,vt sacra vasa nō ab alijs,a quàm à sacratis,Dominoque dicatis contrectētur hominibus. Indignum a enim valde est,vt sacra Domini. vasa,quæ cumque sint,humanis vsibus seruiāt; aut ab alijs, quam à Domino famulantibus, eique dicatis tractētur viris, ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo suo;& hi etiam,qui non peccauerint,mala patiantur,aut pereant;quia perit b iustus sæpissime pro impio.

a Indignum. *Addita sunt hæc vsque ad verbum itemque alia nōnulla ex originali, Burchardo,& Iuone.*

Poly.l.3. tit. 9. Burc.l.3.c. 314. Iuo p. 3.c. 264. & par.2.ca. 70

Item Stephanus episcopus familiari amico Hilario,epistola prima, capitulo tertio.

Mon nisi à sacratis hominibus ve stimenta sacrata seruentur.† Cap.. XLII.

VEstimenta ecclesiastica, quibus Domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta:quibus, alijs in vsibus non debent frui, quàm in ecclesiasticis, & Deo dignis officijs,quæ nec ab alijs debent contingi, aut ferri, nisi à sacratis hominibus,ne vltio, quæ Balthasar c regem percussit, super hæc transgredientes,& talia presumentes veniat, & corruere eos faciat ad ima.

†al. ferantur

Sūmatim relatū est.

Poly.l 3.tit.16. Anf.l.5.cap.29. Iuo p.2.ca.74.

Dan.5.

Item ex concilio Aurelianensi.

Diuina ministeria nuptiarum non præstentur ornatibus. Cap. XLIII.

AD nuptiarum ornatum diuina ministeria non præstentur:ne dum improborum contactu, pompaque sæcularis luxuriæ polluuntur, d ad officia sacri mysterij † videantur indigna.

† al. Aurelianensi.

poly.l.3. tit 24. Burc l.3.c.108. Iuo p.2.c.143. Gann.l.1.c.163.

† al. ministerij.

Item ex concilio Triburiensi,capitulo decimooctauo.

In ligneis vasculis Dominici corporis, & sanguinis sacramenta non sunt celebranda. Cap. XLIIII.

11 VAsa, in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices c sunt, & patenæ:de quibus Bonifacius martyr,& episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis

Burc.l.3.c.223. Iuo p.3. c. 282.

CASVS.Quæsitum fuit in concilio Triburien.utrum in ligneis vasis deberet confici corpus Christi. & dictum fuit in concilio,q Bonifacius papa de hoc interrogatus respondit quod non. Cum enim ita factum fuerit in primitiua ecclesia, Zepherinus cōstituit vt fieret

istud non sumitur à contrario sensu, quia vellet is de qua loquitur ista glossa. nō dum concessa fuerat ecclesiæ:quare conquinatio non subsistit in hoc casu. sed hoc assumitur potius ab intellectu verborū. Arch.

b ¶Zepherino.]

VTcalix.]CASVS. Statuit in hoc c.vt calix cum patena fiat de auro vel argēto,vel saltē de stanno. De ære autem vel aurichalco nullo modo fiant;quia solent æruginem colligere, & omitum prouocare.

Nullus etiam in ligneo vel in vitreo vase præsumat missam cantare.

e ¶Si non ex auro.] contra sup. 12.q.2. aurum, sed illud quando pauperes morerentur fame : quo casu vendi possent. C. de sacr.san. eccle. sanctimus.

f ¶In ligneo.] Quia lignum porosum est.

g ¶Vitreo.] Quia vitrum fragile est:& immineret periculum effusionis.

Calix an possit esse ligneus aut uitreꝰ

CONsulto.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt corporalia non debeant fieri serica neque tincta,sed linea debent esse, sicut fuit sindō in qua corpus Christi in sepulchro fuerat inuolutū. [Consulto.]Id est,consilio omnium attantium , qui super hoc sunt consulti.

h ¶In serico.] Corporali.

i ¶Sed in puro.] Vt innocens & sine macula intelligatur.

k ¶Terreno.] Quia veram carnem mortalem & passibilem de corpore Virginis assumpsit. 23. dist. qui episcopus.

l ¶Lino.] Quod tunsionibus multis ad candorem deducitur, sic & Christus præfuris multis peruenit ad gloriam: ita & boni propter pressuras ad gloriam Domini ueniunt. 1.q. 3. Saluator.

Corporalia debent esse linea certa tōne.

IAcobus frater Dominl.] Hæc est 12. pars distin. in qua ponit à quibus Missa composita . Ioan. de Fant.

CASVS. istius cap. per se patet: & tractatur in his 7.cap. de celebratione Missæ, ostendens, quòd a ieiunis, & qua hora, & quot in die sunt celebrandæ.

Iacobus dicebatur frater Domini.

m ¶Iacobus.] Ideo dicitur frater, qa valde assimilabatur ei:

1 Scilicet quātū ād secretam quam Iacobus.

Anſl.l.c. 91. & l.9.c.5. Burch.l.3.c.96. Iuo p.2 c.131. Pan.l.1.c.261.

Silueſter in epi logo conc R.o. Idem in Ponti ficali. poly.l.3 tit.9. Anſl. 9.c.2. Burc.l 3.c. 99. Iuo p.2.c. 134. Pann.l.1.c.162. Mat.15. Luc.23.

†al.Consulens.

Gal.1.

Item ex epistola Eusebij Papæ, & Siluestri.

¶Non in serico panno, sed puro lineo sacrificium consecretur altaris. C. XLVI.

CONsulto†omnium statuimus, ut sacrificium altaris non in serico h panno,aut tincto quisquam celebrare præsumat;sed in puro i linteo ab episcopo consecrato , terreno k scilicet lino l procreato,atque contesto,sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit.

Item ex sexta synodo, c. 32.

¶A quibus fuerit tradita missarum celebratio. C. XLVII.

12 IAcobus m frater Domini secundum carnem, cui primum credita est Hierosolymitana ecclesia , & Basilius Cæsarienſis episcopus, cuius claritas per totum orbem circumfulsit,in scripturis addiderunt a nobis missæ celebrationem. n

a ¶In scripturis addiderunt.] *Græce est,* ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες, οὕτω τελεσθεῖσαν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκ δὲ δώκασιν, *id est,* qui in scriptis tradiderunt nobis mysticum sacrificium , hoc modo in diuina liturgia sacrum poculū ex aqua

b ¶Zepherinus xvj.] Decimus octauus computatis Lino & Cleto.

c ¶Successit.] Arg. prælatum non posse præbendas diminuere,qđ est verū sine cā, extra de excep præl.sicut.

d ¶Placati.] C.vnde vi, meminerint.

vel quia fuit filius sororis matris Domini.

n ¶Celebrationē.]Id est,ordinē celebrandæ missæ i verba enim quibus corpus Christi conficitur , ab ipso Domino sunt tradita,ut inf.di.proxima, quia corpus, & sanguis,sed etiam post alij alia addiderūt ad decorē

& solennitatem, vt 11. dist. ecclesiasticarum.

Nocte sancta.] Hæc est 13. pars distin. in qua ponit quare tres missæ in natali Domini cantantur. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. q in natiuitate Domini missa debet celebrari de nocte; quia nocte illa annunciauit eũ Angelus pastoribus. In alio autem tempore ante horam tertiam non debet missa celebrari: quia tali hora est Dominus crucifixus, & tali hora super Apostolos descẽdit spiritus sanctus.

a ¶Nocte.] De celebritate missę 7. c. adiũgit, ostendens, quomodo à ieiunis cantandæ & audiendæ sunt, & quot in die, & qua hora sunt celebrandæ.

b ¶Nocte.] Tres missæ in die natalis Domini celebrentur.

Vna ante diem, i quæ significat tempus ante legem, quando eramus in tenebris Secunda dum dies fecit: & significat tempus in lege, quando nondum plena agnitio Dei habebatur. E: tertia in die: & significat tẽpus gratiæ: qñ iam plena cognitio habebatur. Vnde versus.

Nocte prior sub luce sequens, luce supremus.

Sub Noe, sub Dauid, sub Cruce, sacra nota.

ADDITIO. Dic 28, q communiter loquẽdo debet missa dici in die, & non in nocte: quia hoc sacramentum ad tempus gratię pertinet, quod per diem significatur, secundum illud ad Rom. 13. Nox præcessit: dies autem appropinquauit secundum Tho.

c ¶Gloria in excelsis Deo.]Hęc verba dicta sunt ab Angelo: alia addidit Hilarius, ut infra. eod. dist. de Hymnis.

d ¶Crucifixus.]Linguis, non manibus. supra de pœ. dist. 1. periculose.

Sacramenta altaris non.]Hæc est 14. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc cap q missæ debent tantum a ieiunis celebrari, nisi in cœna Domini. Vnde si oportet presbyterum pransum cõmendationem mortuorũ facere, sine celebratione missę debet hoc facere.

e ¶A ieiunis] Ieiuni ergo debẽt cõficere, ut hic: & baptizare, & chrismare in fronte, ut dist. 5. vt ieiuni. & sacramẽtũ calumniæ præstare. 22. q. 5. honestum & testimoniũ dicę. c. extra de test. placuit, & ordines cõferre

Ieiuno stomacho conficiendum est.

Scilicet circa medium noctis, quo tpe Christus natus est, secundum H.

Instituit, & Basilius ĩdã addidit, q longe post eũ fuit. s. tẽpore Iuliani apostatæ B. Isid.

a ad hoc ff. de ver. obli. eam q §. quoties. & le. ei q hoc ff. de re iudi. sinistra archid.

† absoluere debet orig.

sup. distin. 75. sup. distin. 76.

Bur. l. 3. c. 228. Ino p. 2. ca. 87. & p. 3. ca. 268.

† al. ordinationibus.

† al. Gregorius. Habetur in capitulis Theodulphi, c. vlt. Poly. l. 3. tit. 16. Burc. l. 2. c. 54. Ino p. 2. c. 129.

† al. per

Vide Valfridũ Strabonẽ, c. 21. Ino p. 2. c. 81.

& vino conficiendum ediderunt. *Sed nihil mutatum est, tum ob glossam, tum quoniam collector de industria videtur summatim retulisse. Abest autem hoc caput ab aliquot vetustis exemplaribus.*

Item Telesphorus Papa VII. à Petro in epistola ad omnes, c. 2.

Beda in Martyr. mẽs. Sept. Concor. cõcil. Aurelią. 3. c. 14.

¶Qua hora sunt missarum solennia celebranda. Cap. XLVII.

23 Nocte [a] sancta natiuitatis Domini Saluatoris missas celebrent presbyteri; & hymnum angelicum in illo solenniter decantent: quoniam & eadem nocte [b] ab Angelo pastoribus nunciatus est, *& infra.* Et subito facta est cũ Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium, Gloria in excelsis † Deo, [c] & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliquis vero temporibus missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus crucifixus [d] est; & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur.

Poly. l. 3. tit. 25 Anſ l. 7. c 174. Burc. l. 3. c. 63. Ino p. 2. c. 71. & p. 3. c 65. Pann l. 2. c. 40.

† al. altissimis. Luc. 2.

Mar. 15. Act. 2.

Item ex concilio Africano, c. 8.

Conc. c 29. concilij Carthag. tij.

¶Non nisi à ieiunis hominibus sacramenta celebrentur altaris. Cap. XLIX.

24 Sacramenta altaris non nisi à ieiunis [e] hominibus celebrentur, excepto [f] vno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum siue episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est; solis orationibus fiat: si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur.

Anſ l. 9. c. 1.

Item ex concilio Sabitonensi.

¶Sic etiam est at Ino, & Pãnormia, Burchardus autem ex decretis Sylueriį Papæ: Polycarpus ex Eusebio. Habetur in capitulis Theodulphi Aurelianensis episcopi, c 39.

¶Ante missarum solennia circa horam nonam decantata, in Quadragesima comedere non licet. Cap. L.

25 Solent plures, qui se ieiunare putant, in quadragesima, mox vt signum audierint ad horam nonam, comedere. † Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante g manducauerint, quàm vespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad missas, & auditis missarum solennitatibus, & vespertinis officijs, & largitis eleemosynis ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit, vt ad missam venire non valeat: æstimata vespertina hora, completa oratione sua ieiunium soluat. †

Poly. ibidem. Burc l. 13. c. 12. Ino p. 4. c. 134. Pann l. 2. c. 184.

† al. manducæ ve.

f Pro excepto.] aliud verbum ex pio ponit inclusum & est sensus excepto. i. accepto & computato loco aliorum dierum quia dies natalis Domini semper est celebris.

Soluere pecuniam ? plus enim soluit qui ante tempus q̃ dies adiectus est fauore debitoris 1 alias si fauore creditoris, ante tempus soluendo non liberatur, vt ff. de an. leg. eum qui. Ioan.

IN IEIVNIIS. Hæc est 16. pars, dist. in qua probat quando Missę sunt cantandę. Io. de Fant.

CASVS. Iste §. cum eo, qui sequitur patet ibi etiam est §. in prima quoque. ibi addidit etiam Gratianus, q in mane licete cantatur missa publica.

IN.

16 *In ieiunijs etiam quattuor temporum circa vespertinas horas, in sabbato vero sancto circa noctis initium missarum solennia sunt celebranda. Vnde Leo a episcopus: [Quod a patribus nostris.] Item Gelasius; b [Ordinationes presbyterorũ.] Itẽ Pelagius: c [Dilectionis tuæ rescripta.] Require in tractatu ordinandorum. In prima quoque parte diei missarum solennia non incongrue celebrantur.*

a ¶Vnde Leo.] supr. dist. 75. quod a patribus.

b ¶Item Gelasius.] 3. di. 75. ordinationes.

c ¶Itẽ Pelagius.] supr. di. 76. dilectionis tuę.

Vnde Leo Papa Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. al. 81. cap. 2.

¶Etiam prima parte diei missas celebrare licet. Cap. LI.

Necesse est autem, vt quædam populi pars sua deuotione priuetur: si vnius tantum missæ, more seruato, sacrificium offerre non possint; nisi [d] qui prima diei parte conuenerint. Studiose ergo dilectionem tuam, & familiariter admonemus; vt quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis inest, tua quoque cura non negligat, vt per omnia nobis & fide, & actibus congruamus. Propter quod remanẽti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam [e] dedimus perferendam: qui in nostris processionibus, atque actionibus † frequenter interfuit, & toties ad nos missus, quid in omnibus Apostolicæ sedis *a* auctoritas teneret, agnouit.

d ¶Nisi]Hoc nisi respicit illud verbum priuetur.

d ¶Nisi qui prima.] inf di 2. trib. gradib. sup. eo. nocte. ʒ. in fi. sed illud abrogatũ est inf di. 2. tribus. Vel illud de solenni missa, hoc de priuata.

e ¶Epistolam. In qua hoc cap. continetur.

† al. ordinationibus.

¶Apostolicæ sedis.] *In epistola ipsa legitur*, quid in omnibus Apostolicæ auctoritatis teneremus. *Sed omnes Gratiani codices, & Ino concordant.*

† al. Gregorius. Habetur in capitulis Theodulphi, c. vlt. Poly. l. 3. tit. 16. Burc. l. 2. c. 54. Ino p. 2. c. 129.

† al. per

Item Augustinus. †

¶Missæ peculiares non sunt in publico cantandæ. Cap. LII.

Et hoc attendendum est, vt missę peculiares, [f] quæ per dies solennes a sacerdotibus fiunt, non ita in publico [g] fiant, vt propter † eas populus a publicis missarum solennibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abstrahatur. *& infra.* Sed sacerdotes, [h] qui in circuitu vrbis, aut in eadem vrbe sunt, & populus in vnum ad missarum publicam celebrationem conueniant, exceptis β Deo sacratis fœminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris monasterij contineri.

f Scilicet votiuę, q. d. non publicæ, s. ¶ celebrantur sine vocatione populi nec pulsatione signorum. licet est missa pro peccatis, vel sanctę Mariæ: vel Apostolorum, vel huiusmodi secundũ Hug.

g ¶In publico.] Id est solenniter.

h ¶Sed sacerdotes.] Not. sacerdotes, q per vrbem sunt, ad solennẽ missam debere cõuenire in maiori ecclesia. Vel potius iste est sensus c. scilicet au in ciuitate & per totum episcopatum hora tertia & sacerdotes & populi conueniãt ad publicas missas, quas sacerdotes eorum faciunt.

β ¶Exceptis.] *Hæc vsque ad finem addita sunt ex Theodulpho, Burchardo & Iuone; apud quos possunt etiam legi alia, quæ post versi.* abstrahatur, *a Gratiano sunt omissa.*

Item Alexander secundus.

¶Quot missas in die sacerdoti celebrari liceat. Cap. LIII.

Vide Valfridũ Strabonẽ, c. 21. Ino p. 2. c. 81.

17 Sufficit sacerdoti vnam missam in die vna celebrare

Sufficit.] Hæc est 17. pars distin. 3m. Io. de Fan.

C.a.

CASVS. quærebatur quot missas in die possit presbyter celebrare. Et rãdetur, quod vnam: quia Christus semel tantum pro bonis passus est. Vel duas ex necessitate: ese. I non pro pecunia, vel adulatione, ideo, gratia fauoris humani, vel laudis acquirendæ.

canonum, vel Apostolica traditione. Hymnus est laus Dei cum cantico.

d ¶Hymno.] Id est, benedictione data post cibũ: quæ hymnus hic appellatur: quẽ oẽs clerici facere debent, vt sup. dist. 44. c. vlt §. edẽt pauperes, & saturabuntur, &c. AD.

Peccam' quotidie.

a ¶ Quia Christus.] ergo non nisi semel debet celebrari, sed quia quotidie peccamus, ideo quotidie, p nobis Eucharistia immolatur mystice. inf. dist. 2. vtrum.

quia Christus [a] semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est vnam missam facere; & valde fœlix est, qui vnam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, & alteram [b] de die, si necesse fuerit. Qui vero pro pecunijs, aut adulationibus † sæcularium vna die præsumunt plures facere missas; non æstimo euadere damnationem.

† al. oblatiõnibus.

b ¶Et alteram.] Ergo etiam in necessitate non tres, ex quo dixit, alteram. argu. 31. q. 1. quomodo. extra de cele. mi. consuluisti. ergo adhuc remanet ieiunus post primam, cum possit iterum cantare aliam arg. 7. q. 1. nihil. Quid ergo dices de vino vnde presbyter abluit digitos? non debet sumere illud, si aliam vult cantare. extra de celebr. missa. ex parte vbi euacuatur opinio, quę dicit quod quidquid sanguini Christi commiscetur, sanguis est. extra de consec. eccles. quod in dubijs. Sed ibi vtrumque olim eiusdem substantiæ, & vsiæ: non sic de vino misto sanguini. extra de celebratio. missarum, cum Marthæ. versi. quæsiuisti.

Item ex concilio Toletano, 4. cap. 12.

¶Ex saluatoris, & Apostolorum docemur exemplo hymnos cantare. Cap. LIIII.

poly. l. 3. tit. 16.

18 DE hymnis canendis, [c] & Saluatoris, & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur Matthæo euangelista attestante: [Et hymno [d] dicto exierunt in montem oliueti.] Et Paulus apostolus ad Ephesios scribit dicens: Implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus.] Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum, & Martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius, atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo, quod de scripturis sanctorũ canonum, vel Apostolica traditione nõ existunt: respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico, priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus: [Gloria, & honor patri, & filio, & spiritui sancto in sæcula sęculorum, Amen.] Nam & ille hymnus, [e] quem nato in carne Christo Angeli cecinerunt; [Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.] & reliqua, quæ ibi sequuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesijs canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inueniuntur. [f] Componuntur [f] missæ, siue preces, vel orationes, seu commendationes, seu manus impositiones: ex quibus, si nulla decantentur in ecclesia vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Timotheum Apostolus dicens: [Obsecro igitur primum fieri obsecrationes, [g] orationes, postulationes, [h] gratiarum actiones [i] pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt.] Sicut

Matth. 24.
Ephes. 5.

Luc. 2.

1. Tim. 2.

ADDITIO. pone hymnum, qui dr post missam. Archie ¶Ille hymnus.] Supple respuatur.

ADDITIO. Id est, debet respui secundum eos. H. alij dicitur p istæ dictiones de hymnis, ponuntur pro accusatiuo; uel carent verbo. Arch.

f ¶Componuntur.] a sanctis.

g ¶Obsecrationes.] Id est, orationes, quæ fiunt ante, & iuxta consecrationem. Vel quę fiunt adiurando: vt per natiuitatem tuam, libera nos Domine.

h ¶Postulationes.] Id est, preces: vt ibi, vt pacem & concordiam nobis dones, te rogamus audi nos.

i ¶Gratiarũ actiones]vt cũ dicimus, Bñdicamus Dño.

a ¶Si-

a ¶ Sicut ergo orõnes.] Quæ fiũt in ipsa cõsecratione. Hi duo solummodo.] CASVS. Quæritũ fuit a Leone, quare illi duo hymni, [Gloria in excelsis, & Alleluia: nõ cantantur in Septuagesima? Et respondet quia tũc primi hominis lapsus legitur in ecclesia, per cuius peccatum humanum genus est expulsum a conuentu angelicæ iubilationis. His autem ix. hebdomadibus tacentur ad significandum, p ix ordines angelorum propter casum decimi ordinis sunt præpediti a laude Dei, & a fœlicitate turbati: ad cuius decimi reformationem Deus formauit hominem, sed homo statim cecidit. sed postea Christo resurgente humanũ genus fuit reparatũ: & tunc angelicus chorus est nalde lætatus.

ergo orationes, [a] ita & hymnos in laudem Dei compositos nullus nostrorum vlterius improbet, sed pari modo in Gallicia, Hispaniaque celebrent, excommunicatione plectendi, qui hymnum reiicere fuerint ausi.

† al. eclanus,

Leo nonus. †

¶In nouo testamento, qui hymni ab Angelis decantati inueniuntur. C. LV.

Apoc. 19.
Lu. 2.
Ps. 136.
Ps. 64.
Esa. 14.

HI duo solummodo hymni ab Angelis in nouo testamento inueniuntur decantati, Alleluia, atque, Gloria in excelsis Deo. Quos pariter in Septuagesima intermittimus: quia peccato hominis ueteris a conuentu angelicę iubilationis expulsi in huius miseræ uitæ Babylonem, super flumina eius sedemus, & flemus, dum recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus. Quòd nouem hebdomadibus alleluia intermittimus: non incongrue per nouem hebdomadas, nouem ordines angelorum accipimus: quorum [b] decimus [c] ordo per superbiam corruens, angelicum numerum minuit, & a fœlicitate [d] perturbauit. Qui condolentes suæ diminutionis, & parem [e] ruinam sibi timentes, a perfecta laude creatoris fuere præpediti. Quorum reparationi, & consolationi consulens omnipotens Deus creator primum hominem de limo terrę formauit, qui sui generis [f] multiplicatione damna cęlestis patriæ resarciret, atq; angelorum gaudia suppleret. Qua spe angelicus chorus non † modicum lætatus est. Nec mirum, si ex lapsu [g] ipsius hominis fuit perturbatus. [h] Vnde nouem ordinum concentus in laudem Dei creatoris permansit imperfectus: donec in Christo resurgente resurrexit [i] lapsus ille protoplatus. Ibi augmento sui collegii, & spe meliori angelicus exercitus gauisus in nouum alleluia consurrexit totus, & in eo perstat deuotus. Quem & nos pro modulo nostro imitantes, a Septuagesima, quando lapsus protoplasti in ecclesia recitatur, Alleluia nouem hebdomadibus intermittimus, scilicet usque in Pascha, ubi Christus resurgens a mortuis tristitiam nostram in gaudium vertit, & alleluia nobis reddidit.

Gen. 2.

† al. admodum lætatus.

Item Nicolaus Papa Rodulpho archiepiscopo Bituricensi.

¶In cœna Domini, Gloria in excelsis, decantetur. C. LVI.

Iuo p. 5. c 20.

PORro, Gloria in excelsis Deo, ab episcopis [k] in cœna Domini inter missarum solennia more nostro, dicenda est. Pallio uero Apostolico [l] eadem die [m] uti est illis licitum, quibus est ab Apostolica sede permissum.

u ¶ Apostolico. *Vox ista abest ab aliquot Vaticanis codicibus; Iuo tamen habet.*

Item Zacharias ß Papa in synodo Romana, c. 13. & 14.

ß ¶ Zacharias.] *Antea legebatur,* Macarius. *Emendatum est ex aliquot vetustis codicibus, & cæteris collectoribus. Et caput ipsum habetur in concilio manuscripto Zachariæ.*

b ¶ Quorum.] Nomẽ decimi ordinis non habemus. 1 c ¶ Decimus.] Non p decimus cecidit: sed tot qui sufficiebãt ad decimum ordinem perficiendum.

d ¶ A fœlicitate.] Significauit statum hominũ perturbandum, cum possit & debeat timere casum suum, videns ruinam maiorum & firmiorum. de pę. dist. 2. ca. principiũ.

e ¶ Et parem.] De pę. dis. 2 c. principium in quit uer. omnis lapis.

f ¶ Saigeneris.] Quia homines loco ipsorũ reddituuntur: de quibus tot assumẽdi sunt quot remanserunt: iuxta illud in fin. Deuter. in cantico Mosi. Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei. Sed hic uidetur haberi p tot ascendant ad gloriam, quot ceciderunt, & non plures z

Tot ascẽdent ad gloriam quot ceciderunt.

z Dicit Isido. in lib. officiorũ, bonorũ Angelorum numerus q post ruinam Angelorum malorũ diminutus est ex numero electorum hominũ supplebitur, quin numerus soli Deo cognitus est, ut libro 20. c. Angelorũ nomen.

g ¶ Si ex lapsu.] Per inobedientiã, ut supr. dist. 34. quorundam.

h ¶ Perturbatus.] More humano loquitur. arg. 24. q. 1. odi.

i ¶ Resurrexit.] prolapsus de limo inferni.

POrro gloria.] CASVS. Dicitur hic, p epi in cœna Domini cum chrisma consecrant, debent dicere, Gloria in excelsis Deo: & ea die inter missarum solemnia debent vti pallio sibi ab Apostolica sede concesso.

k ¶ Ab episcopis.] Quia chrisma consecrant: non autem a presbyteris.

l ¶ Apostolico.] Id est a solo Apostolico concesso.

m ¶ Eadẽ die.] Inter missaruũ solẽnia, ut supra dist. 100. pallium.

Nullus

¶ Cum baculo, aut capite velato ad celebrandum missarum solennia clericus non ingrediatur. C. LVII.

Poly. 3.tit.16. Burc l.3.c.230 & 231. Iuo p. 3 c.271. & 272.

19 NVllus episcopus, [a] presbyter, aut diaconus ad solennia missarum celebranda præsumat [b] cum baculo [c] introire, aut velato capite [d] a latario Dei assistere: quoniam & Apostolus prohibet viros velato capite orare in ecclesia: & qui temere præsumpserit, communione priuetur. Cum uero ingressus fuerit episcopus, aut presbyter, ad missarum solennia celebranda, nisi passio [e] aliqua interuenerit, nullo modo audeat data oratione recedere, [f] ut ab alio episcopo, uel presbytero missarum solennia suppleantur, sed qui initium ponit, suppleat usque in finem, quia scriptum est: [qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.] Si quis [g] uero præsumpserit præter quod posuimus, agere; a sacro corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi sit suspensus.

1.Cor. 11

Syn.c.14.

Matth. 10.

[*Item ex decretis Soteris Papæ.*]

PAPEA. C. LVIII.

7 q.1 illud. in cõcilio Toleta. Eccl. 4. 11.c.14. Burc.l.3.c.73. Iuo p.11.c.126.

VT illud diuini oraculi singuli præcaueant, quo scribitur; [væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem,] summopere uerendum nobis est, atque cauendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Deo psallitur, uel sacrificatur, unicuique diuinis singulariter officiis insistenti perniciosa passio, uel corporis quælibet inualitudo† occurrat; quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione, uel terrore confundant. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, uel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat quisque canens Deo, atq; sacrificans post se vicini solaminis adiutorem: vt, si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, uel ad terram elisus a tergo semper habeat, qui eius uicem exequatur intrepidus; & officium inceptum adimpleat.

†al.maletude.

Item Anacletus Iesu Christi seruus omnibus episcopis, epist.1.

¶ Quot testes episcopus sacriacans secum habere debeat. C. LIX.

Poly.l.4.tit.xii. Anſl l. 6. c.138. Burc.l.3.c.71. Iuo p.ii. c.67.

20 EPiscopus Deo sacrificans testes secum habeat, & plures, quam alius sacerdos; sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimoni incremento indiget. In solennioribus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui oculi h eius dicuntur, & subdiaconos, atq; reliquos ministros secum habeat: qui sacri induti uestimentis a fronte, & a tergo, & presbyteri e regione dextra læuaque, contrito corde, & humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum a maleuolis hominibus, & consensum eius præbeant† sacrificio. Peracta autem consecratione omnes [i] communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus.

†al.præbentes

Item Lucius Papa episcopis Galliæ, & Hispaniæ, c.1.

Episcopus prædicans hẽat mitrã & baculum.

[a] Respicit præcedẽs c. discipli-na. iuxta fin. & hæc ẽt fuit sẽtia Hu. put hic sa tis no. Archid.

a ¶ Nullus epṡ.] Quã deuotione sit dicenda missa & audiẽda, ostendit 13 c.

b ¶ præsumat.] Mitrã tñ & baculũ debet hꝫe epṡ cũ ꝓdicat. arg. dist 45. disciplina. qa tunc allegat causam Dei apud populũ, ut di. c disciplina.

c ¶ Cũ baculo.] Arg. ꝙ nõ dẽt promoueri in presbyterũ qui sine baculo nõ pot sustentari in altari, ut diximus supr. 55. dist. si quis in infirmitate.

d ¶ Aut uelato capite. [Su. 33 q.5. mulier. & cap. hæc imago.

e ¶ Passio.] Sup. 7.q.1. illud. & nihil.

f ¶ Recedere.] Nisi in casu cum uideret puerũ sine baptismo moriẽtẽ, dũ est ẽt ad altare, consulo ut baptizet arg. 86. dist. pascæ.

g ¶ Si quis. [Dẽ hac materia notaui 7.q.1. nihil & c. illud.

Episcopus.] Hæc est 20. pars dist. in qua probat magister, ꝙ solus sacerdos non debet officia celebrare. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic ꝙ episcopus in missa debet secũ habere presbyteros ex utroq; latere & diaconos & subdiaconos & minores clericos ante & retro qui debeãt eũ custodire, & sacrificio consentire, & cõmunicare peracta consecratione iubemus.

h ¶ qui oculi.] Supra dist. 93. diaconi.

i ¶ Omnes.] Quotidie uel

uel omnes generaliter, in anno, vt inf. eod. dist. 2. peracta. & cap. omnis homo, &c.

Vbemus.] CASVS. Probatur hic auctoritate Apostoli, ꝙ quamuis ad innocentia sola conscientia sufficiat, tamen propter maleuolos debet episcopus secum habe.

¶ Episcopi sine religiosis testibus, Domini sacramenta non conficiant. Cap. LX.

Poly.l.4.tit.13. Anſl.l.6.c.140. † al. diaconos i. Thim. 3.

IVbemus Apostolica [α] auctoritate, vt semper testes vobiscum sacerdotes, & Leuitas † habeatis. Et licet conscientia [a] própria sufficere possit; tamen propter maleuolos [b] iuxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt: quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, vt duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco episcopum non deserant propter testimonium ecclesiasticũ.

α ¶ Iubemus Apostolica.] *In epistola ipsa sic legitur.* Propter tales, frãtres hortamur vos, sicut in hac sancta ecclesia constitutum habemus, vt semper, &c.

†al. Anacletus

Item Soter † Papa.

¶ Nisi duobus præsentibus, presbyter missam celebrare non præsumat. Cap. LXI.

Poly l.4.tit.31. Anſl.l.7.c.136. Burch.l.3.c.74. Iuo p.2 c.127. Pan.l.2.c.225.

HOc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus [c] præsentibus, sibique respondentibus ipse tertius [d] habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, § Dominus vobiscum, [e] § & illud in secretis: § orate pro me; § aptissime conuenit, vt ipsius respondeatur salutationi.

¶ *Burcardus etiam & Iuo citant ex decretis Soteris Papæ Et in Mecrologo, c.2. scribitur fuisse id ab Anacleto, & Sotere statutum Similem sententiam Burchardus lib 3 c.68. refert ex concilio Nannetensi, capit. 30. Fere autem idem habetur in Moguntino 1. cap. 43.*

& in conc. Antioch. cap. 2.

Item ex canone Apostolorum.

¶ Communione priuentur, qui vsque ad finem missarum solennia non audierint. Cap. LXII.

Poly.l.3.tit.16. Burch.l.2.c.67. Iuo p.6.c.163.

21 OMnes fideles, qui conueniunt in solennitatibus sacris ß ad ecclesiam, & scripturas Apostolorum, & Euangelium audiant. Qui autem γ non perseuerant [f] in oratione, vsque dum missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, ß velut inquietudines ecclesiæ commouentes, communione priuari.

ß ¶ In solennitatibus sacris.] *In tomis conciliorum ad marginem priscæ versionis sunt hæc eadem verba quæ hic apud Gratianum, & Burchardum, & Iuonem, & in Polycarpo. Græce est* absolutos

habere presbyteros testes & diaconos in omni loco.

a ¶ Conscientia.] Arg. ꝙ non semper conscientia sufficit: sed fama est necessaria. arg. 12 q 2 quattuor. & 21. q.1. nolo. quod verum est cum quis habitat ĩm cũ bonis, vel etiam cum malis, qui parati sunt imitari.

b ¶ Maleuolos.] Sup 11 q 3 sanctis § sed illud cum mali parati sũt reprehendere, nõ imitari 1 43 dist scimus.

HOc quoque statutum.] CASVS. Dr in hoc cap ꝙ presbyter non dẽt cantare missam, nisi sunt duo vel tres præsentes. Nam cum presbyter dicat, Dñs vobiscũ: & orate pro me: apparet, ꝙ plures debent missæ interesse. Quæ autem sequuntur vsque ad capitulum omnes plana sunt, & ea omnia per se facilius formari

Dominus vobiscum, vt sic ostendatur esse de numero aliorum sacerdotum, Hic ergo habes Dñs vobiscũ. alibi amen 38. dist. sedulo. alibi Deus in adiutorio, 7.q 1. § cũ ergo alibi, kyrie eleison. pater noster 11. q 3. cũ aliquis. habes & alibi, Nunc dimittis, &c. Luc. 2. Item alibi, Benedicamus, &c. Danielis 3.

OMnes.] Hæc ẽ 21 pars dicta qua ꝓbat, ꝙ totã missã populꝰ audire dẽt. Qui aũt ex ꝓceptu recusauerit, excõicabitur. Et hoc ꝓbat per 5. canones. Io. de Fant.

f ¶ Nõ pseuerant.] Ex cõsuetudine vel suppstione. Et est sinã in vanũ currit q nõ pseuerat vsq; in finẽ curtius, vt de pæ dist. 3. in casum, & est s. sup. 11. q. 3. certũ.

g ¶ percipiunt.] Tempore deputato.

poteris: & quod dicitur in illo ca. missas. [confundantur,] Id est, [grauiter corripiantur.] quod autem dicitur in illo c episcopus nullum. hodie non tenet, cum non sit participandum cum excommunicatis.

c ¶ Nisi duob.] pluralis enim locutio, duorũ numero est contenta, vt 4.q. 3. §. itẽ in criminali. ver. vbi numerus. Nũ quid necessarium est, vt sint duo clerici: aut nunqd duo laici: vel vnus clericus, alter laicus, aut alter masculus, & alter fœmina sufficerent? Satis vr, ꝙ debent esse duo clerici. arg. ℨ quia & populus respondet, amen, vt sup. 38. dist. sedulo. Sed hoc respicit consuetudinem alicuius loci.

d ¶ Ipse tertius.] Adeo inhærent quidã 2 verbis istius c. ꝙ dicunt ꝙ ipse non celebraret nisi duos haberet. Alij 3 dñt vnũ sufficere arg. extra de fi. presbyter. propositum 7.q.1. illud. & extra de vi. & honest. cleric. vt quisquis. immo & inclusus missã solus cantare potest, hoc intellige vbi cleri copia non suffragatur. alias secus, vt extra ad verb. sig quæ sunt. & ecclesiæ loquitur presbyter in plurali.

2 Vt Hu.

3 Vt Hu. & Fab.

Missa a solo cantari potest.

e ¶ Dominus vobiscum.] Hoc Dominus vobiscum, sumptum est ex vete. testa. sic. n. legitur Booz salutat se messores suos. Illud autem, & cum spiritu tuo, sumptum est ex epistola pauli. Ad Thimotheum Episcopus ẽt cum primo salutat populum nõ dicit: Dominus vobiscũ. sed pax vobis: qa hæc fuit prima vox Christi ad discipulos post resurrectionẽ, ergo vt se ostendat vicariũ Christi, ideo sic dicit: post vero dicit:

Dñs vobiscũ unde sumitur. pax vobis dr primo ab episcopo. Nota, ꝙ septem vicibus populus salutatur in missa quatenus excludis septem vitiis capitalibus susciptãt gratiam septiformem. ℈m Inno.

a Sacerdote.] ¶Qui egressus.] Quasi minus litteratum continens, vt supra 35. distinctio. sedulo.

Missa in die Dominico est de præcepto.

b Missas.] ¶Præcipimus.] Hoc dico præceptum esse vnde contra præceptum faciunt, qui diebus Dominicis nõ audiunt missam, nisi aliqua necessitas cogat sicut, & corpus Christi accipitur ter in anno. infr distint. secunda etsi non frequentius.

c Cum ad celebrandas.] Benedictionem.] Supra 26. quæst. 6. ministrare. contra. Solu. ibi solennis benedictio q̃ ante missæ consummationem à solis põtificibus celebratur, inhibetur presbyteris: hic autem post confectionem cuilibet sacerdoti populum benedicere permittitur, sed & præsente episcopo nec benedicere volente sacerdos benedicet si celebrauit missam, vt not. 95 dist. ecce.

E Piscopus.] Hæc est 22. pars dist. secundum Ioannem. d ¶Prohibeat.] Supr. 21 dist. cleros. in fine. contra infra distinct. quarta eos. contra. 11. quæst. 3. excommunicatos. 1 Sed dic vt solui supra xxxv. q. 3. de incestis. nam hic de hæretico non præciso loquitur, ibi de eo qui sequitur hæresim iam damnatam. H. dicit hoc abrogatũ esse. vel loquitur de illis de quorum correctione est spes aliqua, vt inf. dist. 4. Iudæi aliud est si venirent causa subsanandi vel deridendi.

A Postolica.] Hæc est 23 pars dist. secundum Ioan. de Fantu.

e ¶Adorent.] Id est, venerentur.

O Mnis Christianus.] Hæc est 23. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

te, τοὺς εἰσιόντας, id est, qui ingrediuntur. *& ita in codice canonum, nimirum ex versione Dionisii.*

γ ¶Audiant. Qui autem.] *Item in eodem margine, & in polycarpo. Sed Burchardus, & Iuo proprius, ad verba graca,* audiunt, non autem perseuerant.

Item ex concilio Carthaginensi. 4. c. 24.

¶De eodem. Cap. LXIII.

S Acerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus [a] de auditorio fuerit, excommunicetur. Burch. l. 2. c. 66. Iuo p. 6. c. 161.

Item ex concilio Agathensi, c. 47.

¶Die Dominico missas ex integro seculares audire debent. Cap. LXIIII.

MIssas die Dominico sæcularibus totas audire † speciali ordine præcipimus: [b] ita, vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerit, ab episcopo publice confundatur. † *al. temere.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 28.

¶Populus non ante discedat, quam missa ex integra celebretur. Cap. LXV. Burch. l. 3. c. 29. Iuo p. 3. cap. 14.

CVm ad celebrandas missas in Dei nomine conuenitur: populus non ante descedat, quam missæ solennitas compleatur: & vbi episcopus non fuerit, benedictionem [c] accipiat sacerdotis.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 88.

¶Excommunicetur qui prętermisso ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit. Cap. LXVI. Iuo p. 4. cap. 24.

QVi die solenni, prætermisso solenni ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit: excommunicetur.

Item ex concilio Carthaginensi 4 c. 84.

¶Vsque ad missam catechumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur. Cap. LXVII. Burch. l. 3. c. 21. Iuo p. 3. cap. 33. Pan. l. 2. ca. 41.

22 EPiscopus nullum prohibeat [d] ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum, vsque ad missam cathecumenorum.

Item Anastasius episcopus episcopis Germaniæ, & Burgundiæ, epistol. 1. cap. 1.

¶Euangelia non sedendo, sed stando audire debemus. Cap. LXVIII. Burc. l. 3. c. 101. Iuo p. 3. c. 138. & p. 6. cap. 93.

23 APostolica auctoritate mandamus, cũ sancta Euangelia in ecclesia recitantur, vt sacerdotes, & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curui, [α] in conspectu Euangelij stantes Dominica verba intente audiant, & fideliter adorent. [e]

α ¶Curui.] *Sic in originali, & apud Iuonem par. 6. c. 93. sed apud eundem par. 2. cap 138. & apud Burchardum vox ista non habetur.*

Item Gregorius VII. in synodo Rom. habita an. Domini. 1078. cap. 13.

¶Ad missarum solonnia semper aliquid est offerendum: Cap. LXIX. Poly. l. 3. tit. 16. Anſl. l. 5. cap. 40.

OMnis Christianus procuret ad missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moysem dixit: [Non appa- *Exod. 24.*

CASVS. Probatur in hoc cap. auctoritate Moysi, & sanctorum patrum consuetudine, & Christiani debẽt aliquid offerre in missa. primo enim debemus ad Christum confugere: sed quidam prætendere prius quærũt consilium humanum, & postea diuinum.

a ¶Va- rebis in conspectu meo vacuus. [a] Etenim in collectis [b] sanctorum patrum liquido apparet, quòd omnes Christiani offerre aliquid Deo ex usu sanctorum patrum debent. Ad ipsum [α] enim prius est confugiendum, [c] qui nostræ curare possit animæ passiones. Verum homines præpostero ordine ante sibi opem ab hominibus accersunt. Vbi autem humana subsidia defecerint: tunc opinantur diuini postulandum fauoris gratiam.

α ¶Ad ipsum.] *Hinc vsque ad finem capitis non habentur ibi apud Gregorium, neque apud Anselmum, aut Polycarpum.*

Item Cyprianus sermone 6. de oratione Dominica.

¶Quare [sursum corda] in præfatione dicitur. C. LXX.

25 QVando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi; vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis, & secularis abscedat: nec quidquam tunc animus, quàm id solum cogitet, [d] quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo: [sursum corda,] vt dum respondet plebs: [habemus ad Dominum] admoneatur nihil se aliud, quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat nec ad se hostem Dei, tempore orationis adire patiatur.

Pelagius II. Romanæ ecclesiæ, & Apostolicæ sedis epũs vniuersis Germaniarum, atque Galliarum episcopis.

¶Quę præfationes in missa sunt cantandę. C. LXXI. Polyc. l. 3. tit 20. Anſl. l. 7. c. 211. Burc. l. 3. c. 69. Iuo p. 2. c. 77. Pan. l. 1. c. 158.

26 INuenimus [e] has nouem [f] præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro uetustas in Romana ecclesia hactenus seruauit, id est, unam [g] in albis Paschalibus, aliam de Ascensione [h] Domini, tertiam [i] de Pentecoste, quartam [k] de Natali Domini, quintam [l] de Apparitione Domini, sextã [m] de Apostolis, septimam [n] de sancta Trinitate, octauam [o] de Cruce, nonam [p] de ieiunio in Quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet, & custodit sancta Romana ecclesia; has tenendas uobis mandamus.

Item ex Concilio Gabilonensi secundo. c. 39.

¶In omnibus missarum solennibus pro defunctis oratio fiat. C. LXXII. Burc. l. 3. c. 64. Iuo p. 3. c. 66.

25 VIsum præterea [q] nobis est, ut in omnibus missarum solennibus pro defunctorum spiritibus loco

a ¶Vacuus.] Bonis operibus uel ad litterã. & est consilium in diebus priuatis solicet: sed in diebus festiuis præceptum & ita videtur q̃ oblationes sint ex debito. 16. q. 1. statuimus ar 5 12. q. 1. duo. Sed credo q̃ si facet dñs ei oblationes: ut ext. de sim. cũ sit 12. q. 2. charitatẽ. ADDITIO. Bene dicit Credo, secundũ Lau. cuius fuit ista glo. tota. & idem sentit Hug. qui dicit q̃ nõ credit quod oblationes, quæ voluntariæ, vel ex deuotione fiunt in festiuis diebus, sint debitæ: vel possint de iure peti: & idem sentit frater Ray. Arch.

b ¶In collectis.] Quas faciebant sancti patres pro recipiendis pauperibus.

c ¶Est confugiendum.] Orando, non tenendo, [& ita non est contra 22. q. 2. quæritur.

QVando autem.] Hæc est 25. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic quod in oratione debet homo cogitare de Deo tantum. vnde cum presbyter dicit, Sursum corda, populus respondet, Habemus ad Dominum. & hoc fit ad notandum quòd tunc tantum de Deo debemus cogitare, & de his, quæ spectant ad salutem, ut diabolus excludatur.

d ¶Cogitet.] Nã hoc genus mendacii esset 22. q. 5. cauete.

e ¶Inueniemus.] Hęc est 26. pars dist. secundum H.

CASVS. Istius cap. in quo dicitur q̃ ix. sunt præfationes, decima tamen postea addita est, vt 70. dist. sanctorũ. [catalogo,] Id est, ordine ecclesiastico, vel numero, vel computatione.

e ¶Inuenimus.] Quot sunt canonicæ præfationes. ostendit. 2

f ¶Nouem.] Addita est & decima. ut dist. 70. sanctorum canonum, scilicet equum & salutare.

g ¶Vnã.] Et te quidem omni tempore.

h ¶Aliam de Ascensione.] Qui post resurrectionem suam.

i ¶Tertiam.] Qui ascendens super omnes cœlos.

k ¶Quartam.] Quia per incarnati verbi mysterium.

l ¶Quintam.] Quia cum vnigenitus tuus.

m ¶Sextã.] Et te supplici ter exorare.

c ¶Septimam.] Quia cum vnigenito filio tuo, & spiritu sancto.

o ¶Octauam.] Qui salutem humani generis.

p ¶Nouam.] Qui corporali ieiunio vitia comprimit.

VIsũ præterea.] Hæc 27 pars dist. secundũ Io. de Fan. CASVS. Probatur in hoc c. auctoritate Au. q̃ pro defunctis nominibus tacitis in missa & alias precibus debet orari omni die, sicut & pro viuentibus oratur quotidie, ut pro eis oret mater ecclesia, quibus desunt preces parentum.

q ¶Visum præterea.] Not. in omni missa memoriam & ora-

2 Et hoc iõ quia in c. præced. facta erat mẽtio de præfatione cui sq̃ præmittitur, sursũ corda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oratio p defunctis fiat i omni missa. Conficere nō licet i sexta fetia ante Pascha.

& orationem esse faciendam pro defunctis, istud ostendit duobus capitulis.

a ¶ Loco competenti.] Id est in secreta missæ.

b Excipitur.] Excipitur sexta feria ante Pascha : in qua secundum ordinem Romanum non conficitur: sed oblatio præcedentis diei cum vino sumitur: & excipitur et sabbatum sequens : quia potius refertur ad Dominicā sequentē. inf. distī. 3. sabbato.

c ¶ Defunctorum.] Id est, pro spiritibus defunctorum.

d ¶ Etiam tacitis nominibus] In secreta.

e ¶ Sub generali.] Fit pro omnibus simul, & prodest cuilibet ac si specialiter pro eo fieret. de consecra. di. 5. non mediocriter.

f ¶ Commemoratione suscepit ecclesia.] supple non sunt prætermittendæ supplicationes.

g ¶ Pia matre communi.] In ecclesia tota.

DE nominibus .] CASVS. Decentius episcopus quærebat a Papa, utrū in secreta Missæ illorum nomina debeant recitari a presbytero, pro quibus vult sacrificia offerre. Respondet Papa, superfluū esset ut eius nomen recitetur pro quo hostia nondū est oblata.

Nomina aliquorū non sunt in Missa exprimenda.

h ¶ De nominibus recitādis.] populo. connumerare possumus ergo eorum nomina recitando sed in Missa uel oratione aliqua Missæ, uel in secreta specialiter nomina eorum exprimere non debemus.

i ¶ Antequam.] Nec ante, nec post.

k ¶ Insinues.] Quasi pars non ante, sed post debet insinuari Deo.

l ¶ Quamuis .] Non ergo recitantur ideo quod Deus addiscat: sed ut supplicantium deuotior reddatur affectus. arg. 13. q. 2. cum grauia. & cap. non æstimemus. H. nominari ergo possunt.

competenti [a] Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, [b] qua non pro viuentibus, & pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur; ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in missarum solennibus fundantur. Antiquitus igitur hunc morem sācta tenet ecclesia, ut & in missarum solemnibus & in aliis precibus Domino spiritus quiescentium commendet: dicēte beato Augustino. [non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus defunctorum: quas faciendas pro omnibus in Christiana, & catholica societate laudamus.] [a] Defunctorum [e] ēt tacitis nominibus [d] eorum, quos sub generali [e] commemoratione [f] suscepit ecclesia; ut quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati, uel amici, ab una eis exhibeātur pia matre communi. [g]

13. q. 2. non existimemus.

in lib. de cura pro mortuis agenda, c. 4.

[a] ¶ Laudamus.] *Apud collectores sunt nonnulla uarietates B. Augustinus [a quo parum variat & concilium, & Amalarius lib. 4. cap. 42. sic habet;* quas faciendas pro omnibus in christiana, & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcūque, sub generali commemoratione suscepit ecclesiam, *Cæterum glossa fecit, ne mutaretur.*

Item Innocentius episcopus urbis Romæ Decentio Eugubino, epist. 1. c. 2.

¶ Ante preces non sunt a sacerdote nomina recitanda.

C. LXXIII.

DE nominibus recitandis, [h] antequam [i] precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione sua commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, ut cuius hostiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen insinues, quamuis [l] illi incognitum sit nihil.

Item Alexander urbis Romanæ episcopus orthodoxis omnibus epistola prima, c. 4.

DISTINCTIO. II.

¶ Panis, & uinum, & aqua in sacramentis sunt offerenda. C. I.

IN SACRAMENTORVM [m] oblationibus, [a] quæ inter Missarum solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, vt eius, cuius corpus & sanguis cōficitur, passio celebretur; ita vt repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permistum in sacrificium † offerantur. Non enim debet (vt à patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offeri, sed vtrumque permistum, quia utrumq; [b] ex latere eius in passione sua profluisse legitur.

poly. 1. 3. tit. 8. Ant. l. 9. c. 1. Burc. l. 5. c. 5. Iuo p. 2. c. 15. & 62.

† al *sacrificio.*

¶ *Locupletatum est caput hoc ex originali, & cæteris collectoribus præter Anselmum, qui habet; vt antea Gratianus habebat.*

Item Cyprianus lib. 2. epist. 2. Cæcilio fratri salutem.

¶ Vinum sine aqua, vel econuerso in sacramentis offerri non licet. Cap. II.

Poly. ibidem. Ansl. 9. c. 4.

SIc in sacrificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit [c] esse sine Christo. [d] Quando autem utrumque miscetur, & adunatione confusa [c] sibi inuicem copulatur; tunc sacramentum

1 Sed est q̄ dā admiculans Lau.

Aqua q̄ fluxit de latere Christi an fuerit vera aqua

Immo aqua in vinū, & totū vinum in sāguinem.

Et hæc falsa est.

eum enim tractauit in præced. dist. de celebratione missæ. & tota vis missæ constet in cōsecratione corporis Christi, merito de eo subdit, & tractat de hoc sacramento in hunc modū. Primo agit de forma sacrificā di. Secundo de reuerētia suscipiendi & tractādi & seruandi

panis & vini ibi definit esse, & remanēt accidētia tātum s. sapor, color, pōdus, & similia: & sub illis accidētibus incipit ibi esse corpus Christi. Tertia tenet & remanet ibi substātia panis & vini, & in eodē loco, & sub eadem specie est corpus Christi, argumē. infra ead. ego. quælibet tā opinio fatetur ibi esse corpus Christi. Secunda opinio verior est, vt extra de sum. Tri. firmiter. §. vna.

* ¶ In sacramentorū, de forma sacrificandi, s. quæ. debent offerri in sacramento Eucharistiæ 7. c. ofiēdit.

a ¶ Oblationibus.] id est, in ipsis oblatis, quę sunt sacramenta.

a ¶ Quia vtrumque.] hæc oratio nō est sufficiēs : sed est ratio: qa Christus hoc statuit dicens Hoc facite in meam comme. infra ead. in Christo semel. Alia ratio est, quia aqua significat redemptionem. inf. ead. cum omne. & ita tria sunt significātia ibi, aqua, vinum, panis, & ita, tria sacramenta. infra ea. non oportet.

i ¶Ieiunium.] Quia Dominus surrexit de cęna, & lauauit pedes discipulorum, & iterum rediit ad cœnam: volunt quidam ad similitudinem Domini etiam pedes aliis abluere, & bis 1 comedere sed talis consuetudo reprobetur.

K ¶Exhonorare.] Arg. quod nihil reputatur ieiunasse qui vnum diem non ieiunat. C. ad Sylla l. vlt. nihil videtur esse factum, & c. 7. q. 1. nihil.

Ieiunādū non est inter Pascha & pentecosten.

Eps dieb. Dñicis debet esse in ecclesia sua.

Ieiunium ē duplex.

1 Intellige fm H. de eo qui comedit integre & pfecte, & postea surgit, & iterū comedit, secus si parū comedit, quod postea ad mandatū faciendū surgeret, quo facto ad mensā rediret, & comestionē īceptā perficeret: nam certe talis ieiunās diceretur fm H. quod ita not. in summa de obser. ieiu §. qñ. versic. tota, &c.

¶In sanctorum solennitatibus, diuinis officijs non saltationibus, vel cantilenis, populi debent vacare. Cap. II.

Iuo p. 4 c. 12.

Irreligiosa consuetudo est, quam vulgus per sanctorum solennitates agere consueuit. Populi qui debent officia diuina attendere, saltationibus, [a] turpibus inuigilant canticis, non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officijs [perstrepentes. † [b] Hoc etenim, vt ab omnibus † prouincijs depellatur, sacerdotum, & iudicium à concilio sancto curæ committitur.

† abest ab or. † omni Hispania] orig.

Beda de officijs tomo 7.

Item ex concilio Arelianensi 1. c. 29.

¶Ante Ascensionem Domini tribus diebus litaniæ celebrentur. Cap. III.

Albin⁹ pag. 67. Burc. l. 13. c. 17. Iuo p. 4. c. 11. † al. post Ascensionem.

Rogationes, id est, litanias, ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita vt præmissum † Triduanum ieiunium [c] in Dominicæ Ascensionis solennitate soluatur. Per quod triduum serui, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs [d] vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineāt, & quadragesimalibus cibis vtantur.

Item ex concilio eodem, c. 33.

¶Episcopus die Dominio non desit ecclesiæ. C. IIII.

Episcopus, si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiæ, cui proximus fuerit, die Dominico deesse [e] non debet.

Item ex eodem, c. 27.

¶Hos dies ciuibus in villa celebrare non licet. Cap. V.

Con. Aruernē. se c. 14. Et Agathense, cap. 63.

Nulli ciuium Paschæ, Natalis Domini, & Quadragesimę α solennitatem in villa [f] liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur.

Burc. l. 2. c. 75. & l. 19. c. de sacrilegio. Iuo p. 4 c. 12.

α ¶Et Quadragesimæ.] *Sic etiam in originali impresso. Sed Iuo habet.* vel Quinquagesimæ. *Burchardus*, vel Pentecostes, *& ita est in concilio Agatensi, c. 63 & in Aruernensi, cap. 14.*

Item ex eodem Aurelianensi, c 26.

¶Ante solennitatem Paschæ Quadragesima est celebranda. Cap. VI.

Sacerdotibus [g] omnibus est decretum, vt ante Paschæ [h] solennitatem non Quinquagesima, sed Quadragesima teneatur.

Item ex concilio Martini Papæ Bracharensis, c. 50.

In capitu. gręc. Synod.

¶Quinta feria vltimæ septimanæ Quadragesimæ ieiunium solui non licet. Cap. VII.

Non liceat quinta feria nouissimæ septimanæ ieiunium [i] soluere, & omnem exhonorare [k] Quadragesimam, sed sincere abstinentes totam Quadragesimam peragere.

Item ex concilio Laodicensi, c. 50.

Et in 6. sy. c. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIO. Item argum. quòd vtile per inutile vitiatur. 9. dist. si ad sacras. 25. q. 2. & si legibus, sed argu. contra. 12. q. 2. si quis. Archid.

a ¶ Non oportet.] Sed per totos, i. omnes, exceptis diebus Dominicis. ar. supra dist. 30. si qs presbyter. infra distin. 5. Quadragesima.

b ¶ Placuit.] ¶ Vt omnes.] Non comedant.

c ¶ Sabbathi.] Scilicet Paschali.

d ¶ Sacerdotali.] scilicet finita hora nona.

e ¶ Communione.] s. percepta, id est, non debent comedere nisi prius celebratis missarum officijs & vespertinis supra ea. dist. 1. solent H.

f ¶ Quoniam.] Sunt quidam.

g ¶ Genua.] sup. dist. 76 § non autem, &c. scite.

h ¶ Stantes.] supra distin. 30. si quis presbyter. supra 26 q. 7. sacerdos. contra So. ibi dies remissionis vocantur dies ieiuniorum.

De esu carnium.] Hæc est 2. pars distinct. secundum Ioã. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit à Leone, quibus diebus sit abstinendũ à carnibus. Et respondet quòd in 4 & 6. feria ab initio noctis precedentis vsque in sequentem diem, scilicet quartam & sextã feriam.

i ¶ Feriæ.] De quarta feria est consilium, de sexta præceptum.

k ¶ Sabbathi.] Dici, s. Paschalis: supple ne forte ob insignem solennitatem videretur ieiunium tunc soluendum.

l ¶ Maluerit.] Sed nõ tenetur ad hoc.

Carnes comedere die sabbathi vtrum sit licitũ.

m ¶ Vel debuerit.] Cũ teneatur ad hoc ex iuncta pœnitentia. Et ita est arg. quòd possumus carnes comedere in die sabbathi 1 nam ponit in optione nostra tamdiu abstinere die sabbathi quam. diu voluerimus. Sed contra infra. c. 2. sed illud est consilium, & consuetudo ita interpretatur extra de obser. ieiu. consilium. §. item de illis nec enim sabbathum est inter legitima ieiunia, vt infra ea. ieiunia. Ioan.

Sabbatho. s. abstinen

Peruenit.] Hæc est tertia pars distin. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quidã homines praui sensus prædicabant sabbathum custodiri & obseruari: qui in hoc ca. G. reprehenduntur cum videantur prædicatores Antichristi, qui die sabbathũ atque Dominicum faciet obseruari. Dominicũ, ut se resurgere simulet, & sabbathũ, vt ad

dũ esse carnibus inf. distin. ga distin. sed & iunii sol. posteã ca. fulti. inf. ea. sabbatha secundum

¶De eodem. Cap. VIII.

NOn opportet [a] in Quadragesima, quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam Quadragesimam inhonorari: sed per totos hos dies ieiunare, & escis abstinentiæ conuenientibus, ideſt, aridioribus vti. Bruc. l. 13. c. 8. Iuo p. 4. c. 41.

Item exconcilio Agathensi. c. 12.

¶Exceptis diebus Dominicis in Quadragesima non soluatur ieiunium. Cap. IX.

PLacuit, vt omnes [b] ecclesiæ filij, exceptis diebus Dominicis, in Quadragesima etiam die sabbathi † [c] sacerdotali [d] oratione, [a] & discretionis communione [e] ieiunent. † *al sabbatho*

a Oratione.] *In concilio legitur*, ordinatione, & districtionis † commutatione ieiunent, *sed ob glossam non est mutatum.* † *al. distinctionis.*

Item ex concilio Niceno, c. 20.

¶Nec in die Dominico, nec in diebus Pentecostes in oratione genua flectantur. Cap. X.

QVoniam [f] sunt in die Dominica quidam ad orationem genua [g] flectentes, & in diebus Pentecostes propterea statutum est a sancta synodo (quoniam consona, & conueniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est) vt stantes [h] ad orationem vota Domino reddamus. Bruc. l. 2. c. 18. Iuo p. 4. c. 18. Pann. l. 2. c. 173.

Item Leo Papa IIII.

¶Quo tempore ab esu carnium sit abstinendum. Cap. XI.

2 DE esu carnium apud vos † vetustissima, & non improbanda traditio semper est tenenda, vt à cœnæ termino, quæ fit in principio noctis quartæ feriæ, [l] quæ lucescit in quarta feria, vsque in diluculum quintæ feriæ, & similiter à cœna noctis sextæ feriæ, quæ ucescit in sexta feria, non imperite ieiunatio vsque ad sabbathi [k] lucem, quantum de diei parte aliquis ieiunare maluerit, [l] vel debuerit, [m] protendatur. † *nos*] Grat.

Item Gregorius dilectissimis ciuibus Romæ, libro 11. *epist.* 3. Et Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorũ, c. 10

¶Nec die sabbathi feriandum, nec die Dominico lauacrum est prohibendum. Cap. XII.

3 PEruenit ad me quosdam peruersi spiritus homines prua inter uos aliqua, & sanctæ fidei aduersa seminasse, ita vt die sabbathi aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud, nisi Antichristi prædicatores dixerim? qui veniens [n] diem sabbathum, atque Dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se, & resurgere simulat; haberi in veneratione vult [o] diem Dominicum: & Iuo p. 4. c. 6. Pann. l. 2. c. 169.

ad se prouocet perfidiam Iudæorum. Similiter dicebant, q̃ in die Dominico nullus debet lauari, quod uerũ est causa voluptatis: sed causa necessitatis etiã in die Dominico non prohibetur.

n ¶ Qui veniens.] scilicet Antichristus.

o ¶ In veneratione vult.] Id est voleri, nã p nimia cer titu-

titudine ponit hic præsens 1 pro futuro 2. & notaui de hoc supra 23. q. 1. paratus & inf. ea dist. 4 quando quis.

a ¶ Sabbatum.] Supra dist 41. quisquis. & supra distin. 51. non oportet. Ioan.

SAbbato.] Hæc est 4. pars dist. secun dũ Ioan. de Fan.

CASVS. Dicitur in hoc ca. q̃ sicut in qualibet septimana obseruatur dies Dominica, & sexta feria ieiunatur, ita omni die sabbati debemus ieiunare, quia his duobus diebus Apostoli fuerunt in timore, & ieiunauerunt. Vnde etiam in illo biduo, quod est ante pascha, Eucharistia non conficitur in ecclesia. Sequent. capit. patet.

b ¶ Ieiunãdum.] Supra 12. distin. illa contra. Solu. hoc non obtinet. vel dic vt ibi dixi. 3

c ¶ Non celebrari.] sacramentum corporis & sanguinis Domini sup. distin. 1. visum. Contra sup. dist. 2. iteratur. contra. Sed secundum hanc exceptionem illa cap. intelliguntur. 3 & hoc & no. sup. ea de esu. in fine. Arc.

Ieiunium] Hæc est quinta pars distin. secundum Ioan. de Fant.

d ¶ Quintæ.] Supra dist. 75. vtinam cõtra. Sol. prohibetur hoc fieri in contemptum dici, aliàs semper ieiunare non reprobarẽ, vt ibi, sed quare potius de his diebus q̃ de aliis, cum ieiunare in contemptum dici cuiuscumque, sit mortale peccatum? Die quod ideo quia maioris veneration is sunt, quia in illis duobus diebus fecit Dominus quidquid insigne fecit fere. 85. dist. c. pen. fere dixi, quia de Iouis cœlos ascendit. Ieiunare sẽper non reprobat.

NE quis] CASVS. Dicit hic, quod non debet aliquis die Dominica ieiunare: nec in tempore Quadragesimali ab ecclesia abesse, nec suspectus in fide, vel de mala vita debet in latibulis habitare: nec conuenticula facere in aliis villis, sed sacerdotum sequi doctrinam & exemplum Seq. capitul. patet.

e ¶ Causa timoris.] alias terroris, scilicet quia aliquis incutiat timorem alicui, nisi ieiunet tali die.

f ¶ In suspicionibus.] scilicet hæreseos.

Anſ. in pſ. ca. 1. Poly. l. 3. ti. 25. Iuo p. 4. c. 28. Pann. l. 2. c. 137

†*al. quod.*]or.

†*al. Miltiades.*

Eusebi. Emiss. in hom. Pentecostes. Polyc. ibidem, Iuo p. 4. ca 27. Pann. l. 2. c. 176. Conc. Gangrẽse, cap. 18.

SAbbato vero ieiunandum [b] esse ratio euidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem Domini ieiunamus; sabbatum prætermittere non debemus: quoniam † inter tristitiam & lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam vtique constat Apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, & propter metum Iudæorum se occuluisse. Quod vtique non dubium est intantum eos ieiunasse biduo memorato, vt traditio ecclesię habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari. [c] Quę vtique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id, quòd commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant semel, atque vno sabbato ieiunandum; ergo & Dominica, & sexta feria semel in Pascha erit vtique celebranda.

Item Melchiades † Papa ad episcopos Hispaniarum, capitulo tertio.

¶ Die Dominica, & quinta feria non est celebrandum ieiunium. Cap. XIIII.

5 IEiunium Dominici diei, & quintæ [d] ferię nemo celebrare debet, ut inter ieiunium Christianorum & gentilium, veraciter credentium & infidelium, atque hæreticorum vera & non falsa discretio habeatur.

Item ex concilio Cæsaraugustano, capitulo secundo.

¶De eodem. Cap. XV.

NE quis ieiunet die Dominica causa timoris, [a] [e] aut persuasionis, aut superstitionis: nec Quadragesimarum diebus ab ecclesijs fideles desint: nec habitent in latibulis cubiculorum, ac montium, qui in suspicionibus [f] perseuerant: sed exemplum, & præceptũ custodiant sacerdotum, & ad alienas villas agendorum conuentum causa non conueniant. Ab uniuersis episcopis dictum est; Anathema sit, qui hæc commiserit.

a ¶ Timoris] *Hoc exponitur in glossa. Sed in concilio est*, causa temporis *id est, quoniam dies Dominicus sit. De quare habetur supra distin 30. c si quis tanquam: & c finali. Legitur etiam in Pontificali Damasi ideo Miltiadem sanxisse, ne quis die Domi-*

IEiunia.] Hæc est sexta pars dist. secundum Ioan. de Fant.

a ¶Et sexta.] Addita secunda feria. xi. q. 3. de illis dist. 32. presbyter.

b ¶Soluenda.] Ab his qui ad hoc voto vel pœnitentia sunt adstricti. Vel die q̃ hoc fuit in primitiua ecclesia necessitatis, hodie vero consilii: H. & G.

c ¶Saluatorem.] Supra xi. q. iij. abiit.

d ¶Vel cum crucifigentibus.] Infra dist. 4. qui bis.

e ¶Aliud.] C. de fer. l. 3. contra. Sed die. legem succumbere, id est, vim in hoc non habere. extra de fer. conquestus.

1 Subau. nisi ad eã necessitatis referat. P. Hisp.

DE pœnitentibus.] Hæc est vii. pars distin. secundum Io. de Fan.

CASVS. Dicitur hic, q̃ pœnitentes in cœna Domini debent reconciliari, nisi essent in mortis articulo constituti, quo casu nulli debet Eucharistia denegari. De pondere vero delictorum, id est, quanta pœnitentia sit pro delicto imponenda, secundum deuotionem pœnitentis debet presbyter iudicare.

f ¶Commissis.] Mortalibus. grauiora. n. appellat valde enormia

2 De quibus habes xxv. di. §. alias & sup. e. di. 2. in cœna.

2 leuiora minus enormia, alias esset cõtra xxvi. q. 6. c. vlt.

g ¶Ægritudo.] quo casu nullo tempore est deneganda communio, vt notatur & legitur distinct. proxi. c. presbyter. Sed pone q̃ aliquis agat septẽnem pœnitentiam: nunquid in illis vii. annis in quolibet anno in cœna Domini debeat in ecclesiam introduci? Vel si debet, à quo? vtrum tantum ab epõ, vel à suo presbytero? ¶Dicunt quidã quod post primam expulsionem vsque ad vltimam (quarum vtraq; debet tantum per epm fieri:)

3 Quia reconciliatio pœnitentiũ ẽ episcopalis officii, nõ sacerdotalis. 16. q. 6. §. 11 fiue. 59. di. quãuis Arch.

3 presbyter simplex potest eũ quo libet anno in cœna Domini recipere in ecclesiam, & post octauas de ecclesia expellere. de hoc 50. dist. c. in capite. 26. q. 6. c. 1. supra dist. 1. in cœna. item quare hoc magis fit in die Iouis quàm in alio die eiusdem septimanæ? ideo quia eodem die idem Dominus captus fuit, & ligatus fuit, & eius ligatio absolutionem nostram operata est. Vel potest dici, q̃ ideo quia ipse eodem die pedes discipulorum lauit. unde ideo cadẽ die fit vt pedes, id est, affectus nostros lauet à peccatis, lux ta illud, quàm speciosi pedes euangelizantium, &c. de pe. dist. prima, potest.

h ¶Remittendum.] Id est, absoluendum reconciliando, Eucharistiam concedendo. 50. dist. pœnitentes.

i ¶Aestimando.] Arg. xxiii. q. viii. occidit. Io.

k ¶Attendat.] xxiiiii. q. septima, de his.

l ¶Sane.] Exponit quod dixerat in verbo ægritudo.

m ¶Ante tempus.] Id est, ante quintam feriam, quę est ante Pascha.

LItteris vestris.] Hæc est 8. pars distin. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quidam episcopi singulis annis in cœna Domini non conficiebant chrisma, qui in hoc cap. reprehendun-

nico, aut feria quinta ieiunaret, quia eos dies pagani, quasi sacrum ieiunium celebrabant. Et apud Burchardum, lib. 19. imponitur pœnitentia ei, qui die Dominica ieiunet propter abstinentiam, & religionẽ.

Item ex dictis Sancti Apollonij.

¶ *Caput hoc habetur apud Palladium in vita Apollonij Abbatis.*

¶ Quarta & sexta feria sunt seruanda ieiunia. Cap. XVI.

6 IEiunia sane legitima, id est, quarta & sexta a feria non sunt soluenda, b nisi grandis aliqua necessitas fuerit: qa quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauit, & sexta feria crucifixus est Saluator. Videbitur ergo, qui in his diebus sine aliqua necessitate soluerit statuta ieiunia, vel cum tradente tradere Saluatorem, c vel cum crucifigentibus d crucifigere. Die autem Dominica nihil aliud e agendum est, nisi Deo vacandum. Nulla operatio in illa die sancta agatur: nisi tantum hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus dies illa transignatur.

Clemẽs 7. cõstit. c. xxiiii. Smaragdus ad c. 48. regulę S. Benedicti.

Iuo p. 4. ca. 32. Pann. l. 2. c. 179

In syn. 6. c. 66. Smaragdus ibidem. Iuo p. 4. c. xiii.

Item Innocentius Papa, epist. prima ad Decentium, c. 7.

¶ Quinta feria vltimæ hebdomadæ Quadragesimæ pœnitentes remissionem accipiant. Cap. XVII.

7 DE pœnitentibus vero, qui siue ex grauioribus commissis, f siue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interueniat ægritudo, g quinta feria ante Pascha eis remittendum h Romanæ ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterũ de pondere æstimando 1 delictorum, sacerdotis est iudicare, vt attendat k ad confessionem pœnitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis; ac tunc iubere dimitti, cum viderit cõgruam satisfactionẽ. Sane l si quis in ægritudinem inciderit, atque vsque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempm Pascha relaxandum; ne de sæculo absque communione discedat.

Capit. l. 5. c. 67. poly. l. 6. tit 20 Burc. l. 18. c. 18. Iuo p. 15. c. 40.

Item Fabianus Papa orientalibus episcopis, epist. 2da.

¶ Singulis annis quinta feria vltimæ hebdomadæ Quadragesimæ nouum chrisma conficiatur. C. XVIII.

8 LItteris vestris inter cætera insertum inuenimus, quosdam regionis vestræ episcopos à vestro, nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere. *& infra.* ¶ Errant vero, qui talia excogitant, & mente vesana potius, quàm recta sentientes hæc audent. *& infra.* ¶ Sicut enim ipsius diei solennitas

poly. l. 3. tit. 16. Iuo p. 2. c. 73.

hendũtur & præcipitur eis, vt quolibet anno chrisma conficiant, & vetus chrisma cremetur. Sequens cap. patet.

a ¶Et non per singulos.] sup. de pe. dis. 3. c septies. & 54. dist. §. 1. & c. Agathola sup di. 96. cum ad verũ, inf. dist. proxi.

per singulos a annos est celebranda; ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda, & de anno b in annum renouanda, & fidelibus tradenda: quia nouum sacramentum est per singulos annos, & iam dicto die innouandum, & vetus c in sanctis d ecclesijs cremandum. Ista à sanctis Apostolis, & successoribus eorum accepimus, & vobis tenenda mandamus.

¶ *In originali res copiosius explicatur, quàm aut Gratianus, aut Iuo faciant.*

Item Eusebius Papa epistola tertia.

¶ Seruetur ab omnibus festiuitas inuentionis Dominicæ Crucis Cap. XIX.

Iuo p. 4. c. 5.

9 CRucis e Domini nostri Iesu Christi, quæ nuper nobis gubernacula S. Romanæ ecclesiæ tenentibus, quinto nonas Maij inuenta est, in prædicto calendarum f die inuentionis festum vobis solenniter celebrare mandamus.

Item Alexander Papa V. à Petro, Epist. 1. c. 5.

¶ Quare sit institutum, vt aqua sale conspersa sanctificetur. * Cap. XX.

Polyc. ibidem. Burc. l. 2. c. 53. Iuo p. 2. c. 68.

10 AQuam sale g conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti asperſi sanctificentur, h & purificentur. Quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ i sanguine asperſus populum sanctificabat, k atque mundabat, l multo magis aqua sale asperſa, diuinisq; precibus sacrata populum sanctificat, atq; mũdat. Et si sale asperso per Helisęum m prophetam sterilitas aquæ sanata est; quanto magis diuinis precibus sacratus † sal sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos n sanctificat, atque mundat, & purgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & a phantasmatum versutijs homines defendit?

4. Reg. 2. † *al. sacrata aqua.*

Epist. 1.

Item Pius Papa nonus à Petro Apostolo, in primo suarum decretalium.

Matrimonia nouũ est, quod non excedit annũ. Aug. q. 1. c. 1. ¶ De anno. ¶ Vetus. Not. vetus dici quod coronam anni excedit: sicut & nouum dicitur matrimonium quod non excedit annum. 35. q. 8. c. 1. & ar. ff. de pub. & vect. l. ult. S. quoties. ff. de vi tri. & oleo leg. vetus.

proxi. omni tempore & c. presbyteri.

b ¶De anno.] Infra dist. 3. si quis de alio.

c ¶Vetus.] Not. vetus dici quod coronam anni excedit: sicut & nouum dicitur matrimonium quod non excedit annum. 35. q. 8. c. 1. & ar. ff. de pub. & vect. l. ult. S. quoties. ff. de vi tri. & oleo leg. vetus.

d ¶In sanctis.] 11. dist. c ecclesiasticarum.

e CRucis.] Hæc est 9. pars dist. 10. de Fant. Quæri potest quare festũ crucis celebremus, in qua Dñs fuit dehonestatus, & nõ festũ afinę, in qua fuit honoratus? Dicimus, q̃ laus exhibita Dño in afina fuit mundana de qua non est curandum 22. q. 2. si quælibet, sed dehonestatio in Cruce facta fuit nostra redemptio.

f ¶Calendarum.] Id est, quinta die ante nonas: & improprie ponitur hic calendarum: 1 quia tantum prima dies dicitur calendæ.

g AQuam sale.] Hæc est 10. pars distin. secundum Io de Fant.

CASVS. Quæritur quare aqua cum sale benedicatur? Et respondetur, ut ea homines asperſi sanctificentur. cum enim in veteri testamento cinis vitulæ sanctificabat, & sal per manum Helisęi prophetę sanauit sterili

h ¶Sanctificabat.] Tunc sanguis vitulæ fuit remissio peccatorum, ut 12. q. 2. gloria.

i ¶Mũdabat, a venialibus. su. dis. 50. in capite inf. dist. 4. nequaquã. Nã sacrificijs uenialia delenẽ. su. dis 2 cũ omne. de pœ. dist. 3. de quotidianis. Nã si qua tunc habebant, moralia erant. de pœ. dist. 6. cap. 1. circa mediũ.

PER HELISÆVM Historia. Legitur in lib. Regum, q̃ cum Helisęus esset in heremo, venerunt ad eũ uiri ciuitatis, & dixerunt: Ecce habitatio huius ciuitatis optima est, sicut tu ipse bene nosti, sed aquæ pessimæ sunt, & steriles. At ille ait: Afferte mihi vas nouũ, & mittite in illud salem, & ait: Dicit Dominus, & sanaui aquas istas, & non erit vltra in eis mors, neq; sterilitas. Sanatæ ergo sunt aquæ illæ vsque ad diem hunc iuxta verbum Helisæi, quod locutus est Dominus.

m ¶Per helisæum.] vnde est, q̃ cum aqua exorcizatur, dicit sacerdos: Deus qui per Helisæum prophetam sãlem in aquam mitti iussisti.

n ¶Et coinquinatos.] venialibus tantum.

Salmiscetur cũ aqua bene dicta.

Venialia delentur sacrificijs.

NOsse.] Hæc est 11.pars distin.in qua dicitur, quòd semper die Dominica fit Pascha. Quidam enim faciebant die Iouis.Io.de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. & ecclesia quolibet anno in die Dominica celebrat Pascha:tamen quia quidam dubitabãt vtrum hoc fieri debeat, Angelus apparuit Hermeti in specie pastoris & præcepit quòd ab omnibus hoc fieret.& Pius Papa hoc idem instituit.

a ¶ pastoris.] Vnde & liber illius, in quo tradidit plura documenta ecclesiæ, liber pastorum intitulatur.

b ¶ A capite.] Cum hoc iubet. ar. institu. de satisd. in fin. 11 dis. nolite.

CElebritatem.] CASVS. Dicitur in hoc capit. quòd Pascha debet celebrari post quartumdecimum diem lunationis Aprilis, qui est primus mensis secundũ Hebræos, vsque in vigesimumptimum diẽ eiusdem mensis, id est, lunationis: & tunc debet fieri solennis baptismus, in necessitate tamen potest aliquis baptizari quocunque tempore, & quocunque loco: & qui baptizantur, seruare tenentur quod in baptismo promittunt: qui vero contrafecerint, infames efficiuntur, & reputantur infideles. Et nota, quòd hæc dictio, vsque, ponitur inclusiue: & quòd hæc lunatio quandoque incipit in Martio. Et not quòd hæc computatio attenditur secundum annũ lunarem, & non solarem.

c ¶ Prædecessores] in legibus enim sæcularibus posteriores ad se trahunt priores: quod in diuinis non fit: sed potius econuerso. argu. men. 50. distinct. Domine. in fin. H. sed B. secus intelligit hoc.

Leges posteriores trahũt ad sepriores.

PRIMI MENSIS. Historia. Sicut legitur in Exodo. Dominus præcepit, vt mẽsis ille primus haberetur & Agnus xiiij.die immolaretur, qui mensis apud Hebræos Nisan appellatur: apud nos vero Aprilis seq. c.patent vsque ad c perlatum. & ea per te videbis.

d ¶ primi mensis.]Id est, Aprilis, qui est primus mensis secundum Hebræos. vt 70. dist. § primum vero.

ADDITIO. Hoc sine intellige,Hebræi annũ solarem non attendunt, sed lunarem, & appellant primum mẽsem tempus, quod nos dicimus nõ ipsum Aprilẽ, sed Aprilis lunationem, eam, scilicet quæ terminatur in Aprili. B. Hyspal.

e ¶ Vsque ad xxi. diem.] Intelligas hoc de mense luenari,nõ solariter:in illa enim lunatione semper est pascha.

e ¶ Vsque ad xxi.diem.] Illud, vsque, hic ponitur inclusiuè:

pascha citra qđ & vltra qđ tẽpus debet esse.

¶Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur. Cap. XXI.

NOsse vos volumus,quòd Pascha Domini die Dominico annuis temporibus † sit celebrandum. Istis enim tẽporibus Hermes doctor fidei, & scripturarum effulsit inter nos. Et licet nos idem Pascha prędicto die celebremus;quia tamen quidam inde dubitabant: ad corroborandas animas eorum eidem Hermeti angelus Domini apparuit in habitu pastoris, [a] & præcepit ei, vt Pascha Domini die Dominico ab omnibus celebraretur. Vnde & vos Apostolica auctoritate instruimus omnes eadem seruare debere; quia & nos eadem seruamus: nec debetis à capite [b] quoquo modo dissidere.

Iuo p.4. c.3. & 145.

† *al. solennitatibus*] orig.

Item Victor Papa XIII. à Petro, in primo decretali suo.

Epist.1.ad Theophilum. Et in Aurelia. 4.c.1.

¶Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur. Cap. XXII.

CElebritatem sancti Paschæ die Dominico agi debere, & præde cessores [c] nostri iam statuerunt, & nos illud vobis eadem die solenniter celebrari mandamus: quia non decet,vt membra à capite discrepent, nec † contraria gerant. A xiiij. vero luna primi mensis [d] vsque ad xxj. diem [e] eiusdem mensis eadem celebretur festiuitas. Eodem vero tempore baptisma celebrandum est catholicum. Sed tamen, si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit; gentiles ad fidem venientes quocunque loco, vel momento,ubicunque euenerit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus tantum Christianæ confessione credulitatis clarificata † baptizentur. Ipsis quoque, quod in baptismo polliciti sunt, summopere est attendendum; ne infideles, sed fideles inueniantur. Ipsi vero,qui infidelitatis nota aspergunturinfames efficiuntur, & inter fideles minime reputantur. Hæc vero statuta,nulla debẽt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari: quia alia est ratio [f] causarum sæcularium,alia diuinarum.

poly.li.3. ti.10. & 17. Valfridus Strabo c.26. Burc.l.4.c.3. Iuo p. 1. c. 198. & p 4 c.4.

† *al. aut aliter gerant.*

† *al.clarificati.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c.65.

¶De eodem. Cap. XXIII.

PAschę solennitas vno die & tempore celebranda est.

Et in Africano ca. 40. & Arausiaco. c. 19.

Item ex concilio Carthaginensi 5.c.7.

PRIMI MENSIS. Historia. Sicut legitur in Exodo. Dominus præcepit, vt mẽsis ille primus haberetur & Agnus xiiij.die immolaretur, qui mensis apud Hebræos Nisan appellatur: apud nos vero Aprilis seq. c.patent vsque ad c perlatum. & ea per te videbis.

d ¶ primi mensis.]Id est, Aprilis, qui est primus mensis secundum Hebræos. vt 70. dist. § primum vero.

ADDITIO. Hoc sine intellige,Hebræi annũ solarem non attendunt, sed lunarem, & appellant primum mẽsem tempus, quod nos dicimus nõ ipsum Aprilẽ, sed cluſiuè:& includitur xxj.dies.& hoc vult dicere,& pascha non debet esse inf.xiiij.diem lunationis Aprilis, nec post xxii.diem illius,si enim xiiij.dies lunarios est in die Dominica,ibi est pascha Iudæorum, & Dominica sequenti,ibi est nostrum pascha,hoc est xxi.die.

f ¶ Alia est ratio.] quia infames efficiuntur secundũ canones quicũq; nota infidelitatis,id est,mortalis peccati aspergunturut no.6.q.1.omnes & c. illi qui.sed secundum eos est secundum legem, & ita est ratio alia. M. ponit exemplum in appellatione.7.q.6.non ita. Sed quid ad hanc litteram de hoc exẽplo? Ego dico hunc esse sensum,& eo quæ in baptismo quis promisit, non possunt mutari,licet statuta possunt immutari.

Infames efficiuntur, qui mortali peccato polluuntur.

¶Dies Paschæ concilij [α] formatarum subscriptione omnibus intimetur. Cap. XXIIII.

α ¶Concilij] *In aliquot vetustis est,*& concilij. *In originali impresso hęc est huius capitis rubrica,* De tempore paschali, seu concilij *in codice canonum in iudice capitis* 40.*concilij Africani*, diem paschæ, & diem concilij nunciandum. *In græco,c.74.* περὶ τοῦ τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἐν τῇ πρώτῃ τῆς συνόδου ἀγγέλλεσθαι. Vt dies paschæ in die synodi annuncietur.

sup. distin. 73.

PLacuit, vt dies venerabilis Paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur; dies vero [a] concilij xj. kal. β Nouembris seruetur. scribendum est etiam ad singularum quarumcunque prouinciarum primates, vt quandocunque [a]pud se concilium congregant, istum diem non impediant.

β ¶XI.Kal.]*Sic in Carthaginensi 5. In Africano autem[etiam in codice canonum*] *& Carthaginensi græco est,* X. Kal. Septembris.

Item ex concilio Bracharensi 2.c.9.

¶Cum in concilio omnia statuta fuerint, futurum Pascha annuncietur. Cap. XXV.

PLacuit, vt postquam [b] omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata; illud omnimodis obseruetur,vt superuenturum † ipsius anni Pascha quoto kalendarum die, vel quota luna debeat suscipi, a metropolitano episcopo intimetur. † Quod cæteri episcopi, vel clerus reliquus breuiculo subnotantes,vnusquisque in sua ecclesia aduenientes Natalis Domini die astante populo post Euangelicã lectionẽ annuncient. [c]

† *al.superuenturi.*

† *al. nuncietur*

Item ex concilio Arelatensi 1.quod confirmauit Papa Siluester,cap.1.

¶Per orbem vniuersum vno die, & vno tempore Pascha celebretur. Cap. XXVI.

Ino p.4.c.19.

† *litteras ad omnes tu dirigas*] orig.

DE obseruatione Paschæ Domini statuimus, vt vno die & tempore per omnem orbem obseruetur; & iuxta consuetudinem litteræ † ad omnes dirigantur.

Item Gregorius Seuero episcopo Massilienſi,l.9.epist.9.

De imaginibus sanctorum non violandis. Cap. XXVII.

Anst. l. 13.c.45. Burc. l. 3. c. 36. Ino p.3. ca. 41. Pan.l.2. c.36.

12 PErlatum ad nos fuerat,quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione,ne adorari debuissent,confregeris. Et quidem, quia eas adorari vetuisses, omnino laudauimus: [d] fregisse [e] vero reprehendimus. Dic frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod feciſti? Si non [γ] aliud, vel illud te non debuit reuocare, ne despectis alijs fratribus solum te sanctum esse crederes, & sapientem? Aliud est enim picturam adorare: aliud picturæ historiam, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstet pictura cernentibus; quia in ipsa etiam ignorantes vident, quid sequi debeant: in ipsa legunt, qui litteras nesciunt. Vnde & præcipue gentibus pro lectione pictura est.

γ ¶Si non *Hac vsque ad vers.* Aliud, *sunt addita ex originali.*

† *al.sixta.*

Item in septima † *synodo, actione 6.*

a PLacuit.] ¶Dies vero.] Hodie illud teneas de hoc quod habes 18.distin. quoniam. Ioan.

b PLacuit vt post quam.]Hoc c. non hẽt hodie locũ.

c ¶Annunciẽt.] hoc ca. non vbique obtinet.

PErlatum.] Hæc est 12. parsdist. Io. de Fant.

CASVS. Seuerus episcopus sanctorũ imagines vetuit adorari: & ita motus eas fregit. Vnde Gre.eũ commendat, quia eas vetuit adorari:sed redarguit eũ, quia eas fragit. nam quod facit scriptura legentibus, hoc faciunt imagines & picturæ illiteratis.

d ¶ Laudauimus.] Hic colligitur,& licet intentio approbetur, reprobatur tamen ipsum factũ. Vnde per hoc põt solui illa cõtrarietas de Loth:qm̃ nunc dicit scriptura eum esse sanctum. 22 quæst.7. offerebat. alias perturbatũ dicit 13. dist. qđ sit. Itẽ est ar.& in vno facto põt reprobari quidđ,& aliud approbari.22.q. 4. inter cętera. Arg.ff.fami.er.in hoc. sed illud in factis cõnexis, hoc in factis diuersis. extra de rescrip inter cæteras.

Intentio quique approbatur, & factum reprobat.

e ¶Egresse ſsup.dist. 63. §. verum contra. ibi latria adorabant: hic dulia. Versus. Latria debet Domino:sed dulia seruo. Latria qua Christum veneramur:dulia mundum. Vene-

1 De hoc leg.& no. 22. q. 2. si quis. 3. q. 9. pura. ibi videas. Latria & dulia qd exigunt.

VEnerabiles.] CASVS. Quæritur quare Christiani venerẽtur imagines & picturas, cũ deitatẽ in eis esse non credant, nec spẽ salutis in eis ponãt. Et irrideri videntur, ꝙ hoc faciunt in memoriam sanctorũ, & ad recordationem primitiuorum olim factorum, i. olim rerum gestarum.

CASVS. Tradũt hic catholici doctores, ꝙ pater & filius & spiritus sanctus vnius sunt substantiæ, & non tres dii, sed vnus; & quia pr̃ genuit filiũ, nõ est filius: nec filius pater; nec Spiritus sanctus est pater & filius sed patris & filii spiritus: nec dr̃ trinitas incarnata, crucifixa,

¶Imagines sanctorum memoria sunt, & recordatio præteritorum. Cap. XXVIII.

VEnerabiles imagines Christiani non Deos appellant, neque seruiũt eis vt Dijs, neque spem salutis ponũt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium: sed ad memoriam, & recordationem primitiuorum venerantur eas, & adorant: [a] sed nõ seruiunt eis cultu [b] diuino, nec alicui creaturæ.

Item Hadrianus Papa Tharasio patriarchæ in actione 1. eiusdem septimæ synodi. In epi. Hadria. ad Corplũ, 35.

¶Non in agni, sed in hominis specie Christus est figurandus. Cap. XXIX.

13 SExtam [c] sanctam synodum recipio cum omnibus canonibus suis in quibus dicitur. [d] In quibus † picturis sanctarum imaginum agnus præcursoris digito ostensus depingitur, qui [e] in figuram [f] gratiæ transit, [α] [g] verum nobis per legem Moysi demonstrans agnum Iesum Christum Dominum nostrum. Antiquis ergo figuris, & vmbris, ad veritatis præfigurationem sanctæ ecclesiæ traditis vale dicentes, [β] gratiam, [h] & veritatem præferimus, & sic plenitudinem legis recipimus, verum igitur agnum † Dominum nostrum Iesum Christum secundum imaginem humanam amodo etiam in imaginibus pro veteri [i] agno depingi iubemus.

sup dist. 16. in 6 syn. c. 82. Iuo p.4. c.122. & 116.

† quibusdam vetera lectio

† Adde quod prie nit appellationi agni in l. cum quæritur, in prin. de leg.

¶*De sexta synodo, & canonibus ipsius notatum est sup c. sexta synodus.*

α ¶Gratiæ transit.] *Et in epistola Hadriani, & apud Iuonem, par. 4. c. 122. legitur*, in typum gratiæ assumptus est. *apud eundem Iuonem, capitul. 126. ex Hadriano ad Carolum*, in signum relictus est gratiæ. *Grace in canone sextæ synodi est, ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος id est* qui in typũ gratiæ assumptus est. *Sed ob glossam non est mutatum.*

β ¶Vale dicentes.] *Sic Iuo. In epistola Hadriani est*, suscipientes, *Grace καταστάζοντες.*

Item Augustinus lib. primo de Trinitate, c. 4.

¶De fide Trinitatis & vnitatis inuiolabiliter seruanda. Cap. XXX. Iuo p.1.c. 2. Pann. l.1.c.7.

14 OMnes, [k] quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, quæ Deus est, diuinorum librorum verum & nouorum catholici tractatores hoc intenderunt secundum scripturas docere, quod pater & filius, & Spiritus sanctus unius eiusdemque substantię inseparalili æquali tate diuinam insinuent unitatem: ideoque non sint tres Dii, sed unus Deus, quamuis pater filium genuerit; & ideo filius non sit, qui pater est; filiusque a patre sit genitus, & ideo non sit pater, qui filius est, spiritusque sanctus nec pater sit, nec filius, sed tantum patris & filii spiritus, patri & filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens unitatem, non tamen eandem Trinitatem natam de Maria Vergine, & sub Pontio Pilato crucifixam & sepultam tertia die resurrexisse, & in cælum ascendisse, sed tantummodo filium, nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbæ [a] super Iesum baptizatum, aut die Pentecostes post ascensionem Domini sonitu facto de cælo, quasi ferretur flatus uehemens, & linguis diuisis, uelut ignis [b] sedisse super unumquemque eorum, sed tantummodo spiritum sanctum, nec eandem Trinitatem dixisse dę cælo, [tu es filius meus,] siue cum baptizatus est a Ioanne, siue in monte, quando cum illo erant tres discipuli, aut quando sonuit uox dicens, [& clarificaui, & iterum clarificabo,] sed tantummodo patris uocem fuisse ad filium factam, quamuis pater, & filius, & spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur.

Mar. i. Act 2. Mar. 1. Io. 12.

Ex gloss. ord. in c. 3 Ioan. [Nisi quis.]

Idem super Ioannem.

DISTINTIO IIII.

¶Sine sacramento visibili, & fide inuisibili nemo saluatur. C. I.

NEcessarium [c] est uisibile sacramentum [d] aquæ, ad ablutionem uisibilis corporis supra

Christus non pingatur in figura agni.

Quo ad hoc, ergo quo recipitur cũ oĩb. canonibus? Mnes quos.] Hęc est 14. pars di. fm Io. de. Fant.

personæ sint eadem essentia, quædam tamen singulariter attribuũtur personis, quæ Trinitati non attribuuntur: & similiter aliquid attribuitur patri quod non filio, & econuerso. & idem in spiritu sancto.

Cõstiba q̃ dẽcẽdit i baptismo Christi uere fuit.

a ¶Columbæ.] Vera quidem columba fuit, quare nec prius

ritus sanctus unius eiusdemque substantię inseparalili æqualitate diuinam insinuent unitatem: ideoque non sint tres Dii, sed unus Deus, quamuis pater filium genuerit; & ideo filius non sit, qui pater est; filiusque a patre sit genitus, & ideo non sit pater, qui filius est, spiritusque sanctus nec pater sit, nec filius, sed tantum patris & filii spiritus, patri & filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens unitatem, non tamen eandem Trinitatem natam de Maria Vergine, & sub Pontio Pilato crucifixam & sepultam tertia die resurrexisse, & in cælum ascendisse, sed tantummodo filium, nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbæ [a] super Iesum baptizatum, aut die Pentecostes post ascensionem Domini sonitu facto de cælo, quasi ferretur flatus uehemens, & linguis diuisis, uelut ignis [b] sedisse super unumquemque eorum, sed tantummodo spiritum sanctum, nec eandem Trinitatem dixisse dę cælo, [tu es filius meus,] siue cum baptizatus est a Ioanne, siue in monte, quando cum illo erant tres discipuli, aut quando sonuit uox dicens, [& clarificaui, & iterum clarificabo,] sed tantummodo patris uocem fuisse ad filium factam, quamuis pater, & filius, & spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur.

Mar. i. Act 2. Mar. 1. Io. 12.

Ex gloss. ord. in c. 3 Ioan. [Nisi quis.]

Idem super Ioannem.

DISTINTIO IIII.

¶Sine sacramento visibili, & fide inuisibili nemo saluatur. C. I.

NEcessarium [c] est uisibile sacramentum [d] aquæ, ad ablutionem uisibilis corporis supra

Baptismi diffinitio Baptismi forma.

c ¶Necessarium est.] hic depingitur 4. dist. in qua agitur de baptismo, qui est ianua oĩum sacramẽtorum. Vñ vidẽdum est quid sit baptismus, quæ forma baptizandi, quando fuit baptisma institutũ, quot sunt genera baptismi, & qs effectus. Et quidẽ baptismus est exterior hominũ ablutio cũ certa forma uerborũ. Et ẽt character impressus aĩæ. Dr̃ ẽt baptisma ipsa aqua, ut 1. q. 1. detrahe. Forma aũt baptismi est, Baptizo te in nomine patris, & filii et spiritus sancti. Amen. Quam formam Dñs tradidit discipulis suis cum dixit. Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti infr. ea. proprie ita que nec ẽt omitti debet hoc pronomen ego, extra de bapti si quis sane. Nec obst. inf. ea. a quodam. qa ibi nomine Christi intelliguntur tres personæ. Et institutum est secundum quosdã, cũ dictũ est Nicodemo;

1 Vt inf. e. proprie. &c. si qs presbyter & c. multi Baptismi tria sunt genera. Baptismi effectus.

* Cõprehendẽdo tamen in sacramẽti collatione ẽt impressionem characteris: nãchara cter imprimitur etiam in digne suscipientibus.

Nisi qs renatus fuerit, &c. secũdum alios cum dixit discipulis, Ite baptizate, &c. & hoc post mortem, secundum alios, cum misit Iudam cum cęteris. 1. q. 1. dedit. Ego credo, ꝙ tunc cũ a Ioanne ẽst baptizatus, ut inf. eper aquã. Quot sunt gña baptismi? & q dem tria, flumi nis, & sanguinis, & flaminis, ut dicemus inf. ea. baptis mi. Quis est eius effectus? qa cũ digne quis baptizatur, d ¶Sacramẽtorum.] Subaudi, uel aliqd qđ suppleat uicem eius hæc aũt sunt duo, s. martyrium, & cordis contritio inf. ea. baptismi vicem. &c. catechumenum. Et ita aqua est sacrm, quia intrinsitiue legitur: sed ipse character similiter. 32. q. 7. licite. ipsa etiam ablutio. & hæc tria idem significant, s. ablutionem interius factam, uel quæ fieri debet, propter ficte accipientẽ. Sed de aqua qñ dicis ꝙ incipiat uel desinat esse sacramentum? Dic simul incipit & desinit esse sacramentum, s. in prolatione vltimæ syllabæ ipsius formæ, quia tunc signat: non autem ante uel post est sacramentũ, remanet tñ res sacra. extra de sac. vnc. c. 1. Idem dr̃ in oleo benedicto uel chrismate: quia tamdiu est sacramentũ quãdiu fit cũ eo vnctio. nõ. n. ante uel post, remanet tñ res sacra. Alii tñ dicunt contra, ut notatur 1. q. 1. detrahe. quod multũ facit pro opinione nostra. Item si alius

2 In hoc casu. s. qñ indigne hoc sacrm recipitur: tũc tãtum recipit ipsũ sacrm, & non rem sacri, ut s. ea. quo mõ. Arc. Aqua in ptismo ẽ sacrm id est, abluvio cum aqua.

liquor

liquor admisceatur illi aquæ, nunquid baptizatur puer. secundum leges, uidetur quod non, quia desinit esse aqua, quia liquor nouus efficitur. ff. de acquirendo rerum domi. adeo. §. uoluntas sed hoc non credo, quia quotidie mari nouus liquor adiicitur, vel sputum, vel Vrina: & sic in mari non fieret baptismus, secundum canones secus.

Firmissime.] CASVS Hug. sic ponit hunc casum. In hoc c. ostendit Aug. quod originale peccatū est peccatū siue uitiū, & quilibet nascitur cū originali peccato, & nisi quis ab eo liberetur per fidem vel baptismum, dā etiam puer nondum natus ex utero, si sic moriatur, nabi-

sicut necessaria est doctrina [a] inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilis animæ. *Idem.* Renascitur [b] homo; [ex aqua,] visibili sacramento, & [spiritu] inuisibili intellectu, [c] ut symbolum [d] baptismi uisibiliter accipiat, & spiritalem intellectum ipsius symboli perficiat†: Vel [ex aqua] visibili, [& spiritu] sancto. [e]

in ea. glossa ad uer. ex aqua.

† *al percipiat.*

Idem in libro primo de peccatorum meritis, & remiss. seu de baptismo paruulorum, c. 39.

In baptismate concupiscentia extinguitur, non ut non sit, sed ut non obsit. C. II.

PEr baptismum Christi id agitur, ut euacuetur caro peccati. Euacuatur [f] autem, non ut in ipsa uiuente carne concupiscentia conspersa, & innata repente absumatur, & non sit: sed ne obsit [g] mortuo, quæ oberat nato. Nam si post baptismum vixerit, atque ad ætatem capacem præcepti peruenire potuerit; ibi habet, cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet, si non in vacuum gratiam eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo [h] ineffabili omnipotentissimi creatoris, vt lex peccati, quę inest in membris repugnans legi mentis penitus extinguatur, & non sit: sed, ut quidquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum fuerit, cum eidem concupiscentiæ subiecta mente seruiret, totum [i] aboleatur, & uelut factum [k] non fuerit, habeatur.

¶Restitutum est caput hoc suæ integritati, ut melius B. Augustini sententia perciperetur. Neque enim glossa impediebat.

Idem ad Petrum diaconum, c. 26.

¶Qui ex uiro, & muliere concipitur, cum originali peccato nascitur, nec sine baptismate saluatur. C. III.

Tom. 3. & inter opera Fulgētii.

FIrmissime [l] tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subiectum, & ob hoc natura iræ filium nasci, de qua dicit Apostolus: [Eramus enim & nos natura [m] filii [n] iræ, [o] sicut & cæteri.] A qua ira nullus liberatur, nisi per fidem [p] mediatoris Dei, & hominum hominis Iesu Christi.

Iuo par. 1. c. 36. et 27. Pann. l. 1. ca. 8. & 9.

Eph. 2.

a ¶ Doctrina.] Id est, fides quæ habetur per doctrinam.
b ¶ Renascitur.] De adultis scilicet & sensatis ab hinc intelligitur c. de pę. dist. 4. c. in domo.
c ¶ Intellectu.] In fide, quæ intellectu cōprehenditur. 1
d ¶ Vt symbolū] Inf. ea. ante viginti.
e ¶ Spiritu sancto.] hoc quantum ad paruulos, qui non habēt fidem.

1 Subau. ex qua quis decernit & ītelligit quod credere d̄beat. Arc.

PEr baptismū Christi.] CASVS. Beneuen. sic ponit hunc casum. In hoc c. dicit Augu. quod per Baptismū omne peccatū actuale dimittitur, originale vero non deletur omnino, sed debilitatur & mitigatur, ut iā non imputaretur ad pœnam æternam, & ad quid remaneat interserit, ut s. homo cōtra illicitos motus ex illo procedentes pugnans & uincens coronam mereatur. ubi n. lucta, ibi corona: nemo enim coronabitur nisi qui legitime certauerit. & hūc casum melius ponit Hugo quam Beneuenta.

Peccati originalis pœna ē quadruplex.

f ¶ Euacuatur.] Nota quod quadruplex est pœna originalis peccati, præcludit ianuam cęlestem, perpetuo damnat, causa est mortis temporalis & impotētia resistēdi uitiis. prima duo & vltimū tollit baptismus.

g ¶ Sed ne obsit.] Immo ēt vt prosit, quia ubi maior pugna, maior corona. de pæ. dist. 3. ille rex. similiter remanet actu, sed inefficax, ut est in pacto de non petendo insti. de excep. §. præterea. uel cum opponitur exceptio sententiæ. ar. ff. sol. mat. viro itaque. & sic originale trāsit reatu, sed manet actu.
ADDITIO. Hic adde & uide quod leg. & no. infr. ead. dist. non ex quo. Arch.

Maria & Ioannes Apostolus peccare non potuerunt.

h ¶ Miraculo.] Vt in B. Maria, & in Ioanne Apostolo, quia neuter eorū potuit peccare. Item natiuitas Marię in utero non celebratur, sed natiuitas ex utero bene.

Infamia aboletur in baptismo.

i ¶ Totum.] Arg. quod in baptismo omnis sequela & infamia aboletur, 2 & quod gratia Dei in baptismo nō requirit gemitum uel planctum, ut dist. ead. sine pęnitentia.

2 Ar. contra 26. di. de Iudæis in fi.

k ¶ Factum.] Arg. extra de verb. sign. nam & ego. arg. ff. de ædi. edic. quod ita.

nabitur æternaliter, Bene uero sic ponit hunc casum. Nemo ex semine uiri nascitur sine peccato originali, a quo non liberatur adultus sine fide Christi, nec paruulus sine sacramento baptismi, sine quo si mortuus fuerit sine fine peribit. Apostolus in epistola ad Ephesios. Seq. c. patet, quod loquitur de adulto.
l ¶ Firmissime.] Sup. 1. q. 1. firmissime. extr. de hær. c. 3.
m ¶ Natura.] Id est a natiuitate in utero 3 Vel natura. i. consuetudine nascendi, non creatione. Vel dic natura. i. naturali & inseparabili uitio. s. originalis peccati, quod ab homine separari non potest, sicut naturalia ab homine non separantur. Arch.
n ¶ Filii.] i. debitores, & digni pęna æterna. i. obnoxii.
o ¶ Iræ.] Id est, pœnæ æternæ.
p ¶ Nisi per fidem.] Vel sacramentum fidei, ut in paruulis, ut inf. ead. quęris a me.

1 Vt hoc melius intelligas, scias, quod duæ sunt natiuitates. s. in utero: alia ab vtero. In vtero nasci est in utero animam corpori infundi. Ex utero nasci est ex vtero in lucē prodire. Vnde B. Virgo & Io. bapt. & Iere. cū originali peccato nati fuerunt in vtero: & hoc vult dicere littera ca. in princ. ibi, oēm hominē, &c. Vnde cōceptio B. Marię nō dēt celebrari, sed natiuitas ex utero bene celebratur, & sancti Ioannis, quia fuerunt in utero sanctificati, & eis fuit dimissum originale peccatum. H.

a ¶ Sem-

Sen. 4. distin. 4. & 9.

Item, c. 27. ¶ Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum homines iam ratione vtentes, verum etiam paruulos, qui siue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur: siue cum de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine patris & filij & spiritus sancti, de hoc sęculo transeunt: sempiterno † igne [a] puniendos: [b] quia etsi propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione, & natiuitate traxerunt.

† *ignis æterni sēpiterno supplicio] orig.*

Item Ioannes Chrysostomus. †

† *forte Chromatius.*

¶De eodem. Cap. IIII.

Sent. 4. dist. 12. sup. de pœn. dist. 1. non pōt.

NOn potest [c] quis gratiam vitæ cælestis accipere nisi [d] prius purgatus fuerit ab omne sorde peccati per pœnitentiæ confessionem, [e] per domum baptismi [f] salutaris domini, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Item Gregorius in Moralibus, libro 4. c. 2.

¶Sicut nunc in baptismate, ita olim in circumcisioni bus remittebantur peccata. Cap. V.

Iuo p. 1. ca. 49. Pan. l. 1. c. 10.

QVod autem apud nos valet aqua [g] baptismatis, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui de Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circumcisionis.

Item Augustinus ad Valerium contra Iulianum de nuptijs, & concupiscentia libro secondo, c. 11.

¶Originale peccatum nunc in baptismate, olim in circuncisione remittebatur. Cap. VI.

† al. sanctificationis.] Gra.

Iuo p. 1. c. 50. Pan. l. 1. cap. 11.

EX quo instituta est circumcisio in populo Dei (quod erat tunc signaculum iustitiæ fidei;) ad significationem † purgationis valebat, & paruulis originalis, veterisque peccati, sicut & baptismus ex illo valere cœpit ad innouationem [h] hominis, ex quo est institutus.

Idem de libero arbitrio, libro 1. c. 23.

¶Paruulis in baptismate offerentium prodest fides. Cap. VII.

Alger. l. 3. c. 7. Iuo p. 1. c. 12. Pan. l. 1. c. 12.

ILlud perscrutari homines solent, sacramentum baptismi Christi quid paruulis prosit: cum eo accepto plerumque moriuntur, priusquam ex eo quidquam cognoscere potuerunt. Qua in re satis pie, recteque creditur prodesse paruulo fides [i] eorum, a quibus consecrandus offertur.

a ¶ Sempiterno igne.] Id est pœna æterna. 14. q. 1. pœnale.
b ¶ Puniendos] Infr. ea regenerāre 3, vbi dr quod habēt mitissimam pęnam. sed dic igne sempiterno. i. pœna: quia semper erunt in tenebris. vt infra ead. nulli.
c ¶ NOn pōt.] Sup. de pæ. dist. 2. illa sup. de pæ. di. 1. §. alii eq. &c. non potest. sed illud de adultis.
d ¶ Nisi] Infra ea dist. oīs qui, sup. 15 q. 1. vt itaq.
e ¶ Confessionem] Quantum ad adultos.
f ¶ Baptismi.] Quo ad paruulos, vel per aliud loco illius inf. ea baptismi vicem.

QVod autem.] CASVS. In hoc c. fit mentio de tribus temporibus. s. de tempore gratiæ, de tempore ante legem, & de tpe legis. In tpe gratiæ, baptismus omnia delet peccata in paruulis & adultis. In tpe ante legem paruuli in fide parentum, adulti in fide sacrificiorum a peccatis mundabantur. In tempore legis adulti & paruuli per circumcisionem mundabantur.

g ¶ Aqua.] Certe plus operatur hodie baptismus, quam tunc circumcisio, quia circumcisio tantum pænā tollebat, sed in baptismo secus est, vt extra de bapt. maiores.

EX quo] CASVS. Quęrebatur in quo tpe locum habuit & effectum circumcisio, & respōdet quod ex quo circumcisio fuit instituta, & lex populo data: sicut baptismus valuit ex quo fuit institutus.

Baptism' qñ fuit institutus.

h ¶ Ad inuocationē] quod tunc credimus factum, cum Christus tactu suæ mundę carnis vim regeneratiuam contulit aquis, teste Amb. vt inf. ea. per aquam. &c. proprie. nō. n. baptismus Ioannis fuit proprie baptismus 1 sed baptismi assuefactio teste Aug. vt inf. ea. non regenerabantur. videlicet baptizati essent ab eo quidam, tn̄ cum iterum baptizati fuerunt, non fuit facta iniuria sacro: quia eius baptismus sacrm̄ non erat, vt infra ea. aliud quidam vero propter sacramētum circumcisionis, quod ceperant, & fidem, quam plene habebant, nō sunt rebaptizati B. Alii dicunt, quod institutus fuit baptismus cum dixit Nicodemo. Nisi quis renatus fuerit, &c. Alii dn̄t tunc cum dixit discipulis suis, Ite bapt. o. g. & c. vt inf. eo proprie sed p̄ualet quod prius dictū est: tn̄ baptismus eius adhuc plenum nō habuit effectū, sed post mortē 2 eius cępit plenū habere effectum, q. a. adhuc nō erat ianua cæli aperta, sed post mortem eius fuit aperta inf. ead. proprio ver. ad cuius. Io.

Baptism' Ioānis nō fuit proprie baptismus.

1 De hoc leg. & no. sup. 1. q. 1. ca. dedit. Archid.

2 De hoc le. & not. inf. eo. p. prie. ver. ipsa igit.

ILlud perscrutari.] CASVS. Solet quæri quid pdest batismus paruulis, qui moriuntur ante tempus discretionis? Et respondet prodest eis, quia saluantur in fide offerentis. vnde potest aliquis intelligere, quod multum prodest alicui fides propria, cum tantum prodest paruulis fides aliena
i ¶ Fides.] Id est sacramentū baptismi collatū in fide.

corum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum,i.in nomine trinitatis,quam ipsi tenentur credere,& confiteri Bar.

FIlius Dei.]CASVS. Dicitur hic,ꝙ filius Dei susce pit carnē similē carni peccatrici propter peccati redemptionem,vnde eius fidem & baptismū cōsequuntur adulti remissionem peccatorum: paruuli vero baptizati tanquam fideles saluantur: sed non sunt salui nisi baptismo fuerint renati,secundum uerba Euangelii

a Nisi quis renatus.] Idest, ea regeneratione,sinteriori,qua renascuntur illi, qui renascuntur ex aqua & spiritu sancto,&c.subaudi, vel nisi iusta ignorantia eos excusset &c. extra de presbyt. non bap.c.2.

ADDITIO Vt supra dist.proxi. c.vlt. in fi. 28.q.1. sic.n.Archid.

b Ex aqua.] Iā sanctificata per spiritum sanctum: nec ab hac sanctificatione separatur pater vel filius,cū inseparabilia sint opera Trinitatis, 28. q.1. sic enim. & sup.dist. proxi.cap.vlt.

PEr aquam.] CASVS. Bene.sic ponit hunc casum. Remittuntur peccata in aqua baptismi: in quam descendit spiritus sanctus, sicut legitur descendisse quando Christus baptizabat a Ioanne. & quāuis sit in vsu ecclesiæ prius aquam sanctificare,& hominem postea baptizare: tamē primo baptizatus est Christus & postea descendit spiritus sanctus super eum: vt ostenderetur, ꝙ Christus non indigebat sanctificatione: sed sanctificare pertinebat ad eum,& ad suū spiritum. H. sic ponit hunc casum. In hoc ea Amb. baptismum commendat dicens, quod per aquam baptismi homo sanctificatur, & fit cælestis, sed tantum illa aqua habet hanc efficaciā, super quam profertur forma Euangelica, & descendit spiritus sanctus: & sic per spiritum sanctum infunditur illi aquæ vis sanctificandi: quod hæc duo sint ibi necessaria,ostendit ex eo ꝙ Christus cum deberet baptizari a Ioanne,descendit ad aquam Iordanis; per quod intelligitur formam Euangelicam debere proferri super aquam. & post descēdit spiritus sanctus super eum baptizatum: per quod intelligitur qđ aqua baptismi per spiritum sanctum sanctificatur. Sequens. capit patet.

Et hoc ecclesiæ commendat saluberrima auctoritas, vt ex eo quisque sentiat, quid sibi prosit fides sua quando in aliorum quoque beneficio, a qui propriam nondum habeat potestatem,commoda sit.

a ¶Beneficio.] *Eadem lectio est apud Iuonem,in Panormia, & in originali ad marginem. In textu autem est*, beneficium, qui propriam non habent, potest aliena commodari.

Item de baptismo paruulorum lib. 1. c. 32. & 33.

¶Per fidem & baptisma iustificamur a peccatis. Cap. VIII.

FIlius Dei carnem peccati β suscepit, & pœnam sine culpa,vt in carne peccati & culpa solueretur, & pœna.Per fidem ergo & baptismum eius a peccato homo per iustificationem,& a morte liberatur per resurrectionem. C. 33.

¶Paruuli etiam baptizati inter credentes reputantur per sacramenti virtutem, & offerentium responsionem. Qui vero non sunt baptizati,inter non credentes iudicantur ex Euangelio Ioannis: § Nisi quis renatus[a] fuerit ex aqua [b] & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. § Ioan. 3.

¶ *Caput hoc est summa verborum Beati Augustini in locis indicatis.*

β ¶Carnem peccati.] *Apud B. Augustinum longe plenius & rectius.* Dominus autem,*inquit*, in carnem suam non peccatum transtulit, tanquam venenum serpentis, sed tantum transtulit mortem, vt esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa; vnde in carne peccati & culpa solueretur,& pœna. *Multum igitur interest inter carnem peccati, & similitudinem carnis peccati. Quod explicans B. Augustinus cum alibi sæpe,tum potissimum sermone 48. de verbis Domini, addebat tamen*, si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati; quomodo,vt de peccato damnaret peccatum in carne? solet & similitudo capere nomen eius rei, cuius est simulitudo.

Item Ambrosius lib.primo de sacramentis. c.4. & 5.

¶Per aquam baptismi de terreno fit homo cælestis. Cap. IX.

PEr aquam † baptismi transitus est a terrenis ad cælestia. Hoc est enim Pascha, id est, transitus eius, transitus a peccato ad vitam, a culpa ad gratiam, ab inquinamento ad sanctificationem. Qui per hunc fontem transit, non moritur, sed resurgit. Non omnis aqua sanat, sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio; aliud opus, aliud operatio. Aqua opus est: operatio spiritus sanctus est. Non sanat aqua, nisi spiritus sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit: sicut legisti, quod cum Dominus noster IESVS CHRISTVS formam [c] baptismatis daret, venit ad Ioannem; & ait illi Ioannes; † *Qui ꝑ hunc fontem transit, transit a terrenis*] *orig.*

c Formam.] Idest, institutionem factam eius exemplo: post enim dedit præcepto.inf. ead pro prie.

Matth.3. [Ego a te debeo baptizari, a & tu uenis ad me? respondit illi Christus;Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.]vide quia omnis iustitia in baptismate constituta est. Ergo quare a Christus descendit;[b] nisi, ut caro ista mundare tur, caro quam suscepit de nostra conditione? Non enim ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit: sed nobis erat necessaria, qui peccato manemus obnoxii *& paulo post.* ¶Descendit Christus: descendit[c] & spiritus sanctus. Quare Christus prior descendit, postea spiritus,cum forma & vsus baptismi hoc habeat, ut ante fons consecretur: & tunc descendat qui baptizādus est? *& paucis interiectis.* ¶Christus autem ante descendit,secutus est spiritus: qua ratione? ut nunquam ipse egere Dominus Iesus sanctificationis mysterio uideretur,sed sanctificaret ipse,sanctificaret & spiritus.

a ¶ Ego quare. *Hæc usque ad vers.* Non enim *emendata sunt ex B. Ambrosio. Antea legebatur*. Christus ad baptismum descendit, non ut caro mundaretur, quam suscepit de nostra conditione. *Multis etiam aliis locis in capite hoc restituta est uera lectio.*

Item Chromatius β in Matthæum, c.6.

β ¶ Chromatius] *Antea citabatur Chysostomus,apud quem non est inuentum,sed in fragmentis Chromatij.*

¶ Aqua baptismi non purgare peccata, nisi tactu Dominici corporis esset sanctificata. C.X.

Sent.4.dist.3. NVnquam aquæ baptismi purgare peccata credentium potuissent, nisi tactu Dominici corporis sanctificatæ fuissent.

Item Siricius Papa Himerio Tarraconensi,epist. 1.

Triburiense,c. 12. ¶Generale baptisma non nisi sabbato sancto Paschæ,& Pentecostes celebretur. C. XI.

Sent.4.dist.3. Ant. l.9.c.13. Burc.l.4.c.5. Iuo p.1.c.48.& 200. Pann. l.1. c.16. † *apparitionis, or.* 2 NOn ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur,ut passim, ac libere natalitiis Christi, seu apparitione,†nec non & Apostolorum, seu martyrum festiuitatibus, innumeræ, ut asseris,plebes baptismi mysterium consequantur:cum hoc sibi priuilegium & apud nos,& apud omnes ecclesias Dominicum specialiter Pascha defendat cū sua Pentecoste.

Item Leo Papa vniuersis episcopis per Siciliam constitutis,epis.4.c.5.

¶De eodem. C. XII.

Burc. l.4.c.13. Iuo p.1.c.55.& 107 Pann.l.1.c.17. DVo tempora,id est,Pascha d & Pentecoste ad baptizandum a Romano Pontifice legitime sunt præfixa. Vnde, qa manifestissime patet baptizādis in ecclesia electis hæc duo tempora,de quibus locuti sumus, esse legitima: dilectionem ut nullos alios dies huic obseruantiæ misceatis.

¶ *Prior pars huius capitis usque ad vers.* Vnde quia,] *non est ijsdem omnino uerbis in epistola. Sed in codice canonum est rubrica loco ad hoc caput, & refertur in concilio Maguntino 1.c.3.*

[a] Hęc non vt bona expositio quamuis fuit H. & hoc ꝓpid qđ sequiē sed dicendū H. i.a peccato originali,&c.i. debeo liberari a te a pęna, quæ debetur mihi & aliis ꝓ originali peccato, Arch.]

NVnquam aqua baptismi.] Id est, aqua, quæ est baptismus,uel, i. baptismus in aqua celebratus posset.sub manente tali dispositione H.

NOn ratione.]Hæc est secunda pars dicti,in qua probatur p 5.c ꝙ non debet fieri baptismus solēnis nisi in pascha,& Pentecoste.Io.de Fant.

CASVS. Quidam indifferenter omni die solēni bapt zabant & solenniter, quos Sircus papa in hoc c.reprehendit, & dicit ꝙ hoc fieri non debet nisi in Paschа & pentecoste seq.c patet.

d DVo tempora, i.] Pascha hoc cap intelligas de baptismo solenni,nam quolibet tēpore propter timorem potest baptizari. supra,ead. distinct. 3. celebritatem.

Prouestram monemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRoprie in IESV S. Quæsitū fuit a Leone, quare solēnis baptismus celebretur tm in pascha & pentecoste, & non in festo epiphaniæ, quādo Christus fuit baptizatus? Qui rñdet de Pascha triplicem rationē assignando. Vna est, quia plena potestas data est baptismo in morte Christi & resurrectione. Alia est, quia in baptismo repræsentatur mors Christi & resurrectio. Tertia est, quia postquam Christus resurrexit, baptizandi formā discipulis tradidit, & gentes baptizare præcepit. De festo autem Pentecostes multiplex ratio assignatur, quia tunc Spiritus sanctus in Apostolos uenit, sicut illa die uenit in baptizatos. Et quia hæc solennitas, pendet ex paschali festiuitate, ido semper celebratur die Dominica: & quia illi qui in Pascha baptizari non poterunt ex aliquo impediti, in ea die baptizantur & hoc ad imitationem beati Petri, qui eodē die tria millia hominū baptizauit, quos ad finem conuertit.

Die vero Epiphaniæ baptizare non debemus, sicut quidam putant, quia peccatorum remissio nō erat in baptismo Ioānis, ad q̄m illa die uenit Christ⁹ nec ideo fuit baptizatus, q̄p indigeret remissione peccatorum, sed vt institueret in se sacramētū baptismi. Et scias q̄p quidā habent ibi principiū ubi dī, [Si qs aūt,] vt H. unde p se ponūt tibi casum, quod tu facere potes

[Regula, i.] Regulari facto baptizandi. Species actionis, id est, similitudo Sequentia 4. capitula plana sunt.

[Sacramentum id est, festum in quo repræsentatur qđ olim tali die gestum est.

a ¶ Potentia baptismi.] Id est baptismus potens & efficax extra ead. maiores § caute.

b ¶ Condidit.] Id est, reformauit & innouauit, id est, institutum est ut condat quasi ut celebretur, tunc scilicet 1 in morte.

c ¶ Quia quicunque.] Id est, cuiuscunque conditionis, seruus vel liber, masculus vel fœmina, adultus uel puer, 29. q. 2. in princ.

d ¶ In morte.] Id est, ad similitudinē mortis eiur: 2 ut sicut semel mortuus est ille, & semper viuit, ita & nos semel mortui in peccatis per baptismum, semper uiua mus in bono: uel in morte eius dicimur baptizati: quia mors eius est cā purificationis nostræ. de pæ dist. 2. ii n.

e ¶ Consepulti.] Et simili modo uidemur fuisse mortui, & resurrexisse, ex quo nouā formā assumpsimus per mortēm eius in baptismo.

f ¶ Spiritu.] Id est, spirituali doctrina.

g ¶ Electū.] Sed videtur, quòd tactu sui corporis uim baptismo contulit. sup. ea. nunq. Sed dicimus, q̄ tūc potestatem aquæ contulit: sed in morte sua voluit illam potestatē suū consequi effectum, ut hic in fine dicitur.

h ¶ Formamque] Id est, per similem formam mysticam. sup. dist. 2. quia passus.

i ¶ Triduanam.] nf. ead. posquam. &c. de trina.

K ¶ Qualitas.] Id est, similitudo facti 3.

l ¶ Legitimum diem.] Id est, diem naturalem die sabbathum, & sequentem noctem.

m ¶ Et uirtus.] i. efficacia sacramenti, s. baptismi. habebat quidem ante efficaciam, sed non tantum, quia nō erat adhuc porta cœli aperta: quāuis enim uis regenerandi aquis tactu sui corporis contulerit, ut sup. e. nunquam non tñ patebat ianua ante passionem, quia aperitionem paradisi passio eius specialiter operata est cum resurrectione 4 extra ea maiores. § caute.

n ¶ Et species.] i. similitudo uel repræsentatio, uel similitudo repræsentata, id est, quod repræsentatur ab actione, quæ fit in baptismo, scilicet mors, & triduana sepultura, & resurrectio Christi.

o ¶ In quibus.] Supra dist. 41 miramur. 5

p ¶ Et formam.] Generalē scilicet: quod non fecerat ante supra ea. c. per aquam. vel hic dicto, ibi facto 23. q. 6. c. si audierit. extra de appell. c. dilecti.

q ¶ De quo.] i. de qua forma baptizandi generali

r ¶ Instruere.] Tantum supple, & non potuisti, &c.

s ¶ Nisi proprie.] Id est, generaliter ad omnes.

¶ Quare in prædictis temporibus baptisma celebretur.

C. XIII.

PRoprie in morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis potentia baptismi [a] nouam creaturam condidit † [b] ex ueteri: ut in renascentibus & mors Christi operetur, & uita, dicente beato apostolo Paulo: [An ignoratis, quia quicunque [c] baptizati sumus in Christo Iesu, in morte [d] ipsius baptizati sumus? Consepulti [e] enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudinis mortis eius; simul & resurrectionis erimus,] & cætera, quæ latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputauit; ut appareret ex huius doctrinæ spiritu [f] regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis illum diem esse, & illud tempus electum, [g] in quo per similitudinem, formamque [h] misterii ea, quæ geruntur in membris, his, quę in ipso sunt capite gesta, congruerent: dum in baptismatis regula & mors interuenit interfectione peccati, & sepulturam triduanam [i] imitatur trina demersio; & ab aquis eleuatio resurgentis instar † est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas [k] docet celebrandę generaliter gratiæ eum esse legitimum diem, [l] in quo orta est & uirtus [m] muneris, & species [n] actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum ualet, quòd ipse Dominus Iesus Christus, postea quam resurrexit a mortuis discipulis suis (in quibus [o] omnes ecclesiarum præsules docebantur) & formā, P & potestatem tradidit baptizandi, dicens: [Euntes ergo nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti.] De quo q utique eos ante passionem potuissent instruere [r] nisi propriè [s] uoluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic obseruantiæ etiam

Iuo p. 3. c. 45. † condit'] uera lectio.

Rom 6.

† al. ad instar

Matth. 28.

1 Respicit litterā p̄cedētem. Mortui semel. [p uiuamus. 2 Id est, fides mortis eius H. aliqui. dūt 1 mortē. peccatorū ablutione et mortificatione. Baptismi uis, qū data fuerit aquæ.

a ¶ Pentecostes.] Sicut resurrectio. 7⁹. distin. quod dic.

b Ad alios.] Id est, aliis diebus attribuantur, & in aliis diebus contingāt: quoniam resurrectio semper die Dominico celebratur.

c ¶ Non ex nostra.] Quasi dicat, nō ex nostro ingenio vt supra dist. 2. in Christo.

d ¶ Trium millium.] Sed quomodo posset esse, quòd tot vna die baptizarē? forte quia fundebat aquā super eos, aliàs non videtur, q̄p quēlibet posset immergere. Sed pone quod non super eos fundebat aquā nisi in partem corporis: totus ne erat baptizatus? Dicit Hug. q̄p si fūdatur super caput, vel super maximam partem corporis, semper crederet eum baptizari: aliàs non. Vel dic eum baptizari, si aqua etiam cadat super pedem. arg. inf. e. nec quemquam. sicut sufficit possidere partem ad hoc vt possideat totum, dum tamen eius quidem animi sit vt totum intendat possidere, vi ff. de acq. poss. possideri. §. 1. sic de pœ. dist. 1. vulgaris.

ADDITIO Hoc etiā no. Gof. in summa de baptismo. §. Itē quæritur quid si, & Innocen. extra, de baptismo debitum. Arch.

ee ¶ Petrus.] supra ead. distinct. 2. tūc eis.

f SI quis.] Aliā gratiam.] Et ita non omnis Christi actio nostra est lectio. arg. sup. distin. 2. liquido. quia ex eo non esset remissio peccatorum 2 vt inf. ead. dist. non regenerabantur.

g ¶ ex voluntate.] Id est, ex concupiscētia.

g ¶ Carnis.] Id est, fœminæ, quæ de carne adę est facta. propterea dicitur fœmina caro quæ regitur, vir spiritus, qui regit.

i ¶ Renascendi.] scilicet pro nobis, quomodo & circumcidi.

K ¶ Dicens.] in epistola ad Corinthios.

l ¶ Finis.] scilicet cōsummationis. implet enim in se & in nobis quod lex prædixerat.

m ¶ Christus ē.] Christus dico valens ad iustitiam omni credēti. de pœ. dist. 2 si enim.

n ¶ Condidit.] Id est, nunciauit & instituit.

o ¶ potentiam.] Id est, plenam efficaciā, quia tunc ianua cœli fuit aperta, extra e. maiores Io. De hoc supra, ead. proprie.

Baptizādo an sit opus totū corpus immergere.

1 Arg. cōtra infra, c. prima. uer. toto corpore.

2 Nam p illud baptisma tā tū corpus lauabat exterius, nō mundabatur interius à peccato. Arch.

al consecrata

† ut ÿ. Iorig.

† *al omnem*

act. 2.

† *al remediū*

a ¶ Inuitat.] *Iuo habet*, inuitans. *Sed in originali est*, intercluſit inuitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderij, &c.

Iuo p. 1. c. 47. Pann. l. 1. c. 18.

Ia 1.

Rom. 10.

Matt. 5. Rom. 10.

Item in eadem Epistola, c. 6.

De eodem. Cap. XIIII.

SI quis autem Epiphaniæ festinitatem (quæ in suo ordine debito honore venerāda est) ob hoc existimat priuilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quòd in eadem die Dominos ad baptismum sancti Ioannis accesserit; sciat illius baptismi aliam gratiam, [f] aliam fuisse rationem, nec ad eandem pertinuisse virtutem; qua per Spiritum sanctū renascuntur, de quibus dicitur, [qui non ex sanguinibus, neq. ex voluntate [g] carnis, [h] neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Dominus enim nullius indigens remissione peccatis; nec quærens remedium renascendi, [i] sic uoluit baptizari, quomodo voluit circuncidi, hostiamque pro se emundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere (sicut Apostolus ait) fieret & sub lege, quam non venerat soluere, sed adimplere, & implendo finire, sicut beatus Apostolus prædicat dicens, [k] [finis [l] autem legis Christus [m] ad iustititam ommi credenti.] Baptismi autem sui in se condidit [n] ad sacramentum, quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium, & tunc regenerationis potentiam [o] sanxit, quando delatere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis, & aqua baptismatis.

Item ex concilio Gerundensi, c. 4.

Catechumenus si moriatur sine baptismo, an sit imputandū pbytero. 2. De hoc et leg. & not. ix. distin. per uenit. in fi. vbi vid Arch.

DE catechuminis baptizandis.] Quid si sacerdos catechumenos sanos à baptismo repellat: & ipsi interim ante constitutum tempus sine baptismo decedant: nunquid imputabitur sacerdoti? non videtur, absit. n. vt ea, quæ propter bonum & licitum facimus, &c. vt 23. q. de occidendis. 2.

¶ In solennitate Paschali, & Pentecostes catechumeni baptizentur. Cap. XV.

DE catechumenis baptizandis id statutum est, vt in Paschę solennitate, vel Pentecostes, quanto maioris celebritatis maior celebritas est, tanto magis ad baptizandum veniant: cæteris solennitatibus infirmi [a] tantummodo debeant baptizari: quibus quocumque tempore conuenit baptismum non negari.

Iuo p. 1. c. 60. Pann. l. 1. c. 20.

¶ *Restitutum caput est ex suo originali.*

Item Leo Papa, epist. 4. c. 6.

¶ Necessitate cogente, quolibet tempore baptizare licet. Cap. XVI.

SI qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragij vrgentur, [b] omni tempore debent baptizari.

Burch. l. 4. c. 2. Iuo p. 1. c. 197. Pann. l. 1. c. 19.

¶ *Apud B. Leonem sententia huius capitis est post c. duo tempora. & ante c. si quis autem supra ead.*

Item Gelasius Papa clero, et plebi Tarent.

¶ Nisi necessitate cogente inter Pascha & Pentecostem nullus baptizare præsumat. Cap. XVII.

In epi. Gregorii II. clero, & plebi Turingiæ, & in cōc. Vuormaciensi, c. 1. Burch. l. 4. c. 7. Iuo p. 1. c. 63. & 202. Pann. l. 1. c. 21.

VEnerabilis baptismi [c] sacramentum non nisi in festiuitate Paschali, & Pentecostes tradere præsumat episcopus; ex ceptis ijs, quibus vrgente mortis periculo, talibus oportet, ne in æternum pereat, remedijs subueniri.

¶ *In epistola Gregorij secundi clero, & plebi Turingiæ, vnde citat Iuo (quamuis & Gelasii esse potuerit) & in concilio Vuormaciensi. vnde Burchardus, legitur,* Sacrosancti baptismi. *Itemque apud Iuonem, c. 202. In capite autem 63 est,* Generalis, *& in margine,* Venerabilis.

Idem Gelasius epistola ad episcopos Lucaniæ, c. 12. Cōc. vrticin. c. 7.

¶ De eodem. Cap. XVIII.

BAptizandi sibi quispiam passim, quocumque tempore nullam credat inesse fiduciam, pręter Paschale festum, & Pentecostes venerabile sacramentum, excepto dumtaxat grauissimi languoris incursu; in quo verendum est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio prœuentus abscedat.

Item Isidorus de officijs, l. 2. c. 24.

¶ Non nisi sacerdos baptizare præsumat. Cap. XIX.

Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 67. Pann. l. 1. c. 23.

COnstat baptisma [d] solis sacerdotibus [e] esse tractandum: eiusdem mysterium [f] nec ipsis diaconis explere est licitum absque episcopo, vel presbytero; [g] nisi his procul absentibus, vltima languoris necessitas cogat. Quod & laicis [h] fidelibus plerumque permittitur, ne quispiam sine remedio salutari de sæculo euocetur. *Item Gelasius Papa.*

a ¶ Infirmi] Vel etiā paruuli supra distin. 5. baptizari.

b ¶ qui] ¶ Vrgentur.] ff. si qs cauit ff. de diuer. & tēpræs. l. 1. l. 2. sup. 18. dist. placuit. aliis etiā modis in necessitate quis adstringitur. 18. dist. si episcopus.

c ¶ Venerabilis baptismi.] Cum præter baptismum salus nulla infantibus permittatur, vt inf. ea. di. nulla. non vī circa eos obseruandum qđ in istis ca. continetur, vt præter statuta tempora paschę & pentecostes baptizari non debeant, ne prœueniēte morte, q regenerari possint nō inueniātur, vt dist. 5. c. 2 in ambiguis autem sequendum est quod certius æstimatur, vt supr. di. 95. presbyteri. hoc etiā consuetudo ecclesiæ obseruat in paruulis, secus in adultis, in qbus simile periculum non timetur, quia in eis conuersio mentis ad Deum baptismi vicem supplere non dubitatur, vt infra ea. baptismi vicem.

B Aptizandi,] f. solenniter, & est rō quare in istis duobus diebus, vt Christo mortuo commoriamur, & sepulto cōsepeliamur, & resurgenti consurgamus. Arch.

COnstat,] GASVS. quæsitum fuit ab Isid. ad quem spectat officium baptizandi, & respōdetur, q ad solum sacerdotem, sed in necessitate presbytero vel episcopo absente potest baptizare diaconus, vel etiā laicus. Sequ. tria capit. plana sunt.

d ¶ Baptisma.] Id est, baptismi mysterium vnde ad expositionē eius sequitur, eiusque mysterium.

e ¶ Sacerdotibus.] Infra ea. sanctum. contra; vbi dī, q auctoritas traditionis pertinęt Christianos, sed illud

f ¶ Mysterium.] supra de pœ. dist. 1. quem pœniter.

g ¶ Vel presbytero.] Idest, licentia supra dist. 93. diaconos, & cap. diaconi. contra. die vt ibi.

h ¶ Quod & laicis] Supra. 33. q. 1. ad limina. 1. quæst. 1, quod quidam.

Mulięr

MVlier.] Hæc est 3. pars distin. in qua probat per 12. c. q. in necessitate potest fieri baptismus a quocūque. 1o. de Fan.

a ¶ Mulier.] Supr. 35. q. 5 mulierem. 23. dist. mulier.

b ¶ Super quibus] supr. eo. q. 3. super quibus.

c IN necessitate.] ¶ Etiam laicos] Supra 1. q. 1. neque & cap si quis per ignorantiam. & c. quod quidā. supra 93. dist. diaconos.

d QVicumque.] sup. 1. q. 1. neq. & c. si quis per ignorantiam.

(In

sup. dist. 93. diaconos propriā.

¶ Diaconos quoque propriam, *&c. ut supra in tractatu ordinando rum, ubi de reuerentia diaconorum erga sacerdotes agitur.*

sup. distin. 25. mulier. Sent. 4. dist. 6. Burc. l. 8. c. 83. Iuo p. 1. c. 65. Pann. l. 1. c. 25. 10. q. 3. super quibus.

Item ex concilio Carthaginensi 4 q 99. & 100.

¶ Non præsumat mulier baptizare. C. XX.

MVlier, [a] quamuis docta, & sancta uiros in conuentu docere, uel aliquos baptizare non præsumat.

Nisi necessitate cogente. Vnde Vrbanus Papa II. [super quibus [b] consuluit,] lete. ut supra. in tractatu coniugij, ubi de compatribus agitur.

Iuo p. 1. c. 191. Pann. l. 1. c. 26.

Item Augustinus ad Fortunatum.

¶ Etiam laici necessitate cogente baptizare possunt. C. XXI.

IN necessitate, cum episcopi, aut presbyteri, aut quilibet ministrorum non inueniuntur, & urget periculū eius, qui petit, ne sine isto sacramento hanc uitam finiat, etiam laicos [c] solere dare sacramentum, quod acceperunt, solemus audire.

† *al. Martiniani.*

Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 1. c. 54. Burc. l. 4. c. 47. Iuo p. 1. c. 241. † *al occasione.*

Item ex decreto Martini † Papæ III.

¶ De eodem. C. XXII.

QVicunque [d] presbyter in prouincia propria, uel in alia uel vbicumque inuentus fuerit, commēdatum sibi infirmum baptizare noluerit, uel pro intentione itineris, uel de alia aliqua excusatione, † & sic sine baptismo moritur; deponatur.

Item Isidorus.

¶ Non reiteratur baptisma, quod a pagano ministratur. C XXIII.

1. q. 1. si quis per ignorantiam. capit. 1 5 c. 4. Sent. 4. distin. 5. Alger. l. 3. c. 6.

ROmanus [e] Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat; sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi; licet paganus sit, qui baptizat.

¶ *De hoc capite dictum est supra 1. q. 1. si quis per ignorantiam.*

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 140.

¶ De eodem. C. XXIIII.

Sent. 4. distin. 5. Alg. l. 3. c. 6. Iuo p. 1. c. 148. Pann. l. 1. c. 29.

AQuodam Iudęo [a] nescitis, vtrum christiano, an pagano, multos in patria uestra baptizatos asseritis, & quid de iis sit agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctę Trinitatis; f uel tantum in Christi nomine, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe idem est, sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denuo baptizandos.

Act. 2. & 29. Amb. l. 1. de spiritu sancto, c. 3.

a ¶ Iudæo.] *Apud Algerum est,* ut audio. *Verum in originali post hoc caput sequuntur verba hæc,* sed primum, utrum Christianus, an paganus ipse Iudæus extiterit, uel si postmodum factus fuerit Christianus, inuestigandum est.

Item Augustinus contra Cresconium grammaticum, libro 3. c. 6.

ROmanus.] CASVS. paganus quidā baptizauit hominem in forma ecclesiæ, quare quæsitū fuit quid esset faciendum. Et respondet Isidorus, q Papa non attendit baptizantē hominem, sed Dei uirtutem in baptismo.

e ¶ Romanus.] Infra ea. dist. quos a paganis contra ibi, non in forma ecclesiæ supra di. 62. nulla ratio, sup. 1 q 1. c. 1. G. cōtra, ibi, n. dicitur, q nemo dare potest quod nō habet, ut inf. ea. quomodo. in prin. quomodo ergo baptismum paganus tradere dī? sic creditor dominiū rei sibi obligatæ post biēnium in alium transfert, quod tamen non habet inst. quibus alicet uel non § 1. Arg. contra ff. de acqui. rerum do. traditio. iuris ergo auctoritate permittente potest quis alium transferre qđ non habuit. & hoc casuale, illud uero regulare 1. q 7. Dalbertum.

Dare pōt quis qđ non hēt.

AQuodam.] CASVS. Quidam baptizati fuerunt a quodā: sed nesciebatur vtrū esset Iudæus. Paganus, uel Christianus, quare quæsitum fuit a Nicolao quid de his esset faciendū. Qui respondens dicit, q si in nomine patris & filii & spiritus sancti fuerunt baptizati non debent iterum baptizati.

Baptizaē qs in nomine Christi, nō autem in nomine Trinitatis.

f Trinitatis.] Infra ea. di. sanctū. &c. si nō sanctificaē cōtra infr. ea. dist multi. &c. si reuera. & c. in synodo. cōtra. Sed hic expone Trinitatis explicite in fra. eo. dist. agūt hoēs inf. ea. dist. posquam uos Contra. Et quare potius baptizatur qs in nomine Christi, q in nomine Trinitatis. Tu dic, q in nomine Trinitatis non intelligitur nisi trium personarum essentiæ vnitas, & in nomine. Christi

Christi intelligitur vnctus, vngens, & a quo vngitur. Dicit ergo Grat. i cōcessum fuisse Apostolis baptizare in nomine Christi pp nomen Christi ampliandū. hoc est abtogatum per contraria hic signata infra ea. in synodo. & c. si non sanctificatur. hoc non credo, cum hoc cap. Nicolai posterius.

† vt Baz. sm G.

fit. Dico, ergo ℘ non debet quis baptizari in nomine Christi, si tñ baptizatur, valet baptismus. 2 & hoc innuit hic illa littera, ga non illorum scilicet qui baptizant, &c.

2 Idem no. inf. c. multi. ibi dicam. Archid.

¶Sicut per bonum, ita per malum ministrum æque baptisma ministratur. Cap. XXV.

SI inter bonos ministros, cum sit alius alio melio, non est melior baptismus, qui per meliorem datur; nullo modo est malus, qui etiam per malum datur: quando idem baptismus datur & ideo per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est.

Iuo p.1 c.160. Pan.l.1.c.30.

Idem super Ioannem in parte prima, tract. 5. ad c. 1.

¶Non merita ministrorum, sed uirtus Christi in baptismate operatur. Cap XXVI.

BAptismus † talis est qualis ille est, in cuius potestate datur, non qualis est ille, per cuius ministerium datur. *Item ibidem.* ¶ Quid nouerat Ioannes Baptista? Dominum. Quid non nouerat? potestatem [a] Dominici baptismi in nullū hominem a Domino transituram: sed ministerium plane trāsiturum, potestatem a Domino in neminem ministrorum, mi nisterium & in bonos, & in malos. Non exhorreat [b] columba [c] ministerium malorum: respiciat Domini potestatem. Quid tibi faciat malus minister, vbi [d] bonus est Dominus? Quid te impedit malitiosus præco, vbi benevolus est iudex? *Item infra.* ¶Neque [e] qui plantat [f] est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum [g] dat Deus. *Item ibidem.*

infra ea. aliud Sent. 4. dist. 5. Iuo p.1. c. 156. 157. 158. 159 Pan. l. 1. c. 31.

† *Baptisma talis* orig.

sup. dist. 32. præter hoc.

1. Cor. 3.

¶Ego [h] dico, *a* & nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse omnes, per quos baptizatur: iustos oportet esse tanti iudicis ministros, si ministrare iuste voluerint. Si autem noluerint esse iusti, qui in cathedra Moysi sedent: securum me fuit magister meus de quo spiritus eius dixit: § Hic est qui baptizat, [i] § *Item infra.*

Matth. 23.

¶Non timeo adulterum, non ebriosum; [k] non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: (hic est, qui baptizat.

Ioan. 1.

a ¶Ego dico.] *Sic etiam Iuo; sed in originali,* Et ego, & omnes dicimus, quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si volunt. Si autem noluerint, &c. *Sunt autem partes huius capitis ex eodem tractatu quinto hic inde collecta.*

Idem in tractatu 6. ad cap. 1. Ioannis.

¶De eodem. Cap. XXVII.

CVm baptizat malus ex aliqua vel ignorantia ecclesiæ, vel tolerantia (aut enim ignorantur mali, aut tolerantur [l] vt palea, quousque in vltimo ventiletur area:) illud, quod datum est, vnum est: nec impar propter impares ministros; sed par, & æquale propter [hic est, qui baptizat.

Sen. 4. dist. 5. Iuo p.1.c.160.

Ioan. 1.

a Potestatem]Cum dixit, Vidi spiritum descendentē de cœlo sicut columbam, & māsit super eū, & ego nesciebam, hoc exponit Augu. ℘ Io. nesciebat eum, idest, nesciebat quod sibi potestatem illam retinuisset Dominus. sed tantum ministerium baptizandi tradidit Dominus.

b Non exhorreat.] Supr. dist. 23. §. verum, sup. 1. q. 1. neque in homine.

c Columba.] Idest, ecclesia. 24. q. 1. loquitur.

d Vbi.] 26. q. 7. allegant.

e Neque.] Vt sup. dist. 19. secundum.

f Qui plantat.] Prædicando, ad fidem conuertendo.

g Qui incrementum.] Idest, infusionem gratiæ, & remissionem peccatorum. 1. q. 1. si fuerit.

h Item ibidē ego.] rūdet tacite obiectioni, q. d licet malus minister ℘ficiat vel baptizet, nihilominus in debent

Ministri sacrorum debent esse boni.

i Qui baptizat.] Interius absoluendo a peccatis: nam illius est baptismus, non a baptizandis sup. c. a quodā. 1. q. 1.

K Ebriosum.] Dum tamen intelligat quod agit 3 cō suetudinem hic notat hoc nomen, non actum. extra c. maiores. ver. illud vero.

3 De hoc 21 leg. & no. sup. 1. q. 1. dist. ibi vi. decab. Alc.

l CVm baptizat.] ¶Aut tolerātur.] Sup. 23. q. 7. ca. 1. Si

SI qui.] GASVS. Quidam ab hæreticis in forma ecclesiæ baptizati. Volebant ab ecclesia redire. ꝙre batur vtrum essent baptizandi. Et respondentur ℘ nō. sed debent integre inirui in fide, & ecclesiæ ℘ manu[a] impositionem reconciliari. Si vero sunt paruuli, vel tales,

d ¶ Per manus impositionem] Confirmatoriam, quę etiam in hoc casu reconciliatoria est infra ead. dist. ab antiqua. & 1. q. 1. §. ecce.

d ¶ per manus.] Sed nunqd de furioso iudicat secū dum illum statum mentis, quem habebat cū in furorem incidit? Nam si volūtatem habuit baptizandi, & incurrit furorē: valebit ei baptismus in furore collatus: alias non. extra c. maiores. § vlt. Secus in puero, quia puer non habuit voluntatem vnquam: & tamen saluabit baptizatus infra ead. quæris. e ¶ Communicati.] Idest peruncti.

Baptismus an possit conferri furioso.

† *al. dogmatibus.*

Idem de ecclesiasticis regulis, † c. 52.

¶Non reiteratur baptisma, quod in nomine sanctæ Trinitatis ministratur. Cap. XXVIII.

Burch. l. 4. c. 39. Iuo p. 1. ca. 160. & 231. ex Rhotomagensi.

SI qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis [a] confessione [b] baptizant, & veniunt ad nos; recipiantur quidem ut baptizati, ne sanctæ Trinitatis inuocatio, vel confessio annulletur: sed doceantur integre, & instruantur, quo sensu sanctæ Trinitatis mysterium in ecclesia teneatur, & si consentiunt [c] credere, vel acquiescunt confiteri; purgati iam fide integritate confirmentur manus impositione. Si vero paruuli sunt, vel † hebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis, qui eos offerunt, iuxta morem † baptizandi. Et sic per *a* manus [d] impositionem chrismate communicati, [e] Eucharistię [f] mysterijs admittantur.

† *al. &*

† *al. nomen*] orig.

a ¶ Per manus impositionem] *In originali est,* Et sic manus impositione, & chrismate communiti, Eucharistiæ, &c. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Idem ad Orosium in libro 65. quæst. dialog. quæst. 59.

Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 160. Pann. l. 1. c. 28.

QVamuis vnum baptisma sit, & hæreticorum (eorum scilicet, qui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti babtizantur,) & ecclesiæ catholicæ; tamen quia foris, & extra ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem, [g] sed ad perniciem, habentes nimirum formam sacramenti β, virtutem autem eius abnegantes. Et ideo eos ecclesia non rebaptizat, quia in nomine Trinitatis [h] baptizati sunt. Ipsa est profecto forma sacramenti. Ideo, cum reuersi fuerint, accipiunt virtutem spiritus sancti, quem † ij, qui extra ecclesiam baptizantur, nondum habent.

† *al. quam.*

β ¶ Formam sacramenti.] *Ita etiam apud Iuonem. In originali est,* habentes quidem speciem pietatis, uirtutem tamen eius abnegantes. *& rursum.* Animales, inquam, spiritum non habentes. *Et idcirco eos ecclesia, &c, Vtitur autem B. Pauli uerbis* 2. *Tim.* 3 *& Iuda apostoli, c.* 1.

Item Pelagius Papa Gaudentio episcopo.

inf. c. multi sūt Iuo p. 1. c. 161. Pann. l. 1. c. 62. S. T. 3. quæstio. 66. ar. 6.

¶ Baptizantur qui tantum in nomine Domini baptizati probantur. Cap. XXX.

SI reuera hi de hęreticis, qui in locis tuæ dilectioni † tui cinis commorari † dicuntur, solummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forsitan confitentur; [i] sine cuiusquam dubitationis ambiguo, eos ad catholicam

† *al. destinatis vicinis.*] Iuo. † *al. cōmorari*

i ¶ Confitentur.] Hic creditur eis pro se, quia nulli fit præiudicium. 2

Baptismus non datur paruulis.

Corpus Domini nō datur paruulis.

Q Vamuis.] CASVS. Dicit hic, quod licet unum sit baptisma hæreticorū baptizantium in forma ecclesiæ, & catholicorum, tamē qui extra ecclesiam baptizātur, gratiam Dei non cōsequuntur: & ideo si ad fidē reuertūtur, reconciliari debent, & non rebaptizari.

g ¶ Ad salutem.] Hoc dē illis, qui scienter ab hæreticis baptizātur, & eorū errores imitantur: sed in necessitate mortis melius esset à talibus baptismum accipere q̄ sine perceptione talis sacramenti decedere: [1] quia si euaserint manus impositionem, & cætera quæ sequūtur in catholica ecclesia recipiunt, vt inf. ea. sanctum est. in fin. paruulis hoc non nocet. 1. q. 4 placuit.

h ¶ Trinitatis.] 1. patris & filij & spiritus sancti supr. ead pg.

SI reuera.] CASVS. Quidam erant ab hæreticis baptizati. quærebatur vtrum rebaptizari debeant? Et respondetur: si dicunt se baptizatos tantum

2 Q̄ dic ut l. & no inf ea. placuit de in fantibus

Decret. Grat. ps iij. AAAAAA 3 Solet

Olet etiam.] Hæc est 4. distin. secundum Ioan. de Fan.
CASVS. Tres quęstiones mouet Augustinus in hoc cap. prima est, an aliquis sit baptizatus, qui baptizatur ab aliquo non baptizato. secunda est, an fictus accedens ad baptismum, suscipiat baptismum. Tertia est, an ille baptismum suscipiat qui mimice & iculariter baptizatur. Has qõnes per ordinem præmittit Augustinus: & postea soluit primam & secundam, dicens in vtroq. casu baptisma esse collatum, licet sine charitate non possit ad salutem prodesse, quod probat auctoritate Apostoli. Quæstionem vero tertiã insolutam dimittit, dicẽs ad eius solutionẽ diuinum responsum per alicuius reuelationem esse necessarium, & ꝙ de hoc vellet audire sententias aliorum. Ergo [Solet etiã quæri, &c. [Nequaquã,] prima solutio [Sicut iam.] Secunda solutio [Dum ea,] idest, iusta.
a ¶ Quod ab eo.] Supra e. dist. Romanos.
a ¶ Intersit.] Quo ad sacramentum, ut infra ead. sicut.
c ¶ Fallẽs.] Cũ dolo.
d ¶ An iocans.] Tertia quæst.
e ¶ Non præcedentibus,] i. super hoc dicẽtibus prius bonis viris plenis meritorum.
f ¶ Nequaquã.] Soluit primam qõnem.
g ¶ Simulatione.] maxime.
h ¶ Fidem.] Sed quomodo possum habere talem fidem, & nõ charitatem, cum qui habet vnam virtutẽ, habeat & omnes? de pę dist. 5. cap. vlt. Non possem quidem nisi miraculose*, secundum ꝙ mali etiã miraculose ꝓphetizant. 1. q. 1. prophetauit. Vnde caute dixit. si .n. habeam, &c.
i ¶ Montes transferam.] Intellige montes dupliciter. Vel ad litteram, sicut de B. Benedictio Vel, montes, idest, dæmones, à patientibus.
K ¶ Sicut iam.] Soluit secundam quæstionem.

Virtutes omnes habet q vnã habet.

Fides potest habe ri sine charitate & est vera fides, quis non vera virtus.

Conc Tr. sess 6. ca. 15. & ca. 28.

l ¶ Fallaciter.] Supra 22. q. 2. nec artificio supra 1. q. 1. sicut ficti supra dist. 27. quod interrogasti.
m ¶ Dictum est.] a Ioanne.
n ¶ vbi.] Tertiam insolutam dimittit.
o ¶ Implorandum.] Hæc quæstio alibi videtur determinata,

fidem venientes in sanctæ Trinitatis nomine baptizabis. Sin vero apud dilectionem tuam eorum, qui conuerti uolunt, manifesta confessione claruerit, q in nomine Trinitatis fuerint baptizati; sola reconciliationis impensa gratia, catholicæ sociare fidei maturabis: ut tali dispositione seruata nihil aliter, quàm quod Euangelica iubet auctoritas, temeritatis cuiusquam spiritu videatur effectum.

Item Augustinus de unico baptismo, lib. 7. c. 53.

¶ An approbetur baptisma quod à non baptizato præstatur. Cap XXXI.

Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 162.

4 Solet etiam quæri, utrum approbandum sit baptisma, quod ab eo, [a] qui non accepit, accipitur; si forte hoc curiositate aliqua didicit, quemadmodum dandum sit, & utrum nihil intersit [b] quo animo accipiat ille, cui datur, cum simulatione; an sine simulatione, si cum simulatione, vtrum fallens, [c] sicut in ecclesia, vel in ea, quæ putatur ecclesia; an iocans, [d] uelut in mimo [α]. *& infra.* ¶ Veruntamen si quis forte me in eo concilio constitutũ, vbi talium rerum quæstio uersaretur, non præcedentibus [e] meritis [β], quorum sententiam sequi mallem, vrgeret vt dicerem, quid ipse sentirem; si eo modo affectus essem, quo eram, cum ista dictarem, nequaquam [f] dubitarem habere eos baptismum, qui vbicumque, & à quibuscumque illud verbis Euangelicis consecratum sine sua simulatione, [g] & cum aliqua fide accepissent: quamquam eis ad salutem spiritualem non prodesset, si charitate caruissent, qua catholicæ insererentur ecclesiæ. [Si enim habeam, inquit, fidem [h] [γ], ut montes transferam, [i] charitatem autem non habeam, nihil sum;] sicut iam [k] prçteritis maiorum statutis non dubito etiam illos habere baptismum, qui quamquam fallaciter [l] id accipiant, in ecclesia tamen accipiunt; vel ubi putatur esse ecclesia ab eis, in quo rum societate id accipitur; de quibus dictum est: [m] [ex nobis exierunt.] Vbi [n] autem neque societas ulla esset ita credentium, neque ille, qui ibi acciperet, ita crederet, sed totum ludicre, & mimice, & iculariter ageretur; utrum approbandus esset baptismus, qui sic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum, concordi oratione, & impensis supplici deuotione gemitibus implorandum [o] esse censerem, ita sane, ut post me dicturos sententias sit† quid iam exploratum, & cognitum afferrent, humiliter expectarem.

1. Cor. 13.

1. Io. 2.

† ne quid] or.

α ¶ Velut in mimo.[*Hic apud B. Augustinum & Iuonem multa sunt interiecta, quæ ad sequentia percipienda operæ pretium fuerit legere*

β ¶ Meritis. *In originali & apud Iuonem est,* talibus. *Sed ob glossam non est mutatum. Multa vero alia emendata sunt.*

γ ¶ Habeam, inquit, fidem.] *Sine charitate potest haberi vera fides sed non vera fidei virtus. Aliud est enim vera fides. aliud vera virtus: prout docuit B Thomas 2. secundæ, quæst 4. art. 5. Quod*

Baptizãs debet habere intẽtionẽ baptizandi. 1 Hoc probat Aug. dicit, ꝙ intentio requirit ad omne sacramẽtũ, & sine intentione nihil fit in sacramento. Arch.

minata, vt 1. q. 1. §. ecce nam etiam inuitus qs baptizatur, vt 45. dist. de Iudæis. Ad hoc dico ꝙ si baptizãs intendit baptizare, qualemcunque intẽtionem baptizatus habeat, recipit sacramẽtum, sed si non intendit baptizare, licet verba proferat, non est baptizatus, 1 q1 ver. *auctor glossæ videtur non satis percepisse.*

mo, quia sicut baptizatus ab ecclesia transiens ad hęresim non amittit baptisma, sic nõ amittit ordinẽ illum in quo habet officiũ baptizandi. Secundo probat ꝙ nõ, ducendo eos ad inconueniens, nã cũ fictus accedit ad baptismũ, aut dimittuntur ei peccata, aut non: si dimittuntur: ergo falsum est quod dicitur, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Si non dimittuntur, qđ verũ est: ergo homo sæpe baptizaretur, & verum baptisma reciperet, nec tamen peccata dimitterentur, quod fatuum esset dicere, & ita sine remissione peccatorum verum baptisma suscipitur.
a Impie.] Nam iniuria fit sacramento. extra de apost. ex litterarum.
b Orbis.] Idest, ecclesiæ, quæ diffusa est per totum orbem. 1
c Vnitatem.] Idest, illos qui baptizati sunt ab hæreticis in vnitate ecclesię, idest, in forma ecclesiæ, quæ est: Ego baptizo te in nomine patris, & filij & Spiritus sancti, supra eo. c proprie.
d Sacramentum.] Idest, potestas & ordo supra 1. quæst. 1. quod quidam. & cap. sicut Christus.
e Iniuria.] Iniuria videtur fieri sacramento, si secũdo baptizaretur vel ordinaretur quia videt fieri quasi iam non fuisset baptizatus vel ordinatus, vt 1. q. 1. sacramenta. tamen pœnitentia bene iteratur, licet sit sacramentũ. de pœ. dist. 3. quouis. §. quod autem per pęnitentiam. Similiter vnctio in quibusdam ecclesiis. sup. de pœn. distin 3. quamuis.
ADDITIO. quod no. 48. dist. §. quod ergo. & 95. distin §. sed istud. & extra de secun. nupt. vir autem. ibi videas.

1 Vt 24. q. 1. loquitur & 21. dist. quis & hoc qđ hic dicit faciebant Donatistę & Nouatiani, qui rebaptizabant catholicos ad eorum hęresim transeuntes. 24. q. 3. quidã ver. Nouatiani. & ver. Donatistæ. Archid. Pęnitẽtia licet sacramentum sit, bene iteratur.

Item libro 1. contra Donatistas. c. 1.

¶ Non reiteratur baptisma, quod in fide sanctæ Trinitatis in hæreticis præstatur. C. XXXII.

Iuo ibidem.

5 Ostenditur illos impie [a] facere, qui rebaptizare conantur orbis [b] vnitatem, [c] & nos recte facere, qui Dei sacramenta improbare nec in ipso chrismate audemus. In quo enim nobiscum sentiunt, in eo etiam nobiscum sunt. In eo autem à nobis recesserunt, in quo à nobis dissentiunt. *Item paulo superius.* ¶ Sacramentum [d] baptismi est, quod habet, qui baptizatur, & sacramentum dandi baptismi est, quod habet, qui ordinatur. Sicut autem baptizatus, si ab vnitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit, sic etiam ordinatus, si ab vnitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli enim sacramento iniuria [e] facienda est. Si discedit [f] à malis, vtrumque discedit, si permanet in malis, vtrumque permanet. Sicut † ergo acceptatur baptismus, quem non potuit amittere, qui ab vnitate discesserat, sic acceptandus est baptismus, quem dedit ille, qui sacramentum dandi, cum discederet, non amiserat. *Idem eodem libro, c. 12* ¶ Si ad baptismũ fictus accessit, dimissa sunt ei peccata, an non sunt dimissa? Eligant quod volunt, vtrumlibet elegerint, sufficiet nobis. Si dimissa dixerint, quomodo ergo Spiritus [g] sanctus disciplinæ effugiet fictum, si in isto ficto remissionem operatus est peccatorum. Si dixerint non esse dimissa, quæro si postea fictionem suam corde concusso, & vero dolore fateretur, an denuo baptizandus iudicaretur? Quod si demenitssimum est dicere, fateantur vero baptismo Christi baptizari posse hominem, & tamen cor eius [h] in malitia, vel sacrilegio [i] perseuerans peccatorum abolitionem non sinere fieri, atque ita intelligat in communionibus [k] ab ecclesia separatis posse homines baptizari, ubi Christi baptismus eadem sacramenti celebratione datur, & sumitur, qui tamen tunc prosit ad remissionem peccatorum, cum quis † reconciliatus vnitati, sacrilegio [l] dissensionis exuitur, quo eius peccata tenebantur, & dimitti non sinebantur.

Pan. l. 1. c. 87.

† al. Si

Sent. 4. dist. 4.

Sap. 1.

† al. quisque

Idem in epistola 23. ad Bonifacium.

inf. ea. quæris. Sentẽ. 4. dist. 6. Pan. l. 1. c. 95. Poly l. 3. tit. 10. Iuo p. 1. c. 171.

† al. Nec

¶ Valet ad salutem baptisma, & si non ea fide paruuli offeruntur. C. XXXIII.

6 Non† illud te moueat, quòd quidam non ea fide

verba debent seruire intentioni, vt 22. quæst. 5. humanæ. argumen. ad hoc inf ead. retulerunt. Nam qui ioco, vel ludendo dicunt talia uerba, spondes? spondeo: non obligant sibi alios, vt ff. de actio. & oblig. obligationum, in fin. & dic vt dicto § ecce.
Ostenditur.] Hæc est quinta pars distin. secundum Io. de Fant.
CASVS. Quidam dicebant baptizatos ab hæreticis iterum baptizandos, si ad ecclesiam reuertuntur, & hoc ideo, quia peccata non fuerant eis dimissa. quos Aug. in hoc c. reprehendit, & probat ꝙ nõ, duplici rõne. Pri-

f Discedit.] Quasi dicat, si alterutro istorum sacramentorum malos carere dicis, dicas carere & reliquis.
g Spiritus sanctus disciplinæ.] Idest, spiritus disciplinans & instruens.
h Cor eius.] infra ea. quomodo contra.
i Sacrilegio.] infra ead. distinct. nullus autem. &c. tunc valere.
K In communionibus.] idest, in conuentibus.
l Sacrilegio.] idest, sacrilegii dissensione.
Non illud] Hæc est sexta pars distinct. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam dicebant, ꝙ paruuli non erant baptizati si offerebantur ea intentione vt sanitatem corporis reciperent, & non ut consequantur gratiam Dei. Et certe dicit Aug ꝙ non ideo minus paruuli sunt baptizati, nec nocet eis si ea intentione offerantur. non enim propterea non regenerantur, sed regenerantur.

a ¶Sanitatem.] extra de apostat. c 2.

b ¶Intentione.] Error enim talis nō nocet paruulis inf. cap. satis ostendimus intelliguntur enim offerri ab ipsa ecclesia, vt inf. e. quæris à me.

BAptismi vicem] Hæc est 7 pars dist. in qua probat tripliciter esse baptismum, & hoc probat per quatuor c. Io de Sant.

CASVS. probat Aug. in hoc ca ꝙ quamuis ad baptismū duo sit necessaria, s. sacramētū baptismi, & fides Christi: si vnū deficit ex necessitate, reliquum sufficere pōt: qd apparet in latrone: cui Dominus peccatum dimisit in cruce. Et per illū probat Cyprianus, quod passio cum fide, in casu valet; quod probatur auctoritate Apostoli: sicut & econuerso in paruulo, qui non potest credere corde, nec confiteri ore, sufficit sacramentum: si uero alterum prædictorum alicuius volūtate desit, propter cōtemptum suū reatus eum inuoluit B.

c ¶Baptismi.] CASVS. Quidam per illā auctoritatē. Nisi quis fuerit renatus, &c. dicebant, ꝙ semper baptismus aquæ esset necessarius, quorū opinionē reprobat Aug. exemplo latronis, cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso.

d ¶Cyprianus.] Etiam in testimonium inducēs, dicit ergo baptismi defectū supplere passionem, vt in illo latrone: vel fidem cōuersi vbi necessitas baptismum excludit, sicut in puero sufficit aquę baptismus s. lusqa ętatis necessitas fidē excludit: ita similiter adulto sola fides sufficit, cū necessitas excludit aq̄ baptismū. e ¶Baptismo.] Baptismus consistit in tribus, in aqua, in passione, & in cordis contritione.

f ¶Sed etiam fidem] infra ead. catechumenum. contra. Sed hic de fide informata charitate: ibi de informi. 1. q. 1. vide.

g ¶Crucifixus est,] supra de pœni dist. 1. importuna. contra, sed dicitur ibi martyr, id est, cōfitens. Martyr enim interpretatur confitens, de hoc 50. dist. & purgabit, si tamen passus est pro Christo.

h Credidit.] sup. de pœn. dist. 7. nullus.

i ¶Apostolus.] in epistola ad Romanos.

k Corde.] id est, fide, quæ est in corde, id est, mēte creditur quisquis: quod est ei ad remissionem peccatorum. id est, per fidem cordis iustificatur aliquis, id est, de impio fit pius.

l ¶Necessitatis.] poterit quis seipsum in necessitate baptizare? non contra de bapt & eius esse debitum. ar. inf. ea sanctū. ibi, nec aliquis, &c. Nihil enim prodest ei, vt de pœnitente, qui sibi peccata non pōt confiteri, nec seipsum reconciliare. Item nunquid alio liquore ab aqua? Nō. nunquid si permista sit alij liquori fit baptismus? si aqua prævalet, baptizatur, aliàs non. 4 q. 3 c hermaphroditus.

m ¶Credere.] sup. 15. q. 1. §. vt itaque.

n Respondere.] inf. ead nihil est aliud.

Iuo q. 1. placuit. Burch. l. 4. c. 8. Iuo p. 1. c. 75 & 203. Pann. l. 1. c. 39.

ANte viginti f dies g baptismi ad purgationem exorcismi h catechumeni concurrant, in quibus viginti diebus omnino symbolum, quod est, Credo in Deum patrem omnipotentem, spiritualiter † i doceantur.

† *Spiritali vera lectio.*

Item ex concilio Agathensi, c. 13.

¶ Quo tempore competentibus symbolum est prædicandum. C. LVI.

Burc. l. 4. c. 29. Iuo p. 1. c. 223.

SYmbolum etiam placuit ab omnibus ecclesijs vna die, id est, ante octo dies Dominicæ resurrectionis publicè in ecclesia competentibus k prædicari.

Item Nicolaus Papa.

¶ In vnaquaque ecclesia, baptizandi catechizari possunt. C. LVII.

Iuo p. 1. ca. 82. Pann. l. 1. c. 40.

CAtechismi baptizandorum à sacerdotibus vniuscuiusque ecclesiæ non fuerunt baptizati. Ioan.

Siue paruuli.] Hæc est 11. pars dist. in qua probatur per 19. c. quòd catechismus debet præcedere baptismã. Ioan. de Fan.

e Siue paruuli.] De præcedenti solennitate baptismi subiungit, scilicet de exorcismo & catechismo.

Exorcismi effectus.

e Siloe.] Fons est. & interpretatur missus est, quia Christus in quo baptizamur, missus est 23 dist. episcopus. Ioan.

Siloe est fons.

ADDITIO. Vel dic, q̃ Siloe interpretat fons luminis, secũdũ Papi.

f ANte viginti.] Supra 10 q. 1. placuit.

g Dies.] In mediana hebdomada cũ cantatur, Sitientes, sup. dist. 63 principali.

h Exorcismi.] Idest, adiuratione. exorcizare, ideſt adiuuare.

Exorcizare qd sit

i Spiritualiter.] Sufficit, quòd sensum retineant. ff. de leg. l. scire leges. 1. quæstio. 1. Marchion.

k SYmbolũ.] Cõpetentibus.] i. intellectũ discretionis habẽtibus vel cupientib cõpetentes quidem appellãtur, q libero arbitrio vtẽtes, pœnitẽtiã ab ecclesia accipiũt, vt sint digni accedere ad catechismũ, deinde ad baptismi sacramentũ, ut 25. dist. audire.

Competẽtes, qui dicantur.

CAtechismi.] Catechismus Græce, latine dicitur instructio,

structio, vnde catechizare, ideſt, inſtruere. Arch.

a Vniuſcuiuſque eccleſiæ.] Hoc in multis locis ſit ſed in primo, & vltimo ſcrutinio omnes conſueuerunt venire ad eccleſiam baptiſmalem H.

b Baptizandos.] Reddere.] Vulgariter loquitur, quaſi dicat, memoriter ſine inſpectione libri dicere. ſic infr. eadem proxi. Archid.

c Non liceat ante duas.] Tantum: 1 quia ante duas, & ante tres, &c. cũ aliàs duo continentur in tribus. ff. de arbit. diẽ. § ſi plures.

d Baptizandi nomẽ ſuũ dent.] In ſcriptis. hodie non tenet hoc. Et quod dicit, abſtinentia, conſilium eſt, & ita non eſt contra infr. ead. ſine pœnitentia.

e Et diu.] Intra vigiti dies ſupra eadem ante.

f Examinatione.] qa infidelis non recipietur ſine examinatione infr. ead. Iudæi. & c. ne quod abſit.

g Poſtquam.] Per abrenunciationem.] ſup. diſt. 1. eccleſiaſticarum.

h Se alienauerit.] Idett, alienari incęperit infr. ead. ſiue paruuli.

i Sicut noſtis.] Quæ decepit.] Et ideo fuit reſtitutus, nã deceptus, &c. ff. ad Velleia. l. 1.

K Creatura.] Nec diabolus inquantum eſt creatura, ſed inquantum eſt vitioſus. 23. di ſtinct. quòd epiſcopus ordinandus eſt.

l Poſtea ſignaſ.] Ideſt, poſt exſufflationẽ interemptionis.

m Suæ interemptionis.] ideſt, ſignaculum ſanctæ crucis, p quod eſt interemptus, ut dixit diabolus de quodam Iudæo, qui ſupra ſe fecerat ſignum crucis: Inueni vas vacuum, ſed bene ſignatum.

n Alienum.] Ideſt, alienãdum. Sed ideo dicit, alienum: quia in proxi. & ca. 23. q. 1. paratus.

Ergo nõ incipiunt ſcrutinia in quarta feria poſt Dñicam, qua cantatur, Lætare Hieruſalem, Hug.

Diabolue crucem timet. q

que eccleſiæ [a] poſſunt fieri, ſicut in ſancta hac Romana eccleſia (cui, Deo auctore, miniſterium famulatus noſtri exhibemus) ſolenniter fieri comprobantur.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 46.

¶ De eodem. C. LVIII.

Baptizandos oportet fidei ſymbolum [α] diſcere, & quinta feria vltimæ ſeptimanæ vel epiſcopo, vel presbyteris reddere. [b]

Burc. l. 4. ca. 9. Iuo p. 1. c. 205.

α ¶ Fidei ſymbolum.] *Eſt priſca verſio, & ſententiam ſat bene reddit. Hoc autem loco græce eſt,* τὴν πίστιν.

Item ex concilio Martini Bracharenſis, c. 49.

¶ De eodem. C. LIX.

Non liceat ante duas [c] ſeptimanas Paſchæ, ſed ante tres ad baptiſmum ſuſcipere aliquem. Oportet autem, vt in his diebus hi, qui baptizandi ſunt, ſymbolum diſcant, & in quinta feria nouiſſimæ ſeptimanæ hoc epiſcopo, vel presbytero reddant.

in capi. ſynod. græcarum.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 85.

¶ Antequam baptizentur, quilibet ſunt examinandi. C. I X.

Baptizandi nomen ſuum dent, [d] & diu [e] ſub abſtinentia vini, & carnium ac manus impoſitionis † crebra examinatione [f] baptiſmum percipiant.

Burch. l. 4. c. 11. Iuo p. 1. c. 206. † *al. impoſitio ne crebra examinati.*

Item Rabanus de inſtitutione clericorum, lib. 1. c. 27.

¶ Baptizandi quare exorcizantur, & exſufflantur. C. LXI.

Poſtquam ſe baptizandus per confeſſionem veræ fidei in alterius commendauerit dominium, & per abrenunciationem [g] à prioris poſſeſſoris ſe alienauerit [h] ſeruitio, exſufflatur ab eo ſęuo poteſtas, vt per pium ſacerdotis miniſterium ſpiritui ſancto cedat fugiens ſpiritus malignus.

Iuo p. 1. c. 90. Pan. l. 1. c. 41.

Item Auguſtinus de ſymbolo, lib. 1. c. 1.

¶ De eodem. LXII.

Sicut noſtis, fratres cariſſimi, & paruuli exſufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decepit [i] hominem, vt poſſideret homines. Non ergo creatura [k] Dei in infantibus exorcizatur, aut exſufflatur, ſed ille, ſub quo ſunt omnes, qui ſub peccato naſcuntur.

Sent. 4. diſt. 6. Iuo p. 1. c. 94. Pan. l. 1. c. 42.

Item Rabanus de inſtitutione clericorum, lib. 1. c. 27.

¶ Quare ſignetur baptizandus in corde & fronte. C. LXIII.

Poſtea ſignatur [l] baptizandus ſignaculo ſanctæ crucis tam in fronte, quàm in corde, ut ab eo tempore ipſe apoſtata diabolus in uaſe ſuo priſtino, ſuæ interemptionis [m] cognoſcens ſignaculum, † iam ſibi deinceps illud ſciat eſſe alienum. [n]

Iuo p. 1. c. 95. Pan. l. 1. c. 43.

† *al. ſignum.*

Idem ibidem continuo.

¶ Quare ſuper eum orationes dicantur. C. LXIV.

Ex hinc iam dicuntur ſuper eum orationes, ut fiat catechumenus. Tunc datur baptizando ſal benedictum in os, vt per ſal typicum, [o] ſapientiæ ſale conditus fœtore careat [p]

Iuo p. 1. c. 97. & 99. Pan. l. 1. c. 44.

a Sal cæleſtis.] ¶ Offerre.] myſtice. Ceſſat ergo ritus obſeruatio legis litteralis extra d ꝓpti trãslato.

Exorciſmi fiunt tribꝰ diebꝰ.

b Dehinc.] Mediana hebdomada tribus diebus fiunt exorciſmi. Secũda, iterum tribus, ut ita non reſtet in uigilia Paſchæ niſi ſola immerſio: ſecũdum.

c Ex hinc.] Typicum.] Ideſt, figuratiuum.

o Careat.] Ideſt, quod per ſalem ſignificatur. a Sal

p Iniquitatis, & nec à vermibus peccatorum ultra putrefiat, ſed magis illæſus ſeruetur ad maiorem gratiam percipiendam.

Item Beda in Eſdram, lib. 2. c. 9.

¶ *Antea citabatur in libros Regum.*

¶ Quare ſale inicientur Catechumeni. Cap. CXV.

Iuo p. 1. c. 110. Pann. l. 1. c. 45.

Sal cæleſtis ſapientiæ, quo initiantur catechumeni, in cunctis operum noſtrorum ſacrificijs iubemur offerre. [a]

Item Rabanus, de inſtitut. cleric. lib. 1. c. 27.

¶ Quare iterum exorcizentur. Cap. LXVI.

Iuo p. 1. c. 102. Pann. l. 1. c. 46.

De hinc [b] iterum exorciꝛatur diabolus, ut ſuam nequitiam agnoſcens, & iuſtum ſuper ſe Dei iudiciũ timẽs recedat ab homine, nec iam contendat eum arte [c] ſua ſubuertere, nec baptiſmum conſequatur: ſed magis honorẽ Deo creatori ſuo exhibens reddat opus factori ſuo.

Item Gregorius Papa in homilia 29. Euangel.

¶ Sacerdotes exorcizando dæmonia repellunt. Cap. LXVII.

Iuo p. 1. c. 103. Pann. l. 1. c. 47.

Sacerdotes cum per exorciſmi gratiam manum credenti bus imponunt, & habitare malignos ſpiritus in eorſum mente contradicunt, quid aliud faciunt, niſi dæmonia eijciunt?

Item Rabanus de inſtitut. cleric. lib. 1. c. 27.

¶ Quare de ſaliua nares, & aures tanguntur. C. LXVIII.

Iuo p. 1. c. 104. Pann. l. 1. c. 48.

Mar. 7.

Poſtea tanguntur ei nares, & aures cum ſaliua: & dicitur ei verbum illud Euangelicum, quod Ieſus dixit qñ ſurdum, & mutum ſanauit, tangens cum ſputo linguam eius, & mittens digitos in auriculas eius dixit: (Effeta, quod eſt, adaperire.) Hoc enim ſacramentum hic agitur, ut per ſaliuã typicam [d] ſacerdotis, & tactum, ſapientia, & uirtus diuina ſalutem eiuſdem catechumeni operetur, ut aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitię Dei, ut aperiantur illi aures ad audiendum mandata Dei, ut [α] aperiantur ei ſẽſus in intimo corde ad reſpondendum.

α ¶ Vt aperiantur.] *In originali, & apud Iuonem legitur,* ad audiendum mandata Dei, ſenſuque intimo cordis reponendum.

Item Ambroſius de Sacramentis, lib. 1. cap. 1.

¶ Quare nares, non ora baptizandorum epiſcopus tangit. Cap. LXIX.

Iuo p. 1. c. 106. Pann. l. 1. c. 49.

Propter gloriam † [e] muneris, [f] & operis [g] non os tangit [h] epiſcopus ſed nares. Quare nares? vt bonũ odorẽ accipias pietatis æternæ.

Item Rabanus de inſtit. cler. l. 1. c. 27.

d ¶ Typicam.] ideſt, figuratiuam ſapientię Dei. Per digitum Dei intellige dona ſpiritus ſancti.

Verſus circa materiã baptiſmi.

Eſt caro noſtra lutum: patris ſapientia ſputum.
Creditur humanũ genus hoc medicamine ſanum.

e Propter gloriã.] ideſt, gloriosũ munus Euchariſtię, & gloriosũ opus prædicationis. Quid pronaque cum ſpectent animalia cetera terram,
Os homini ſublime dedit, cælumque videre.
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Homo eſt digniſſima creaturarum.

Ouidius.

Et nihil turpitudinis debet infligi faciei. C. de pœn. ſi quis in metallum Arg. contra extra de cri. fal. ad audientiam Glorioſius quippe & excellentiſſimum in humano corpore hominis os deprehenditur: per quod Deus glorificatur & benedicitur & prędicatur. In ſignum ergo tanti muneris, & operis dignitate non tangitur os cum ſaliua.

Facies humana nõ eſt detur pauda.

f ¶ Muneris.] ideſt, corporis Domini, & ſanguinis, quod eſt munus excellentiſſimum.

g ¶ Et operis.] ideſt, prędicationis ante enim quàm quis baptizetur, nec ad corpus Domini ſumendum, nec ad prædicationis officium gerendum eſt idoneus. Vnde nec debet quis ante baptiſmum corpus Chriſti ſumere: nec prædicationis officium gerere: nec debet ei credi hoc uel illud, vnde in Euangelio Ioannis, Ieſus non credebat ſe illis, ſcilicet infidelibus.

Baptiſmo carens neque corpꝰ Dñi ſumat: neq; prædicet.

h ¶ non os tangit.] ad oſtẽdẽdum ꝙ non prius credẽdũ eſt homini, quam odor famæ ſuæ pceſſerit, de cau

dum hoc exorciſmi uariantur.

e ¶ Arte.] i. dolo. ſic exponitur 22. q. 5. quacumque.

Poſtea tãguntur.] CASVS Dicitur in hoc cap. ꝙ perfectis orationibus ſupra dictis tãgunt ſacerdotes nares & aures baptizãdi cum ſaliua, dicendo illa

sa unctionis habetur extra de sac.vnc.cũ venisset. Io.
DEinde a sacerdote.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ peractis oĩbus supradictis vngitur baptizandus in pectore oleo sanctificato cũ inuocatione patris, & filij & spiritus sancti, vt mens eius cõfortetur in fide. Vngitur eodem oleo inter scapulas, ut undique muniatur, & ad bona opera facienda per Dei gratiam roboretur.
a ¶ Deinde.] idest, postquam est baptizatus. Vnde finis c. debuit esse principium. Io.
VEnit sacerdos.] CASVS. primo dicitur in hoc c. quid facere debeat sacerdos cum ad fontem baptismatis primo uenit. Secundo dicitur, quod ubi homo baptizatur secundum formam Euangelicam, adest pręsentia Trinitatis, operatur Dei filius, descendit spiritus sanctus. Sed in baptismo Christi propter incredulos descendit in specie uisibili, qui similiter in Apostolos descendit propter hoc in linguis igneis. nos autẽ non percipimus eum uisibiliter, sed per fidem.
b ¶ primo.] idest, olim in baptismo Christi.
c ¶ Descendit.] in specie columbæ. 1
d ¶ Sed per fidem.] ut legitur de pæ. dist. 2. quærendum & c. pẽnata animalia. Io.
1 De hoc supra ea. ca. aliud. Hu.
SI non sanctificat.] Hæc est 12 pars distin. secundum Io. de Fan.
CASVS. Quidam presbyteri qñ aquam baptismatis benedicunt vitiosas preces p imperitiam proferunt. quare quæsitum fuit ab Aug. utrum ualeat benedictio non obstante uitio locutionis, uel quæ hæresim sapit? & certe probat Aug. ꝙ valet, nã si aliqs fuerit baptizatus in forma ecclesiæ in aqua vbi fuerunt dictæ preces: ille tñ non iteratur baptismus, & hoc qa precantis affectus superat vitiosam locutionem. & hoc fit per verba Euangelica, sine quibus baptisma fieri nõ potest. Nam si hæreticus in forma ecclesiæ baptizat: qui charitatis affectum non habet: licet preces offerat vitiosas: tamen vere baptizat. Idem etiam est in quolibet malo sacerdote, qui cum forma baptismi profert preces vitiosas ab hæreticis vel ab aliis compositas. [Quid ita,] idest, cur ita est? quasi cur nõ iubetur denuo? [quia plerũque, &c.] nam vtique hæc locutio suspensiue est vsque ibi, [nec tamẽ.] Si [.i. quãuis.
e ¶ Si nõ sanctificatur] pone casum per illa c. inf. ead. dist. retulerunt. & sup. dist. 38. sedulo.
f ¶ Contra catholicã fidem] .i. contra rectam verborum formam in ecclesia catholica constitutã. Vel est dicit, baptizo te in nomine Trinitatis, & diaboli. Vel dic ꝙ ADDITIO. Hoc etiam fuit dictum Lau. Vel dic contra fidẽ, i. contra bonos mores, q̃ scilicet sapiunt hęresim. immo sed sacerdos simplex imperitus sic nõ intelligit, immo credit eas sanũ & rectũ intellectũ cõtinere. Io. de Fã.
g ¶ Affectus.] idest, bonitas hominis superat vitium locutionis. q.d. non, sed potius verbum Christi.
h ¶ Nam vtique.] probat ꝙ vitium precũ pp affectũ bonũ non emendatur in baptismo: sed verbum Christi operatur virtutẽ. nam hæreticus bonum affectum non habet, & quamuis vitium precum afferat, non tamen minus baptismus suum effectum habebit, quia tantum valent illa certa verba Euãgelii, vt quantumcumq; preces aliæ vitiosæ sint, formam tamen à Christo institutam non possint euacuare, immo potius quantum spectat ab baptismum omnes euacuentur ab euangelicis verbis, & hoc est, nam vtique.

¶ Quare a sacerdote inunguntur. Cap. LXX.

DEinde a † sacerdote inungitur, ut sacrum baptisma cũ fide accepta custodiatur. Vngitur tunc illius pectus de oleo sanctificato cum inuocatione sanctæ Trinitatis, ut nullæ reliquiæ latentis inimici in eo resideant: sed in fide sanctæ Trinitatis mens eius confortetur. Vngitur & inter scapulas de eodem oleo, ut undique muniatur: & ad bona opera facienda per Dei gratiam † roboretur *Item c.28.* ¶Cõsecratur post hæc fons: & ad ipsum baptismum cathecumenus accedit.

Iuo p.1.c 108. Pann.l.1.c.50. † al. benedictione sacerdotali munitur. † al. gloriam. Iuo p.1.c.52. Pann l.1.c.52.

Item Ambrosius in lib. 2. de sacramentis, c. 5.

¶ Quomodo fontem baptismi Trinitatis præsentia consecrat. C. LXXI.

VEnit sacerdos ad † fontem: dicit precem; inuocat patris nomen, pręsentiam filij, & spiritus sancti; vtitur uerbis cęlestibus. Cęlestia uerba, quę Christi sunt. Pręsentia Trinitatis adest, operatur sermo ęternus, ubi descendit spiritus, primo [b] quasi columba descendit, [c] ut increduli uocarentur ad fidem. In principio signum debuit esse: in posterioribus debet esse perfectio. Apostolis enim spiritus sanctus datus est in igneis linguis propter incredulos: nobis iã in plenitudine ecclesiæ non per signa, sed per fidem [d] ueritas est colligenda.

Iuo p.1.c.110. † precem dicit ad fontem. Jor.

¶ Caput hoc aliquot locis in nimias prope angustias conclusum est. Quare præstat originale ipsum adire.

Item Augustinus de unico baptismo, lib. 6. c. 25.

¶ Verba erroris per imperitiam prolata non impediunt aquæ sanctificationem. C. LXXII.

12 SI non sanctificatur [e] aqua, cum aliqua erroris uerba per imperitiã precator effundit, multi non solũ mali, sed etiã boni fratres in ipsa ecclesia non sanctificãt aquam. Multorum enim preces emendantur quotidie, si doctioribus fuerint recitatæ: & multa in eis reperiuntur contra catholicam f fidem. Numquid, si manifestetur aliquos baptizatos, cum illæ preces dictę super aquam fuissent, iubebuntur de uno baptizari? Quid ita? quia plerumque precis uitium superat precantis affectus: g & quia illa certa Euangelica uerba, sine quibus non potest baptismus consecrari, tãtum valent, ut per illa sic euacuentur, quæcumque in prece uitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum dæmonium Christi nomine excluditur. Nam vtique h hæreticus si afferat [a] precem vitiosam, nec habeat bonum charitatis affectum, quo possit illa imperitia superari, & ideo similis est ei, quicũque in ipsa catholica ecclesia inuidus & maleuolus, quales arguit illic Cyprianus, [b] afferat etiam, vt fieri solet, aliquam precem, in qua loquatur contra regulam [c] fidei (multi [d] quippe irruunt in preces non solum ab imperitis loquacibus, sed etiam ab hæreticis compositas, & per ignorantiæ simplicitatem non eas valentes discernere, vtuntur eis, arbitrantes quòd bonæ sint,) nec tamen quòd in eis quòd peruersum est, euacuat illa, quæ ibi recta sunt, sed ab eis potius euacuatur. [e]

Alg l.3.c.13. Iuo p.1.c.115. Pann.l.1.c.52. & 53.

Baptisma non vitiatur precũ vitio.

Item Augustinus ad Neophytos, homil. 3.

¶ Quid significant mysteria, quæ in fonte baptismatis celebrantur. C. LXXIII.

13 PRima igitur, & secunda prædicatione de his tantum locuti sumus, quæ vobis, priusquam ad fontem sanctum veniretis, iuxta catholicæ ecclesię † instituta tradidimus. Et quod significaret vnctio, quæ diuersis corporis nostri adhibita partibus diuersum intellectum designat (prout Dominus donare dignatus est) interpretati sumus, cum ostenderemus vos per oleum sanctificationis ad auditum plenæ fidei præparatos, & ad bonum Christi odorem vocatos, ex toto corde ad abrenuntiandum diabolo esse commonitos. Nunc vero de interioribus iam mysterijs locuturi sumus, quæ in ipso sacro fonte celebrata sunt. Emissa enim certissima cautione, [f] qua vos abrenuntiare omnibus

Iuo p.1.c.194. Pan. l.1.c.55. † al. regula. 2. Cor. 2. Sent. 4. dist. 6.

a ¶ Si afferat.] si, idest, quamuis.
b ¶ Cyprianus.] Cypriano n & lxxx epis visum est baptismũ Christi nõ posse esse apud hæreticos, vel apud schismaticos, qui etiã baptisma hæreticorũ lauacrum diaboli appellabant. sup. ea. dist. qũo. & dist. 32. § verũ.
c Regulam.] non enim debent uerba cęlestis Dei restringi sub regulis Donati 38 dist. indignum, palea est. q. d. si virtus verborum excludit dæmonium, ita & precum vitium.
d Multi] parentesis est, idest, interpositio vsque ibi non tamen.
e Euacuatur.] argu. ꝙ vtilia non vitiantur per inutilia sup. distin 37 turbat. sup. 23 q 4. quid ergo. C. de do. sancimus. sup. 1. q 1. nonne Sodomitæ & c. Dñs declarauit sup. dist 37 si quid veri. ar. tamen contra. ff. de aqua quotid. & æsti. l. 1. § item quæritur. sup. dis. 23. quorundam sup. dist 9. si ad sacras. sup. 3. q 9 pura.
e Euacuatur.] ex hoc ca. colligitur ꝙ non vitiatur forma baptismi si quid in ea apponatur superfluum, qđ admittunt quidam. 1 vt si dicatur, baptizo te in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, & diaboli. vel [Arma virumq; cano, vel quidquid sequatur baptizatus est arg contra. ff de ver. obl. quæ extrinsecus. Idem est si quid præmittatur antea formã, vt si dicãtur:] Arma utrumque cano, & ego baptizo te in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Si vero aliquid interponatur, vt si dicatur baptizo te, & Deus est in noĩe patris, & filii, & spiritus sancti, &c non est baptizatus. arg. ff. de test. hæredes palam. §. vlt. vbi distinguitur an interponatur actus extraneus. & circa hoc est omne verbũ extraneum à forma. qđ non concedo qui. n. dicit, baptizo te in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, & omnium sanctorum: non dicit, baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: quia secundũ hoc duo diceret, qđ est impossibile, & eadem ratione deberes dicere cum dicitur, non ego baptizo te in nomine patris, & filii, & spũs sancti, ꝙ esset baptizatus, q a verba baptizãdi protulit, quod patet falsũ esse. Sed pone ꝙ mutat ordinem baptizãdi, an baptizabit? vt si dicat baptizo te in nomine patris, & spiritus sancti & filii, videtur ꝙ sic. extra de rescrip. causam ar. C. de test præposteri. nec enim scripturæ obseruandus est ordo. ff. de sol. nec enim contrarium tamen dicitur arg C. de sen. & inter. l prolatã. Dico enim ordinem verborũ esse de forma. Si autem mora interponat naturalis & compendiosa, ut de respirãdo vel tussiendo vel excreãdo, nõ obest. aliàs contra. C. de test. cum antiquitas & de tempore hoc, & de actu qui interponitur, distingue per l ff de duob. reis const. duos reos. § vlt. & pe & de verb. obl continuus. nam modicum interuallum non impedit, quod tamen magis intellectu, quàm locutione, &c. ff. de sol. ratum. Et hoc etiam attendas circa formam Eucharistię. Pone enim ꝙ dicit formam panis, demum post aliquantulum spatium formam vini, nunquid transubstantiatur ibi panis, vel uinum? Resp. vt pręmisi tamẽ quæstio non procederet secundum eos, qui dicunt esse duas formas, vt notaui sup dist. 2. quia passus.

vt sequitur & idẽ tenet hic H. & istorũ fuit hæc sũia usq; ibi, q non concedo, &c. ubi adde qđ hoc fuit dictũ Io. usque ibi sed pone, &c. & secutus est ipse Ioan. magistrũ Petrũ, qui dixit ꝙ in talib non est forma seruata. Aliud est enim dicere ĩ nomine patris, & filii, & spiritus sancti & diaboli, & aliud signatur. Arch.

Pellenon debet per hoc ille vitiari.

PRima igitur.] Hæc est 13 pars dist sm Ioã de Fant. CASVS. Beneuen. sic ponit hunc casum prædicauerat August. semel & iterum nephitis & exposuerat illis de exorcismis, qui dicuntur & fiunt circa baptizandos: Hic ostẽditur, qui baptizantur qualiter interrogentur, & respondeant de articulis fidei, & qualiter responsiones debeant intelligi. H vero sic ponit hunc casum In hoc c. ostendit Aug se in superioribus tractasse de his quæ fiũt pueris in catechismo & exorcismo. Secundo dicit se nunc velle de his tractare, quę fiunt circa pueros in ipso baptismo, & dicit ꝙ in baptismo præcedit interrogatio & rñsio de symbolo. Inde sequitur immersio in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: sicut docuit Christus, sed q a non inuenit in symbolo, sed sanctam ecclesiam. Aug. credit esse repetendum ter, vt dicatur: credo sanctam ecclesiam: sicut ibi, credo in Deum, &c. Ad vltimum subiungit ꝙ in alio sensu dr̃, credo in Deum, & in alio sensu dicit, credo ecclesiam catholicã. Sequen. duo c. plana sunt.
f Cautione] hic ergo intercedit stipulatio & obligantur pueri ex promissione patrinorum, licet nõ intelligant:

Stipulatio intercedit in baptismo per quam obligãtur paruuli.

Universidad de Deusto Biblioteca

gant,quod ſpeciale eſt in baptiſmo:illud autem eſt loco ſtipulationis, credis in Deum, tenetur ergo obſeruare fidem puer factus adultus.45.diſtinct. de Iudæis. & obligantur, licet nihil intelligant. C. de fal.mon. l.1. imò ſi bene inſpexerimus, potius liberatur a diabolo,quàm obligetur. nam ignorans per alium bene liberatur. Item ex eo quòd dicit certiſſima, eſt argum. quòd ſimplex cautio, idonea cautio dicit, tamen lex dicit,quod cum dicitur idonea cautio,intelligendum eſt pignus,uel fideiuſſor, ut ff. de fideicom. liber.l.4.§.addici.

r Cautio idonea, quid eſt.

a¶ Ergo.]uocabulum ſemel poſitum poteſt accipi proprie & improprie, arg. diſt. 28. presbyterum.

b Quaſi in Deum.] Crede Deo,credaſque Deum,plus credo ualere, Si credas in eum quàm quod ei, vel eum.

PAruuli.] Hæc eſt 14.pars di.in qua probat per ſex ca. quod ſolus baptiſmus ſufficit paruulis, qui aliàs non poſſunt credere niſi per ſacramentum fidei.Io.de Fant.

Pueri ſeptennes poſſunt mentiri, & verum dicere.

c Loqui.] Aliter ſi poſſunt loqui.vnde Auguſt.in epiſtola ad Renatum epiſcopum. Septennis ætatis pueri & mentiri & verum dicere,confiteri & negare iam poſſunt, & ideo cum baptizãtur, iam ſymbolum reddant, & ipſi pro ſe ad interrogationem reſpondeant.

d Vel credere.] ar. quod habet puer fidē, ſed neſcit ea vti,vt extra ca maiores. ver. à pleriſque.

e Muti.]vel etiam furioſi. pupillus enim infans, vel infantiæ proximus non multum à furioſo diſtat. inſtitu. de inuti.ſtip.§. pupillus.differentiam tamen dixi inter infantem & furioſum ſup.ea.hi qui.

Obligat' per alium liberari poteſt.

f ¶ Vice.] nam ſatis conueniens eſt, vt qui per alium obligatur etiam liberetur per alium inf.cap.quæris. Item dicit lex quod pro ignorante fideiubere poſſum. ff. de fideiuſ. fideiubere.

& ignoranti etiam actio acquiratur.ff.ſi cert.petat.ſi à furioſo.

g AEgrotantes.]¶Sui.]ſcilicet amici.

h Dixerit.]uel dici fecerit 1 uel per ſigna,uel dicti ſui,ſcilicet uoluntatis. Ni-

1 Scilicet per alium qui eius voluntatē probauit. 26. q. 6. q recedunt.& c. ſe.de pœ. diſt.1.multiplex.Archid.

pompis diaboli, & omnibus operibus eius, & omni fornicationi diabolicæ ſpopondiſtis,deſcendiſtis in fontem ſacrum, fontem redemptionis, fontem ſanctificatum virtute cœleſti. In hoc ergo fonte antequam vos toto corpore tingeremus; interrogauimus; Credis in Deum patrem omnipotentem?Reſpondiſtis,Credo.Rurſus interrogauimus,Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius, qui natus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria Virgine? Reſpondiſtis ſinguli, Credo. Iterum interrogauimus,Credis & in ſpiritum ſanctum? Reſpondiſtis ſimiliter, Credo. Hoc autem fecimus iuxta Domini noſtri Ieſu Chriſti ſaluatoris imperium, qui, cum ad patrem in cœlum aſcenderet, diſcipulis ſuis, ideſt Apoſtolis mandauit dicens: [Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.] *Item* ¶ Quod autem interrogauimus, Credis α ſanctam eccleſiam, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem,non eo modo interrogauimus,vt quomodo in Deum creditur,ſic & in eccleſiam ſanctam catholicam, quæ propterea ſancta & catholica eſt, quia recte credit in Deum. Non ergo [a] diximus,vt in eccleſiam,quaſi in Deum [b] crederetis, ſed intelligite nos dicere, & dixiſſe, vt in eccleſia ſancta catholica conuerſantes in Deum crederetis, crederetis etiam reſurrectionem carnis,quæ futura eſt.

Matth. 28. Sermo. 181. de tempo.c.12.

α ¶ Credis ſanctam.] *Legebatur*,in ſanctam. *Inducta eſt particula*,In,*ex aliquot vetuſtis, & Iuone. Atque ita loquendum docet ſæpe Auguſtinus.*

Item Iſidorus de officijs, lib.2.c.24.

¶ Aliorum fide,& profeſſione paruuli baptizantur. C. LXXIV.

Sent.ibidem.

14 PAruuli alio profitente baptizantur,quia adhuc loqui, [c] vel credere [d] neſciant, ſicut etiam ægri,muti, [e] & ſurdi, quorum vice [f] alius profitetur, vt pro eis, dum baptizantur,reſpondeat.

Et in Afr. c.12.

Item ex concilio Carthaginenſi.3.c.34.

¶ Aliorum teſtimonio ægrotantes ſunt baptizandi. C. LXXV.

Burc. l.4. c.36. Iuo p.1. c.125. Pan.l.1. c.14.

AEgrotantes, [g] ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cum β voluntas eorum teſtimonium ſui dixerit, [h] baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum eſt.

β ¶ Voluntas eorum.] *Nihil mutatum eſt ob gloſſam in verbo*,dixerit *ſed in omnibus vetuſtis Gratiani examplaribus, & in concilio Carthaginenſi tertio, & concilio Africano in corpore conciliorum tribus tomis impreſſo, & apud Iuonem,qui citat Iſidorum,legitur*:Cum voluntatis eorum teſtimonium ſui dixerint.*In eodem autem Africano in codice canonum,& in Carthaginenſi recentioris editionis conciliorum,& apud Burchardum eſt*, Cum voluntatis eorum teſtimonium hi,qui ſuis periculo proprio affuere,dixerunt, *In Carthaginenſi autem Græco*, ὅτε τῇ αὐτῶν προαιρέσει τὴν περὶ αὐτῶν μαρτυρίαν κινδύνῳ ἰδίῳ εἴπωσιν.

NIhil eſt aliud.] CASVS. quæſitum fuit ab Aug. quare pro paruulo cum interrogat,credis in Deū, reſpondeant patrini,credo:cum paruulus fidei articulos non intelligat? & reſpondet, quod talis reſponſio adhibetur, vt ſacramentorum ſolennitas impleatur,

Item Auguſtinus epiſtola 23. ad Bonifacium.

¶Sacramentum fidei, non ipſa fides paruulum facit fidelem. Cap. LXXVI.

Sent. ibidem. Iuo p.1.c.187. Pann.l.1.c.56. † al effectum.

NIhil eſt aliud credere,quam fidem [a] habere: ac per hoc, cum reſpodetur paruulum credere,qui fidei nōdum habet effectum,† reſpondetur fidem habere [b] propter fidei ſacramentum,& conuertere ſe ad Deum propter conuerſionis ſacramentum: quia & ipſa reſponſio ad celebrationem † pertinet ſacramenti. *Item infra.* ¶Paruulum etſi [c] nōdum fides illa, quæ in credentium voluntate conſiſtit, iam tamen ipſius fidei ſacramentum [d] fidelem [e] facit. Nam ſicut credere rñdetur,ita ētiam fidelis vocatur, non rem ipſam [f] mente annuendo,† ſed ipſius rei ſacramentum percipiendo.

† *al celebritatem.* j.ea. c. quæris. † *al abnuendo.*

Item in lib.4.de baptiſmo,c.24.

¶Alterius profeſſio non valet ei, qui per ſe reſpondere poteſt. Cap. LXXVII.

CVm pro paruulis alij rñdent,vt impleatur erga eos celebratio ſacramenti,valet vtique ad eorum cōſecrationem,quia ipſi reſpondere [g] non poſſunt. At ſi pro eo,qui reſpondere poteſt,alius reſpondeat,non itidem [h] valet. Ex qua regula illud in Euangelio dictū eſt, quod omnes cū legitur, naturaliter mouet, [Aetatem habet, ipſe pro ſe loquatur.]

j.eo.Baptiſ vicē Sent. ibid. Iuo p.1. c.124. Pan.l.1.c.15. *Ioan. 9.*

Item Auguſtinus in homilia tertia.

¶Quare trina merſio in baptiſmate celebretur. Cap. LXXVII.

POſtquam [i] vos credere promiſiſtis, tertio capita veſtra in ſacro fonte demerſimus.Qui ordo baptiſmatis duplici [k] myſterij ſignificatione celebratur. Recte. n. tertio merſi eſtis,qui accepiſtis baptiſmum in nomine ſanctæ Trinitatis. Recte tertio merſi eſtis,qui accepiſtis baptiſmum in nomine Ieſu Chriſti,qui die tertia reſurrexit a mortuis: illa enim tertio reperita demerſio typum Dominicæ exprimit ſepulturæ? per quam Chriſto conſepulti [l] eſtis in baptiſmo,& cum Chriſti reſurrexiſtis in fide: vt peccatis abluti in ſanctitate virtutum Chriſtum imitando,viuatis.

Sent. 4. diſt. 3. Iuo p.1. c.194. Pan.l.1.c.57. *Rom. 6.*

Item ex canonibus Apoſtolorum,c.50.

¶De his, qui ſemel, non tertio in baptiſmate merguntur. Cap. LXXIX.

† eps aut presbyter orig. Burc.l.4. ca.23. Iuo p.1. c.128. Pan.l.1.cap.58.

SI quis presbyter, † aut epiſcopus non trinam merſionem [m] vnius myſterij celebret,ſed ſemel mergat in ba

d ¶Sacramentum.] Baptiſmus dr ſacrum fidei: quia in fide Chriſti conſecratur; & in fide eccleſiæ confertur,vel quia noie Trinitatis cōfertur,quod offerentes 3 & obligati tenentur credere, & confiteri. Vel quia ſignum eſt, quod ſuſcipiens fidem habeat, etiam ſi non habeat, aliquo impediente.

Baptiſmus eſt ſacrm fidei.

3 Quod de iſtis offerentib. dr,non vr eſſe de ſubſtātia. inf. ea. in baptiſmate. in littera rubea. Arch.

e ¶F.delē.] ſunt qui dicunt ipſos fideles dici, quia fidem habent habitu nō vſu. i. nō exercitio, & ſic de alijs virtutibus. Illi ſic illud intellegūt: fides illa, quæ, &c.non facit fidelē vſu,i.exercitio.inf. eo. paruuli. & ſic de alijs.

f ¶ Non rem ipſam.] ſicut virtutem.

CVm pro paruulis.] CASVS. Dr hic, quod alij reſpondent pro paruulis vt ſacramentum celebratur, & valet pro eis talis rñſio:quia per ſe reſpondere non pñt,ſi autem poſſent pro ſe reſpondere:talis reſpōſio non valeret eis, quod probatur auctoritate Euāgelij.

g ¶Reſpondere.] ſic diſtinguit lex ff.de adminiſt.tuto.leg.1.§. vlt.

h ¶Itidem.]i.tantum, & hoc quo ad præſumptionē. 4 Arg. quod taciturnitas non habetur pro conſenſu ſup.diſt. 68. tanta. ſup. diſt. 27. diaconus. ſup.diſt.54. ſi ſeruus, ſed contra ſup. 2. q 6.biduum.

4 Subaudi quia non pſumitur tm valere quo ad remiſſionem peccatorum. Io.de Fāt. Tacēs nō cōſentit.

POſtquam.] CASVS. In hoc ca. duplex ratio aſſignat quare hō ter immergitur in baptiſmo. Vna eſt,quia baptizatur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Alia eſt, quia Chriſtus tertia die reſurrexit a mortuis, cum quo etiam moritur in baptiſmo.

Baptizandus ter debet immergi.

i ¶Poſtquam.]de forma baptizandi & modo tractat vſque ad c.veniſti.

K ¶Duplici.] ēt ter mergitur:& quia ſit inuocatio Trinitatis:& quia Chriſtus tertia die reſurrexit,ut inf.ſequitur.

l ¶Conſepulti.] quantum ad vitia.

ADDITIO. Hoc ſup ea. c proprie.

SI quis presbyter.]CASVS.Quidam in baptiſmo ſemel tantum hominem immergebant,& dicebāt, Baptizo te in mortem Domini: dr quod tales debent deponi:quia formam non conſequuntur.

m ¶Trinā merſionē.] j.eo.c ꝓxi.contra ſed aliud eſt ſemel immergi ſub illa verborū forma: baptizo te in morte Dñi:qd hic interdicit.Aliud in nomine Trinitatis vnica merſione: qd ibi in eccleſia quibuſdā permittitur.

pleatur & pp ſacramentum fidei per quod paruulus dr fidem habere, & credere, vnde fides uocatur, licet fidei veritatem non habeat in actu,ſed in habito.

a ¶Quam fidem.] i.ſacramenti fidei profeſſionē, ſed non virtutem: ſed ſi non habent charitatem,quomodo ergo ibunt in patriam poſt mortē? 1 hoc eis datur a Deo. Alij dicuntur quod habent eam in habitu.extra de baptiſ. & eius effe c.1. ſed & per alios dicuntur credere.inf.eadem in eccleſia.

1 ſupra ſolet. ſcilicet charitas, ſine qua nemo ſaluatur.

b ¶Habere.] infra ead quæris ſup.15.q.1.§.vt itaque. ſup.diſt 1.hoc eſt,quod dicimus.

c ¶Etſi.] ideſt, quamuis

a in

1 Alias i. in memoriam, vel ad similitudinem mortis, &c. sm Io an. de Fan.

a ¶In morte.] ideſt, ad inuocationem 1 mortis eius.

De trina.] Hæc eſt 15. pars diſt. in qua dī, ꝙ non eſt contra fidem ſi ſemel immergitur puer in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti propter vnionem Trinitatis. Joan. de Fant.

CASVS. Quidam in baptiſmo ter immergebant: quidā ſemel vtriq. in forma eccleſiæ. quærebatur quid iuris eſſet: & reſpondet, ꝙ bona eſt vtraq; conſuetudo: quia trina merſio & eleuatio mortem Chriſti ſignificat, & reſeruationē tertia die & trinitatē perſonarū, quę in vna ſubſtantia conſiſtūt: vna vero immerſio vnitatē ſubſtantię deſignat. Sequens c. patet.

b ¶ Conſuetudo.] 5. diſt. 12. ſcit ſancta. Am. lib 8. de forma. 5. diſt. 76. c. pen. & vlt.

ADDITIO. Vel dic conſuetudo, ſcilicet immergendi ſemel, vel ter dummodo forma eccleſiæ obſeruetur. Archid.

c ¶In tribus.] videtur contrarium huic quod Amb. dicit de Cypriano. In ſuo ſenſu abūdat Cyprianus, cum ſemel immerget pueros, qui quod intelligebat, ſtudioſe adimplebat bonis operibus abundando, licet in hoc neſcius de Iinqueret, ſed poſt correctus a Domino abūdauit altiori ſenſu, ter illos immergēdo. Sol. Forte illē. n. ſemel debere immergere dogmatizabat: vel ibierat conſuetudo ſemel immergere.

Cyprian' ſemel tantū immergebat.

d Eodem modo.] ideſt in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

e ¶Et ter.] i. ter immergitur in baptiſmo: & ita tres merſiones ſunt vnum ſacramentum, ſicut plures voces 2 vnum nomē. ar. extra de re iur. omnis.

2 Dicēdo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

MVlti ſunt.] CASVS. Quidam in Chri nomine baptizabāt, & ſemel. n. immergebant, qui in hoc carepreh enduntur, quia iuxta Euangelium ter debemus immergere in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen.

f ¶Multi ſunt.] non prohibet baptizari in nomine Chriſti, ſed reprehendit illos, qui dicebant ꝙ debet baptizari tantum vna immenſione, & tantum ſub vna forma verborum in nomine Chriſti.

Baptiſmū an poſſit dari in nomine Chriſti.

g ¶Trinitatis.] explicite. Nūquid & Græci hēnt eādē for-

ptiſmate (quod a dari a quibuſdam iubetur in morte a Domini) deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate; ſed euntes docete: omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

Matth. 22.

a ¶ Quod dari.] *Priſca verſio hoc tantum loco diſcrepat a Gratiano. Sic enim in ea legitur,* quod dari videtur in morte Domini. *eodem modo apud Burchardum. Iuo habet*, quod dari iubetur in Domini mortem. *Græce autem eſt*, ἀλλὰ ἓν βάπτισμα τοῦτόν θάνατον τοῦ κυρίου δίδομενον, ſed vnicam merſionem quæ in mortem Domini datur.

Item Gregorius Leadro epiſcopo Hiſpaniarum, lib. 1. epi. 41.

¶De eodem. Cap. LXXX.

15 DE trina merſione baptiſmatis nihil reſponderi verius poteſt, quā quod ipſi ſenſiſtis: quia in vna fide nihil officit ſanctæ eccleſiæ conſuetudo b diuerſa. Nos autem: quod tertio mergimus, triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignamus: vt dum tertio infans ab aquis educitur; reſurrectio triduani temporis exprimatur. Quod ſi quis forte etiam pro ſummæ Trinitatis veneratione exiſtimet fieri, neque iſtud aliquid obſit baptizandos ſemel in aquis mergere; quia dum in tribus perſonis † vna ſubſtantia eſt, reprehenſibile eſſe nullateuns poteſt infantem in baptiſmate vel ter, vel ſemel immergere: quando & in tribus c merſionibus perſonarum trinitas, & in vna poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari.

Et in Tole 4. c. 5. & in Vuormacenſi, c. 5. Sent. ibidem. Poly. l. 3. tit. 10. Anſ. l. 9. cap. 16. Iuo p. 1. c. 130. Pann. l. 1. c. 60.

† al ſubſiſtentijs.

Item Hieronymus ſuper epiſtolam ad Epheſios, lib. 2. ad capit. 4.

Ad verb. [vnus Dominus.] Iuo p. 1. c. 161. Pann. l. 1. c. 61.

¶De eodem. Cap. LXXXI.

EOdem modo d & in patrem, & filium, & in ſpiritum ſanctum baptizamur, & ter e mergimur, vt Trinitatis vnum appareat ſacramentū, & non baptizamur in nominibus patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in vno nomine quod intelligitur Deus. *Item infra* ¶Poteſt vnum baptiſma & ita dicit, quod licet ter baptizemur propter myſterium Trinitatis, tamen vnum baptiſma reputetur.

¶ *Locupletatum, & emendatum eſt caput hoc ex originali.*

Item Pelagius Papa, Gaudentio epiſcopo.

De his, qui in nomine Chriſti ſemel tantum mergunt.

Cap. LXXXII.

Iuo p. 1. c. 161. Pnan. l. 1. c. 62.

MVlti ſunt, f qui in nomine ſolummodo Chriſti vna etiā merſione ſe aſſerunt baptizare. Euangelicum vero p̄ceptum ipſo Deo, & domino ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis, g trina etiam merſione ſanctum baptiſma vnicuique tribuere, dicente Domino diſcipulis ſuis; (Item, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpiritus u ſancti.)

Ioan. 6.

u ¶Spiritus ſancti.] *Hic videtur ſequi c. Si reuera ſupra ead.*

Item Zacharias Papa Bonifacio epiſc. in epiſt. cuius initium: [*Sacris liminibus.*]

formā; Sic quia idē eſt effectus, vox aſit nō eadem vt dicit Ari. vnde Græcus huc veniens baptizatur in lingua ſua, & latinus in linqua ſua quia apoſtoli variis linguis loquebantur, & iuxta illud. qui probant & qui ſequebantur, clamabant, Oſanna; & tm forma rea-

fieri baptiſmus, ſed ſic nō baptizatur in nomine paternitatis & filiationis, &c. Itē ſi omittit hoc pronomen, ego. & dicit baptizo te, &c. bñ baptizat: qa ſub intelligitur, pnomē. Ar. C. de fideic. verbū volo. maxime qm nec Chriſtus appoſuit pronomē, cū dixit: Itē baptizate &c. non eſt ꝫ extra de bap. c. 1. 1. quia ibi etiā verbū emiſit. Sic autē nō baptizatur, mergo te in noīe patris, &c. qa non eſt ſynonymū cū illo verbo baptizo, nec per hanc uocem baptizo te in nomine trium perſonarum.

11bi vide quod ibi plene notatur per In. Arch.

¶In innocatione Trinitatis tertio in baptiſmate mergere debemus. C. LXXXIII.

Sent. 4. diſti. 4. Iuo p. 1. c. 169. Pann. l. 1. c. 63.

16 IN ſynodo Anglorum decretū, & iudicium firmiſſime præceptū, & diligenter demonſtratū eſſe dinoſcitur, vt quicunque ſine inuocatione Trinitatis merſus fuiſſet, ſacramentum reGenerationis non haberet. Quod omnino uerum eſt: quia ſi locus in fronte baptiſmatis quis fuerit ſine inuocatione Trinitatis, perfectus Chriſtianus non eſt, niſi in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti fuerit baptizatus. Hoc quoq. obſeruari in prædicta ſynodo ſacerdotes voluerunt, ut qui vel unam de Trinitate perſonam in baptiſma non nominaret, illud baptiſma eſſe uerum non poſſet. Quod pro certo uerū eſt: quia qui unam ex ſanctā Trinitate cōfeſſus non fuerit, perfectus Chriſtianus eſſe non poteſt. Qui enim confitetur patrem, & filium, ſi confeſſus non fuerit & ſpiritum ſanctum, neque patrem habet, neque filium, & qui confeſſus fuerit patrem, & ſpiritum ſanctum, & filium non fuerit confeſſus, neque patrem habet, neque ſpiritum ſanctum, ſed uacuus eſt à diuina gratia.

IN ſynodo.] Hæc eſt 16. pars diſti. in qua probat, ꝙ forma baptizandi debet ſeruari, & qui vnū de Trinitate cōfeſſus non eſt ſiue negauerit, non eſt Chriſtianꝰ. Io. de Fan. CASVS. Quidā erant qui in baptiſmo non nominabant oēs tres perſonas, ꝫ quos in ſynodo Anglorū eſt diffinitum ꝙ non dicitur aliquis uere baptizatus niſi in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti amē, fuerit baptizatus, nam ſi quis duas pſona fuerit confeſſus, & tertiā negauerit, duarum confeſſio nihil ei proꝺeſt.

Item Gregorius Quirino epiſc. in Iberia, lib. 9. epiſt. 16.

¶Rebaptizātur, qui in nomine Trinitatis baptizati non fuerint. C. LXXXIIII.

† Bonoſiani. 1. q. 1. quis. Iuo p. 1. c. 153. Pann. l. 1. c. 64.

HI uero hęretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, ſicut ſunt Bonoſyani †, a & Cataphryges (quia & illi Chriſtum Dominium non credunt, & iſti b ſanctum ſpiritum peruerſo ſenſu eſſe quemdam prauum hominem Montantum credunt: quorum ſimiles multi ſunt) & alii tales, cum ad ſanctam eccleſiam ueniunt, baptizantur, quia baptiſma non fuit, quod in errore poſiti in ſanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt.

HI vero hæretici.] CASVS. Bonoſiani non credebant filiū eſſe Deū, nec Cataphrigæ ſpiritum ſanctum, ideo in nomine Trinitatis non baptizabant ipſi, nec multi alii unde ſic baptizatis dicitur, ꝙ ſi ad eccleſiam venerint dēnt rebaptizari. Sequēs c. patet [Simplā.] ideſt, vnicam uel vniformem.

a ¶ Bonoſiani.] ſup. 24. q. 3 quidā uer. Bonoſiani. Hi dicebant Chriſtum adoptiuum filium Dei, non proprium.

b ¶ Et iſti.] alias tamē exprimitur eorum error, 24. q. 3 quidam ver. Cataphrygis, qa auctores eorum dixerunt ſpiritum ſanctum in ſe deſcēdiſſe, non in Apoſtolos.

Item ex concilio Toletano 4. c. 5.

¶ Semel baptiſmate mergere licet. C. LXXXV.

Iuo. p. 1. c. 129. Pann. l. 1. c. 55.

PRopter uitandum ſchiſmatis ſcādalum, uel hæretici dogmatis uſum, amplam c teneamus baptiſmi merſionem.

c PRopter.] ¶Amplam.] alludit conſuetudini loci. Vel ſimplam ideſt, uniformem. Et ita eſt argu. ꝙ omnes debemus baptizari in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. ſup eo. proprie.

Item Zacharias Papa, Bonifacio epiſcopo in epiſtola decretali.

¶De ſacerdote qui per ignorantiam linguæ latinæ in innocatione Trinitatis deliquit. C. LXXXVI.

Burch. l. 4. c. 43. Iuo p. 1. c. 237. Pann. l. 1. c. 65.

REtulerunt nuntii tui, quòd fuerit in eadem prouincia ſacerdos, qui latinam linguam penitus ignorabat dum baptizaret, neſciens latini eloqui, infringēs linguā dice

REtulerunt.] CASVS. Quidam presbyter imperitus in arte grammatica, in baptizando uerba baptiſmi &

Universidad de Deusto Biblioteca

mi,& formam corrupte proferebat, episcopus loci uo lebat rebaptizare eos,quos iste baptizauerat.vnde super hoc consuluit Papam;qui respondet,dicens,q̃ tales non debent iterum baptizari,si sacerdos ille errorem uel hæresim introducere non intendebat:sed tantum ex ignorantia sic corrupte proferebat. Sequentia ca.patent. [Ministerium—,] id est,chrisma.[Signaculum.]idest,sacramẽtum confirmationis. [Sacerdotes.]id est.episcopi.

a ¶ Introducens.]nã unius syllabę error nõ nocet.ff.de manu.test. qui habebat.

b ¶ Aut hęresim.]maxime, quia si errorem induceret, dummodo in forma ecclesiæ baptizaret,teneret baptismus,t ut sup.eo.satis.

r Vel dic q̃ faciet mẽtionẽ de errore q̃a si erraret q̃a-liud dicere uel facere intẽderet,quã dicãt uel faciãt catholici,talis error impediret.B.His.

VEnisti.] Hæc est 17.pars distinc. in qua interpretatur verba sacerdotis,quæ dicit in exorcizando & baptizando. & uestes quid significent. Io.de Fant.

c ¶ Venisti.] de iis quæ in baptismi celebratione fiũt dictum est; nunc principaliter sequitur de iis, quæ post lauacrũ sequunt̃ s. quæ post baptismũ baptizato fieri debeãt & 6.capit. annectit.in postremo tamẽ habetur quæ circa ipsum facta sunt prius.

d ¶ Quid uideris.]i. quid andieris, nam sub uisu omnis sensus continetur 2.

2 ad hoc facit optime q̃d legitur & no. 3.q.9. testes. 93. di. diaconi sũt.uer. ipse ẽt. & fuit ista glo. L. & Io. de Fã.

e ¶ Repete.] ostendit quę circa ipsum prius facta sunt vsque ad c. Iudæi.

f ¶ Vnctus es.] sputo, non oleo,scilicet, in catechismа.

g POstquã.]inf.eo. distin 5.nouissime inf. ea.presbyteri. & cap. nullus ministrorum.

h ¶ Christianus.] sup. q.1.olim.

i EMersisti.]idem, mersus fuisti.

K ¶ Vbi.] id est, ad quod.

l ACcepisti.] ¶ In capite]i. anima.sup de pæ. dist.ille rex.& ita anima habet̃ sedem in capite. alias non bene cõcorderet littera.

m ¶ Hodie.] sin die Pẽtecostes; quia lecta fuerat epistola de aduentu spiritus sancti in apostolos.

n ¶ Sacerdotis.]idest,episcopi,eo quia solus episcopus facit hanc inuocationem inf.dist.5.manus.

ADDITIO.vt inf.eod.presbyteri.&c.seq.Archid. post

ret,baptizo te in nomine patria,& filia ,& spiritu sancta. Ac per hoc tua reuerẽda fraternitas cõsiderauit eos rebaptizare. Sed sanctissime frater,si ille, qui baptizauit, non errorem introducens, [a] aut hæresim: [b] sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, ut supra fati sumus, baptizans dixisset,non possumus consentire, vt denuo baptizẽtur.

a ¶ Nuntii tui.] Hæ duæ uoces additæ uidentur a Gratiano(quamquam Vergilius,& Sidonius, qui hoc retulerant proprie nuntij Boni facij non fuisse)ne ea,quæ in epistola antecedunt, referre cogeretur, quod tamen Burchardus,& Iuo fecerunt.

Item Ambrosius de sacramentis,seu lib. 1.c.2.

¶Quare baptizati a sacerdote vngantur. C. LXXXVII.

17 VEnisti† ad fontem,ingressus es;considera, quid†uideris,[d] quid locutus sis,considera, repete [e] diligenter; occurrit tibi leuita, occurrit presbyter; unctus es, [f] quasi athleta Christi,ut [a] ad baptismum catechumenus accedas. β ¶ Vt ad baptismum.] *Ita etiam Iuo,& auctor glossæ ad ver.* Vnctus.*videtur huc spectasse, sed tota hæc clausula abest ab originali: in quo huius loco sunt uerba hæc,*quasi lectura huius sæculi luctatu rus,professus es luctaminis tui certamine.

†al.Veni Iuo p.i.c.109. mus. Pann. l.1.c.51. †quos] uera lectio.

Item Rabanus de instit.cler.lib.1.c.28.

¶ Quare baptizatus a presbytero,vngatur in cerebro. C. LXXXVIII.

POstquam [g] ascenderit baptizatus de fonte, statim signatur in cerebro a presbytero cum sacro chrismate sequente simul & oratione,ut regni Christi particeps fiat, & a Christo Christianus [h] possit uocari.

Iuo p. 1. c.140. Pann.l.1.c.66.

Item Ambrosius de sacramentis, tract.seu.lib.2.c.7.

¶Quid super baptizatum a sacerdote dicatur. C. LXXXIX.

EMersisti, γ [1] uenisti ad sacerdotẽ.Quid tibi dixit? [Deus, inquit, pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, concessitque tibi peccata tua, ipse te vngat in vitam æternam.]Vide,ubi [k] unctus es,in vitam, inquit,æternam.

Iuo p. 1.c.141. Pann. l.1.c.67.

γ ¶ Emersisti.]*Sic apud Iuonem.In originali est* ': Ergo mersisti *eodem sensu,quem elicit auctor glossæ ex uerbo*, Emersisti. *Frequens autem est apud B. Ambrosium istius uocabuli in hanc sententiam usus.*

Idem in libro 3.de sacramentis,c.1. & 2.

¶ Quare unguentum super caput baptizati ponatur. C. XC.

ACcepisti misterium, hoc est, unguentum supra caput. Quare supra caput? quia sensus sapientis in capite [l] eius *& infra.*c.2. ¶Sequitur spiritale signaculũ,qd̃ audisti hodie [m] legi;quia post fontem supereſt,ut perfectio fiat,quando ad inuocationem sacerdotis [n] spiritus sanctus infunditur.

Iuo p. 1.c.142. Pann. l.1.c.68. *Eccl.* 2.

Item Rabanus de instit.cleric.lib. 1.c.29.

POst baptismum.] CASVS. Quæsitum fuit quid significet vestis candida, qua baptizatus induitur? Rñdetur q̃ significat munditiam & puritatem, q̃ ablutus a peccatis vsq; in diẽ iudicij dẽt seruare, significet ẽt gloriosã resurrectionẽ fidelũ, & regnũ futurũ: tegitur

b ¶Innocentiam.] Candor enim munditiã designat. 30.q.vlt.fœminæ. Candor munditiã designat.

c ¶ Ad mysterium.]Designandum.per hoc.n.designatur futura resurrectio corporum glorioſa & animarum.vel etiam nunc a peccatis.

¶Quare cancidida vestis traditur Christianis. Cap. XCI.

POst baptismum [a] traditur Christiano vestis candida,de signans innocentiam, [b] & puritatem Christianam; quã post ablutas veteres maculas studio sanctæ conuersationis immaculatam seruare debet repræsentandam † ante tribunal Christi. Cuncti vero renati albis induuntur vestibus ad mysterium [c] resurgentis ecclesiæ. *Item ibidem.* ¶Vtuntur ergo baptizati albis vestibus: vt quorum primæ natiuitatis faciem † vetusti erroris pannus fuscauerat, habitus secundæ generationis glorię præferat indumẽtum.Tegitur enim post lacram vnctionem caput eius mystico velamine, vt intelligat, [d] se diademate [e] regni, & sacerdotali dignitate potiri.

†al.ad præsentandam

† al. infantiã

Item Ambrosius in libro de ijs,qui initiantur mysterijs, capitulo 7.

¶De eodem. Cap. XCII.

ACcepisti post baptismum uestimenta candida, ut esset indicium, [f] quod exueris inuolucrum † peccatorum, & indueris innocentiæ castra uelamina. g

Iuo p.1.c. 144. Pann l. 1. c. 70. † al. voluptate al. voluntate

Item ex concilio Agathensi, cap.34.

¶Quot mensibus Iudæi inter catechumenos habeantur. Cap. XCIII.

18 IVdæi, quorum perfidia frequenter ad uomitum redit si ad legem catholicam uenire uoluerint, octo menses [1] inter catechumenos K ecclesiæ limen introeat: & si pura [l] fide noscuntur venire; tunc demum baptismatis gratiam mereantur.Quod,si casu aliquo periculum infirmisatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

Burc.l.4.ca. 81. Iuo p.1. c. 275. Pan.l.1.c.71.

Item exconcilio Tholetano.4.cap.58.

¶De Iudæis plerisque frequenter ad iudaismum redsuntibus. Cap. XCIIII.

PLerique ex Iudæis, qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum, non solum iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circumcisiones [m] exercere præsumpserunt. De quibus consultu pijssimi,ac religiosissimi domini nostri Sisemundi regis hoc sanctum decreuit concilium, ut huiusmodi transgressores pontificali auctoritate correcti ad cultum Christiani dogmatis reuocentur: vt quos propria uoluntas non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat. Eos autem, quos circumciderunt, si filij eorum sunt, a parentum

Burch.l.4.c. 85. Iuo p.1. c. 279. Pan.l. 1.c.75.

d ¶ Vt intleligat.] Istud sacramentum est regni & sacerdotij. Quilibet.n. fidelis rex debet esse & sacerdos; rex, quia se & alios virtutibus regere debet; sacerdos, quia cor contritum & humiliatum, q̃d est vera obligatio, idest, se debet offerre Deo.

Fidelis q̃libet dẽt esse rex & sacerdos.

e ¶ Diademate.] Supra.12.q.1.duo sunt.

f ACcepisti.] ¶Indicium] Qualis vestis, talia cordagerit 41 dist. §. fi.

g ¶Velamina.] Forte de hoc velamine dixit 24.q.1. quoniam vetus. 1

1 Subaud. ibi olim Chri vestimentũ fuscepi.

IVdæi.] Hæc est 18. pars dist. in qua dicitur qualiter Iudæi & alii baptizãtur,& quæ sunt dona baptismi, Ioan de Fant.

¶ De his, qui vsque ad exitum vitæ susceperе baptisma differunt. C. CXXVIII.

25 QVando quis propterea peccat, vt sanctum baptisma in nouissima sua expiratione suscipiat, fortassis non adipiscitur. Et credite mihi. non terrens vos dico, quod dicturus sum. Multos noui, qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multa peccabant, circa diem autem mortis discesserunt [b] uacui. Deus enim propter hoc, baptisma tribuit, ut soluat peccata, non ut addat. đ Si uero quis [c] ad hoc utitur baptismate, ut ampliora delinquat, ipsum fit negligentiæ causa.

đ ¶ Non vt addat.] *In editione Veronensi mendose est ἵνα αὔξῃς? corrigendumque ex manuscriptis οὐχὶ ἵνα αὔξῃσι.*

Item Augustinus ad Bonifacium, epist. 23.

¶ Paruulis baptizatis parentum non nocet perfidia. C. CXXIX.

26 QVæris à me utrum parentes baptizatis paruulis suis noceant, cum eos dæmoniorum sacrificijs sanare co-

Poly. 1. 3. tit. 16. Ant. 1. 9. c. 9. 10.

quia alius est filius, & alius est pater, vnde cum nō sit communis eorum anima, culpanon potest esse cōis, sed quia in baptismo fit remissio peccatorum per spiritum sanctum, qui cōmunis est patri & filio, ideo in baptismo fides parentum prodest filio: & ita aliter est in

sexta die, quasi perempta sexta die. [Eius,] ideſt, fidei, ideſt baptismi.

¶ Quæris.] CASVS. In prima parte vsque illuc, [difficillimam, &c.] respondet Aug. primæ quæstioni Bonifacij, quæ est illa: quare ab obligatione qua tenentur, liberantur per hominẽ, & non possunt per hominem obligari. In secunda vsque ad illud, [qui hoc non credit,] secundæ quæstioni Bonifacij respondet quare cum baptizantur pueri, respondent patrini ad hanc quæstionem, credis? credo: & non tũc ad istam, erit ne iste bonus? In tertia parte dicit, ꝙ qui non credit, vt ipse soluit, profectò est infidelis, & deterior est quam sit iste parnulus.

nantur: & si non nocent, quomodo eis prosit, cum baptizantur, parentum fides: quorum eis non potest obesse perfidia. Vbi respondeo tantam illius sacramenti: hoc est, baptismi salutaris esse virtutem in sancta compage corporis Christi, vt [α] regeneratus per [a] aliorum voluntatem, [b] deinceps non possit vinculo [c] alienæ iniquitatis obstringi, cui nulla sua voluntate consensit. Et anima enim patris mea est, inquit, [d] & anima filij mea est, & *iterum.*

Ezech. 18.

¶ Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Non autem peccat ipsa, cum parentes ei nescienti, vel quilibet alius adhibet sacrilegia dæmoniorum. Sed ideo ex Adam [e] traxit, [f] quod sacramenti illius gratia solueretur: quia nondum erat anima separatim viuens, ideſt, altera anima, de qua diceretur, & anima patris mea est, & anima filij mea est. Iam † itaque dicit, ℊ quod cum homo in seipso est, ab eo qui genuit, alter effectus, peccato alterius sine sua [h] conscientia ⁎ non tenetur obnoxius. [i] *& infra.*

† lã itaq; cũ homo] vera lectio.

† Quando autẽ] vera lectio, & sine nota interrogationis.

¶ Quomodo † itaque [k] in paruulum maiores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes dæmonum sacrilegis vinculis? non est anima vtrorumque communis, vt etiam culpam possint habere communem. Non enim sic communicatur culpa per alterius voluntatem: quemādmodum [l] communicatur gratia per sancti spiritus vnitatem. *Item paulo superius.*

¶ Regenerans ergo spiritus in maioribus offerentibus, & paruulo oblato, renatoque communis est. Ideo per hanc societatem vnius prodest offerentium voluntas paruulo oblato. *& infra.*

¶ Potest enim & in hoc, & in illo homine esse vnus spiritus sanctus, ẽt si se inuidem nesciant: per quem sit † vtriusq; gratia communis: non autem potest spiritus vnus esse hominis & huius, & illius; per quem peccante altero & altero non peccante, sit tamen culpa communis. Ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generatus, Dei spiritu regenerari, vt ex † illis obligatio contracta soluatur. Non potest autem semel Dei spiritu regeneratus, ex parentum carne regenerari, vt obligatio, quæ soluta est, iterum contrahatur. [m]

† al. sit.

† al. & illius.

Tutoris dolus pupillo non obest.

a ¶ Per.] ideſt, propter.

b ¶ Voluntatem.] malam.

c ¶ Vinculo.] & dicit lex, quia dolus tutoris non obest pupillo. ff. de regul. iur. neque in interdicto, nisi sit locupletior factus, vt ff. de do. sed ex dolo. vel nisi tutor soluendo sit, vt ff. de administratio. tuto. l. vlt. §. si tutor.

d ¶ Inquit.] scriptura vel propheta Ezechiel. 18. cap.

e ¶ Sed ideo ex Adã.] ibi, tacitæ respondet quæstioni.

f ¶ Traxit.] scilicet causam peccati, &c.

g ¶ Iam itaque dicit.] ideſt, innuit expræmissis illa scriptura, scilicet anima patris, &c.

h ¶ Sine sua conscientia.] ideſt, si non consentiat. 7. quæst. 1. cum autem.

i ¶ Obnoxius.] q. d. post vitam animæ. in propria corpore non contrahitur peccatum, nisi ex propria labe.

K ¶ quomodo itaque.] inferius respondet huic quæstioni ibi, verum tamen recte, & tunc dic, sacrilegis, quasi nullo modo: quia non est, &c. 1

l ¶ Quemadmodum.] argum. aliud in via, aliud in inuio. arg. 29. q. 1. §. quod autem, & no. 26. quæstio. 5. nec mirum, sicut dicit lex quod aliud est in obligatione, aliud in liberatione. ff. de action. & oblig. Arianus, cum hæc causa liberalis sit. arg. extra de proba. ex litteris.

m ¶ Contrahatur.] argum. quod obligatio semel extincta amplius non renascitur, vt 23. q. 4. si illic. & ff. de sol. qui res §. aream. Arg. cõtra 26. q. 7. ab infirmis, sim. ff. de ser. vrba. præ. seruitutes. ff. quemadmodum seruit. amittatur, si locus.

Et sic ista littera legit in terrogatiue, qñ est in littera, qño: si autem hẽs in littera, qñ: tunc non legit interrogatiue: sed remissiue & suspenditur vsq; ad illã litteram, nõ est anima &c. Arch.

Obligatio extincta non renascitur.

a ¶ Nisi

Et ideo semel perceptam paruulus Christi gratiam non amittit, nisi propria impietate. [a] *& paulo post.*

¶Veruntamen rectè dicuntur parentes, vel quicunque maiores, filios, seu quoslibet paruulos baptizator dęmoniorum sacrilegijs obligare conantes, spiritualiter homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt; sed quantum in ipsis [b] est interfectores fiunt, rectęque illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur, nolite occidere paruulos vestros. Dicit enim & Apostolus: Spiritum nolite extinguere; non quia ille extingui potest: sed quantum in ipsis est, extinctores eius merito dicuntur; qui sic agunt, vt extinctum velint. Nec illud [c] te moueat, *&c. & infra.* 1. *Tess* 5. 3. ea nec illud

¶Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. *& infra.*

¶Offeruntur quippe paruuli ad percipiendam spiritualem gratiam non tam ab eis, quorum gestantur manibus (quamus & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt, quam ab vniuersa societate sanctorum, atque fidelium. Ab omnib. namq; offerri rectè intelliguntur: quibus placet, [d] ꝙ offeruntur, & quorum sancta, atque indiuidua charitate ad communicationem sancti spiritus adiuuantur. Tota hoc ergo mater Ecclesia, quę in sanctis est, facit; quia tota omnes, tota singulos parit. *Item infra.*

¶Difficillimam sane quæstionem tibi proposuisse visus es in extremo inquisitionis tuæ, ea videlicet intentione, qua soles vehementer cauere mendacium. Si constituam, inquis, ante te paruulum, & interrogem, vtrum cum creuerit, futurus sit castus, vel fur, vel non sit futurus, sine dubio respondebis, nescio: & vtrum in eadem paruula ætate constitutus cogitet aliquid boni, vel mali, dices, nescio. Si itaque de moribus eius futuris nihil audes certi promittere, & de eius præsenti cogitatione, quid est aliud † [f] quam quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes, [g] tamquam fidei auctores † respondẽt, & dicunt illos facere, quod illa ætas cogitare non potest, occultum est [h] ? Interrogamus enim eos, a quibus offeruntur, & dicimus, Credit in Deum ? de illa ætate, quæ vtrum sit Deus, ignorat. Respondent, Credit: & ad cætera sic respondetur singula, quæruntur. † Vnde miror parentes in istis rebus tam fidenter pro paruulo respondere, vt dicant eum tanta bona facere, quæ ad horam, qua baptizator, baptizatur interrogat: tamen eadem hora, si subijciam, erit castus, qui baptizatur, aut non erit fur ? nescio, vtrum audeat dicere aliquis, aliquid horum erit, aut non erit: sicut mihi sine dubitatione respondet, quod credat in Deum, & quod se conuertat ad Deum. *& infra.* † *illud quod quando*] vera electio. † *al. debent respondere de dictis sponsoris.* † *al geruntur.*

¶Ecce facio quantum possum; Dominus adiuuet, vt quod postulas, possim. Nempe sæpe ita loquimur, vt pascha propinquante dicamus crastiuam, vel perdissenam † [i] vel perendissenam [k] esse Domini passionem: cum ille ante tam multos annos passus sit: nec omnino, nisi semel, ipsa passio facta sit. Nempe ipso die Dominico dicimus, hodie Dominus resurrexit: cum ex quo resurrexit, tot anni transierunt. Cur nemo tam ineptus est: vt nos ita loquentes arguat esse mentitos? nisi quia istos dies secundum illorum quibus hęc gesta sunt, similitudinem nuncupamus: vt dicatur [l] ipse dies, qui non est ipse, sed reuolutione temporis similis eius, & dicatur illo die fieri propter sacramenti celebrationem, quod Iuo p. 2. c. 4. † *al. perẽdinam esse*] vera lectio.

a ¶ Nisi propria impietate.] & ita liberari quis potest etiam inuitus vel ignorans, sed non obligati, vt ff. de sol. solutionem, & l. soluere. ff. de negot. gest. l. soluendo, & ff. de noua. si stichum. §. vltimo.

b ¶ In ipsis.] & ita in maleficijs voluntas spectatur, non exitus. arg. 22. quæstio. 2. homines. ff. ad l. Cor. de sica. diuus. 1

c ¶ Nec illud.] tacitæ obiectioni respondet.

d ¶ placet.] arg. contra. 1. q. 4. quia presulatus.

e ¶ parit.] in sacramentis, vt 32. quæstio. 4. recurrat de pœn. dist. 1. sicut.

f ¶ Quid est aliud.] quasi dicat, & non videtur esse aliud quod tunc fit, quam respondere, & promittere de moribus eorum futuris.

g ¶ parente.] idest, patrini, qui patres spirituales dicuntur. sup. 3. quæstio. 3. Pictacium.

h ¶ Occultum est.] quid cogitet.

i ¶ Vel perdissenam.] idest, per senum, idest, sextum diem.

k ¶ perendissenam.] idest, perempto die post sex dies vno perempto.

l ¶ Dicatur.] quasi dicat, sicut dicitur, quod hodie sit resurrectio Domini, eo ꝙ sacramentum eius hodie celebratur: sicditur paruulus credere, propter sacramentum, quod recipit.

a ¶ Itaque paruulum.] quasi dicat, licet ego respondeã ꝙ credit in Deũ, hoc dico eo ꝙ fidei suscipit sacramentum, non quod reuera adhuc fidem habeat: nã in paruulo credere est fidei sacramentum suscipere, vt sup. ea. nihil aliud.

b ¶ Obi- sup. ead. nihil est aliud.

nõ illo, sed iam olim factum est. *& infra.* ¶Itaque paruulum [a], *&c. & infra.* ¶Cum autem homo sapere cœperit, non illud sacramentum repetit, sed intelligit, eiusque veritati consona etiam uoluntate coaptabitur. Hoc quamdiu non potest, ualebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates; & tamen ualebit, vt si ante rationis vsum ex hac vita emigrauerit, per ipsum sacramentum commendante ecclesiæ charitate, ab illa condemnatione, quæ per vnum hominẽ intrauit in mundum, Christiano adiutorio liberetur. Hoc qui non credit, & fieri non posse arbitratur; profecto infidelis est, etsi habeat fidei sacramentum longeque melior est ille paruulus, qui etiam si fidem nondum habeat in cogitatione, † non ei tamen obicem [b] contrarię [c] cogitationis opponit, unde sacramentum eius salubriter percipit. † *al cognitione.*

a ¶ Semel regeneratus.] *Plenius apud B. Augustinum*, ut semel generatus per carnalem uoluptatẽ, cũ semel regeneratus fuerit per aliorum spiritualem uoluntatem, &c. *Multa uero in hoc capite emendata sunt ubi per glossam licuit. Sunt autem sententiæ ipsæ a collectore arbitratu suo transpositæ.*

Item Bonifacio cõtra duas epistolas Pelagianorum, l. 1. c. 22.

¶Aliorum fides in baptismo paruulos saluat.
C. CXXX.

Beda ad ca. 16. Marci. Anſ. l. 9. c. 43. IN ecclesia Saluatoris per alios [d] paruuli credunt; sicut ex aliis ea, quæ illis in baptismo remittuntur, peccata traxerunt, nec illud cogitetis, ɣ [e] eos uitam habere non posse, qui fuerint expertes corporis, [f] & sanguinis Christi, dicẽte ipso. Nisi manducaueritis carnem meam, &c.

Ioan. 6.

β ¶ Cogitetis. *Non est mutatum ob glossam. Sed in uetustis codicib. & originali est*, cogitatis *pendentque hæc omnia ex superioribus: quare integer locus perlegendus.*

Beda 1. Cor. 10. ad uerſ. [Calix bñdictionis. *Idem.*

¶Corpore & sanguine Christi participat, qui per baptisma membrum eius efficitur. C. CXXXI.

3. dist. 2. ga passus. §. nulli. Sent. 4. distinct. 9. Poly. l. 3. tit. 10. Anſ. l. 9 cap. 23. Iuo p. 2. c. 1 NVlli [g] est aliquatenus ambigendum, tunc vnumquemque fidelium corporis sanguinisque Dominici participem fidei, quando in baptismate membrum Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si ante quam panem illum comedat [h] & calicem bibat, de hoc sæculo in unitate corporis [i] Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc, quod illud sacramentum ɣ est, inuenit. † ɣ ¶ Sacramentum est.] *Apud Bedam (nam originale non est inuentum) legitur*, sacramentum significat inuenit. *ut supra dist. 2. quia passus. ver. nulli & ita interpretatur nunc auctor glossæ uerbum*, est. † *al. inuenitur.* † *al. inuenitur.*

b ¶ Obicem.] quia licet non habeat fidem, tamẽ non habet infidelitatem.

c ¶ Contrariæ.] simile sup. 54. distin. si seruus. sic ff. ad Macedo. l. si filius familias. ff. de reg. iur. semper.

IN ecclesia.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ sicut paruuli ab aliis peccatum originale cõtraxerunt, ita per alios baptismum percipiũt, per quos dñr credere. & fideles esse: nec vitam habere possunt, qui sunt expertes corporis & sanguinis Christi, idest, vnitatis ecclesiæ: & dicit H ꝙ non est ibi, non: quia non debet dici nõ posse, sed posse, potest tamen & illa littera bene legi.

d ¶ Per alios.] & ita sicut peccauerunt per alios ita credunt per alios, & ita omnis res per quascumque causas contrahitur, &c. extra de reg. iuris. c. omnis res.

e ¶ Cogitatis.] quasi dicat, non dubitetis immo certi sitis, ꝙ habere non possunt, si sunt expertes.

f ¶ Corporis.] idest, vnitatis ecclesiæ, quã illa significãt. sup. ea. non in uobis.

ADDITIO. Ad idem sup. ea. dist. 2. quid est, quod est cum baptizantur. vnde non sine causa adiungit seq. c. in quo idem dicit. Archid.

NVlli est.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis fuerit baptizatus, particeps est corporis & sanguinis Christi, idest, vnitatis ecclesiæ, & si de hac vita recedit antequã corpus Christi, & calicem sumat sacramentaliter, tamen effectu illius sacramẽti, non priuatur: quia inuenit habere hoc quod significat ipsũ sacramentum, scilicet vnitatem ecclesiæ.

g ¶ Nulli de.] efficacia baptismi repetit, vt sic finis aliudat principio.

g ¶ Nulli.] est hæc est pars illius capituli supra distinc secunda, quia passus.

h ¶ Comedat.] in sacramento.

i ¶ Corporis.] idest, ecclesiæ significatæ per corpus Christi.

k ¶ Sacramentum est.] idest, significat. Io.

SI baptizata est.]Hæc est 27.pars dist. in qua probat magister ꝙ nullus saluatur nisi sit baptizatus,& hoc vsque ad c non ex quo.Io. Fant.

CASVS.Probat Augustinus in hoc cap. ꝙ natus de baptizata est baptizandus, ut possit uitare æternam dānationē: quia Christus,qui non indigebat baptismo, baptizatus est, ut nobis daret exemplum baptizandi & olim circuncidebantur, qui circuncisis nati erant. Nam sicut, qui nondum natus est, mori non pōt: ita qui nondum natus est a patre, renasci non potest, nec purgari de reliquiis uetustatis. nā licet pater in baptismo sit mundatus. tñ filius a patre contrahit causam ex qua originale peccatū in nascitur ei.unde similiter nisi renascatur, damnabit:baptismus enim animam a peccato mundat,sed causam peccati, quæ est in carne, non remouet.]Cōficitur,] idest intelligitur.

a ¶ Si baptizata est.] id est, si Christus baptizatus est, qui sine peccato secundū carnem natus est, multo magis quilibet alius batizari debet, qui secundum carne in peccatis conceptus est.s.ead dist.firmissime.

b ¶ Propter]hic assignatur vna cō quare Christus baptizatus fuit,alia sup ea.numquam,alia ead.non regenerabantur.

c ¶ Mortis]idest,peccati,uel morti subiecta.

Filiꝰ apostatæ est baptizandus inuito patre.

d ¶ Qui de baptizato]argu. filium apostatæ baptizandū esse inuito patre, dum puer est argu sup. ea. plerique. in fi. 28.q.1. Iudęorum.

pater mūdus immūdum producit.

e ¶ Renasci.]arg.contra.ff.de ver.signi.uerbum reddendi.

i idest, cō cupiscentia carnis q̄ remanet in carne post baptismū sup. c ea. dist. c.2.

f ¶ Qui ab eo]ex mundo patre immundus nascitur, sicut ex frumento puto nascitur imputum, scilicet cū palea. 56.dist.nasci.

g ¶ Innouatus] per gratiam baptismi.

h ¶Non de nouitate]spiritus, quia anima non extat ex aſa,sicut caro ex carne p traducē.32.q.2.Moyses.

i ¶ Vetustatis.]idest carne in qua remanet causa uetustatis,idest peccatum quodlibet 1.

k ¶ Damnationem.]contractam scilicet in carne.

VProrogata ex reliqua uetustate parentum. Io. T ostenderet]CASVS. H.sic ponit hūc casum.An

Item de peccatorum merit. & remiſ. & baptiſmo parvulorum.lib.2.c.25. & 26.

¶Quare sit baptizandus,qui de baptizato nascitur. C. CXXXI.

27 SI baptizata[a] est caro Christi, quæ sine peccato erat, propter[b] exemplum imitationis, quanto magis baptizanda est caro mortis[c] propter euitandum iudiciū damnationis?Sicut uero in tempore circumcisionis,qui de circumciso nascebatur,fuit circūcidendus:sic nūc, qui de baptizato[d] nascitur,erit baptizandus. ¶ Sacramentum enim baptismi,sacramentum est regenerationis. Quare sicut qui non vixerit, mori non potest;ita qui natus non frerit, renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo parente renasci[e] potuisse non natum.Et quamuis parenti post cōuersionem propria peccata non obsunt,tamen illis obsunt, qui ab eo[f] generantur.Parenti propter hoc non obsunt, quia renatus est:illis aūt, qui de illo nati sunt,nisi eodem modo renascantur, quæ a parente contracta sunt, oberunt; quia etiam innouatus[g] pater non[h] de nouitate, sed de reliquiis uetustatis[i] carnaliter gignit;& filii ex parentum reliqua uetustate in peccati carne propagati, damnationem[k] sacramento regenerationis euadunt. Cap. 16.

¶ Hoc etiam caput confectum est ex uerbis B.Augustini, collectoris tamen arbitratu,& immutatis & transpositis,& in summam reactis.Quod in multis sequentibus capitibus ita fit,ut necessarium omnino sit ad ipsum adire auctorem.Quare pauca emendata sunt,(& ea quidem ex uetustis fere Gratiani exemplaribus,) quæ scilicet sensum ualde obscurabant;nec glossa obstabat.

Idem in Enchiridio,c.52. Rom 6.

¶ In baptismate omnia peccata moriuntur. C. CCXXXIII.

VT ostenderet[l] Apostolus nos mortuos esse peccato; An ignoratis,inquit, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu,[m] in morte[n] ipsius baptizati sumus? Si ergo hinc ostendimur mortui esse peccato, quia in morte Christi baptizati sumus, profecto & paruuli, qui baptizantur in Christo, peccato moriuntur; [o] quia in

l ¶ Vt ostenderet.]probat Auctoritate Apostoli pueros esse baptizandos: nā Apostolus vniuersaliter dixit,quicumque baptizati sumus,&c.

m ¶ In Christo Iesu.]idest,sacramento Christi,uel fide Christi in forma iniūcta vel tradita ī Christo. sup. ea.proprie.ver.ad cuius L.

n ¶ Morte.]idest,ad similitudinem eius mortis:quia sicut ipse mortuus fuit, ita non morimur peccatis. ADDITIO.Scilicet in baptismo. sup. ea.proprie.Arc.

o ¶ Moriuntur.]mors ista ciuilis est arg. C.de epis.& cle.Deo nobis.alibi habes de naturali,ut ff.de leg.1.si duplex quis ita testamento.

A Paruulo]¶prohibēdus.].1.q.3.nec numerus.

b Moriatur.] sup.ea.tunc valere.

NOn regenerabantur. CASVS. Hu. sic ponit hunc casum, ostendit Aug. differentiā inter baptismū Ioannis & baptismum Christi:in illo peccata non dimittebantur,sed tantum homines; exterius abluebātur,& assuefiebant ad susceptionem baptismi Christi. in quo peccata dimittuntur. Christus vero, qui nullū habuit peccatum, ex humilitate voluit baptizari baptismo Ioannis: vt hoc ipso ostenderet: ꝙ ipse remissione peccatorum nō indigebat. [De eo.]s. spiritu sancto.

c ¶Non regenerabātur.] quia non fiebat remissio peccatorum.

d ¶Baptismo.] cuius forma erat in nomine venturi: vt dicitur in quadam glo. Augu. super Ioan. quod baptismus non mundaret ab originali, nisi alias esset circūcisus: dicebatur tamen baptismus pœnitentiæ, quam Ioannes prædicabat dicens, Agite pœnitentiam.

e ¶Præcursorio.]habiles ad suscipiendum verum baptismum.

f ¶ Parabantur.] idest, abluebatur exterius.

g ¶Qui regenerationem.]idest,remissionē peccatorum, qua non indiguit.

h ¶Sed humanitas.] sup. ea. per aquam.

h ¶ Sed humanitas.] idest, benignitas, quā pro nobis fecit.

Ibidem.

Ibidem.

morte ipsius baptizantur. Nullo enim excepto dictum est. Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus:& ideo dictum est, vt probaretur mortuos nos esse peccato.Cui autem peccato paruuli renascendo moriuntur,nisi quod nascendo traxerunt? Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet,quod sequitur; Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem *& infra* ¶Baptizatis ita que in morte Christi,in qua nō solum maiores; verumetiam paruuli baptizantur ait: Sic vos existimate mortuos quidem esse peccato,viuentes autem Deo in Christo Iesu.

Sent. 4. dist. 4. Iuo p.17.c.4.

Item eodem,c.43.

¶Sicut nulli baptismus negatur, ita nemo est, qui non peccato moriatur. Cap. CXXXIIII.

A Paruulo recens nato vsque ad decrepitū senem, sicut nullus prohibendus[a] est a baptismo,ita nullus est,qui non peccato moriatur[b] in baptismo. Sed paruuli tantū originali,maiores aūt ēt omnibus ijs moriuntur peccatis, quę male viuendo addiderunt ad illud,quod nascēdo traxerunt.

Item in eodem,c.49.

¶In baptismo Ioannis non erat peccati remissio. Cap. CXXXV.

NOn regenerabantur, †[c] qui baptismo[d] Ioannis baptizabantur:† sed quodā præcursorio[e] illius ministerio, qui dicebat,parate viam Domino, huic vni,in quo solo, renasci poterant,parabantur.[f] Huius enim baptismus est non in aqua tantum, sicut fuit Ioannis, verū ēt in spiritu sancto, vt de illo *α*spiritu regeneretur quisquis in Christū credit,de quo Christus regeneratus regenerationē† [g] non cognouit *& infra paulo* ¶In aqua baptizari voluit a Ioanne; non vt eius iniquitas vlla diluereturſed vt magna commendaretur humanitas.†[h] Ita quippe nihil in eo baptismus habuit,quod abluеret: sicut mors nihil quod puniret, inuenit.

† Ang.addit. a quo & ipse baptizatus est. Esa. 40. Mar. 1.

†regeneratiōe nō sequit orig.

† humanitas] Orig.

α ¶ Vt de illo spiritu.] *Restitutus est ex B. Augustino hic locus, in quo glossa non impediebat. Antea legebatur.* Vt de illo regeneraretur.si quis in Christum crediderit, de illo Christus regeneratur, qui regenerationem,&c.

Item de baptiſmo paruulorum,ſiue de peccat. mer.l. 1.cap.15.& 16.

¶Non solum originale, sed etiam actualia peccata remittuntur in baptismate. Cap. CXXXVI.

RGenerante *α* autem carne tantummodo contrahitur peccatum[l] originale. Regenerante autē spiritu non solum originalium,[k] sed etiam voluntariorum fit remissio pecccatorum. Proinde recte potest dici paruulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitissima[l] futuros. Multum autem fallit & fallitur, qui eos in damnatione prædicat: non futuros, dicente Apostolo,

Rom. 5.

i ¶ Mitissimam] respectu aliarum pœnarum: & erit hæc pœna, quia erunt in tenebris.i. ea nulla, & carebunt visione Dei. extra de bapt. c. 3. sed tamen dicit Aug. ꝙ mallet sic esse quam non

Baptismꝰ delet actualia cū originali.

non esse. Arg. ℨ sup. ea. firmissime, & sup. de pœn. dist. vlt. cap. vlt.

Q Visquis.] CASVS. Dñ hic, ꝙ quicumque de carne nascitur, duabus de causis oportet ut baptizet. ſ. vt liberetur a peccato, & æternaliter saluetur: quia sicut per Adam mors intrauit, ita salus per Christum.

a ¶Mortis.] de pœn. dist. 1. ſi peccatum.

P Aruuli.] CASVS. Quærebatur quare paruulus dicetur fidelis, & respondetur ꝙ baptismus facit eũ fidelem: sed cũ ad annos discretionis peruenerit, si non crediderit, nec a peccatis abstinuerit, baptismus nihil ei prodest.

b ¶Fideles.] ſ. ea. nihil, &c. sequenti contra sed hic de fide offerentium, ibi de fide oblatorum, quorum adhuc nulla potest esse fides, & quod dicit, quodammodo, soluit contrarium.

c ¶Nihil ei prodest.] quo ad vitam æternam. 1 de pœn. dist. 3. ſi quis autem charitatem non habens.

i Subaudi imò nocet: argu. 22. q. 1. sanctimus in fin.

M Ater.] CASVS. Dñ hic, ꝙ ecclesia paruulos baptizat, qui nondum possunt credere vel confiteri: & tamen fideles vocãtur, & pœnitẽtes: quia alij respõdent pro eis, & profitentur, & pro eis diabolo & huic sæculo abrenunciant. Sequentia tria ca. plana sunt.

d ¶Os maternum.] eorum, scilicet qui pro eis respondent.

e ¶A credendo.] ideſt, quia credunt.

f ¶Nomen est.] scilicet hoc nomen fidelis. credere enim est fidem habere sup. ea. nihil.

g ¶Etiam non pœnitentes.] non ꝙ agant pœnitentiam, 2 cum nullam habeant discretionem: sed habent pœnitudinem: ideſt, suscipiunt eam & faciunt & dicunt per verba gestantium qualia pœnitentes. Io. de Fant.

2 Imò ex hac litera cõsuevit elici arg. ꝙ qs tenetur profiteri de originali peccato; alias eũ non haberet locum Io. Archi.

h ECclesiæ.] ideſt, peccata dimittuntur eis, qui participes sunt ecclesiæ per charitatem ecclesiæ, ideſt, qua subsistit ecclesia. 7. quemadmodum. sup. de pœ. dist. 3. sane cauendum.

i ¶per spiritum sanctum.] i quæ vnitur per spiritum sanctum. fideles. n. sunt in ecclesia, & ea in ipsis 7. 9. scire ecclesiæ charitas tenet, peccata. 1. ipsa ecclesia vel ecclesia vnitas, i. eis qui in vnitate no sunt, tenet peccata. i. non dimittuntur, vt ℨ 2. q. 1. multi. sup 32. q. 7. quem-

Fideles sunt in ecclesia ipsa in fis.

Per vnius delictũ in omnes homines ad cõdemnationẽ &c.

a ¶Regenerante autem.] *Declarans B. Augustinus, cur ab Apostolo dictum sit*, Sic & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum, *hæc asserebat*, Quia generante carne illud tãtummodo trahitur, quod est originale peccatum. Regenerante autem spiritu non solũ originalis, sed etiam voluntariorũ fit remissio peccatorum.

Item in eodem, c. 16.

¶Quicumque ex concupiscentia nascitur, per baptismum regeneratur. Cap. CXXXVII.

Q Visquis ex concupiscentia carnis, & lege peccati & mortis a carnaliter generatur, regenerari spiritualiter opus habet, vt non solum ad regnum Dei perducatur: verũ etiam a peccati damnatione liberetur. Sicut enim per primũ hominem in peccato, & morte nascuntur: sic etiam per Christum in iustitia, & vita æterna in baptismo renascuntur.

Sententia potius quam verba.

Item in eodem libro, c. 19.

¶Offerentium fides paruulos facit fideles. Cap. CXXXVIII.

P Aruuli, fideles b recte vocantur: quia fidem per verba gestantiũ quodammodo profitentur; & per eorum mdẽ verba diabolo, & mundo abrenunciant. Et hoc fit vi sacri, & diuinæ gratiæ quam Dominus donauit ecclesiæ. Paruulus autem, qui baptizatur, si ad annos rationales veniens non crediderit nec ab illicitis abstinuerit: nihil ei prodest, c quod paruulus accepit.

Summa verborum. B. Aug. ſ. dixi, verba, ipsa.

Item Augustinus in eodem libro 1. de meritis, & remissione peccatorum, c. 25. & 19.

¶De eodem. Cap. CXXXIX.

M Ater ecclesia os maternum d paruulis præstat, vt sacris mysterijs imbuantur: quia nõdum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec ideo tñ eos quisquam fidelium infideles appellare cunctatur: quod a credendo e vtique nomen est; f quamuis hoc non ipſi, sed alij pro eis inter sacramenta responderint. Si autem propterea recte fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur: cur etiam non prius pœnitentes g habeantur; cum per eorumdem verba gestantium, diabolo, & huic sæculo renuntiare monstrantur?

Rom 10.

ℨ. c. proximo.

Idem in tract. 121. ad c. 20. Ioannis.

¶Charitas ecclesiæ peccata dimittit, vel tenet. Cap. CXL.

E Ccleſiæ h charitas, quæ per ſpiritum ſanctũ i diffun-

Glossa ordin. ibi ex Aug. ad ver. [quorũ remittitis] & Beda ibidem. Sent. 4. dist. 18.

a ¶ peccata.] Idem est, quod alibi dicitur, Sicut peccata remiseritis, remissa erunt: & cui retinueritis, retenta erunt: & alibi. Spiritus sanctus aut per seipsum remissionem facit: aut per columbæ membra. sup. ea. cap. quomodo. sic itaque intelligimus quod hic dicitur.

b ¶ Te.

ADDITIO. Sub. & est ratio. ff. de pac. do. conuenire. Archid.

c Et adiuuando.] not. processum, habes primo, ꝙ dimittit peccata quæ facta sunt. Secundo confert gratiã ne fiant. Tertio perducit ad illam vitam vbi omnino fieri non poterunt a bonis, quia tunc confirmati peccare non poterunt. ſ. disti. 5. c. 1.

ditur in cordibus eorum, qui participes sunt, peccata a dimittit: eorum, qui non sunt, tenet. b

Beda in c. 3. 1. Ioãnis, & glosa ibid. Io. 1. Sent. 4. dist. 18.

Idem de peccatorum meritis, & remissi. l. c. 25.

¶Solus Christus peccata dimittit. C. CXLI.

N Emo tollit peccata, nisi solus c Christus, qui est agnus tollens peccata mundi. *& infra.* ¶Tollit autem & dimittendo, quæ facta sunt d (vbi & originale continetur,) & adiuuando e ne fiant, & perducendo ad vitam, vbi fieri omnino non possunt.

Summa verborum.

Idem ibidem, &c. 25.

¶Præter baptisma Christi paruulis nulla salus promittitur. C. CXLII.

N Vlla præter baptismum Christi salus promittitur infantibus, quia infantes, si per sacramẽtum, quod ad hoc est diuinitus institutum, in credentium numerum non transeantur, profecto in tenebris manent. f

¶Baptizati Christo incorporantur, & eius membra fiunt. C. CXLIII.

Per epitomã.

A D hoc baptismus ualet, ut ibi baptizati g Christo incorporentur, & membra eius habeantur, & consepeliãtur: & oblati per sacramentum, charitatemq. fidelium reconciliẽtur Deo, ut in illo viui, salui, liberati, redempti, illuminati fiant.

Idem ibidem, c. 27.

C. CXLIIII.

Q Vis autem nesciat credere esse infantibus baptizari; nõ credere autem non baptizari.

Idem de gratia, & libero arbitrio ad Valentinum, c. 14.

¶Gratia non solum peccata dimittit, sed etiam legem implere facit. C. CXLV.

G Ratia, quæ per Christum datur, non solum peccatorũ remissionem facit, sed etiam, ut lex h impleatur, ut natura liberetur, ne peccatum dominetur; spiritus etiam gratiæ dat fidem, quæ etiam non petita i Deo conceditur, ut homini petenti & alia concedantur. Nam fides non est liberi arbitrii tantum sed donum Dei.

Spe. 2.

Idem de baptismo paruulorum, siue de pecçat. mer. & remiſſ. lib. 2. c. 7.

¶Vetus infirmitas in baptismo non penitus absumitur, sed uires amittit. C. CXLVI.

N On ex quo quisque baptizatur, omnis uetus in-

b ¶ Tenet] ideſt, non dimittit peccata 24 quæſt. 1. quicumque.

c N Emo ¶Solus] sup. 1. q. 1. vt euidenter.

¶Quæ facta sunt.] non autem dimittit futura, quia tractus futuri temporis, & c. ff. de usur. l. 1. ſ. 1. nec de futura iniuria paciſci possumus. ff. de pact. l. ſi vnus. ℨ pacta.

Futura non valet.

baptismo, tamen originale peccatum nõ ita dimittitur vt non sit, remanet in hominẽ sopitum & debilitatũ, nisi excitetur & reuocetur in proprium dominium, consentiendo prauis motibus ex eo surgentibus, & ita licet homo renouetur in baptismo. tñ nõ ex toto debetur originale, & quantũcũque renouatio crescat, tamẽ nunq̃ in hac uita erit plena & pfecta renouatio in ho-

mi-

mine, cum in eo adhuc sit peccatum ex quo caro pugnat aduersus spiritum, & quod hominē sæpe stimulat & peccare compellit. ad vltimū ostendit differatiā inter actualia & originalia peccata. Ego autē B. hoc addo, q̄ originale peccatū remanet actu, sed reatu tollī ī baptismo. Actuale veto transit actu, sed remanet reatu, nisi a Deo fuerit remissum. Iste casus bene ponitur in apparatu.

¶ Non ex quo.] CASVS Licet omne peccatum actuale & originale dimittatur in baptismo, tñ originale non ita dimittitur, ne sit, sed remanet in homine debilitatum & sopitum, nisi post excitetur & reuocetur in proprium dominium cōsentiendo prauis motibus ex eo surgentibus. Secundo dicit, q̄ renouatur homo in baptismo. & ad hoc induxit auctoritatem Apostoli, & quantumcunque crescat illa renouatio, numquam tamen in hac vita perfecta erit, cum adhuc peccatum sit in homine, quod semper pugnat aduersus spiritum. Tertio ponit quādam differentiam inter actuale & originale, originale enim transit reatu, sed non actu. Actuale transit actu, sed remanet reatu. Io. de Fant.

firmitas in eo absumitur.[a] Sed renouatio incipit a remissione omnium peccatorum, & intelligentia, & operatione spiritualem. Cætera[b] uero in spe facta sunt, donec etiam in re fiant; quod erit in resurrectione. Nam in baptismo, quamuis plena fiat remissio peccatorum, nondum tamen plena est nouitas, & perfecta mutatio, quia adhuc remanet corruptio[c] non solum in corpore, sed etiam in animo, qui est homo interior, in quo si perfecta esset nouitas, non diceret Apostolus, quòd renouatur de die in diem. *Item eodem libro, c.27.* ¶ Hoc meminisse debemus tantummodo omnium peccatorum[d] plenam,[c] perfectamque remissionem baptismo fieri: hominem vero non totum commutari continuo: sed in bene proficientibus de die in diem nouitate crescente commutari quod uetustum & carnale est, donec ita renouetur, vt animalis infirmitas corporis ad firmitatem spiritualem incorruptamque perueniat.[f] *&c. 28.* ¶ Hæc autem lex peccati, de qua dicit Apostolus, (Non regnet peccatum in uestro mortali corpore.) non sic manet in membris eorum, qui renati sunt, tamquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena, & perfecta sit remissio peccatorum, omnibus inimicis interfectis, quibus seperabamur a Deo; sed manet in uetustate[g] carnis tamquam superatum, & peremptum, si non illicitus consensionibus quodammodo reuiuiscat,[h] & in regnum proprium, dominationemque reuocetur. Ab hac autem[i] vetustate carnis (in qua est lex ista peccati, uel peccatum iam remissum) vsque adeo spiritus uita discernitur in cuius nouitate baptizati per Dei gratiam renascuntur, ut tales etiam in præsenti non solum non in peccato, sed etiam nec in carne esse dicantur, cuius desideria non sequuntur, sed in spiritu. Ipsa uero carne corruptibili bene utitur,[k] qui membra eius ad bene operandum conuertit, non secundum desideria carnis uiuens lege peccati, quod licet iam remissum est, in uetustate tamen carnis manet, qua bene utuntur fideles, coniugati, qui eo, quod sunt in Christi nouitate, dominari sibi libidinem non patiuntur, ex eo autem, quod adhuc trahunt Adæ uetustatem, regenerandos[l] immortaliter filios, mortaliter[m] generant cum ea propagine[n] peccati, qua renatio obnoxii non tenentur, & qui nascuntur, renascendo soluuntur. *Item paulo inferius.* ¶ Sicut[o] facta & dicta,

Rom. 6.

peccatū originale quando contrahitur.

a ¶ Absumitur.] id est, consumitur. Inde solet quæri quando peccatum originale contrahitur. Et dic q̄ in ipsa infusione animæ, quia tunc tres vires animæ principales debilitantur. De hoc sup. ead. quæris.

b ¶ Cætera.] scilicet quæ spectant ad perfectionē, vt fiat plena nouitas, & animalis consumatur infirmitas: vt inf. sequitur.

c ¶ Corruptio.] qualitas quo ad corpus: corruptio, peccatum quo ad animam, ergo bis propter æquiuocationē proferatur corruptio secūdū Bar. & I.

d ¶ Omnium peccatorum.] peccatorum quidem omnium actualium.

e ¶ Plenam.] quia quo ad omnem pœnam originalis peccati, quo ad reatum mortis æternæ: & relinquitur vtique originale ad pugnandum dum fuerimus in via: sed debilitatum & superatū, ideſt, ad mortem æternam non imputabile sup. ea. per baptismum.

f ¶ Peruenia.] quod erit in alia vita, non in ista.

g ¶ Vetustate.] quadam.

h ¶ Reuiuiscat.] ergo reuiuiscit quod erat peremptum propter culpam reuiuiscit actio, vt 12.q.2.liberti. ea quærit ante medium.

i ¶ Ab hac ante.] ordo litteræ. Vita spiritur, in cuius nouitate baptizati renascuntur a Deo, discernitur ab hac vetustate carnis & peccati, &c.

k ¶ Bene utitur.] scilicet uetustate carnis. sup 32.q.1. non enim in sola.

l ¶ Regenerādos.] per baptismum.

m ¶ Mortaliter.] ideſt, cum mortali peccato.

n ¶ propagine.] ideſt, corruptione carnis a primis parentibus traducta uel propagata, ex qua originale peccatum innascitur animæ.

o ¶ Sicut.] hic notatur differentia inter actuale & originale peccatum, quia illa transeunt actu, & remanent reatu donec p baptismū uel p pœnitentiā ex toto deleātur. Originalia vero in baptismo remanēt actu, sed transeunt reatu. remanent enim quædam pœnalitates, cum quib. homo pugnat 1, quasi dicat, sicut omnes prauæ cogitationes & operationes transeunt actu, & remanēt reatu, sic originalis culpa reatu solui

Actio propter culpā reuiuiscit. Ordo litteræ.

Peccata actualia & originalia differunt.

x Et s.c. p baptismi. & uidetur qd non extra d. sup. ma sorti ibi ostia vig.

vitum omnes Apostoli fuerint baptizati. Io.

CASVS. Quia Christus cum in Iudæa morabatur, per discipulos suos baptizabat, credēdū est, q̄ fuerunt baptizati baptismo Ioannis, vel (quod melius est) Christi. Ité p hoc q̄ Dñs dixit Petro, Qui lotus est, & c. credendum est Petrum fuisse baptizatum.

c ¶ Discipulos.] arg. q̄ aliud est facere per se quam per alium. ut 2.q.7. accusatio. ff. de sol. inter artifices. C. de cadu. tol. l una. §. sin autem. arg. contra extra de sen. excom. mulieres. ff. de admi. tut. ita autem. § gessit se.

d ¶ Magis.] hoc, magis, correctiue legas.

e ¶ Pedes lauet.] id est, affectum mentis purget, q.d. licet homo abstinere possit a mortalibus, tamen pulueret terrenæ habitationis inuoluitur, ideſt, venialibus, vnde pœnitētia magis quam baptismus est necessaria.

Abstinere a venialibus difficillimū.

Si eos.] CASVS. Quidā non credebāt aliquem baptizatum, nisi hoc scriptū inuenirent cōtra quos hic dicitur, q̄ ipsi uidentur Apostolis calūniari, de quibus nescīmus quando fuerunt baptizati, præterquā de Paulo: tamen eos credimus fuisse baptizatos, quia Petro dictum est a Domino, Qui lotus est, & c.

f ¶ Contendimus.] not. qd si dubitatur de baptismo uiuētis, habetur pro non baptizato, & baptizatur sup. c. cum itaque. ubi autem dubitatur de baptismo mortui, præsumendum est eū esse baptizatum extra de presby. non bapti. cap. 1. & argum. hic.

g ¶ Qui lotus.] ideſt, purgatus a mortalibus.

h ¶ Nisi ut pedes.] sordes uenialium, vel tangit cōsuetudinem alicuius loci, quæ reprobatur. 1. q.1. emendari.

& cogitata iniqua animæ β & corpori pertinent[a], licet autem quantum ad motus iam præterierunt, & non sunt, eis tamen præteritis reatus eorum manet, nisi peccatum per remissionem soluatur; sic contra in hac non iam præterita, sed adhuc manēte lege concupiscentiæ reatus eius soluitur:[b] & non erit, cum fit in baptismo plena remissio peccatorum.

¶ *Quod de multis capitibus iam significatum est, ex locis B. Augustini esse confecta, sed aliter dispositis, & in summam collectis, id in hoc potissimum capite apparet, in quo tamen non pauca sunt & emendata, & addita.*

α ¶ A remissione.] *Antea legebatur,* ad remissionem, & c. *Emēdatum est ex plerisque uetustis exemplaribus, & originali.*

β ¶ Animæ & corpori. *In originali est.* quantū ad ipsos motus animi, & corporis pertinet, iam præterierunt, & non sunt; eis tamen præteritis, & non iam existentibus, reatus eorū manet, & c. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Item in epistola 108. ad Selucianam.

¶ Discipuli Christi eius baptismate creduntur abluti.

C. CXLVII.

Iuo. p. 1. c. 309. Pan. l. 1. c. 104.

29 QVando ab Hierosolymis exijt Iesus cum discipulis suis in Iudæa terram, & illic morabatur cum eis: baptizabat non per se ipsum, sed per discipulos[c] suos, quos intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis (sicut nonnulli arbitrantur,) siue (quod magis a credibile est) baptismo Christi. *Item ibidem.* ¶ Respondit Dominus Petro: (Qui locutus est, non indiget nisi ut pedes lauet:[e] sed est mundus totus.) Vbi intelligitur, quod iam Petrus baptizatus fuerat.

Ioan. 13.

Item ad Vincentium, & Victorem. lib. 3. de anima, & eius origine, c. 9.

¶ Apostoli omnes, Christi baptismate baptizari creduntur.

C. CXLVIII.

Iuo. p. 1. c. 310. Pan. l. 1. c. 105

Act. 9. per epitomē

Ioan. 13.

Si eos, de quibus non scriptum est, vtrum fuerint baptizati sine baptismo de hac uita recessisse contendimus[f], ipsis calumniamur Apostolis: qui præter apostolum Paulum, quando baptizati fuerint ignoramus. Sed ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit, quando beato Petro apostolo Dominus ait, (Qui locutus[g] est, non indiget, nisi ut pedes[h] lauet.)

Idem lib. 4. de baptismo, contra Donatistas, c. 21.

¶ Catechumenus catholicus hæretico baptizato præfertur.

C. CXLIX.

30 NOn dubito catechumenum catholicum diuina

tur, actu vero ad agonē relinqt de pæ. di. 1. si peccatū.

a ¶ Pertinent.] quantum ad ea, quæ eius ministerio geruntur.

b ¶ Soluitur.] & ita uidetur, q̄ accidentale est ei omne peccatum.

c ¶ Quando ab.] Hæc est 29. pars dist. in qua quæritur

NOn dubito.] Hæc est 30. pars dist. in qua loquitur de catechumenis, & de credentibus. Ité de illis, qui hodie spectant ad uetus, & nouum testamentum. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ catechumenus. qui fidem habet, præponitur hæretico baptizato, & malo

catholico baptizato: nec ꝓpter hoc iniuriam facimus sacramento baptismi. quod probat ex exemplo Centurionis, q̃ ante baptismum fuit bonus. sed Simon magus post baptismū fuit malus, & sicut bono catechumeno baptismus est necessarius, sic uera ꝓfessio malo catholico est necessaria: q̃d probatur auctoritate Domini Centurio, s̃ Cornelius. Sequens c. patet.

a ¶ Anteponere.] sup. c. catechumenum. cōtra. sed hic loquitur de eo, qui habet desiderium baptizandi, ibi non extra eo. maiores. § fi.

b ¶ Centurio.]26. di. deinde sup. ca baptismi utcem.

c ¶ Cornelius] sup. 2. q 7 non omnes. 1

rEt 26 di. deide. s. ca. baptis. mi. Arch.

d ¶ Capessendum.] i. contemnit accipere baptismum, cū possit.

e VErus.]¶ Alibi.] scilicet. in epistola petri. 2. & est hoc verbum Augustini: quod sequitur est Petri.

2 Cap. 3.

f ¶ Depositio.] idest, exterior ablutio.

g ¶ Sed cōscientiæ.] non enim sufficit baptizando habere bonam conscientiam, nisi ad interrogationem ecclesiæ suam fidem ostendat. 86 di. non satis in prin. lo.

Sicut in sacramentis.] CASVS H. sic ponit hunc casum. licet torum ca. possit legi de baptizatis: melius tamen vsque ibi, [nō interest.] loquit de adultis non baptizatis: exinde de baptizatis. In prima parte dicitur, quod sicut in ueteri testamēto erāt quidam boni, sic & in nouo sunt quidam mali, qui si incipiunt bene operari dimissis malis, & uelint baptizari, uel perfecti esse, si ante decedant quā hoc consequi possint, saluabuntur. In secunda parte dicitur, quòd qualicumque fide qs suscipiat baptismum, quantum ad integritatem uerum accipiat baptismū: sed non quantum ad salutem, nisi bona fide accipiat. si ille qui ficte & mala fide accipit baptisma, postea emendatur non ideo reiteratur baptismus. Credo qd H huc casum posuit, qui a Beñ. positum non inuenit. h ¶ Sicut in sacramentis] prima pars intelligitur de adultis nō baptizatis, vsq; ad illud, nō interest, & c. & dicitur in c. sicut in veteri testamēto fuerūt quidam boni, ita in nouo sunt qdam mali: qui si incipiunt bene operari dimissis malis, & velint baptizari, uel perfecti esse, si ante decedant quàm hoc consequātur, saluabuntur. In secunda parte dicit, quod qualicumque fide quis accipiat baptismum, verum recipit sacramentum, sed non eius salutem, si ficte accedat. In tertia parte dicitur, quòd si ficte prius pœniteant, non sunt rebaptizandi.

haritate flagrantem hæretico baptizato anteponere [a], sed etiam in ipta intus catholica, bonum catechumenum malo baptizato anteponimus. Nec ideo tamen sacramento baptismi, quo iste nondum, ille iam imbutus est, facimus iniuriam. *& paulo post*. ¶ Melior enim Centurio [b] Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato Iste enim & ante baptismum sancto spiritu repletus est; ille & post baptismum immundo spiritus inflatus est. Veruntamen Cornelius, [c] si etiam spiritu sancto iam accepto baptizari noluisset, contempti tanti sacramenti reus fieret. *& infra*: ¶ Sicut autem bono catechumeno baptismus deest ad capessendum, [d] regnum cælorum, sic malo baptizato uera conuersio. Qui enim dixit, [nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum,] ipse etiam dixit, [Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum, & phariseorum, nō intrabitis in regnum cęlorum.]

Act. 10.

Ioan. 3. Matt. 5.

Item in libro sententiarum Prosperi. †

¶ Non tam ablutione corporis, quàm fide cordis baptisma conflat, C. CL.

† Lāfranc. l. 1. de sacrā. & sententia, apud B. Aug. trac. 80. ad c. 15. Ioannis. Alger. l. 3. c. 6: Iuo p. 2. c. 9. pan. l. 1. c. 110.

VErus baptismus constat non tam ablutione corporis quàm fide cordis: quemadmodum Apostolica doctrina tradidit dicens: [Fide mundans corda eorum,] & alibi: [e] [saluos facit baptisma, non carnis depositio [f] sordium, sed conscientię [g] bonæ interrogatio in Deum.]

Item Augustinus li. 1. de baptismo, c. 15.

¶ Sicut in ueteri testamento quidam spirituales, ita in nouo quidam carnales inueniuntur. C. CLI.

Sicut [h] in sacramentis ueteris testamenti uiuebant quidam spirituales, ad nouum scilicet testamentum [i], quod tunc occultabatur, occulte pertinentes, sicut & nunc in sacramentis † noui testamēti, quod iam reuelatum est plerique uiuūt animales: qui proficere si nolunt ad percipienda, quę sunt spiritus Dei, quo eos hortatur sermo Apostolicus [k], ad uetus [l] testamentum pertinebunt. Si autem proficiunt, & antequam capiāt baptismum, †ipso profectu, & accessu ad nouum pertinēt: & si priusquam spirituales [m] fiant, ex hac uita rapiantur, custoditi per sacramenti [n] sanctitatem in terra uiuentium cōputantur, vbi est spes nostra, & portio Dominus. Nec inuenio, quid verius intelligatur in eo, quod scriptū est: (Imperfectū meū viderūt oculi tui:) quando quidem sequitur (& in libro tuo oēs scribentur.) *Item lib. 3. c. 14.*

† *al. sacramento*

1. Cor. 2.

† abest ab or.

Psal. 141. Psal. 138.

3 Vel ad beatitudinem æternā. Aug. in Afr. c. 27. & in lib. de eccl. dogm. c. 24.

Bure. l. 4. ca. 34. Iuo p. 1. c. 228.

† *al. vere sed falsę.* Rom. 5.

4 ad hoc ar. C. 3 ꝙ tuto. poterit cum a me

In Afri. ca. 28. de eccl. dogm. c. 28. Cęp. epi. 1. c. 10.

i ¶ Testamentum.] deest, ad gratiam, quæ data est in nouo testamento. 3

K ¶ Apostolicus.] scilicet Iudæ Apostoli ibi, q̃ surfum sunt sapite.

l ¶ Ad vetus. testamētum] idest, ad duritiam veteris testamenti.

m ¶ Spirituales.] per baptismum, cū non stat p eos. 4.

n ¶ Per sacramēti.] idest, quę solet dari & cōferri in tribus sacramento.

a ¶ Interrogari.] super articulis fidei, & aliis ad salutem animæ pertinentibus.

b ¶ Opinionum.] quia quot homines, tot opiniones, arg. ff. de arbit. non cogendum. § principaliter. & § itē si vnus. argum. 12. q. 1. c. 1. & quælibet prouincia in suo sensu, &c. 76. distinct. vtinam.

PLacuit.] Hæc est 31. pars dist. in qua ponit quasdam incidentes quęstiones. Ioan.

CASVS. In Mileuitano concilio condemnabatur quędā hęresis, quę dicebat, Adam mortalem factum necessitate naturæ, & non peccati merito vnde siue peccasset, siue non peccasset, tamen mortuus fuisset.

c ¶ Mortalem] idest moriendi necessitatē subiectum. 1 secundū quod dicit factū erat enim immortalis, id-est, potens non mori, non autem non potēs mori. & ita fuit mortalis, & immortalis. Solet quęri quare peccatum originale imputetur animæ, cum illud contrahatur tātum ex carnis corruptione. Sol. dicūt quidam. ꝙ ideo quia anima delectatur ipsi carni, & ideo ei imputatur. Alia ratio est & melior, vt scilicet ibi quædam digna retributio notetur, quia anima primi hominis prius peccauit, & ita corrupit ipsam carnem, vnde & modo corruptio carnis corrumpit animas.

1 Q̃ non fuit ante peccatū. Adā erat immortalis.

d ¶ Naturæ.] videtur cōtra, quia dicit Aug. si Adam non peccasset, senio defecisset. Sed dic, senio defecisset, idest, in senū, q. d. non peruenisset ad senium quia semper fuisset in iuuentute.

Adā si nō peccasset quia sem ꝑ iuuenis fuisset.

¶ Non interest cum de sacramenti integritate, & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutis viam, sed ad sacramenti quæstionem nihil interest. *Item infra.*

¶ Manifestum est fieri posse, vt fide non integra integrum in quoquam maneat sacramentum baptismi. *Item c. 15.* ¶ Si possent singuli diligenter interrogari, [a] tot diuersitates opinionum [b] fortassis inuenirentur, quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Nunquid tamen ideo non integrum sacramentum accipiunt? aut nunquid ideo si profecerint, & opinionem carnalium vanitatum emendauerint, denuo, quod acceperant, repetendum est? Accipit quisque secundum fidem suam, sed quantum capit, gubernante illa misericordia Dei, de qua præsumēs idem Apostolus dicit: Si quid aliter sapitis; id quoque vobis Deus reuelabit.

1. Cor. 2.

Philip. 3.

Et in Afr. c. 76.

Item ex concilio Mileuitano, cui interfuit Augustinus, & Anselmus † Romanæ ecclesiæ legatus contra Pelagianos, c. 1.

¶ Non naturæ necessitate, sed merito peccati Adam moriturus erat. C. CLII.

† Videtur mūdū in hoc nomine.

In lib. de eccl. dogm. c. 24.

3 PLacuit igitur omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere hæc, quæ in præsenti concilio diffinita sunt: Vt quicunque dicit Adam primum hominē, mortalem [c] factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, [d] anathema sit.

Item eiusdem concilij, c. 2.

¶ Paruuli non solum pœnam, sed etiam culpam à parentibus trahunt. C. CLIII.

c ¶Aliquid.]sup.dist. 1.qñ aũt.sup.42. dist.§.1.contra, ibi ad modicum. Sed illud intelligitur sine pietate respectu eorum per quæ habetur vita æterna. 86.dist. non satis. d ¶ Pulcherrimorũ.] versuum, s. Virgilij, quibus illud ostenditur. Arg.contra.sup 37. dist.legimus. e ¶Ciet.] idest, mouet. f ¶ Scatebrisque.] idest, ebullitionibus. g ¶Vel gemmis] gẽmæ dicuntur nodi virgarum vnde flores & frondes erumpunt. & dicit lex, q quædam arbores dicuntur gẽmaleg. † vt ff.sol mat. diuortio §. si fundum. Surculus est nodus. Truncus vbi arbores inseruntur:arg.23.q.5. ipsa pietas. h ¶Salomonis dicentis, Vade ad apem: & disce quomodo operatrix sit, & castrum opus faciat. i ¶Lectione.]& dicit lex, q libertus similiter põt præstare operas dominis diuersis: quia põt scribere vni, & custodire domum alij. ff.de ope.lib.duorum. K ¶ Omnis otiosus.] quæritur Egistus quare sit factus adulter? In promptu causa est desidiosus erat. extra de renun.nisi cum pridem. l ¶Non spernunt.]peccant tamen, & epitimio tradendi sunt. s. 21.q.4.c.1.

Virgilius in Georgicis.

Gemmæ sunt nodi virgarũ.

† geminales.

Libertus dñis poterit seruire duob.

IN omnibus igitur.] Hçc est nona pars dist.in qua dr̃,quod canonici simul debent comedere,dormire,& iacere in vno conclaui.Io de Fant.

CASVS.In hoc c. dicitur qualiter canonici regulares viuere debent. Debẽt eñ s̃m regulam viuere, & documenta sanctorum patrum seruare in episcopali ecclesia [si fieri põt] simul manducent & dormiant,& prælatis suis obediant. põt etiam hoc intelligi de omnibus clericis collegiatis. m ¶ In omnib.]de modestia clericorum & sobrietate 4.c.continuat. n ¶ Vt canonici.] regulares. Nam canon nuncupatur regula.dist.3. c canon.

Canon dr̃ regula.

a ¶In-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Incomposite.] maxime: quoniam & si bonū agat, pœnam meretur. ff. de re mil. l. 3. § in bello.
b ¶In vnoquoque.] idest, episcopali sede.
c ¶Et dormiant.] 3. dist. 32. si quis 3. 1. q. 2. sacerdos.
d ¶Audiāt.] qa cōiunctiū eorū nō debent esse sine lectione. 3. 44. dist. pro reuerentia.
e ¶Suis.] alias essent acephal. 93. dist. nulla.
f ¶Ministris.] prælatis, qa subditis ministrāti verbum Dei. 36. dist. si quis. 2
g ¶Anniuersariū.] 3. 23. q. 2. quia alij.
h ¶Cogere.] arg. §. Anglicos; vt ex. de vita & hone. cle. a crapulā.
i ¶Vel tornatricib.] i. ioculatricibus, quæ voluuntur vt torni.
K ¶Nec laruas.] ex de vit. & hone. cle. qm. &c. cum decorem.
m ¶Ad peregrinādū.] vt C. de epis. & cler. si qua p calumniā. in fi.
n ¶Sine canonicis litteris.] hoc de cruce signatis, qui debent ire vltra mare. vel de pœnitentibus. B
h ¶Sine canonicis litteris.] in auth. de sanct. epis. §. interdicimus. coll. 9 cū de voto, magnę. nec ēt priuatus aliqs principē adire pōt sine auctoritate iudicis. C. de decu. si qs decurio. lib. 10. Et qp aliās fieri dicit iussionē, intelige petitā & obtētā: nā si volunt. epō 3 dicente nec clericus nec laicus ire dēt. arg. 11. q. 3. qd ergo nec ad iudiciū alterius epi 3. q. 6 non licet. de pœn. di. 6. placuit: qp est 3 Grat. q dixit p l. ff de iud. l. 2. & ff. de iurisdict. iud. si conuenerit. 3 tum, quia leges

1 Dic vt extra de vit. & hon. cler. quoniam vt.

2 Vt in Euangelio: q maior vestrū est, sit minister vester. Arch.

Thymele Thymelici.

Episcopi litteras habeant qui peregrina ire volunt.

Sed hic de regularibus. Vel est derogatū. dist. 4. leges 1

Clericus perdit ministrationē p diuturnam absentiā.

viuant, obseruantes diuinæ scripturæ doctrinam, & documēta sanctorum patrum: & nihil sine licentia epi sui, vel magistri eorum incomposite[a] † agere præsumant, in vnoquoque[b] episcopatu vt simul manducent, & dormiant, [c] vbi his id faciendi suppetit: vel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, in suo † claustro maneant: & singulis diebus mane primo ad lectionem veniant, & audiant, [d] quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant, & obediētiam secundum canones suis [e] ministris α [f] exhibeant.

†al. composite.

†al. vno.

α ¶Ministris.] *In originali, & apud Iuonem est*, magistris. *Sed vb glossam non est emendatum.*

Item ex concilio Nannetensi, † c. 10.

†al. matisc. ēsi.

¶Presbyteri, qui simul conueniunt, ebrietatem, & comessationes summopere vitent. C. XXXV.

sup. dist. 44. ca' nullus. Burch. l. 1. c. 61. Iuo p. 6. c. 252.

10 NVllus presbyterorum, qñ ad anniuersarium g diem trigesimum, vel septimum, vel tertium alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam presbyteri conuenerit, se inebriare vllatenus præsumat: nec precatus in amore sanctorum, vel alicuius animæ bibere, vel alios ad bibendum cogere, [h] vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat; vel turpia ioca, vel vrso, vel tornatricibus [i] ante se fieri patiatur: nec laruas [k] dæmonum ante se ferri consentiat; quia hoc diabolicum est, & a sacris canonibus prohibitum.

Item ex concilio Laodicensi, c. 42. & 41.

¶Clericus vel laicus sine iussione episcopi non peregrinetur. C. XXXVI.

Burch l. c. 45. Iuo p. 6. c. 146.

11 NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos præter iussionem [l] episcopi ad peregrinandum [m] proficisci. Laicum β etiam sine [n] canonicis litteris, *idest, formata.* ¶Similiter non oportet alicubi proficisci. [o]

Cap. 41.

β Laicum etiam.] *In codice græco hic est canon quadragesimus primus, quemadmodum superior huius capitis pars est canon 42. Sed in neutro canone sit mentio laici [sicuti neque in versione Dionisij, quam afferunt Burchardus, & Iuo] sed vtrobique est,* ἐκκλησιαστικόν, *idest,* sacerdotalem vel clericum. *In prisca tamen versione canon 41. sic habet* Nō oportet ministrū altaris, vel ēt laicū.

Item ex eodem, c. 54.

Et in Aquisgr. c. 73. Thymelici q mimi.

¶Quibus spectaculis clericus interesse non debet. C. XXXVII.

Iuo p. 11. c. 78.

NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis P aliquibus, quæ aut in nuptijs, aut scenis † q exhibentur, interesse, sed antequam thymelici [r] ingrediantur, surgere eos de conuiuio, & abire.

†colis] orig.

tur an viuat an mortuus sit, desinit habere liberam administrationem. insti. de vsucap. § quod autem.

p ¶Oportet.] ¶Spectaculis.] 5. dist. 34. Presbyteri.

q ¶Scenis.] quid sit scena, Labeo definiuit. ff. de his qui no. infam. l. 2. § vlt.

r ¶Thymelici.] a thymela, qđ ē pulpitū imò Thymelici dār, q ministrāt ludētib. ff. de his q no. infa. athletas.

Facare

Fucari.] or.

FVcare figmentis.] hæc est 22. pars. dist. in qua dr, qp nullus debet ponere vnguentum in faciē, ligaturas in aures Io. de Fan.
CASVS. Reprehenduntur hic viri, qui medicamentis & colore q̄sito volūt apparere pulchri, quia nec viri vo-

¶Hoc caput non est in canonū volumine grace Parisiis anno 1540. impresso habetur, tamen apud Balsamonem, & videtur indicari ca. 24. sexte synodi Gratianus autem recitat ex prisca versione.

Item Augustinus ad Possidium, & qui cum eo sunt, fratres, epist. 73.

¶Colorum fucis mulieres uti non debent. C. XXXVIII.

12 FVcare[a] pigmentis, quo vel rubicundior, uel candidior appareat, adulterina fallacia est, quia non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittēdæ sunt fœminæ ornari, secundum veniam, non secundum imperium. Nam verus ornatus, maxime Christianorum & Christianarum, non tantum nullus fucus mendax, verum ne auri quidem, vestisque pompa, sed mores boni sunt. Execranda aūt superstitiosarū ligaturarū (in qbus [b] ēt inaures virorū, [c] in summis ex vna parte auriculis suspensæ deputētur) non ad placendū hominibus, sed ad seruiendū dæmonibus adhibetur.

26. q. 2. illud.

Item ex symbolis Ephesini concilij cc. episcoporum, quod habitum est contra Nestorium.

In epist. synodica Cyrilli, quæ præfixa est cōcilio Ephesino. Iuo p. 1. c. 3.

¶Quod spiritus sanctus procedit a patre & filio. C. XXXIX.

Ioan. 6.

13 DE spiritu [c] dicit Dominus in Euangelio, Ille me clarificabit. [f] Hoc rectissime sentientes, unū Christū Dominum & filium, non velut alterius egētem gloria confitemur a spiritu sancto gloriam consecutum, quia eius spiritus nec melior nec superior ipso est; sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ dietatis, virtute proprii spiritus utebatur, ab ipso dicitur clarificari: quòd uirtus sua, g uel disciplina quælibet unumquemq. clarificet. Quamuis enim in sua sit substantia spiritus eius, & intelligatur in persona proprietas, h iuxta id, quod spiritus est, & non filius; attamen ab illo alienus [i] non est. Nam spiritus appellatus est ueritatis; [k] & ueritas Christus est. Vnde & ab isto similiter, sicut ex Deo [l] patre procedit. Denique hic ipse spiritus etiam per manus sanctorum Apostolorum miracula gloriosa perficiens Dominum glorificauit Iesum Christum, postquam ascendit in cœlum. Nā creditus est Christus natura Deus existere † per suum spiritum virtutes efficiens;

Io. 6.

†al. existens.

volunt ab vxoribus sic decipi: nā Christiani debent moribus ornari, & nō falso colore, nec pretiosa veste: superfluas vero ligaturas inter quas inaures deputantur portare non debent.

a ¶Fucare.] tingere. C. q res vend. l. nō pōt. l. i. versus. Si quis in fronte sua.

b ¶In quibus.] scil. inter quas.

c ¶virorū.] à uiris datæ Sed vī, q nec in talibus tenetur donatio: quia dicit lex qp si uir dat vxori margaritas extricatas i. si ipsas perforauerit, tenetur lege Aqui. ff. ad leg. Aquil. si seruus § si cū maritus. Sed illud ex audi cum uolunt in eam tranferre dominium aliis si dat ei vnguēta vel pecuniā ad ea emendāda. tenet donatio ff. de do inter vi. & vxor qđaū § 1. idē est si dat ei ornamenta. ff. de auro. & arg. leg. argumentum. §. ornamenta.

d ¶Cōtra Nestorium.] CASVS. Dicebat Nestorius eps Cō

Sacramēta ola in virtute spiritus sancti perficiuntur.

Spiritus sanctus a patre, & filio procedit, quid qd dicat Græci.

e ¶De spiritu.] cum omnia sacramēta in virtute spiritus sancti perficiantur: non rite ipsa sacramenta ministrantur, si in spiritus sancti processione non recte sentitur de qua subdit duo c. sup. dist. 12. cum omne.

f ¶Clarificabit.] idest, opera quæ faciam in virtute eius manifestabunt me hominibus.

g ¶Sua.] idest, Christi, qui est eiusdē substantiæ cū e.

h ¶proprietas.] discretio quia personaliter ab eo est distinctus.

i ¶Alienus.] idest, aliud in essentia, immo idem.

k ¶Veritatis.] idest, a veritate, idest, a filio procedens

l ¶Ex Deo patre.] mirum est cū Ephesinū concilium fuerit in Græcia celebratū, & de quattuor principalibus sit unū, vt 15. dist. canones. qūo Græci audēt dicere spiritū sanctū a solo patre procedere, cū hic dī 3 inducti tñ sūt ad hoc dicēdū duab. de causis sqa Christus loquens de, pcessione spūs sācti, solū patrē nolat dicere. Qui a patre, pcedit. ītē ēt qa in symbolo fidei apud nos edito simpliciter continetur, Quia patre, pcedit.

cedit:nos addimus,filioque:sed in fine symboli apud eos sub anathemate prohibetur, vt nullus de fide Trinitatis aliud docere vel aliter prædicare quã ibi cõtinetur, audeat. unde dicunt nos anathematizatos, qa ibi addimus, filioque: Sed Christus ideo ita dixit, qa patri voluit attribuere auctoritatẽ inspirãdi. Itẽ in anathemate ponitur aliud pro ꝯrio, sed non est ꝯriũ, sed idem: cũ filius cũ patre sit idẽ in substãtia, ergo quod a patre procedit, & a filio. & sic non addimus, sed potius declaramus.

h ¶ patrem.] in Euangelio tamen exponitur, pater dicit vel loquitur de filio, id est, gignit filiũ Pater uel filius loquitur de spiritu sancto, idest, inspirat spiritum sanctũ. Filius audit patrem, idest, gignitur ab eo. spiritus audit a patre vel filio, i. inspirat ab eo. & hæc expositio

pater lo[...] tur de [...] lio, qu[...] signific[...]

ideoq. dicebat: De meo [a] accipiet & annuntiabit nobis. Ibidem.

Item Dydimus in lib. 2. de spiritu sancto, contra errores Græcorum. paulo post medi. inter opera B. Hier.

¶ De eodem. C. XL.

SAluator, [a] qui & veritas, ait: Non enim loquetur a semetipso: hoc est, non sine me, † & sine meo & patris arbitrio: quia inseparabilis [b] a mea & patris est uolũtate [c]. & amplius [d] † ¶ Quia non ex se est [e] sed ex patre, & me est. Hoc enim ipsum, quod subsistit, & loquitur a patre, & me illi† est: Ego veritatem loquor idest, inspiro quæ loquitur, si quidem spiritus ueritatis est. Dicere autem, & loqui in Trinitate, non secũdũ consuetudinẽ nostrã, qua ad nos inuicem sermocinamur, & loquimur, accipiendum: sed iuxta [f] formam incorporaliũ naturarum, & maxime Trinitatis, quæ uoluntatem suam inserit [g] in corde credentium, & eorum, qui eam audire sunt digni: hoc est dicere & loqui. *& infra* ¶ Loqui ergo patrẽ, [h] & audire filium, vel econtrario filio loquente, audire patrem, eiusdẽ naturæ [i] in patre, & filio, consensusque significatio est. Spiritus quoq. sanctus qui est spiritus ueritatis, & spiritus sapiẽtiæ, non põt filio loquente audire quæ nescit, cum hoc ipsum sit, quod profertur à filio, idest, procedens à veritate, cõsolatore, manans de consolatore. Deus de Deo spiritus ueritatis procedens. Denique, ne quis illum a patris & filij uoluntate, & societate discerneret [k], scriptum est, Nõ enim à semetipso [l] loquetur, sed sicut audiet, loquetur. Cui etiam simile de seipso Saluator ait, Sicut [m] audio, & iudico. & alibi, Non potest filius facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem [n].

Io. 14. & 16. † absunt ab or *†al. ille.* *Ioan. 14* *Ioan. 16.* *Ioan. 5.*

a ¶ Saluator.] *In originali hæc ante cedunt.* De hinc in cõsequentibus de spiritu veritatis, qui a patre mittatur, & sit paracletus, Saluator, &c.

a ¶ De meo.] idest a me, & a patre meo procedit. C. de sum. trinit. l. inter claras. Io. de Fan.

SAluator.] CASVS. Iste sic cõsueuit poni cõmuniter. Loquitur hic Didymus cõtra Græcos, qui errori Nestorii adhærẽtes dñt spiritum sanctũ a filio non procedere vt colligitur inf. ead. versi. denique. & in argumentum suum assumit auctoritatẽ Domini dicẽtis, Non. n. loquitur a semetipso sed sicut audit, loquitur. Secundo exponit qualiter ista uerba sint circa Trinitatẽ intelligẽda, s. dicere, loqui, audire: quia aliter recipiũtur quam secundum cõsuetudinem, qua nos loquimur. Tertio dicit, ꝙ spiritus sãctus nõ p̃t aliquid audire a filio quod ipse nesciat.

Opera Trinitatis qualiter sunt inseparabilia.

b ¶ Inseparabilis.] per hoc exaudi quod dicitur, Inseparabilia sũt opera Trinitatis, ut 23. q. 2. sic enim. ut intelligatur de inseparabilitate uoluntatis & operationis. nam quod operatur pater, operatur & filius & spiritus sanctus.

c ¶ Voluntate.] quia vult alias falsum esset ꝙ gignit pater, non filius, comedit filius', non aũt spiritus sanctus, arg. sup. ea. dist. 2. c. vlt. Mihi enim videtur esse distinguendum inter opera operata, & opera operantia, sed male, nisi intelligas opera operata idest, actus ipsos, vel accidens qđ est in subiecto. Si enim intelligas opera operata secundum ꝙ effectus est a sua causa, nil operatur vna persona quod tota Trinitas non causetur, iuxta illud, Acto displicuit, passio grata fuit.

Opera sũt duplicia.

d ¶ Et amplius.] alia expositio est Io.

e ¶ Quia non ex se est.] idest, non procedit ex se, idest ex persona sua.

f ¶ Sed iuxta formam, &c.] sicut & ad iura corporalia restituitur quis, non aũt ad incorporalia. ff. de vsucap. sequitur. §. si viam. & ita aliter loquuntur leges de his, quam de illis.

g ¶ Inserit.] quia hoc liquidum est hic esse, &c.

sitio vsitatior est quam ea, quæ hic ponitur.

i ¶ Eiusdẽ naturæ] secũdario. principaliter enim sic notatur personarũ distinctio; immo principaliter. nec est ibi inuenire prius vel posterius, & omnia quæ in Trinitate personas distinguũt, essentiam innuunt, & essentialiter intelliguntur, & accipiuntur. Vnde Aug. Non est Deo aliud esse personam, & aliud esse substãtiam, cum hoc nomen, persona, principaliter editum sit ad notandum distinctionem personarum.

k ¶ Discerneret.] dicẽdo, quòd non procederet ab eo.

l ¶ Semetipso.] legitur in Euangelio Io. Cũ uenerit paracletus spiritus ueritatis, ille vos docebit omnẽ veritatem, non. n. loquetur a semetipso, sed quæcunq. audiet loquetur, & q̃ uẽtura sunt annũtiabit uobis.

m ¶ Sicut audio.] idest, intelligo & scio: dicitur enim filius, scientia, & quidquid habet filius, habet a patre, & spiritus sanctus a patre & filio.

Filius in diuinis quidquid hẽt a patre habet.

n ¶ Facientẽ.] sæpe solet similis filius esse patri. & Itẽ magistro discipulus. 24. q. 1. cum beatissimus. Ioannes

F I N I S.

Immortali Deo immortales gratias.

CANONES POENITENTIALES.

Quorum notitia viris ecclesiasticis est valde necessaria. Sunt enim quædam regulæ directiuę ad pœnitentias delinquentibus imponendas.

COnsiderandum est de canonibus pœnitentialibus. Ad quorum intelligentiam prænotandum est, ꝙ sicut est in scientiis practicis, quæ versantur circa opera, ꝙ sermo in vniuersali est incertus & dubius: sed cum applicatur ad singularia, incipit, quãmodo habere certitudinem, ut qui non considerat circunstantias particulares, potius deuiet, quam se rectificet, ut patet in medicina, & scientia morali. Sic est intelligendum in proposito, ꝙ canones instruunt in generali, quomodo est pœnitentia imponenda. sed descensum ad singularia presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circunstantias personarum attendentes ad canones, sicut ad regulas directiuas, quia si ꝯ canones imponant, non recte imponunt. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, ꝙ possit patrum regulis obuiare. dist. 38. nulli. In canonibus autem maxime determinatur pęnitentia quo ad tempus, & magis, quam quo ad modum; quia illa determinatio est certior, & communior, hæc Bonauentura. Vt ergo scias qualiter dẽat procedere arbitrium presbyteri, nota regulariter sicut dictum est supra, septennis est pro peccato mortali pænitentia ponenda, & hoc non tantum ꝓpter temporis diuturnitatem, sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moysi lepra percussa, separata fuit extra castra septem diebus Numeri 12 Maria significat pęnitentem. Interpretatur n. amarum mare. Hæc pęnituit septẽ dieb. sed nunc pænitet septem annis: quod significatum est Ezech. 4 Diem pro anno dedi tibi.

Si quæratur, quare pœnitentia sit aggrauata, cum lex noua sit lex misericordiæ? Respond. ꝙ hic est maior ingratitudo pp maiorem gratiam, & maior cõtemptus, pp maiorem dignitatem nouæ legis, in qua Christi sanguis est effusus, & grauius peccatum pp statutum peccantis, qui debet esse perfectior. Et vlterius satisfactio in lege noua, debet esse perfecta, ut in pristinum statum reducat. Et quia Sol in una die non redit in idem punctum, sed in anno, ideo dies conuersus est in annum Rursum, Quia pfectũ remedium est lege noua, ideo annus multiplicari debet per septẽ, pp septem dona Spiritus sancti recuperanda, & pp septem dotes, s. tres aĩæ, & quattuor corporis obtinendas. Huiusmodi aũt pænitentia nõ est oĩbus imponenda, nec tñ infirmanda: sed insinuãda, vt cognoscatur quã grauis est culpa. hæc Bonauen. Licet aũt ꝓ singulis peccatis criminalibus sit statuta talis pœnitentia, dẽt tñ imponi magis, vel minus aspera, ꝓut maioritas vel minoritas criminis cũ cęteris circunstantijs hoc exposcit, vt in sequentib. patet. A p̃dicta nãque regula excipiuntur plurimi casus, in quibus pp dignitatem peccantis, vel criminis enormitatẽ, imponitur pœnitentia maior aliqñ ẽt ex varijs causis minor. Ad hoc ergo, ꝙ p̃sbyter circa pęnitentias disponendo cautius arbitretur, notãdi sunt casus, in quib. p canones certæ pęnitentiæ imponuntur, quos. s. canones tenetur presbyter scire, vt dictum est s̃. Sunt autem isti.

Primus est, ꝙ si presbyter fornicationem fecerit pænitentiam 10. ann. faciat hoc modo, s. ꝙ sit inclusus, siue a cæteris in aliquo loco remotus, sacco indutus, & humi prostratus, misericordiam Dei iugiter implorãs. Primis tribus mensib. cõtinuis à vespere in vesperã pane & aqua vtatur, exceptis dominicis dieb & festis pręcipuis, in quib modico vino, pisciculis, & leguminib. recreetur. Elapsis aũt sic tribus primis mẽsibus de illo loco exeat: nõ tamen in publicũ ꝓcedat, ne populus in eũ scãdalizet. Et per hoc videtur ꝙ in plublico crimine loquat. post hoc resumptis virib aliquantulum, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis, & alijs pręcipuis festis, in quib. vino sagimine, ouis & caseo poterit vti. Finito sic primo anno & dimidio, particeps sit corporis Dñi, & ad pacem veniat, & ad psalmos cum alijs fratribus canendos in choro vltimus recipitur. Ad cornu tamen altaris non accedat, sed minorum ordinum tantum officia gerat: deinde vsque ad completionem se primi anni tres legitimas ferias, s. secundam, quartam, & sextã, exceptis dieb. paschalib. q sunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet, secundam tamen feriã uno psalterio, uel denario si sit operarius, redimere poterit. Et sic cum septimum annum compleuerit, potest eum episcopus ad gradum pristinum reuocare: ita tamen ꝙ in trib. annis sequentib. sine vlla redemptione omni sexta feria in pane & aqua ieiunet. Et eadem pænitentia imponẽda est presbytero de omnib. aliis peccatis, quæ depositionẽ inducunt. Probantur autem hæc omnia. 82. distin. presbyter si fornicationem: quod intelligunt quidam de simplici fornicatione, alii forte melius secundum Ray de adulterio, uel incestu: puta, quia cognouit coniugatam, consanguineam, uel affinem. Legitimę ferię sũt tres.

Secundus casus est, si presbyter cognouit filiam suam spũalem, quam. s. baptizauit, uel in baptismo, uel in confirmatione tenuit, uel quę sibi confessa fuit: debet pœnitentiam agere 12. annis, & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando 5. annis pæniteat. & postea monasterium intret, tota vita sua moraturus ibidem. Eps vero q talia commisit pæniteat 15. annis. Ipsa uero mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare. & conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire. 30. q 1. si quis sacerdos & c. non debet.

Tertius est, ꝙ quicũque filiam suam spũalem, vel matrem cognoscit, septem annis pæniteat, & similiter ei consentientes. 30. q. 1. non oportet.

Quartus est, ꝙ qui contrahit cum aliqua alii desponsata per uerba de præsenti, ipsa dimissa 40. dieb. ieiunet in panę, & aqua, & sequentib. septem annis pæniteat. extra de sponsa. duo. accepisti

Quintus est, ꝙ qui cognoscit duas commatres, uel sorores, siue vxor viuat, siue non, ad minus 7. annis pęniteat, liceat plus deberet. 30. q. 4 si presbyter.

Sextus est, ꝙ qui cognouerit monialem, siue donatã, decem annis pæniteat, & similiter ipsa secundum formam traditam. 27. q. 1. c. de filia. & c. deuotam. In quorum primo c. dicitur, ꝙ si filia epi, vel presbyteri vel diaconi post uotum solenne contraxerit matrimonium, nõ admittitur ad communionem, nisi marito defuncto pęnitentiam egerit, si autẽ eo uiuente decesserit, & pænitentiã egerit, & communionẽ petierit, tãtum in fine uitæ recipiet eã, In secundo

Universidad de Deusto
Biblioteca

eap. dicitur, quod, deuota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit: & desinens egerit pœnitentiam x. annis, postea recipiatur ad communionem: & antequam in ecclesia admittatur ad orationem ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat.

Septimus est de eo, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem: pœniteat septem annis Si autem scienter, perpetuo priuet coniugio. xxxi iij q. iij. si quis cum duabus.

Octauus est, ꝙ qui duxit in vxorem eam quã polluit per adulterium, pœniteat v. ann. x xxi. q. j. si qua vidua.

Nonus est, quod quam contra naturam peccauit, si sit clericus, dẽt deponi vel religioni tradi, si corrigibilis appareat, ad perpetuam pœnitentiam peragendã. Si uero sit laicus, a cœtu fidelium, usque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus, extra de excess. præla. clerici. Hoc enim uitium maius est, quã cognoscere matrẽ xxxij. q. vij. adulteri. & ait Aug. Adulterii, inquit malum, vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu fornicatio peius enim est cum matre, quam cum aliena uxore concumbere, sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, vt si uir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti hæc Augustinus. Quocũque autem modo tale factum exerceatur, præterq̃ inter uirum & fœminam ordinate & in uase debito, uitium contra naturam, & sodomiticum iudicatur, ut dicit Ray.

Decimus est, ꝙ qui coierit cum brutis, pœniteat plusquam septem annis: & similiter p. o incestu. xxxij. q. ij hoc ipsum & §. seq.

Vndecimus est, ꝙ presbyter, qui interest clãdestinis nuptiis, triennio suspenditur. & si culpa exegerit, grauius puniatur extra de clandest. despon. cum inhibitio.

Duodecimus est, ꝙ qui uotum simplex violauerit, pœniteat tribus annis xxxvij. distin. si uir.

Decimus tertius est, ꝙ qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio pœnitere, & per 2.4. & 6 feriam a uino, & carnibus abstinere. 1. r. q. 3. de his. De pœna vero degradati celebrantis, habetur distinctio. 50. accedens.

Decimus quartus est, ꝙ homicida uoluntarius, siue spe restitutionis deponitur, & pœniteat septem annis 50 distinct. miror.

Decimus quintus est, ꝙ homicida casualis pœniteat v. annis & hoc secundum Ray. si culpa causam præcessit: aliter non, nisi forte ad cautelam. distin. 50. eos et duobus cap. sequent.

Decimussextus est, ꝙ si quis fecerit homicidium pp̃ necessitatem euitabilem, pœniteat duob. annis. dist. 50. c. de his clericis. quæ licet si inexcusabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50. dist. quia te. Quod uerum est, quo ad culpam, sed bonum esset, quòd pœniteret quo ad cautelam, & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam. extra de homi. c. 2. §. vlt. Et secundum Ray. forte distingui potest in homicidio necessario, sicut in casuali & vtrum culpa præcesserit necessitatem, vel non. Arg. dist. 50. de his. not. ext. de homici. interfecisti. Sed & si quis p̃ insaniam cõmittat homicidium, non ei imputatur. 3. q. 4. iudicas, quinetiam qui in tuitu disciplinæ incaute per cutiendo occiderit, deponitur extra de homi. presbyterum. 15. q. 1 si quis non iratus. Sed qui ligatum latronem interficit, deponitur. extra de homi. suscepimus. Qui autem latronem occultum occidit, quem viuum comprehendere potuit, quadraginta diebus non intret ecclesiam, & alias pœnitere debet. extra eod. tit. c. 2. vbi de hoc dicitur. Qui uero paganum, vel Iudæum occidit, pœniteat quadraginta diebus. dist. 50. c. qui vero odij.

Decimusseptimus est, ꝙ marricida pœniteat 10. annis secundum formam satis aperte traditam. 33. q. 2. latorem: Vxoricidæ vero grauior pœnitentia dẽt imponi. Talis enim, & qui dominum occidit, nũquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit, vsque ad 10. annos, carnes non comedit, nec vinum bibit, & alia quæ habentur. 33 q. 2. admonere. & c. quicumque. Imponitur autem pœnitentia maior uxoricidæ, non quia illud peccatum sit grauius isto, sed quia homines prontiores sũt ad occidẽdum uxores, quã matres. Maius enim peccatum est occidere matrem, quàm uxorem, ut dicit Bonauen. in 4. Sent. & communiter omnes doctores. Gui. vero Duran. tenet contrarium in reptorio, pro eo, ꝙ uxoricidę imponitur pœnitentia maior. Mihi autem magis placet ista aliorum. Sed qualẽ pœnitentiam agere debent, qui filios occidunt? Respon. Aut est certum, quod ipsimet scienter interfecerũt, & sic dẽt eis imponi pœnitẽtia maior, quã ꝙ alio homicidio. Argum. extra eo. c. vlt. in tex & glo. & de homi cum iuramẽto. de pœnit. dist. 1. aut facta. In hoc tamẽ casu uir vxorem recuperat, quam coactos abiurauerat: & ipsa pœnitentiam agit secundũ arbitrium epi, ita ꝙ si habet alios filios pacifice gubernare possit eos uxor. extra eo intelleximus, ꝙ si uirum nõ habet, induci debet, ui intret religionem, ad quod si non potest induci, tutius est ei dare licẽtiã nubendi, ut extra eo veniẽs. Et hoc quando timeturde incontinentia, alias non, ut patet 32. q. 2. in adolescẽtia. Et si pater sit clericus, ab officio altaris dẽt perpetuo abstinere, & ei grauior quã laico, non tamen publica (nisi ueniat in publicum) pœnitentia debet imponi, ut extra de pœn. quæsitũ. Aut certum est, ꝙ non interfecerunt sponte, nec in culpa fuerũt, sed casu fortuito cõtingit: & sic de stricto iure in nullo tenent. Argum. extra de homi. ex literis. 2. c. Ioannes & c. vlt. Nisi uelint ad cautelam pœnitere. In dubio tamen præsumitur, quòd nõ hoc ex certa scientia, sed potius ex incuria prouenerit extra de præsump. afferte. Aut certum est quod non exhibuerunt omnem diligẽtiam quam potuerunt, & debuerunt: & sic culpa præcessit casum. Et si sit grauis culpa, ut si posuit puerum in medio utriusque, secundum arbitrium pœnitentiarii imponitur pœnitentia quinque, uel septem annorum. 50. dist. si qua fœmina. & c. seq. & c. si quis sponte occultã, si sit occultum: publica, si sit publicum, & maior, si in lecto suffocetur, quam si in cunis. & maior presbytero Greco quam laico, ut habetur extra de pœnit. quæsitum Et licet dispensetur quo ad pœnitentiam, quæ est arbitraria, et dicitur ibidem, non tamen quo ad ordines propter homicidium, ꝙ est delictum enorme & indispensabile. dist. 50. miror. Si autem culpa quæ præcessit casum, sit leuis, ut si posuit puerum in eodem lecto, longe tamẽ a se, imponitur pœnitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extra eodem, de infantibus Monendi ergo sunt parentes, ꝙ tam tenellos secum in uno non collocent lecto, ne qualibet negligẽtia in terueniente opprimantur, & suffocentur, ut 2. q. 5. consuluisti Et hoc modo distinguit Host. & Bern. extra de infan. Quid de illis qui filios, uel seruos suos infantes, uel etiam adultos languidos relegata pietate exponũt, idest, extra se ponunt ante ecclesias, ut aliq̃ moti misericordia colligant eos? Respon. Tales grauiter peccant: quia cum ignoretur sæpe consanguinitas expositorum, contrahaere possent matrimonium cum sorore uel consanguinea: ideo exponẽs tenetur de hoc peccato pœnitere, & est puniendus, sicut expositus si scieter cum tali cõtraheret puniretur. extra de pœn. officii, secundum Host. Talis enim secũdum Ray. est tanquam homicida iudicandus, ꝙ hominem sibi ita coniunctum periculo mortis exponit. Cõsideratis tamen circumstãtiis, & utrum ob hoc mors secuta fuerit uel non fuerit, pœnitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares, secundum Ray. si mors inde sit secuta, quia scilicet fuerunt in culpa eos exponẽdo, vel alimenta negando. Tamen secundum Ro. si in nulla culpa fuissent, quia forte nec eleemosynas quærendo, nec aliter eos alere possunt, irregulares non essent, nec peccarent.

28 Est, quòd qui presbyterum interfecit pœniteat 12. annis. extra de pœn. & remiss. c. 2. De pœnitentia vero eius, qui occidit monachum, vel clericũ subdiaconum, vel diaconum, habetur 17. q. 4. qui occiderit. De pœnitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini sui, vel in regimen eius, habetur 23. q. vlt. §. si quis.

29 Est, quòd qui iniuste alium ad mortem accusat, 40. diebus in pane & aqua per 7. annos ieiunet & pœniteat, & hoc si accusatus sit occisus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio pœniteat. extra de accu. accusasti. Hostien. vero, & Io. de Deo in ieiunando intellexerunt, quòd primus pœniteat per 7 annos, quolibet anno ieiunando 40. diebus in pane & aqua. Secundus vero per tres annos. G. vero Duran. intellexit, prout littera magis sonat, scilicet, quòd primus ieiunabit 40. diebus in pane & aqua: siue continue siue interpellate, & per 7. annos ieiunabit, & pœnitebit, non tamen in pane & aqua, sed ad arbitrium presbyteri, secundus vero per tres quadragesimas. Prima ante natalem Domini, Secunda ante Pascha, Tertia ante sanctum Ioannem: has enim instituit beatus Petrus, ut habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane & aqua. Probantur hæc secundum Hostien. 22. quæstio. 5. capitulo primo, secundo, & 3.

30 Est, quòd periurus 40 diebus in pane & aqua ieiunet, & 7. annis sequentibus pœniteat, & semper debet esse in pœnitentia, scilicet interiori. 6 quæstio. 1. quicunque.

31 Est, quòd qui compulsus conditionaliter à domino scienter peierat, si liber sit, 40. diebus in pane & aqua, & hoc secundum glo. intellige, vel continue vel interpollate, pœniteat 7. annis sequentibus, non tamen in pane & aqua vt dicit glos. Si vero seruus sit eius, qui eum coegit, tribus quadragesimis & legitimis feriis. s. 2. 4. & 6. quæstione quinta, qui compulsus.

32 Est, quòd qui peierat in manu episcopi, vel in cruce consecrata, pœniteat tribus annis. Si vero in cruce non consecrata, vno anno. Qui vero coactus, & ignorans ignorantia iuris, & postea cognoscit, pœniteat tribus quadragesimis 22. q. 5. c. 2. Qui vero coactus pro vita redimenda, vel qualibet causa, vel necessitate peierat, quia corpus plus quàm animam dilexit, tribus quadragesimis pœniteat. ead. q. 5 cap si quis coactus. Alii inducunt tres annos, & vnum ex his in pane & aqua.

33 Est, quòd qui falsum scienter iurat, vel alium iurare cogit, diebus 40. pœniteat in pane & aqua, & 7. sequentibus annis nunquam sit sine pœnitentia, scilicet interiori. Alii etiam, si conscii fuerint, similiter pœniteant 22 q. 5 si quis conuictus.

34 Est, quòd qui mensurat in falsa mensura. 30. diebus in pane & aqua ieiunet. extra de contrah. empt. vt mensuræ. De pœna uero falsarii litterarum habetur extra eo. ad audientiam. & c. dura. & c. falsario.

35 Est, quòd qui frangunt pœnitentiam solemnem siue redeundo ad crimina priora, vel similia, siue redeundo ad negotiationem, vel militiam sæcularem, quæ sibi fuerant interdicta, sola inter ecclesiam fidelibus oratione iunguntur, à communione suspenduntur, à catholicorum conuiuiis separantur, & pœnitere debent 10. annis, & communicent in fine vitæ. 33. q. 2. de his vero. & de pœni. distinctio. 5. si quis vero.

26 Est, quòd qui canit missam, & non communicat, debet vno anno pœnitere, & interim missas non cantare. de consecr. distin. 5. relatum.

27 Est, quòd presbyter, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pœniteat 10. annis, & mensib. 5. diaconus vero triennio, & dimidio. de consec. dist. 1. nemo per ignorantiam.

28 Est, quòd qui committit sacrilegium ecclesiam violando, vel chrisma siue calicem sacrum pollutis manibus accipit, vel similia sacrilegia committit, pœniteat 7. annis. Primo anno extra cœmeterium, quòd violauit consistat, secundo anno ante fores ecclesiæ, tertio in ecclesia, & in hoc triennio carnes non commedat: vinum non bibat, nisi in pasca vel natali, nõ offerat, nec communionem accipiat quare to anno communicabit. & in illo, & in quinto, & in sexto, in septimo, tribus feriis à carnibus, & vino abstineat ieiunando. decimosecundo, quæstione secunda, dæmon. Comburens autem ecclesiam, quindecim annis pœniteat, & eam restituat. decimoseptimo, quæstione quarta, §. si quis. in uer. maius. de pœna uero raptoris, siue furis rei ecclesiasticæ, & de pœna furis, & effractoris tam clerici quàm laici, habetur eadem quæstione. § peccata. & capitulo, si quis clericus.

29 Est, quòd si parentes frangunt sponsalia filiorum, à communione triennio separentur, & similiter filii, si sint in culpa: si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint, excusantur utique, scilicet quo ad pœnam ecclesiæ, sed non quo ad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium. 31. q. tertia, si qui parentes. argumen. de pœnitent. distinctio. 1. si cui.

30 Est, quòd qui blasphemauerit publice Deum, uel aliquem sanctorum, & maxime beatam Virginem, illi debet episcopus hanc pœnitentiam iniungere, scilicet vt 7. diebus dominicis præ foribus ecclesiæ in manifesto dum missa cantatur, existat, & ultimo illorum dierum dominicorum pallium, & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & septem præcedentibus sextis feriis in pane & aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus, & quolibet prædictorum dierum tres pauperes, uel duos, uel saltem unum reficiat, si potest, & si non potest hæc pœna in aliam commutetur, quòd si renuerit agere, omnia supradicta, interdicatur sibi ecclesia, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. extra de maled. statuimus. Item blasphemus, si dies fuerit 40. alioquin 30. vel 20. & si ad hoc non sufficit, quinque solidorum vsualis monetę pœna mulctetur. nullamque misericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem, scilicet, quin soluat 5. solidos, quos si nõ habet, curratur per ciuitatem, vel commutetur in pœnam aliam temporalem. Hęc autem pœna soluetur ei, qui condemnat, idest potestati seculari, hanc enim pœnam temporalem præcipit Papa imponi per potestatem temporalem, quòd si neglexerit, per episcopum præcipitur cogi. hęc Hostiẽ. Habet autem prædicta pœna locum secundum Goffred. cum quis blasphemat non ex ira, uel ebrietate, vel dementia, quia tunc cum eo mitius ageretur. 2. quæst. 3. si quis iratus. §. notandum. Secundum vero Hostien. hęc pœna est specialiter inducta contra eos, qui Deum blasphemant ex ira. Non enim aliquis de leui blasphemat Deum, nisi iratus. Tanta tamen posset esse iracundia, quod equipararetur dementię, & tunc illud quod dicit Goffred. locum posset habere. hæc Host.

Quid si quis iuret per caput, vel per uentrem, uel per corpus, uel capillum? Respon. Hostien. quòd si faciat hoc affirmando, vel iurando, non habet locum hęc pœna, secus est si faciat hoc detestãdo uel uituperando, licet iratus. Item secũdum Goff. & Host. hęc quæ dicuntur de pœna temporali, fiunt iudice pro tribu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nali sedente. In iudicio autem animæ presbyter discretus molliendo rigorem, dispensare poterit ex causa circa pœnam spiritualem superiorem 25 q. 6. pœnitentibus hæc Hostien. Item blasphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniam postulandam, quod si noluerit, degradetur. distinct. 10. 46. clericus.

Notandum vero, quòd blasphemus secundum leges est decapitandus, vt in auth. vt non luxu. contra natu. circa medium. col. 6. Secundum vero canonē antiquum clericus erat degradandus, & laicus excommunicandus 22. q. 1. si quis per capillum. Hodie vero laicus aget pœnitentiam supradictam, scilicet illius canonis, statuimus, & hoc si publice blasphemauit. Si enim occulte, non pœnitebit publice, vt puto. Clericus vero hodie est corrigendus pœna arbitraria & occulta, non illa quæ est publica. Clericus enim publice non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit vel sæpius hoc commiserit, locum habet pœna legis scilicet vt laicus decapitetur in foro ciuili, & in canonico anathematizetur, idest, ecclesiæ ingressus sibi interdicatur, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura, Clericus vero degradetur hæc Hostien. tit. de maledicis.

31 Est de presbytero, qui reuelat confessionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari de pœnit. dist. 6. sacerdos.

32 Est, quòd qui in dicendis horis canonicis, & aliis officiis diuinis discrepat à consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesiæ. 6. mensibus priuatur communione, si hoc accidat ex contemptu. 17. distinct. de his.

33 Est, quòd episcopus, qui ordinat sine iusta causa clericum inuitum, aut reclamantem, vel penitus inuitum, absolute suspenditur anno uno. 74. distinctio. cap. 1.

34 Est, quòd episcopus, qui correctionem de vēditione ministeriorum dissimulat, duobus mēsibus presbyter, 4. diaconus, 3. subdiaconus, & cæteri ad arbitrium iudicis pœnitere debent. 1. q. 1. quicquid inuisibilis.

35 Est, quòd sortilegus. 40. diebus pœniteat. extra de sortileg. requisisti.

36 Est, quod qui videt in astrolabio, pœniteat duobus annis extra de sorti. ex tuarum.

37 Est de stilla sanguinis altaris cadentis super terrā, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere 40 diebus. Si cecidit super pallio altaris pœniteat 4 diebus. de consecr. dist. 2. c. si per negligentiam.

38 Est, quòd si aliquis euomit Eucharistiam propter ebrietatem & voracitatem, si laicus, pœniteat. 40. diebus Si clericus vel monachus, vel presbyter, vel diaconus, pœniteat 60. diebus. Si episcopus, pœniteat 90. diebus. Et debet euomitura comburi, & iuxta altare collocari. Si uero causa infirmitatis euomuerit 7. diebus pœniteat de consecr. distin. 2. si quis propter ebrietatem.

39 Est, quando mus corrodit, vel comedit corpus Christi, de pœnitentia huius casus inquire, ubi sit notata de cons. dist. 11. circa finem.

40 Est, q̄ qui domum vel aream uoluntarie succēdit, sublata vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat. extra de iniur. si quis domum. Canon tamen dicit, q̄ si ex odio, vel iniuria hoc fecerit, excōmunicari debet, nec absolui donec satisfecerit, & iurauerit q̄ ignem de cætero non apponet. Imponitur autem sibi, ut Hierosolymam uel in Hispaniā uadat in Dei seruitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiscopus uel episcopus hoc relaxauerit, damnū restituat, & ab officio episcopali per annū abstineat. 22 q. 8 pessimam. Hodie autem postquā sunt denuntiati, non possunt, citra sedem Apostolicam absolui extra de sent excom. tua nos. Imo tex. loquitur de incendiariis indistincte, postquam sunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expresse, & Gra extra. de sen. excom. quicumque, & Goff. licet Ro. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subicitur bestiis, si sit in aliquo gradu, decapitatur, uel in insulā relegatur ff de incen. rui. & naul. fin. Qui uero alibi, ut in uillis, uel castris remissis, ibidem ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, comburetur. Et hoc intelligendum secundum Hostien si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, resarciet damnum, uel si minus ideneus sit, parum uel leuiter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur. l. qui ædes.

41 Est, quòd qui dederit uel acceperit communionē ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitū ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat uno anno. Si autem scit, & neglexit, pœniteat 10. annis, uel secundum quosdam. 7. uel secundū alios. Qui uero permittit hæreticum missam celebrare in ecclesia catholica per ignorantiam iuris, pœniteat 40 diebus. Si pro reuerentia eius per annum pœniteat. Si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, & pro cōsuetudine Romanorum proiiciatur ab ecclesia sicut hæreticus, si sit impœnitens, alioqui pœniteat 10. annis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos trāsierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat 12. annis, tribus extra ecclesiā. 7. inter audientes, duobus extra communionem & sic duodecimo anno communionem, siue oblationem percipiat. 24. q. 1. si quis dederit.

42 Est, q̄ patronus qui res ecclesiæ dilapidat, uno anno pœniteat. 17 q. 6. c. filiis.

43 Est, q̄ qui domum suam magicis & incantatoribus locat, uel aliud facit, & qui ei hoc consulit, annis 5. pœniteat. 17. q. 5 qui diuinatores. & c. non liceat.

44 Est, quòd qui pacem cum proximo suo non facere iurat, anno uno pœniteat, & ad pacem redeat 22 q. 2. qui sacramento.

45 Est, q̄ pro periurio, adulterio, homicidio, dantur pro pœnitentia regulariter 7 anni, & similiter pro fornicatione, licet non ita aspera pœnitentia iniungantur. 22. q. 1. prædicandum. 33. q. 1. hoc ipsum, & § sequenti.

46 Est, q̄ qui scienter rebaptizatur, 7. annis pœniteat: & feria 4. & 6. in pane & aqua ieiunando, tres quadragesimas facit. & hoc si fecit pro hæresi introducenda. Si autem pro mūditia, idest, pro salute corporis obtinenda, ut extra de apostata. c. 2. tribus annis pœniteat, de cōsecr. dist. 4. qui bis. & talis qui bis baptizatur, vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri irregularis. di. 84. dictum est. De pœna autem talium habetur de consecr. di. 4. eos. Cuius capituli sententiam prætermitto gratia breuitatis.

47 Est, quod qui uxorem adulteram cognoscit antequam pœniteat, 3. annis pœniteat 21. q. 2. si quis secundo. Qui vero cognoscit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam, pœniteat 2. annis ea. q. si quis primo. Quomodo uero pœnitentia iniungenda sit mulieri partum alterius supponenti, uel etiam de non suo viro concipienti, habetur extra de pœnis & re offic. ij.

Ad regulas igitur prædictas inspiciendo, potest studiosus indagator procedere ad pœnitentias, pro diuersis criminalibus secundum canones imponendas, & ex causa consideratis circanstantijs vt dictum est iuspra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circunstantiæ sint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates personæ, & præcipue vtrū sit persona obnoxia alicui aliquo uinculo seruitutis. Nā circa tales personas cauere debet pro posse presbyter, ne talem pœnitentiam eis imponat, per quam illis, quibus sunt adstrictæ, præiudicium fiat, maxime circa coniugatos; unde si seruus sit, & timore peccauerit, obediens domino suo in atrocioribus, est mitius puniendus. 22. q. 5. qui compulsus, obedire tamē non tenebatur in talibus. 11. q. 3. si dñs. Si autem uoluntarie peccauerit corpore punietur, ēt acrius, quā alius. 24. q. 1. qui ℥ pacem. Nec est seruo iniungēda peregrinatio, per q̄ Dñs eius, qui non est in culpa, illius seruitio defraudetur. extra de sent. excom. relatū. Si vero liber sit, tota pœnitentia canonis, si potest facere, dēt imponi. 16. q. 1. sacerdotes pœnitentiam. Sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

Considerandum etiam erit, vtrum sit persona noua in fide, quia nouis in fide minor dēt ēt pœnitentia imponi. extra de pœ. & re. Deus qui. Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circunstantiæ, de quibus ad præsens supersedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem, q̄ in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ. 2. 4 & 6. dist. 81. presbyter. de cōsec. dist. 3. ieiunia. aliqui tamen ut dicit Rom. pro 2. feria ponunt sabbatum.

Insuper notādum est, q̄ si pœnitentia in pane, & aqua imponatur nō hāti panē, pōt loco panis leguminib. & piscibus vesci: & ēt aliis, si necessitas illud requirat, extra de pœ & re. licet. in tex. & gl. alias nō licet.

Notandum ēt secundum Ioan. si pœnitentia sit imposita a canone, liberatur quis a ieiunio dādo denariū uel legendo psalterium propria auctoritate. Inno. vero dicit, q̄ ieiunia necessaria, ut quatuor temporū, & huiusmodi non possunt redimi nisi subsit rationabilis causa, voluntaria uero redimi possunt, etiā sine auctoritate superioris. Ieiunia an possint redimi.

Ad hoc ēt nota, q̄ ubi imponitur pœnitentia aliquot annorum, siue quadragesimarum, nec additur quomodo quis debet pœnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pœnitentiæ sint arbitrariæ, ut dictū est sup. ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendum secundum canones. 50. dist. de his clericis extra de homi. ca. 2. & in multis aliis iuribus. Et sic intelligitur illud. extra de accus. accusasti. & de spon. dilectus. & similia.

Expliciunt Canones pœnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM
Per Clementem à Petro Apostolo Romæ ordinatum episcopum in vnum congesti.

1 EPISCOPVS a duobus, aut tribus episcopis ordinator.

2 Presbyter ab uno episcopo ordinator, itē diaconus, & reliqui clerici.

3 Si quis ep̄s, aut presbyter p̄ter ordinationem Dñi, ſq̄ de sacrificio instituit, alia quæpiam', puta aut mel, aut lac, aut pro vino sicerā, aut confecta quædā, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra alta re obtulerit, ut qui ℥ ordinationem Dñi faciat, deponitor: excepto nouo frumento, & vua, opportuno tempore. Præterea licitum non esse aliud quid piam admouere ad altare, quam oleum in candela brum, & incensum oblationis tempore.

4 Omnium aliorum pomorum primitiæ episcopo, & presbyteris domum mittuntor, non super altare. manifestum est autem quod ep̄s, & presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

5 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, uxorē suam prætextu religionis non abiicito: si abiicit, segregator a communione: si perseuerat, deponitor.

6 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, fæculares curas non suscipito, aliequin deponitor.

7 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, sanctum diem Paschæ ante vernum æquinoctium cū Iudæis celebrauerit, deponitor.

8 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus', aut quicunque ex sacerdotali consortio, oblatione facta, non communicauerit, causam dicito. Et si bona ratione subnixa sit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tanquam qui populo auctor offensionis fuerit, mota contra eū suspicione, qui obtulit.

9 Quicumque fideles ecclesiam ingrediuntur, & scripturas audiunt, neque apud preces, & sanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducant, a communione arceri oportet.

10 Si quis cum excommunicato, licet in domo', preces coniunxerit, ille communione priuator.

11 Si quis cum deposito clerico, ut cum clerico, preces coniunxerit, deponitor, & ipse.

12 Si quis clericus, aut laicus a communione segregatus, seu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, sine commendatitijs literis receptus fuerit, a communione excluditor tam qui recepit quam qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in lōgius illi tempus excommunicatio protenditor.

13 Episcopo, qui parochiam suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet a pluribus ad hoc compellatur, nisi rōnabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsū facere vi adigat, nempe q̄ plus lucri, & utilitatis his qui illic constituti sint, verbo pietatis conferre possit, neque hoc tamen a seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

14 Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum consortio, relicta parochia sua in aliam concesserit, & omnino transmigratione facta p̄ter voluntatem sui episcopi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesiæ: maxime si accersente ipsum episcopo eius, redire contemnat, peruerso illic ordine perseuerans, vt laicus tamen ibi locorum in communione admittitor.

15 Quòd si episcopus, ad quem accesserint, pro nihilo reputata vacationis a ministerio ecclesiastico pœna, quæ contra eos definita est, ipsos ut clericos susceperit, a communione excluditor, ut peruersi ordinis magister

16 Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptiis, aut concubinam habuit, is episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest

17 Qui viduam duxit, aut diuortio separatam a uiro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quę publicis mancipata sit spectaculis, episcopus, presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

18 Qui duas sorores duxit, aut consobrinam, cleri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eus eſſe non poteſt.

19. Clericus,qui fideiuſſiones dat, deponitor.

20. Si quis humana uiolentia eunuchus factus eſt, aut in perſecutionem amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit,& dignus eſt,efficitor epiſcopus.

21. Qui ſibi virilia amputanit,clericus non efficitor, ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei.

22. Si quis,cum clericus eſſet, virilia ſibi ipſi amputauerit,deponitor,homicida etenim ſui ipſius eſt.

23. Laicus,qui ſeipſum mutilauit, per tres annos a communione eijcitor. puta, quia ipſe uitæ ſuæ poſuit inſidias.

24. Epiſcopus,aut presbyter, aut diaconus in fornicatione,aut periurio,aut furto deprehenſus, deponitor, non tamen a communione excluditor. Dicit enim ſcriptura:Bis de eodem delicto vindictam nõ exiges.Eidem cõditioni conſimiliter & reliqui clerici ſubduntor.

25. Ex his,qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus ut lectores tantum,& cantores (ſi velint) nuptias contrahant.

26. Epiſcopum,aut presbyterum,aut diaconum, qui vel fideles delinquentes,vel infideles iniurias inferentes percutit, & terrorem ipſius per huiuſmodi vult incutere,deponi præcipimus. Nuſquam enim dominus hoc nos docuit Imo vero contra,cum ipſe percuteretur,non repercutiebat: cum laceſſeretur conuicijs,non regerebat conuicium:cum pateretur,non comminabatur.

27. Si quis epiſcopus,aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iuſte depoſitus,attingere miniſteriũ, quod aliquando tractauerat,præſumpſerit:omnino hic ab eccleſia abſcinditor.

28. Si quis epiſcopus,aut presbyter,aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit,deponitor tam ipſe,quam qui eum ordinauit, & omnino a communione abſcinditor, quemadmodum Simon magus a me petro.

29. Si quis epiſcopus ſecularium magiſtratuum familiaritate uſus,per ipſos eccleſiam nactus fuerit, deponitor. ſegregator quoque a communione,quicũque cum ipſo communionem habent.

30. Si quis presbyter, proprium aſpernatus epiſcopũ, ſeorſum conuenticula egerit,& altare erexerit,cum de nullo crimine epiſcopum in pietate,ac iuſtitia cõdemnarit,deponitor, quaſi qui principatũ ambiat: tyrannus enim eſt. Conſimiliter, & reliqui clerici, qui ſuum illi calculum apponunt. Laici vero a cõmunione ſegregantor. Atque hæc poſt unam, & item alteram, ac tertiam epiſcopi exhortationem fiunto.

31. Si quis presbyter, aut diaconus per epiſcopum a communione excluſus ſit,hunc neutiquam ab alio fas eſto ſuſcipi,quam ab eo,qui ipſum a communione excluſit;niſi forte fortuna epiſcopus,qui ipſũ a communione ſegregauit,defunctus ſit.

32. Nemo peregrinorum epiſcoporum,aut presbyterorum,aut diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipitor litteris,& ſi eas obtulerit,attentius in diſquiſitionem vocantor.Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint,ſuſcipiuntor:ſin minus, ubi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis,ad communionem,& ulteriorẽ ipſos conſuetudinem non admittote. multa enim ꝑ obreptionem fiunt.

33. Cuiuſque gentis epiſcopos oportet ſcire, quinam inter ipſos primus ſit, habereque ipſum quodammodo pro capite neque ſine vllius voluntate quicquam agere inſolitum. illa autem ſola quemque pro ſe tractare,quę ad parochiam eius, & loca ipſi ſubdita attinent. Sed neque ille citra omnium uoluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum,in ſancto ſpiritu.

34. Epiſcopus extra terminos ſuos in ciuitatibus, & regionibus ſibi non ſubiectis, ordinationes facere non præſumito.Si vero præter uoluntatem eorum, qui ciuitates illas,aut regiones detinent, id feciſſe conuictus fuerit,deponitor tam ipſe, quam etiam ij quos ordinauit.

35. Si quis ordinatus epiſcopus miniſterium, & curã populi ſibi commiſſam non ſuſceperit, hic a cõmunione ſeiunctus eſto tãdiu, donec ſuſceperit, obedientiam accommodans.Similiter autem,& presbyter,& diaconus.Si uero non præ uoluntate ſua, ſed præ malitia populi non ſuſceperit;maneto ipſe quidem epiſcopus,clerus uero eius ciuitatis a communione ſegregator,eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.

36. Bis in anno epiſcoporum celebrator ſynodus, ac pietatis inter ſe dogmata in diſquiſitionem uocanto,neque non in eccleſiis incidentes contradictiones dirimunto:ſemel quidem quarta feria † Pentecoſtes,ſecundo duodecima Hyperberetei.*

37. Omnium rerum eccleſiaſticarum curam epiſcopus gerito,& eas diſpenſato,quaſi inſpectante Deo. Non licitum autem ei eſto, quidpiam ex ijs ſibi tan quam proprium aſſumere,aut cognatis ſuis elargiri,quæ Deo dedicata ſunt.Quod ſi pauperes illi ſint, ut pauperibus ſubminiſtrato:non tamen horũ prætextu res eccleſiæ uenundato.

38. presbyteri,& diaconi abſque uoluntate epiſcopi nihil peragunto. ipſius enim fidei populus domini commiſſus eſt,& pro eorum animabus ab ipſo repetetur ratio.

39. Manifeſtæ ſunto priuatę res epiſcopi (ſi modo & priuatas habet) manifeſtę item ſunto Dominicæ, vt priuatas quidem res epiſcopus, cum moritur,quibus vult,& quomodo vult relinquendi facultatem habeat:neque occaſione eccleſiaſticarum rerum intercidant res epiſcopi, qui nonnunquam vxorem, & liberos, aut cognatos, aut ſeruos habet. Iuſtum enim eſt apud Deum pariter & homines,ſimul ne eccleſia per ignorationem rerum epiſcopi damni aliquid ſuſtineat, ſimul ne epiſcopus, aut cognati eius prætextu eccleſiæ oblædantur,aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia,eiuſque mors implicetur diffamationibus.

40. Præcipimus ut epiſcopus res eccleſiæ in poteſtate habeat Nam ſi pretioſæ hominum animæ,fidei eius committendæ ſunt, multo utique magis oportuerit,& de pecuniis mandatum dare,vt illius arbitratu diſpenſentur,neque nõ cum timore Dei,ſummaque ſollicitudine per presbyteros, ac diaconos erogentur in pauperes. percipiat autem & ipſe(ſi modo indiget)quantum ad neceſſarios ſuos,& hoſpitio exemptorum fratrum uſus opus habet,ne quo modo ipſe poſteriore loco habeatur,quam cæteri. Ordinauit enim lex Dei,vt qui altari inſeruiunt, de altari nutriantur,quando nec milites unquam ſuis annonis arma hoſtibus inferant.

41. Epiſcopus,aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ,vel ebrietatibus indulget,vel deſinito, uel deponitor.

42. Subdiaconus,aut cantor,aut lector, qui conſimilia facit:vel deſinito, vel a communione ſeiũgitor. Similiter & laici.

43. Epiſcopus,aut presbyter,aut diaconus,qui vſuras a mutuum accipientibus exigit:vel deſinito,vel deponitor.

44. Epiſcopus,aut presbyter,aut diaconus, qui cum hæreticis preces cõiunxerit,duntaxat a communione ſuſpenditor.Si vero etiam ipſos tanquam clericos aliquid agere permiſerit,deponitor.

45. Epiſcopum,aut presbyterum, qui hæreticorũ baptiſma,aut ſacrificium ſuſceperit,deponi pcipimus. Quę etenim cõuentio inter Chriſtum & Belial? aut quæ

† al. hebdomadæ
* Hyperberetei apud Aſiæ populos, & Macedones. Octob. Græcè dictus.

quæ particula fideli cum infideli.

46 Epiſcopus aut presbyter ſi eum,qui verum baptiſma habeat, iterum baptizauerit: aut pollutum ab impiis non baptizauerit; deponitur, vt qui crucem & mortem Domini derideat. Neque diſcernat veros ſacerdotes,à ſacerdotibus impoſtoribus.

47 Si quis laicus, cum ſuam à ſe vxorem abiicit, alteram duxerit,aut ab alio dimiſſam, a communione ſegregator.

48 Si quis epiſcopus,aut presbyter ſecundum ordinationem domini non baptizauerit in Patrem & Filium, & Spiritumſanctũ,ſed in tres principio carentes,aut tres filios,aut tres paracletos deponitur.

49 Si quis epiſcopus,aut presbyter in vna initiatione non tres immerſiones, ſed vna duntaxat, quæ in mortem domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, In mortem meam baptizate: ſed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti.

50 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus,aut quiuis omnino de ſacerdotali conſortio,nuptiis,& carnibus,& uino abſtinuerit,nõ propterea quo mẽs ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem, oblitus,quòd omnia pulchra valde & quòd maſculum & fœminam Deus creauit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei uocat ad calumniam,aut corrigitor aut deponitor,& ex eccleſia reiicitor. Conſimiliter & laicus.

51 Si quis epiſcopus,aut presbyter eum,qui à peccato reuertitur, non recipit, ſed reiicit, deponitor,eo quod Chriſtum offendat,qui dixit,ob vnum peccatorem,qui reſipiſcat,gaudium oboriri in cœlo.

52 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus,carnibus & uino feſtiuis diebus non utatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis auctor ſit offendiculi.

53 Si quis clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit, à communione excluditor. excepto tamen eo,qui neceſſario in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

54 Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponitor,principi enim populi tui non maledices.

55 Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum aut diaconum à communione ſegregator.

56 Si quis mancum, aut mutum ſurdumve, aut cæcum, aut eum, cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſanauerit, communione priuator. Conſimiliter & laicus.

57 Epiſcopus,aut presbyter,qui negligentius circa clerum,vel populum agit,neque in pietate eos erudit, à communione ſegregator. Si vero in eo ſocordia perſeuerauerit,deponitor.

58 Si quis epiſcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit, à communione reiicitor,ſin perſeuerat,deponitor,vt qui fratrem ſuum necauerit.

59 Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros in eccleſia ad populi & clerici corruptionem publicauerit, deponitor.

60 Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione aut adulterio aut quacumque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

61 Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit,ſi quidem nomen Chriſti, ab eccleſia reiicitor. ſi vero nomen clerici, deponitor, pœnitentia tamen ductus, uel laicus recipitor.

62 Si quis epiſcopus, aut presbyter,aut diaconus,aut omnino quicunque ex ſacerdotali conſortio comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut à beſtijs abreptum, aut ſuffocatum,deponitor. hæc enim lex prohibuit.Sin vero laicus fuerit à communione excluditor.

63 Si quis clericus, aut laicus,ſynagogam Iudæorum aut hæreticorum, conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor,& a communione ſecluditor.

64 Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit,& uno ictu ac pulſatione interemerit,deponitor propter temeritatem ſuam. Si vero laicus ſit, arcetor a communione.

65 Si quis Dominicum diem,aut ſabbatum,vno ſolo dempto,ieiunare deprehendatur,deponitor,ſin laicus,a communione eiicitor.

66 Si quis virginem ſibi non deſponſatam,admota vi detinet, à communione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere,ſed eam detineto,quam ſolicitauit,quamuis paupercula ſit.

67 Si quis epiſcopus, aut presbyter aut diaconus ſecundam ab aliquo ordinationem ſuſceperit,deponitor tam ipſe, quam qui ipſum ordinauit, niſi forte conſtet ordinationem eum habere ab hęreticis Qui enim a talibus baptizati, aut ordinati ſunt, hi neq; fideles, neque clerici eſſe poſſunt.

68 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus,aut lector,aut cantor ſacram Quadrageſimam Paſchæ, aut quartam feriam,aut Paraſceuem non ieiunauerit, deponitor, præterquam ſi imbecillitate impediatur corporis.Sin laicus ſit,communione priuator.

69 Si quis epiſcopus, aut presbyter,aut diaconus,aut omnino quicunque ex clericorum conſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit,aut lautia feſti,nempe azyma,aut aliud huius generis, ab eis ſuſceperit, deponitor, ſi laicus, a communione ſegregator.

70 Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium,aut in ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incẽderit, a communione excluditor.

71 Si quis clericus,aut laicus ceram aut oleum,ex ſancta ſurripiat eccleſia,a communione ſeiungitor.

72 Vas aureum & argentum ſanctificatum, aut velamen linteumve,nemo amplius in ſuos uſus aſſumito, iniquum enim eſt Cęterum ſi quis deprehenſus fuerit,excommunicatione mulctator.

73 Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit,& confeſſus conuictusve fuerit: cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si uero vocatus non obtemperauerit:ſecunda quoque uice vocator: miſſis duobus ad ipſum epiſcopis Quòd ſi per contumaciã ne ſic quidem comparuerit:ſynodus ſuam contra ipſum pronuntiato ſententiam,ne quid tergiuerſando detrectandoque iudicium lucrifacere videatur.

74 In dictionem teſtimonii contra epiſcopum, hæreticus non admittitor, ſed neque fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum, aut trium teſtium conſiſtet omne dictum.

75 Item non oportet epiſcopum fratri aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neque enim eccleſiam Dei cõferre debet in hæredes Enim vero ſi quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio, ipſe autem excommunicatione percellitor.

76 Si quis oculo defectus,aut obtuſo crure exiſtat:& dignus ſit, epiſcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipſum polluit,ſed inquinatio animæ.

77 Qui vero mutus ſurdusve & cæcus eſt, epiſcopus non efficitor,non quia oblæſo corpore eſt,ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

78 Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, ſed neque cum fidelibus preces fundito Mundatus vero recipitor,& ſi dignus fuerit,clericus efficitor.

79 Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus eſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut ex conuersatione prana, eum iustum nō est protinus promouere in episcopum. Iniurium enim est eum, qui non prius specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere, nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

30 Dicimus, ꝙ non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis se administrationib. immittere, sed vacare, & commodum se exhibere vsibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum.

31 Serui in clerum promouеantur citra dominorum voluntatem: hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando vero seruus quoque gradus ordinatione dignus videatur, qualis & nostер Onesimus apparuit, & domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegaverint, efficitor.

32 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & simul vtrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, & quæ Dei, Deo.

33 Quisquis Imperatorem aut magistrum contumelia affecerit, supplicium luño & quidem si clericus fit, deponitor: si laicus, a communione remouetor.

34 Sunto omnibus vobis, clericis simul & laicis venerandi ac sacri libri, veteris quidam testamenti Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regum quattuor, Derelictorum ex libro dierum, duo, Hester vnus: De Machabæorum gestis tres, Iob vnus. Psalterium vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim, vnus Esaiæ, Hieremiæ vnus, Ezechiel vnus, Daniel vnus. Inquisitor autem a uobis extrinsecus, vt adolescentes uestri addiscant Item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra vero, hoc est noui testamenti, Euangelia quattuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quattuordecim: Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ una, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ uobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quæ omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in se continent, Et Actiones nostras Apostolorum.

Finis Apostolicorum Canonum Gregorio Haloandro interprete.

SVMMARIVM SEV Flosculus totius Decreti.

QVoniam inter cætera, quę vtilia sunt, præuidi Legistis et Canonistis, qui ꝓpter temporis breuitatem seu libri prolixitatem, vel penuriam studere in Decretis ne queunt, hoc opus fore vtile. Et quia quæ quis bene scit, ita memoriæ commendare non potest, quin obliuioni tradantur: ideo ego Ioannes diaconus Hispanus, professor iuris canonici & ciuilis, ad summariam totius libri, quam breuissime potui Deo suum auxilium præbente, collegi, quę flos Decreti merito dici potest. Et cum eo quandoque concordantias Decretorum & legum tam de text. quam dc notatis, vt mihi memoriæ occurrebant inferendas decreui. Summaque totius libri, hæc est; quia per partes diuisus est. Et prima pars est diuisa in capit. & distinctiones: modos quarum, seu intentionem figillatim & summarie in hoc opere declarabo. Secũda pars est diuisa in 36. causas quorũ quælibet habet sub se certas & cōnumeratas species, quarum olim solutiones & sententię in hoc opere breuiter patefiunt. In hac secunda parte in 36. causas, & qũo inter ipsas causas inseritur tractatus de pœnitẽtia: qui a quibusdam, tertia pars ipsius libri dr, quod non placet: quia in 7 dist. est diuisus, quarũ mens in hoc opere breuiter clarer & aperte. Tertia & vlti pars est de consecratione, diuisa in 5. di. quarũ mens hic summariæ ꝓlibat Sumant itaq; dñi mei Legistæ & Decretistæ hoc donum sui amici, quod quãuis ex guũ, commendatum tamen ab eis, ũ memores erunt illius dicti quod philosophus ait: Exiguũ munus cum dat tibi pauper animus, &c Aliqui ponitur hic versus. Centũ dist. & vna; causæ sunt triadena & sex. Pœna tenet septem, de consecr. quoque quinque.

Distinctio prima.

VManũ genus duobus modis regitur, &c.

Tractaturus in hoc libro magister Gratianus de iure canonico, incipiens quasdam iuris diuisiones p̃emittit vsque ad quartam dist. In primis, prima quæstio cum auctoritatibus sequentibus ponit, & probat differentiam, quæ est inter ius diuinum & humanũ, seu legem diuinam & humanam, quæ, est vsque ad 1. dist.

Prima distinctio ponit dr̃iam inter ius scriptum & non scriptum, & docet certas exceptiones iuris, primo quot modis sumitur, vel accipitur apud Canonistas.

Secunda distinctio ponit, & probat differentias inter leges & plebiscita seu consulta, & de omnibus habetur melius. ff. de iust. & iu. & de legi. & constit. * & seq. per totum.

Tertia dist. docet diffinitiones canonum & differentias eorum.

Quarta distinctio, ponit & docet causam, quare factæ sunt leges & canones: & qualiter fieri, & promulgari debeant, & quod de eis, vel in eis promulgari debeat. de hoc not. C. de legibus per totum.

Quinta distinct. ponit, & exponit differentiam inter ius naturale & ciuile, & cætera iura.

Sexta distinctio, quærit vagando extra materiam aliquantulum, & exponit superfluitatem naturæ, quæ accidit huomini in somnis, an ad peccatum imputetur.

Septima distinctio ponit, qui fuerunt auctores iuris; & qualiter incepit ius: & hoc melius ff. de orig. iur. C. de ver. iur. enuc. per totum.

Octaua distinct. ponit differentiam inter ius naturale & consuetudinem; & qualiter consuetudo cedit iuri naturali: & quod ius naturale vincit alia iura: & de hoc extra de consuetu per totum. ff. de legi. & constit. l. de quibus, & leg. sequentibus.

Nona dist. probat, ꝙ quælibet consuetudines debent cedere iuri naturali, & ꝙ ius naturalę prę-iudicat humano.

Decima distinctione probatur consuetudines principum, seu leges Canonibus non prę̃poni. vbi autem Euangelijs, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia sunt dignę de hoc de secund. nupt. c. fi & de operis noui nun. cap. 1. C de sacrosan. eccle. priuilegia.

Vndecima distinctione probatur, quòd consuetudo, quæ non obuiat legibus vel canonibus, seruanda est, & quòd consuetudo prava cedit legi.

Duodecima distinctio ponit, ꝙ nõ licet nouitatẽ inducere, & alterius quam Romanę ecclesiæ cõsuetudinem seruari, & quę consuetudo sit seruanda.

Decimatertia distinct. ponit, quòd aduersus ius naturale nulla admittitur dispensatio, nisi forte duo mala vrgeant: & necessariũ sit alterum eligi.

Decimaquarta distinctio quærit & soluit, vtrum liceat nobis minora peccata cõmittere, vt alij grauiora vitent; & dicit quod non. de hoc 22. quæstio. 2. ne quis arbitretur.

Decimaquinta dist. ponit originẽ & auctoritatem ecclesiasticarũ constitutionum: & quę opuscula sunt admittenda.

Decimasexta distinct. ponit, ꝙ canones apostolorum sunt recipiendi, & non inter apochrypha numerandi, & generalia concilia: & quorum tempore celebrata sunt; & quorum auctoritas præmineat.

Decimaseptima distinctio ponit, ꝙ generalia concilia non sunt congreganda, nec habent vim nisi auctoritate Apostolicæ sedis.

Decimaoctaua distinctio tractat de concilijs archiepiscoporum, in quibus tractabantur causæ antiquitus, vt hic docetur, & cætero rum prælatorum maxime episcoporum, & quo tempore celebranda sunt, & quantam vim habeant.

Decimanona distinct. docet & probat, ꝙ ecclesiasticæ epistolæ canonibus conciliorum pari iure adæquandæ sunt.

Vigesima distinctione probatur, ꝙ decretis Romanorum pontificũ & sacris canonibus conciliorum ecclesiæ negotia terminantur; in quibus terminandus potestas & scientia necessaria est, & in ꝗtum præmineant decreta & canones expositionibus aliorum, qui sacram paginam glossarunt. & sic an dicta expositorum sacrę paginæ præferantur constitutionibus Papalibus.

Vigesimaprima distinct. probat, qui sunt executores ministri canonũ a maiori, vsque ad infimum, & differentias ministrorum locorũ assignat probans, quod maior a minori iudicari non debet. & de ecclesiasticis ordinibus, & ipsorum ordine.

Vigesima secunda distinctio docet. quod inter omnes ecclesias Romana obtinet principatum, & quod sunt quatuor patriarchales sedes, & de ordinatione maiorum ecclesiarum, & primatu Romanæ Ecclesiæ.

Vigesimatertia distinct. probat, & docet, qualiter quis minister in ecclesia Dei promoueri & ordinari dẽr, incipiens a summo Pontifice, vsque ad inferiorem gradum, vel ordinem, qui psalmista appellatur.

Vigesimaquarta & quinta distinct. probat, quid ad episcopũ, & quid ad vnumquemque inferiorem

pertineat

Universidad de Deusto Biblioteca

pertineat & sic de clericorū ordinatorum examinatione, & ꝙ qui est ep̄us sine crimine debet esse, & ibi incipit regula apostoli missa ad Timotheum sub illo capitulo, nunc videndum, & quot modis crimē accipitur, quæ regula apostolica 13. habet capitula, quæ prosequitur vsque ad 49. dist. & hic prosequitur primū c. in § nunc autem, & per singulos circa ordinandos.

Vigesimasexta distinctione probatur, quòd ordinandi in episcopum, vel sacerdotem, debent esse vnius vxoris viri, & quod bigamia nō tollitur per baptismū; sed peccata delentur: & incipit ibi 2 capit. apostoli. & de eo tractat vsque ad 25. dist.

Vigesimaseptima distinctio probat quòd nolentes vouere continentiam ad sacros ordines promouendi non sint, assignans differentiam inter votum simplex & solenne: & quod promoti ad sacros ordines nec contrahere matrimonium, nec iam contracto vti possunt.

Vigesimaoctaua distinctio probat, quod clericis habere vxorē non licet in ecclesia occidentali, addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat: & in qua ætate, & in quibus ordinib promouendi sunt: & vtrum laicus in episcopum promoueri possit in c. de sua, & quod laici de clericis etiam malis iudicare non debent.

Vigesimanona distinctione probatur per plura capitula quòd ex causa, loco & tempore consecrādi sunt canones, per hoc intendens inducere ad concordiam multa capitula, quæ in tribus præmissis proxima distin. discordare videbantur, quorum quidā dicebant, quòd clerico licet habere vxorem, quidam a contrario asserebant

Trigesima distinct. probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima dist. quòd ex causa interpretandi sunt canones.

Trigesimaprima distinctio probat, & ponit exēpla in terminis, qualiter clerici continere debent, & in fine concludit ꝙ ab omnibus est seruanda continentia, præter quam ab orientalibus, & dicit ꝙ continentia clericorum cępit ex tempore, & ponit de causa continentię, ponens de superstitionib. quorumdam hæreticorum coniugia, & quædam alia detestantium.

Trigesimasecunda distinct. probat reprobando incontinentiam, & quòd a clerico incontinenti non sunt audienda diuina offic. postea probat contrarium & illud tenet. Item probatur, quòd laicus vxoratus potest ex dispensatione habere beneficium, & de cohabi. clericorum & mulierum tractat.

Trigesimatertia distinct. probat, ꝙ non solum illi, qui duas vxores hēnt promouendi non sunt: sed et ille qui vnam vxorem habuit, & alteram concubinam, nisi ex dispensatione, vel uxorem tantū meretricē ad sacros ordines promouendus non est, vel illi, qui morbo epileptico, vel dæmoniaco furore, vel simili, quandoque laborant, seruata distin. ibidem posita in notatis.

Trigesimaquarta distinctio ponit, quod oportet episcopum vitare nimiam familiaritatem domesticarum personarū: & quod non licet venari, & iterum reuertitur, quod non licet clerico habere concubinam vel vxorē meretricem, etsi laico licet habere concubinam id est vxorem non solenniter ductam.

Trigesimaquinta distinctio. probat quòd ordinandum in episcopū oportet esse sobrium, non luxuriosum, & non vinolentū, & hoc infra distinct. & ponit de pœna ebriosorum.

Trigesimasexta distinct. probat, ꝙ oportet episcopum prudentem esse, non solum litterarum peritia, sed etiam sæcularium negotiorum dispensatione, & hoc vltimum melius tractat in 39. distinctione.

Trigesimaseptima distinctio. quęrit, & ponit quod sęcularibus litteris oportet ordinandum esse eruditum, & vtrum liceat eas addiscere, & respondetur sic, dum modo non ad voluptatem, sed ad eruditionem eas addiscat, & quare periculosa est ignorantia episcopis & clericis.

Trigesimaoctaua distin. probatur quòd litteris debet esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet, & vltimo reprobat ignorantiam, ponens, ꝙ voluntaria ignorantia omnibus est noxia, & si nesciat loqui bene Latinum, non propterea est reprehendendus a scholaribus per c. sedulo.

Trigesimanona distinctio probat, quod scholaribus & sacerdotib. necessaria est notitia sæculariū negotiorum & peritia: & quod nimia simplicitas repellit a promotione: & sunt ibi multa bona capitula ad probandum quod bona est scientia.

Quadragesima distinct. probat, ꝙ oportet episcopum ornatum esse moribus & virtutibus; & ꝙ non locus hominem, sed homo locum sanctificat. excepta apostolica sede, & ibi incipit 5 c. apostolicæ regulæ.

Quadragesimaprima distinct. probat ꝙ oportet episcopum esse ornatum in incessu, & habitu, & cibis. de hoc de vita & honestate clericorum. Deus qui.

Quadragesimasecunda distin. probat, ꝙ oportet sacerdotē esse hospitalem. extra de præbend. de monachis, & quod in hospitalitate non est habenda delectio personarum. Item ꝙ debet esse pudicus, & ibi sunt 6. capit. apostolicę regulæ.

Quadragesimatertia distinctio probat, ꝙ episcopus debet habere gratiam docendi, & discretionem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat.

Quadragesimaquarta distinct. probat quòd non debet esse episcopus, nec sacerdos, nec clericus in commissationibus & ebrietatibus, nec in conuiuijs, de hoc extra de vi & honest. cle. a crapula.

Quadragesimaquinta distinct. probat, quòd non debet esse episcopus percussor hominum, non irascibilis, sed patiens, de hoc extr. de sent excommu. vniuersitatis, & eodem titulo, in voluntate. nec debet per vim homines ad fidem trahere de hoc extra de baptis. & eius effe. maioris. vltra medium, & quod in se disciplinam & misericordiam debet habere.

Quadragesimasexta distin. probat, quòd litigiosus non debet esse episcopus, & ponit in principio verba, Nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem artem putant, & parati ad lites in subiectos tum deintonant: quòd ex arrogantia superbiæ prouenire manifestum est. Item quòd vsurarij vel maledici promouendi non sunt, & est cā quare non debent esse episcopi: quia tales vel sunt adulatores, vel detractores, vel discordiam seminantes, vt extra de cleri. maled. per totum de excess. præla. per totum.

Quadragesimaseptima dist. probat, quòd cupidus & vsurarius non ordinatur, extra de præbē. cum iamdudum, & 47. dist sicut hi. & quod necesse est quod episcopus sit dispositus bene domui suę, & sciat suos corrigere quantum in se est, tractat in hac distinct. 11. & 12.

Quadragesimaoctaua dist prohibētur neophyti in episcopos promoueri. & quòd ordinate ad ordines ascendendum est, nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, in eadem distin. c. fina.

Quadragesimanona dist. ponit causas & tōnes. quare criminosi & vitiosi non debeant in ep̄os promoueri, qui in prędicta regula apostolorum in prædictis locis prohibiti fuerant. distinctio. 2. aliquando nouimus. quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur. irati animus ad deteriora prouocatur. deinde ponit cap. in quo demonstrat, quòd cæci & torto naso, magno, vel paruo promouendi nō sunt. & qualiter promotus in episcopū vel prælatum viuere debeat ostendit & sub compendio tractat 13. cap. apostolicæ regulæ de quibus præmisit.

Quinquagesima dist. quærit vtrum criminosi post peractam pænitētiam in propriis ordinibus remanere vel ad maiores gradus ascēdere valeant. & probatur quòd sic: quandoque ipso iure, quandoque per dispensationem, vt ibi notatur, quæ est super princip. dist. & eius diffinitione secūdum varias opi. de hoc etiam de temp. ord. c. si. vltimo tractat, de homicidis & publice pænitentibus ad sacros ordines non promouendos: ut extra de bigamis. cap. 1. & habetur extra de ho. per totum.

Quinquagesimaprima. dist. probat ꝙ curiales & rationibus obligati iudices & aduocati promouendi non sut.

Quinquagesimasecunda distinctio tractat de clerico per saltū promoto, qui in ordine suscepto nō ministrat, nisi prius habeat ordinem quē omisit. de hoc tractat extra de clerico per saltum promoto, per totum.

Quinquagesimatertia disti. probat, quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt.

Quinquagesimaquarta distinctio probat, quòd serui & Sarraceni promouendi non sunt, & iudæi non possunt habere mancipia christiana.

Quinquagesimaquinta distin. probat. quòd corpore vitiati, illitterati, bigami, sortilegi, serui promouendi non sunt: vel originariæ conditionis nec sollenniter pænitens, bigamus, & cęteri, &c.

Quinquagesimasexta distinct. probat, quod ille qui est filius sacerdotis non promouetur, si incontinentiam parentum sectatur, & nisi dispensatione habilis fit.

Quinquagesimaseptima distinctio probat, ꝙ qui baptizatur in ęgritudine nō ordinatur: quia eius fides non est uoluntaria.

Quinquagesimaoctaua distin. probat, quòd monachus non debet assumi ad regimen ecclesiæ sæcularis, nisi de licentia sui abbatis, & consensu diœcesani episcopi de hoc plene de capel. mo. cap. 1. & c. sequen.

Quinquagesimanona disti. probat. ꝙ qui ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt per ordinationem ad summum sacerdotium non aspirent, & sic per gradus fiat ascensus seu per ordines.

Sexagesima dist. probato & ostenso a xl. distin. § nunc autem. quis possit ad sacerdotium promoueri, & quis non probat, & docet ex quibus ordinibus in archiepiscopum uel præpositum uel episcopum sint aligendi. de hoc extra de æta & quali. a multis. & de elect. cum in cunctis.

Sexagesimaprima distinctio probat, quòd laici non sunt in episcopos promouendi uel eligendi, sed per singulos ordines sunt eligendi episcopi & probandi, sed laici bene possunt postulari & quòd electio est facienda de propria ecclesia si fieri potest. de hoc extra de ele. cum inter. & c. cum magistrum, & ꝙ differentia est inter electionem & postulationem, vt in sequenti §. & visitator non potest de rebus ecclesiæ alienare in §. cui.

Sexagesimasecunda distinct. probat, quòd electio episcoporum facienda est per clericos non per laicos: qa populus docendus est non sequendus. de hoc plenius de causa possessionis, cum ecclesia.

Sexagesimatertia distinctio probat, quòd nullo modo laici debent se ingerere electioni episcoporum. de hoc de electi. quisquis. & capitu. sacro. sed electiones iam factæ possunt eis præsentari.

Item quòd electio episcoporū debet fieri intra tres mēses, in quibus sedes uacauerit, & a maiori parte capituli. de hoc extra de electio. ne pro defectu. Et ponit de donatione Ludouici Imperatoris facta Romanæ ecclesiæ & de iuramento quòd imperator præstat papæ.

Sexagesimaquarta distinctio. probatur quo tempore, & quibus præsentibus debent episcopi cōsecrari. de hoc extra de tempo. or. si archiepiscopus.

Sexagesimaquinta distinctio probat quòd præsentibus omnibus comprouincialibus episcopis, vel se excusantibus, debet episcopus consecrari ab archiepiscopo. de hoc extra de tempo ordi. si archiepiscopus. & quòd primas etiam debet consentire si prouincia habet primatem. de off. ordin. duo in text & in nota & quòd si omnes episcopi defuerint, ius uniuersitatis tradit vnum.

Sexagesimasexta distinct. probat, ꝙ archiepiscopus ab omnibus comprouincialibus episcopis, est ordinandus. & quòd in consecratione episcopi ad minus debent tres episcopi interesse.

Sexagemaseptima distin. probat, ꝙ ceteri prælati & chorep̄i, & sacerdotes possunt ab uno solo episcopo consecrari uel ordinari & ꝙ solus episcopus potest illum honorem conferre sed non solus auferre. de hoc extra de transaction. c. 2. in principio.

Sexagesimaoctaua distinct. probat. ꝙ illi qui sunt ordinati ab illis quos non constat esse episcopos iterum sunt ordinandi. Item de ecclesiis de hoc titulo de baptismo. c. 1. & de consecratione eccle. ca. 1. & 2. & quare chorepiscopi sunt remoti, & ꝙ non sunt episcopi, quia minus quàm a tribus sunt consecrari.

Sexagesimanona dist. probat. ꝙ prima tonsura clerici de manu abbatis suscipi potest. de hoc ext. de sup. neg. prala. c. 1. & de ætate & quali. cum contingat. nec ab episcopo alterius ciuitatis, nec a suo absolute clericus ordinari debet.

Septuagesima dist. probat. ꝙ clericus sine titulo ordinari non debet, & ꝙ clericus non potest habere nisi unum titulum, per cap. sanctorum. de quo habetur, extra de elect. dudum & de ætate & qualitate. eam te.

Septuagesimaprima disti. probatur quòd episcopus alterius ciuitatis potest ordinare clericos alienos, cum litteris proprii episcopi. de hoc extra de temp. ord.

Septuagesimasecunda distinct. probatur, quòd episcopus non debet dare litteras dimissorias suis clericis nisi rogatus, & ponit formam ipsarum litterarum, de quibus habetur, de cler. pere. per totum. & de cle. non resi. fraternitati.

Septuagesimatertia distinct. probat qualiter litteræ, formatæ & dimissoriæ fiant.

Septuagesimaquarta distinct. probatur, quòd clerici inuiti ordinandi sunt per subtractionem beneficiorum. extra de electionibus cum in cunctis. ultra medium, & de ætate & qualitate. capitul. quæris.

Septimagesimaquinta distinct. probatur, quod die dominico debet episcopus consecrari, & intra tres menses. de hoc habetur extra de tempor. ordina. litteras. & ꝙ ceterorum clericorum ordinationes debent fieri in sabbato quattuor temporum, de quo extra de tempo. ordinan. capitul. tertio.

Septuagesimasexta distinct. probat quare prædicta quattuor tempora sunt ieiunanda, & quibus tēporibus sint celebranda.

Septuagesimaseptima distinc. probat qualiter clerici sunt per gradus ordinandi, & de interstitiis tempo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporum, & de ætate ordinandorum usque ad episcopum.

Septuagesimaoctaua distinctio docetur, qua ætate sunt sacerdotes ordinandi. de hoc extra de electio. cum in cunctis. & de æta, & qual. per totum.

Septuagesimanona distinctio, probatur, quòd electio summi pontificis fienda est a solis Cardinalibus. de elect. licet. & unus de Cardinalibus uiuente apostolico, electione non tractet & per quem gradum quis sit promouendus in Cardinalem, & quæ electio præualeat.

Octuagesima dist. docetur, in quibus locis debeãt primates & patriarchæ institui, & in quib. episcopi, & ꝙ non multum debet distare una sedes episcopalis ab altera. de hoc extra de priuil. c. 1. & quo tempore primates sunt instituti.

Octuagesimaprima distinc. incipit sub epilogo dare etiam quæ docuit a 25. distti. de regula apostolica, & de hoc tractat usque ad 28. distin. ca. 3. & sub epilogo alio ordine reiterat, ca. apo. regulę & docet quòd ordinandus in episcopum debet esse sine crimine. nec dẽt clerici mulierib. cohabitare. & in ipsa docet pro quib. criminibus sint ipsi prælati deponendi, & in monasteriis ponendi, & an ipso facto fiant depositi de vi. & ho. per totum.

Octuagesimasecunda distin. docet ꝙ episcopus his, qui suis manibus laborare non possunt prouidere debet, & videtur repetere illa, vnius uxoris uirum. & de cõtinentia clericorum & de incõtinentia puniẽda, & de pœnitentia, & dispen. quæ cum eis fieri potest, & de fornicationis peccato, seu aliis criminibus de hoc extra de iud at si

Octuagesimatertia distinct. docetur ꝙ prælatus non solum immunis a peccato esse debet, sed etiam peccatis aliorũ cõsentire non debet: quia error cui non resistitur approbatur. de hoc extra de homi. sicut dignum. & nihil miserius tali prælato.

Octuagesimaquarta distinct. docetur, quòd debet esse vigilans circa defensionem pauperum releuationem oppressorum, & curationem monasteriorũ, & iterum de munditia castitatis, quę dẽt esse in clericis.

Octuagesimaquinta distin. tractatur de hospitalitate clericorum inquantum est eis necessaria: quia si ab eo inueniantur alieni, iure prohibeatur ordinari extra de prębendis. cum iam dudum.

Octuagesimasexta distin. probatur ꝙ episcopum oportet esse doctorẽ, vt sciat corrigere subditos, & ꝙ doctrina sua debet plęferre sacram scripturã non litteras sæculares. Item liberalẽ patientibus necessitatẽ, non tamen hiltrionibus Item non percussorem, non venatorem, clementem & cõpati calamitatibus, non credere facile, operib. illicitis non instare non turpis lucri cupidus sit, sub ueniat viduis, pupillis, & oppressis, nec ad vindictam facilis.

Octuagesimaseptima distin. probatur ꝙ viduis, orphanis, & oppressis episcopus debet dare subsidium & pupillis.

Octuagesimaoctaua distin. probatur, quòd cunctꝝ cupiditatis causa negotiatores esse non debent sed pietatis causa curam orphanis, & vicinis impendere. extra ne cler. vel mo. c. v. de vita & hone. clericorum c. fi.

Octuagesimanona distinct. probat. ꝙ ideo oportet episcopum esse domi suæ bene præpositum, ut sciat in dispensatione ueram ecclesiæ regulam esse obseruandã, ꝙ singula officia singulis personis committat: & ꝙ œconomum vel vicedominũ habere debet. & quòd propinquis, vel fauore sibi coniunctis nõ cõmittat ecclesiastica officia, sed sint distincta sacramenta Dei.

Nonagesima dist. probatur, quare religiosus ordinandus est, & qualiter litigiosi corripiendi sunt & non ordinandi: & quorum oblationes non sunt recipiendæ murmurans & contristans.

Nonagesimaprima distin. probatur qualiter clerici teneantur dicere horas suas: & ꝙ etiam, si sibi sua beneficia non sufficiant, ꝙ possint sibi quærere necessaria artificio suo licito de hoc extr. ne cle. uel monac c. 1.

Nonagesimasecunda dist. probatur ꝙ magis corde quam vocibus cantandum est in ecclesia Dei, & nõ cum organo, uel melodiis vt populum delectet, sed contrarium de consuetudine seruatur. Item ꝙ episcopi si non recipiuntur a diœcesi sua, possũt in aliis suis parochiis officiũ presbyteri exercere, & priora officia & beneficia retinere, quousque recipiantur, extra de elect. cum in cũctis.

Nonagesimatertia distinct. probatur, ꝙ obedientiam inferiores maioribus debent, & ꝙ nullus debet communicare inimicis Romanæ ecclesiæ. Item omnes episcopi, qui sunt propinqui ei, debent eam semel in anno uisitare per se, cæteri uero per nuncios extra de iureiuran. ago N. re li qui minores in ecclesia semper debent subesse maioribus, nisi minor locum maioris teneat, vel tenuerit extra de maio. & obedien capitulo secundo & capitulo statuimus & quanta differentia sit inter presbyteros & diaconos & quanta inter episcopos & presbyteros.

Nonagesimaquarta distinctio. probatur, quòd maior in officio potest committere minori vices suas, ita quòd legati sedis apostolicæ impediendi non sunt: & impedientes sunt excommunicandi, & quam potestatem habet archidiaconus super presbyteros parochialium ecclesiarum.

Nonagesimaquinta distinctio. probatur, quòd etiam præsentibus episcopis possunt presbyteri, quã uis ei subditi, sacra mysteria celebrare & prædicare, & quòd olim idem erat presbyter & episcopus, & qualiter ipsi episcopi debeant a suis clericis reuerteri, quia in ecclesia debent sedere episcopi in sublimiori sede, sed in domo sunt eius socii: & presbyteri chrismate possunt ungere infirmos.

Nonagesima sexta distinctio. probatur, quòd laicis etiam imperatoribus non est aliqua tributa facultas ordinandi aliquem, vel iudicandi de rebus ecclesiarum, & qualiter sacerdotium, & imperium sint distincta ab ipso Deo. de hoc extra de iudic. nouit. de maio. & obediend. solitæ. & de donatione Constantini.

Nonagesimaseptima distinctione probatur, quòd precibus ecclesiæ Imperator & cæteri principes possunt in præsumptores animaduerte, & ecclesiam iuuare de hoc in capitulo primo, de officio ordi.

Nonagesimaoctaua distinctione, ostenso superius, quales & qui sint in clericos promouendi, ponit qualiter clerici peregrini & vltramarini sine testimonio. v. episcoporum recipiendi nõ sunt. de hoc extra de cler. pereg per totum.

Nonagesimanona distinctio docet iterum, & plenius de primatibus & potestate eorum, qualiter solo nomine differunt a patriarchis, & quòd maiores sint episcopis de hoc extra de officio ordinarii, duo. & de diuisione prouinciarũ aliquid dicit.

Centesima distinctio tractat de pallio & vsu eius, de quo habetur de electione, significasti. & capi. quod sicut & de transla. capitulo secundo, de vsu pal. per totum.

Centesimaprima distinctio probatur, quòd una prouincia non debet diuidi in duas. de hoc extra de præbend. maioribus. nec vna prouincia dẽt habere duos archiepiscopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat causas, in quarum prima de simoniaco, & ordinationibus tractat, eo ꝙ de elec. ecclesiastica, & de ordinibus superius sufficienter monstratum erat.

Causa prima.

Quidã habens filium obtulit eum ditissimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras soluit.

Hæc est prima causa, tractans de simonia, ꝙ inter cętera crimina maximum est, & in sequẽtibus duabus causis, de criminalibus tractabit simpliciter, præmittens Gratianus has tres causas criminales. Et habet hæc cã 7. quæstio. & incidentia quædã extra simoniam more suo interserens.

In prima quæritur, an sit peccatũ emere spiritualia, Gratianus primo allegat ad probãdum ꝙ sic, vsque ad §. sed objicitur. Ibi in contrarium objicit, & tres facit obiectiones, quibus respondet, & responsiones auctoritatib. probat, probans quod ordinationes ab hæreticis factæ, dummodo in forma ecclesiæ tenent, distinguẽs in § signo inter sacramentũ necessitatis, & sacramentum dignitatis, & eam prosequitur vsque ad §. ex his. ibi transfert se ad hęreticos, & de eorum sacramentis varie constat, vsque ad §. cõstat, ibi ad principale propositum redit, & tractat de simonia, vsque ad finẽ quæstionis, & de hoc, extra de simo. per totum. & de renun. nisi cum pridem. super. §. secundo. probat etiam qualiter simoniaci remanent in ordinibus suis dispensatiue, & quidã non, & in tractatu de hæreticis, tractat incidenter de baptismo, & eius effectu. de hoc extra de baptismo, per totum, & de Eucharistia de quo extra de celeb. miss. per totum. Tractat etiam incidenter, quod non sunt sacramenta in peccatoribus prælatis despicienda, vsque ad § duo autem. de quo extra, de vita & honestate cleric. vestra. deinde accedit ad probadum per capit. quidam dicunt & §. objcitur, ꝙ baptisma & ordines bene conferuntur ab hæretico, dummodo in forma ecclesię: sed non ad effectum, vel executionem, nisi ignorãter recipiantur; quia tunc bene quo ad executionem & effectum conferuntur, vsque ad §. constat. A §. constat. vsque ad §. sicut. probatur, quod pro nullo sacramento recipi potest pecunia, nedum pro ordinatione de quo extra de simonia. non satis, & eo tit. cum. in ecclesiç, & cap. cum sit Romana. postmodum distinguit inter illos, qui scienter a simoniacis ordinantur: & illos qui ignoranter: & de pœna: & ignorãtia eorum: in c. statuimus: probans in capitulo, ordinationes. quot modis simonia cõmittatur: quia aliud est munus ob obsequia: &c. & in c. sunt nonnulli. dicens ad finem quæstiones: ꝙ qui ab ordinãdo: vel eligendo recipit pecuniam, vel dat, puniri debet sicut qui promittit pecuniam ob accusandum: vel ob iudicandum: vel ob testimonium ferendum: vel non ferendum, punitur quasi simoniam committat, vt 1. quæstio. 3. videntes.

Secunda quęstio. quæritur, vtrum pro ingressu monasterij pecunia sit exigenda, vel ẽt exacta psoluenda? docetur ꝙ non: ostendẽs primo, quod ecclesia non debet construi; nisi primo dos ei constituatur, de hoc extra de eccle. ædi. cap. penul. Si tamen aliquid sine petitione fuerit oblatum, recipi potest. de hoc extra de simon. & si quæstiones in authenti. de sanctissi. episco. §. si quis autem clericos. probat insuper, quod beneficia ecclesiastica non sunt danda diuitibus, sed pauperibus: per capitu. clericos; & capitu. pastor. qui alias vnde viuat habet, & beneficium ecclesiæ receperit: sacrilegium committit: & iudicium sibi manducat & bibit.

Tertia quæstio. quæritur: an ingressum ecclesiæ vel prębendam emere sit simoniacum: docetur ꝙ sic: quia nec speciale: nec spirituali annexum emere licet: nisi in casibus de quibus habetur extra ne prælati vices suas. querelam: & hic in nat. pri. & super capitu. 2. Item de pœna talium ementium & vendentium ostendit, docet ẽt: ꝙ si iudex pro iudicando pecuniam receperit, simoniam committit per capitu. vendentes. de hoc extra de vita & honestate clericorum, cum ab omni: & Innocen. super cap. non solum.

Quarta quæst. quæritur: an paternum crimen filio imputetur, qđ eo ignorante cõstat esse admissum: docetur primo; ꝙ ignorantia excusat multis auctoritatib. nisi filij imitantur vitia paterna: vel nisi quantum ad eos peruenit extra de renun. nisi cum pridem; vltra medium, de vsuris. tua distinguens in §. notandum. inter ignorantiam iuris & facti; & iuris ciuilis & naturalis de hoc habetur. extra de epi. qui re. epi. cap. 1.

Quinta quęstio. quæritur, an liceat ei esse in ecclesia: vel fungi eo ordine, quẽ sic paterna pecunia est assecutus, probatur ꝙ sic, dispensatiue renunciando episcopatui. de hoc extra de simo. nobis, pñt ẽt promoueri illi ignorantes, & ẽt dicendum est si per vim etiam arcetur simoniam intercedere: vt in c. fin.

Sexta quęstio. quæritur: vtrum illi: qui ab isto simoniaco ignorãter ordinẽ receperunt sint abijciendi? respondetur ꝙ non: per cap si quis. quod est in 1. q huius causæ, si quis a simoniacis. Itẽ docetur in eadem quęstione: ꝙ dare aliquid vt eligantur; vel vt electio eius confirmetur: simoniacum est per capitu. sicut is inuitus. & C. de epis. & cler. si quemquam.

Septima quæstio. quæritur: an istę renuncians suæ hæresi sit recipiendus iterum in episcopali dignitate suadẽte ecclesiæ necessitate: vel vtilitate: & ibi super §. nisi rigor. tractatur de dispensatione ad plenum, tractatur ẽt de hęreticis quando reuertuntur ad ecclesiam: & qualiter: & sub qua forma recipiendi sunt: & ꝙ necessaria est quandoque dispẽsatio, per capit. dispensationes, ad finem probat, qualiter ordinati ab ecclesia sint ab hæreticis recipiendi, concludens per capit. fin. ꝙ cætera crimina respectu simoniacę prauitatis pro nihilo reputantur. de hoc extra de sim. cap. tanta.

Causa secunda.

Quæritur, quidam episcopus delapsu carnis a laico impetitur: Duo monachi, vnus, &c.

ISta causa habet 8 qõnes. In prima quæstio. tractatur, qualiter circa iudicia, & causas in occultis, & qualiter in notorijs sit procedendum.

Secunda quæstio. tractatur, ꝙ spoliatus ante restitutionem suis spoliatoribus respondere non cogitur, de hoc extra de ordine cognitio.

Tertia quæstio. tractatur, qua pœna feriandi sunt calumniatores, & de abolitionibus, de hoc extra de accusatio. super his, & de collusione.

Quarta quæstio. tractatur, quot testes in qualibet causa sufficiant, de hoc melius de testi. per totum tutu. & præsertim in cap. licet.

Quinta

Quinta quæstio.tractatur de purgatione canonica & vulgari. de hoc melius, extra de purgatione canonica & vulgari.
Sexta quæstio.tractatur qualiter & quando sit appellatum, de hoc extra de appellationibus, & C. & ff.& in authentica.
Sexptima quęstio. probatur quod laici contra clericos, in accusatione regulariter audiendi non sunt, nec inferior clericus contra maiorem de hoc,extra de hæ re. excommunicamus, de testi. de cætero,& de accusat.c.1.
Octaua quæstio ponitur, qualiter accusans se debet subscribere,& libellum formare, de hoc extra de procur.cap.ruæ.

Causa Tertia.

Quidam episcopus de propria sede deiectus est, petit restitui, post restitutionem, &c.

HÆc est tertia Causa, in qua tractat in sui principio de resti.spol.& habet 10. quæstio.
In prima quęritur, an restō sit danda omnibus spoliatis, probatur quòd spoliati restituendi sunt ante ingressum causę principalis,de hoc, extra de restitutione spolia.per totum.
Secunda quæstio.tractatur de inducijs,quæ debent dari ipsis restitutis, anteq̄ ad iudicium reuocentur, & dic breuiter hodie, ꝙ sunt arbitrariç. docetur in fine, quod cum agitur contra prelatum de dilapidatione, interim debet more tutorum,vel curatorum ab officio suspendi. de hoc extra.de offic. deleg. venerabili. & de simo.licet Heli.
Tertia quæstio. probatur, ꝙ inducię sunt dandæ,postquam ad iudicium sunt vocati.
Quarta quæstio. probatur, ꝙ infames, & non legitime coniuncti accusationem admitti non debent, & gñaliter, qui admittendi non sint ad accusationem.
Quinta quæstio. tractatur, ꝙ testes de domo actorum producendi non sunt, & ēt de suspectis iudicibus tractat, & de testibus, & qui a testimonio & accusatione repellantur. de hoc extra de accusa.c.1.& de testib.c.fi.
Sexta quæstio.probatur, ꝙ actor debet sequi forum rei, & quod nemo de prouincia in prouinciam debet in ius vocari:sed hæc quæstio plenius examinatur, extra de foro compet per totum,& de rapto.cap.1.& quod episcopi deponendi non sunt, nisi auctoritate Papæ, & quod alij iudices vel prælati vocati sunt in partē sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.
Septima quæstione probatur,quod criminosi & infames iudices aliorum esse non debent, nec ad uocati, & super hoc inducit totum titulum ff. de postula. & C. tamen dum in administratione tolerantur,non potest eorum iudicium declinari,& de hoc plenius de postula. C. ff. & extra de rescript.scisitatur.
Octaua quæstione probatur,quando ad episcopum deponendum accusatum,ad minus debent interesse duodecim episcopi cum metropolitano,vt assessores,non vt iudices, de hoc extra de re iudi. c.non potest.
Nona quæstione docetur, ꝙ accusatus contra accusatum absentem, vel testis in absentia illius ꝙ quē deponit, audiendi non sunt, & qualiter testes, de quibus deponere debent sunt, instruendi. de hoc extra de testi.c.1.
Decima quæstione probatur,quod testis vel accusator,qui differunt in vno casu, in alio audiendi nō sunt,quia præsumuntur calumnioſi, de hoc extra de accusa. cum P.
Vndecima quæstio.probatur,quod in criminibus reaccusatio non habet locum,nisi in casibus,de hoc melius.C qui accusare non possunt l.1.& l.neganda,& extra de iudi.at si clerici.

Causa Quarta.

Quidam vir in excommunicatione constitutus episcopum accusare disponit, & c.

HÆc est quarta Causa & hēt sex qōnes. In prima quæritur vtrum excōmunicatus possit aliquem accusare, & probatur quòd non,de hoc,extra de iudi.intelleximus.
Secunda & tertia quæstio. insimul examinantur, & tractant, qui & quales, & qua ętate debeāt esse testes, & qualiter examinari debeant de hoc plenius.ff. & C. de test. & extra de testi. & per totū.
Quarta quæstio. tractatur, quod in iudicio quattuor personę sunt necessariæ. Et quod alius debet esse accusator, & alius testis. Et ꝙ inscriptio in accusatione præcedere debet, nisi in casibus, de quibus extra de verb. sig. forus & de accusa. super his
Quinta quæstio. tractatur, ꝙ si accusator ad diem vel terminum sibi assignatum non venerit,potest excōmunicari.de hoc,vt lite non contesta.per totum: de verbo sign ex parte.
Sexta quęstione tractatur: ꝙ ille qui ab accusatione repelluntur si suam vel suorum iniuriam prosequuntur; bene admittuntur de hoc extra de testi. decetero.

Causa Quinta.

Infamia cuiusdam episcopi chartula accusatoris inscribitur, &c.

HÆc est quinta Causa; & hēt quinque quæstio. In prima qō. tractatur,qua pęna feriē di sunt, qui libellos famosos in occulto ꝙ aliquem scribunt: de hoc C.de fal. libel. per totum.
In secunda quęstio.probatur:quod reus edictis legitimis dēt vocari ad causam antequam in eum sententia cōdemnationis proferāt:de hoc extra de dolo & contu.per totum;& de maio.& obe. inter quattuor ff.de iud.l. ad peremptorium:cum l.sequen.
Tertia quæstio. probatur:quod in criminalibus causis non potest interuenire ,procurator; & nec ad allegandum causas absentiæ: de hoc plenius ff.de procur seruum. §.publice extra de accusationibus.veniens.
Quarta quæstione probatur: ꝙ episcopus absque synodali audientia.& auctoritate apostolica:condemnandus non est:& cum fuerit in synodo:dēt mitissima relatione verborum factum suum proponere; non indiscretis vocibus perstrepere: quod si fecerit; dēt de concilio expelli;vt exeat iurgium cum eo.
Quinta quæstione probatur: quod non debet aliquis reputari inimicus eo quòd accusat: quod nō omnis qui osculatur;est amicus: & non omnis qui verberat est inimicus.
Sexta quęstio docet:qua pœna feriendi sunt accusatores:qui non probant quod intendunt;de hoc tractauerat 2. quæstio.3.

Causa Sexta.

Duo fornicatores, & infamia notati quendam religiosum episcopum de simonia, &c.

HÆc est sexta Causa: & habet quinque quæstiones.
In prima tractat:an infames & criminosi ad accusationem episcopi sunt admittendi? Et respondet quòd non: nisi forte in exceptis criminibus,puta in simonia, vel in crimine læsæ maiestatis, & hæresis. Et ostendit quòd maiores a minoribus accusandi non sunt,nec iudicandi: quia non est discipulus supra magistrum. Et ponit qui sint infames, probans quòd quandoque detractio(licet in se mala sit)n Deo permittitur, ne in superbiam eleuetur quandoque.
Secunda quæstione probatur,quòd non creditur episcopo soli si dicere uoluerit aduersarium suū criminosum, uel quòd hoc ei cō fessus fuerit de hoc extra de testi.licet & de offi.ord.si sacerdos.
Tertia quæstione probatur, quòd non licet episcopo accusato ire ad Archiepiscopum alterius prouinciæ,qui non potest eum ligare uel soluere, nisi in casu extra de rap.c.1.& ibi probatur quę dicatur prouincia, & quot episcopos debet habere.
Quarta quæstione probatur,quòd si contingat episcopos & Archiepiscopū discordare in iudicio istius episcopi accusati, ꝙ archiep scopus vicinę prouinciæ cum aliquibus de sua prouincia episcopis euocandus est, ut cum eis quęstio dirimatur, uel si prouincia habet primatem, recurratur ad eum.quorum quidem sententia tenebit, nisi ad superiorem fuerit appellatum. de hoc extra de re iud. c.fi.
Quinta quęstione probatur, quòd deficiente accusatore reus non est cogendus ad purgationem,ni si fuerit infamatus: quia accusatore non probante, &c. extra de accu.cum P. & de purg. can.per totum,de simo.de hoc, in fi.& c. sequenti.

Causa septima.

Quidam episcopus longa ægritudine grauatus, sibi alium instituit rogauit:cuius precibus,&c.

HAec est septima causa,& habet duas quęstio nes.
In prima quęstione tractat de cleri co ægrotante. In sui principio ponit, quòd in ecclesia sua alter assumendus non est quantumcumq; sit tempore infirmus,Imo schismaticus dicitur, qui se ad hoc ingerit usque ad §. ecce.Sed eo perēte forsan infirmitate grauato,surrogetur alius ei, uel detur ei coadiutor. & si quis desidos, qui debet ei assistere, conplere sacramentum. Item quòd episcopi uel cęteri prelati non debent deserere ecclesias suas, & ire ad alienas. de hoc de cle.ægro.& de cle.non resi.per totum & de transla. quanto.Item quod non debet eis pretium constitui, ponens casus quibus prælato viuente,potest alius substitui.de quo habetur extra.de ren.nisi cū pridem. & c. post translationem.
Secunda quæstione probatur, quòd episcopus ex quo renuntiauit,& alius substitutus est: postea episcopatum suum recuperare non potest: celebrationem missarum, si causa infirmitatis dimiserit va letudine recuperata,exequi non prohibemus.

Causa octaua.

Quidam episcopus agens in extremis, successorem sibi ex testamēto instituit,&c.

HAec est octaua Causa: & hēt quinque quæst. Et hæc causa habuit ortum ab illo cap. quod est supra causa proxima, quæ.1. petisti. vbi fuit concessum cuidā episcopo sibi eligere successorem.
In prima quæstio. probatur, quòd nullus prælatus debet,vel potest sibi eligere successorem:quia ecclesia Dei iura hæreditaria possideri non debet. & de hoc vsque ad §. his omnibus de hoc extra de fil.presby.conquerente. Deinde quędam adiungit ad electionem pertinentia, probans, quòd electus electionem non debet tespuere,& qualiter eligi debeat.de hoc habetur C. de epis. & cle fi quemquam .& de renun. nisi cū pridem. Et hoc propter bonum obedientiæ, quod magnum est, de quo extra de ma. & obed.c.2. & qui episcopatum desiderat.bonum opus desiderat. Interserit qualis & qualiter eligi debeat, vsque ad § cum autem.probans etiam,quòd quandoq;eliguntur mali prælati,propter peccata subditorum: & quam grauiter peccant,qui scientes se insufficientes prælaturas assumunt,cum aliorū fedem,qui magis digni sunt non dubitant occupare.
Secunda quæstio. probatur, quòd eorum patrocinia in electione conualescere non debent:sed vita & moribus est præferendus. Et quòd domini electores de eligēdo possint iudicare & examinare,postquam electus fuerit,de eo non possunt iudicare.extra,de electio.cum inter.
Tertia quæstione probatur, quòd non est simoniacus, qui post suā electionem pro indemnit. ecclesiæ suæ iuramentum præstat. de hoc extra de ele. significasti.
Quarta quæstione probatur, quod pendente accusatore contra prælatum ante tempus sententiæ nō debent subditi ab eo discedere, vel ei non obedire, de hoc extra de accu.olim.
Quinta quæstione probatur,si quis prælatus super aliquo crimine ad sedem apostolicam fuerit uocatus, non debet a curia discedere sine litteris Papæ.de hoc extra de iud.c.r.& de procura.constitutus.

Causa Nona.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiscopus,aliquot cleri cos alterius Metropolitani ordinauit quēdam capellanum sui suffraganei, &c.

HAec est nona Causa, & habet tres quęstiones.
In prima quæstione probatur, qđ ordinationes factę ab excōmunicatis,& electiones factę ab hęreticis non sunt recipiendę: quia non habent executionem, nisi fuerit cum ordinatis dispensatū. de hoc de ord.ab epi. cap.fi.
Secunda quęstione probatur,quòd nullus episcopus debet clericos alterius diœcesis promouere sine commendatitiis litteris proprii episcopi,uel parochianum alicuius recipere ad diuina, vel iudicare de hoc extra de procura.ca.2 & 3. Rata tamen poterit haberi talis ordinatio a propriis episcopis, vt probat c.Lugdunē. & extra de tempo. ord.post translationem.
Tertia quæstione probatur, quòd archiepiscopi de subditis suffraganeorum suorum non iudicent nisi in casibus.de hoc extra de offi.ord c.pastoralis.quamuis ecclesia Romana de omnib. indifferenter iudicet, & nullus de ea, nisi Deus, imo cuilibet ecclesię potest propter prærogatiuam suę potestatis de prælato prouidere, & eum remouere similiter, ut in c.nunc uero.& de hoc extra de procura.constitutus.

Causa decima.

Quidam laicus Basilicam a se factam, a diœcesana lege segregare quęrit. Episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem,&c.

Hęc

Universidad de Deusto
Biblioteca

HAec est decima Causa, & habet tres qō. In prima quæstione probatur, quòd ecclesia cum omnibus rebus suis ad Episcopi ordinationem, in cuius territorio sitæ sunt, pertinent, & ecclesiæ oblationes. & facultates earum a laicorum dispositionibus iubentur esse immunes de hoc extra de sepul. certificari & de offic. ordi. conquerente de relig. do. de xenodochis. de censi cum apostolus. per totum. de consti. ecclesia.

Secunda quæst probatur, ꝙ quamuis ecclesiæ cum rebus suis sint in dispositionibus episcopi, non tamen habent potestatem dilapidandi, uel vēdendi bona ipsius, quod probatur per authenticam, hoc ius porrectum, & per alias alias leges nisi in casibus. Item quare precariæ constituuntur, & reuocantur. de hoc extra de re. eccle. non alienā. c. per totum & alienator tenetur res ipsas ecclesiæ restituere, nihilominus tāquam fur & latro priuatur. extra de elec. quod sicut.

Tertia quæstione probatur, quid nomine cathedratici debent haberi epi de ecclesiis parochialibus, & qualiter quartam vel tertiam pro fabrica ecclesiæ reparanda secundum diuersas consuetudines, & de obuentionibus ecclesiarum, & de quibus oblationibus habere debeat, & quòd nullus debet habere plures ecclesias, nisi propter paupertatem, quam unam, de hoc extra de his quæ fiunt a maiori parte cap. de sepult. certificari. de elect. c dudum. Item imponit modū, secundum quem episcopi debeant parochias visitare. de hoc extra de censi. c. cum Apostolus. de offi. archid. c. 3.

Causa Vndecima.

Clericus aduersus clericum quæstionem de prædiis agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere uoluit reus, non nisi, &c.

HAec est undecima Causa, in qua tractatur in parte de litigiis, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione examinatur & docetur multis auctoritatibus, quòd clericus semper est trahendus coram suo non ciuili iudice, nisi in casibus, de auctoritate tamen sui maioris, de hoc extra de foro compet. ca. per totum. & maxime in capitu. si diligenti. de iudic. at si clerici. ad finem.

Secunda quæstione probatur, quòd suspēsione dignus e ꝙ qui ad ciuilem iudicem clericum trahit, vt in prædicto c. si diligenti.

Tertia quæstione probatur, quòd qui suspensus celebrat, irregularis efficitur, & deponi potest. de hoc extra de cleric. exc. mini ca. per totum. & quod ideo publicāda est excommunicatio, quia communicantes minori excommunicatione sunt ligati. de hoc extra de sentent. excommuni. capit. per totum, probans qualiter sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est: dicens postmodum contrarium, quòd iniustæ sententiæ parendum nō est, nisi propter bonum obedientiæ, & ne homines in nos peccent, quia apud nos conscientia bona, apud alios bona fama de nobis necessaria est per capit. inter verba laudantium. & ca. non sunt audiēdi. & ca. iræ, alias væ qui bonum, malum dicitis, &c. Imo ille qui male excommunicat potestate ligandi se priuat. probans qualiter sententia quādoq; est iniusta ex ordine, quandoque ex causa: quia sine causa numquā debet quis excommunicari, ut in authentica de san. epi. §. omnibus autē episcopis, quandoq; ex ordine. de hoc de sente. excōmunicatio. ca. sacro. & quatuor sunt, quæ peruertūr humana iudicia. & quòd non semper est obediendum maioribus nostris, & qui sunt illi, qui non incidunt in excommunicationem propter communionem excommunicatorum. ad finem probat qualiter excommunicati sunt absoluendi, &c.

Causa duodecima.

Quidam clerici propria relinquere uolunt, de suis & ecclesiæ rebus testamentū conficiunt, de rebus ecclesiæ nonnulla largiuntur, &c.

HAec est duodecima causa, in qua tractat vtrum clericis liceat habere proprium, & de ecclesiasticarum rerum alienatione, quia in superiori causa tractauit de litigiis clericorum, & habet quinque quæstiones.

In prima quæstione tractat, & quæritur, vtrum liceat clericis sæcularibus proprium habere. ꝓbatur primo, quòd non vsque ad illud c. ego sum. & §. contra uero. deinde probatur, quòd sic: deinde soluit, postmodum quærit ibi incidenter, vtrum res ecclesiæ possint diuidi per ꝓbendas. & soluit quòd sic, & non probat. imo causa super hoc inducta contrarium innuit. Item est in quadam nota in capitu. illi qui. glos. in verbo, hic patet. super c. 1. ibi, aut ubi examinatur, vtrū illi, qui de patrimonio pñt viuere, possint sine peccato beneficium recipere, & soluit ꝙ sic. sed non ad suum vsum, sed ad vsum pauperum, alias sibi iudicium manducant. sed consuetudo contrarium seruat: quā Papa scit: & dissimulat, non dico tollerat. de hoc extra de rescrip. postulasti.

Secunda quæstione quæritur, an res ecclesiæ donata, uel alienata per clericos possit stare apud donatores, vel recipientes. docetur quòd non, nisi cum datur ob redemptionem captiuorum, ob debitum ad eleemosynas pauperum: & ob vtilitatem ecclesiæ. vt habetur in princi q in notatis in eius summa, & in casibus, qui sunt C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. in arthenticis ibi positis. Item in casu de quo habetur extra de dona. c. 1. & tunc sine cōsensu capituli, ut videtur, tenet alienatio.

Tertia quæstione quæritur de his, quæ quis postquā fuit ordinatus clericus in ecclesia acquisiuit, quæ non habuit ante: respondetur, quòd si intuitu ecclesiæ acquisiuit, debent esse ecclesiæ cætera redeant ad hæredes. de hoc extra dee tsta. capit. 1. & capitulo cum in officiis. & de suc. ab intesta. c. 2.

Quarta quæstione, qua quæritur si de suis, & ecclesiæ rebus aliquid acquisiuit clericus, docetur, ꝙ pro rata inter hæredes clerici, & ecclesiā diuidi debent, ut dicto capitulo requisiti. & si de pecunia ecclesiæ emit aliquid nomine ecclesiæ, de hoc debet cōficere instrumentū. de hoc extra de peculio clericorum, c. 1. & per totum titulum.

Quinta quæstione docetur, quòd potest clericus condere testamentum de his, quæ habuit antequā ecclesiam acquisiuit: de his quæ postea intuitu suæ personæ, non autem de his, quæ ad ecclesiam pertinent. alias tantundem de suo ecclesiæ relinquet.

Causa decimatertia.

Diœcesani cuiusdam ecclesiæ baptismalis cladibus bellorum pressi, hostili metu compulsi, domicilia sua transtulerunt in aliā diœcesim, &c. Hæc

HAec est decimatertia Causa in qua tractaf de decimis, cui ecclesiæ sunt soluendæ: & de iure funerandi & habet duas quæstiones.

In prima quæstione quæritur, utrum illi, qui transferunt se de vna parochia in aliam. & habēt prædia in alia possint soluere decimas de prædiis in parochia in qua morantur, vel in secunda, in qua transiuerunt: docetur quòd in parochia vbi sita sunt prædia soluendę sunt decimæ prædiales: nisi per præscriptionem eas amisit parochia de hoc de parochi. cap fina. & per totum de deci. per totum & maxime in c. ad hæc. hoc tamen ultimum quod dicit de præscriptione, pertinet ad secundam quæstionem.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum isti parochiani, qui se se transtulerunt possint eligere sepulturā in prima, uel in alia ad quam se transtulerunt: probatur ꝙ in prima regulariter, ut extra de sepul. per totum. Item docetur ibi, ꝙ sepultura vendenda non est, ut extra de sepulturis, abolendæ, & inde credo, ꝙ sint ex tracta illa de decr. Itē docetur, inf. eodem, pro quibus sit orandum post mortem, qui debeant in ecclesia sepeliri, vel non, & quot modis aię defunctorū purgantur, & qualiter per triginta dies, vel quadraginta sit ꝙ mortuis vel eorum exequiis celebrādum, & de eorum exequijs qualiter sint celebrandæ. de quibus cauetur extra de celebratione Missa. cum marthæ ad fin. de testa. c. penul. & quòd eis qui suspendio moriuntur sepultura non est neganda, & de hoc septuagesima tertia, quęst. 5 quid ergo, ut quia Deus non punit bis in idipsum, & inf. e proximo secunda, quæstione vltima.

Causa decimaquarta.

Clerici cuiusdā ecclesię quæstionē de prędijs mouent: testes ex suis fratribus producunt: negotiatoribus Pecuniam crediderūt, vt ex eorum, &c.

HAec est quartadecima Causa: & habet sex quæstiones.

In prima quęstione, tractat de clericis, an possint petere res proprias

Secunda quęstione, qua quęritur, an clerici possint clericos suę ecclesię in testes producere, docetur quòd sic: quia non est prohibitum clericis, sed pro ecclesia quæ mater est pauperum testificari. de hoc extra de testibus, cum Mutius.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum sit vsura exigere lucrum de mercibus comparatis de pecunia mutuata. dī ꝙ quicquid vltra sortem accipitur, vsura est, & quodcunque nomen imponatur ei, est vsura.

Quarta quęstione, quæritur, utrum liceat clericis, vel laicis vsuras exigere: respondetur ꝙ non: nisi ab hostib & paganis secundum quosdam, de hoc extra de usu. per totum titu. Item emere vilius, ut carius vendatur, turpe lucrum est, & prohibitum est, & de hoc extra ne clerici, vel monachi. cap 1.

Quinta quæstione, qua quęritur, vtrum de vsuris, & de illicite acquisitis possint fieri eleemosynę, docetur, quòd non, extra de usu. cap. super eo. Item de deci. c. prohibemus. Item quòd non est auferendum uni iniuste, vt alii detur, & ideo prohibitum est facer dotibus aduocare per c. denique. ne per suffragium alterū lędat. de hoc extra de cap fin. de postu. Nec obstat illud, quòd mandato domini in Aegypto furta commiserunt & per cap. dicit dominus. per quod tractatur extra de diuor. gaudemus, circa medium, & de eo, quòd medicus & aduocatus acquirit, per c sane. de hoc infra capitulo prox. quęstione secunda.

Sexta quæstione, qua quæritur, an usurarii possint iuste pœnitere, nisi ablata restituatur, respondetur, ꝙ non, per c. si res aliena. de hoc extra de fur. per totum titu. & in præcedenti quæstio tetigit de rapina quomodo sit prohibita: & ꝙ non liceat clericis auferre fures quando ducuntur ad suspendium, sed possunt rogare ne suspendantur. de hoc de episco. audien. addictos.

Causa decimaquinta.

Quidā sacerdos crimine carnis lapsus esse perhibetur antequam sacerdotalē benedictionem consequeretur: postquam uero, &c.

HAec est quintadecima Causa, & habet octo quæstiones tractans de incontinentia clericorum, prēmittens tractatū de his, quæ mente alienata fiunt, & de quibusdam aliis.

In prima quæstione, qua quęritur, an quæ mente alienata fiant, sint imputanda, respondet, ꝙ non nisi culpa sua inciderit in furorē, tractant de infirmitate corporis, vel carnis: & bene distinguit inter peccatum voluntarium, & non voluntarium, probans, quòd qui in furore, vel inuitus aliquem hominem interfecit, non peccat.

Secunda quæstione, qua quæritur an liceat clericis recipere munera pro patrocinio, docetur, quòd sic. extra de postula. capitu. tria. contraria intelliguntur de sæcularibus.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum mulieri, cum qua crimē commisit, sit credendum. respondetur ꝙ non: quia conficienti de se, de aliorum criminib. credendum non est, vt extra de confes. cap. 1. docens in quibus casibus accusatio, vel testimonium mulieris possit admitti, & superinducit multas leges.

Quarta quęstione, qua quæritur, vtrum liceat episcopo die Dominico aliquam causam ventilare, docetur quòd non, tractans ibi de feriis.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum clerico neganti sit indicē da purgatio. docetur, ꝙ non nisi de illo crimine remanserit infamatus: ut supra 6. q. de hoc melius. de pur. can. 1. per totum. & de simo. de hoc.

Sexta quæstione, qua quæritur, vtrum clerici sint ad quæst ponendi, tesꝑondetur, ꝙ non, cōtra. videtur extra de commo. grauis. & quæst. 5 c. vilicus. Tractat etiam incidenter, quòd Romanus Pontifex potest deponere principes terrarum: sed si iniqui fuerint & inutiles potest absoluere uasallos a iuramento fidelitatis. de hoc extra de depo. c. si & de elect. c. venerabilē, & in consti. noua ad rei memoriam.

Septima quæstione, qua quæritur vtrum sine synodali audientia possit presbyter deponi & rondē nari. soluit quòd non, quia licet episcopus honorem dare possit, non tamen potest solus auferre, de hoc extra de trāsla. c. 7 in princi. & quod in depositione epi. 13. episcopi. in depositione presbyteri. 7. in depositione diaconi, tres debent esse, per cap si quis durandum, & cap. felix. & c seq. de hoc extra de re iud. c. 3. Item quod in pertractandis causis aliis debent adesse clerici ipsius episcopi de iure: licet sit secus hodie de consuetudine in quibusdam ecclesiis. extra de diuor. c. ex litteris.

Octana quæstione, qua quærit, vtrum clericus confessus in iure de crimine, quod ante confessio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem perpetrauit, possit in susceptо ordine post pœnitentiam ministrare, probatur, quòd non de rigore iuris, nisi ex dispẽsatione cum distinct. quæ est in notatis super princi. quæstio. & qualiter a criminoso possum audire diuina, quòd est de coha cle. vestra. & quòd filii clericorum susceпti de connubio secundum quosdam, secundum alios etiam de concubina, debent esse serui ecclesiæ illius, vnde erat clericus, qui eos genuit, & est ibi speciale, ut filii puniantur pro peccato patris.

Causa decimasexta.

Quidam abbas habebat ecclesiam parochialem, Instituit ibi monachum, ut officium celebraret populo, possedit eam per quadraginta annos, &c.

HAec est decimasexta Causa, & habet septem quæstiones.
In prima quæstione huius causæ probatur, quòd monachi de licẽtia sui episcopi possunt regere parochiales ecclesias: & tunc licet eis, quæ aliis sacerdotibus. de hoc extra de stat. monach. qđ dei, cum similibus.
Item, quòd monachi, qui in monasteriis residẽt, non tenentur soluere decimas de suis p̃diis, nisi sicut alii clerici. de hoc extra de deci c. 1. & c. ex parte. & cap. presbyteri.
Item incidenter probatur, ꝙ sicut venire duos episcopatus in unum, & diuidere vnum in duos pertinent ad summum Pontificem: sic venire duas parochias, vel ecclesias pertinet ad ep̃m loci. de hoc extra de religio. do. ca. 2. de excess. prælato. sicut vnire de re. eccle. non alie. c. 1.
Item, quòd sedes episcopalis non debet esse ubi nũquam fuit, & vbi fuit, non debet remoueri, nisi ex causa. Item probatur ibi, ꝙ decimæ baptismali ecclesiæ sunt soluendæ. de hoc dicitur de deci. cũ contingat. & qui contra faciunt, excommunicati sunt: ut probatur in capit. in canonibus. vbi sũt illa verba pulcherrima: Ferro abscindenda sunt quæ fomentorum nõ sentiunt disciplinam, & quòd domini prælati nõ debent tantũ esse custodes chartarum: sed quandoque ad facta uenire debent. Item quòd episcopi in ipsis decimis non nisi tertiam, vel quartam secundum locorum consuetudinem, percipere debent, probat insuper quam graue est ipsas decimas & primitias non soluere sacerdotibus. In fine probat, quòd quicquid habent clerici, pauperum est: & ꝙ decimas de cõsensu episcopi possunt licite monachi possidere: quod intelligitur secundum illud cap. cum apostolica. extra de his quæ fiunt a præla.
Secunda quæstione probatur per cap. visis. ubi sunt illa verba, ꝙ Diabolus mille modos nocendi habet, & illa, humani moris est illum uereri, &c. & ꝙ capellis monachorum, quæ eis pleno iure fuerunt datæ, ad eos pertinet institutio, & destitutio presbyteri: aliis uero quæ ad eos pleno iure non pertinent, ideſt, quas ipsi monachi in suis uillis fundauerunt præsentatio ad eos, ut patronos: institutio uero ad eos non pertinet, sed ad episcopum loci, hoc idem est de pri. cũ & plãtare. & de capel. monacho c. 1.
Quinta quæstione decimæsextæ causæ, quæ intitulatur ante tertiam, & quartam, probatur quod si monachi, uel Clerici construxerunt ecclesias in territoriis, q̃ habent in ciuitatibus, vel diœcesibus episcoporum aliquorum, ordinatio illarum ecclesiarũ, in sua diœcesi ad illos ep̃os ptinebit: præsentatio uero ad ædificantes, nisi ędificator fuerit ep̃s: quia tunc vꝫ per cap. primum, quòd institutio ad eum pertineat, etiã in aliena diœcesi, quod facit pro episcopo uero in ecclesia de Riuolis
Tertia quæstione probatur, qualiter ecclesia aduersus ecclesiam præscribere possit. hoc idem extra de præscriptio. per totum. de parochia. cap pen. C. de vsufr. lege corruptione. C. de præscriptione triginta, vel 60. annorum, per totum.
Quarta quæstione probatur, quòd ecclesiæ contra monasterium non præscribunt, nisi quadraginta annis, per ius autem quod est C. de sacrosanctis ecclesijs authẽtica, quas electiones. & per Gregorium de ecclesia ad ecclesiam prorogatum est, quia antiqui canones, triginta annos de ecclesia ad ecclesiam admittebant: vt supra quæstione proxi. per capi. omnes. & extra de præscriptio. sanctorum.
Sexta quæstione probatur, quòd ea, quæ de iure debentur ecclesijs rectores earum non dẽt sua auctoritate vsurpare: ꝙ si fecerint, cadunt a causa. de hoc extra de dolo, c. 1. C. vnde vi, si quis in tantam. probatur postmodum quòd delictum personæ in damnum ecclesiæ redundat non debet extra de except. cum venerabilis. & ibi est quoddam cap. quod multum facit pro eis, qui habeat chartas ab epis, vel aliquid de mensa.
Septima quæstione probatur, quòd non licet abbatibus, nec alicui de manibus laici decimas recipere: quia laici, nec per se, nec p authoritatem epi decimas possidere pñt. de hoc extra de decim. c. quamuis & c. prohibemus docens ꝙ decimæ & ecclesiæ omnes constitutæ in diœcesi alicuius de iure cõi ad dispen. episcopi diœcesi pertinent. in c. omnes. & in ca. nullus. denuntians excõmunicatos minori excommunicatione secundam Hugo. vel excommunicandos omnes qui de manu laici abbatiam, vel alias dignitates recipiunt: & ipsum laicum excommunicatum probat, vel excommunicandum secundum alium casum. de hoc extra de elec. c. quisquis de iure patro. præterea.
Item probat, ꝙ eps non debet habere œconomum laicum nec per manus laicorum res ecclesiæ ministrare, quibus obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, extra de constit. ecclesia sanctæ Mariæ. excepto quod possunt habere in ecclesia ius patronatus. ut extra de iure pat. per totum. & qualiter eis competit docet, & in quo patroni teneantur ipsis ecclesiis docens ad finem, ꝙ sicut licitum est monachis decimas male detentas de manu recipere laicorum consensu episcopi, ita & ecclesias recipere possunt, vt extra de his quæ fiant præla. cum apostolica, & de offi. leg. c. dilectus.

Causa Decimaseptima.

Quidam clericus infirmitate grauatus se fieri uelle monachum dixit ecclesiæ: & beneficio in manu aduocati renunciauit, &c.

HAec est decimaseptima Causa, quæ habet quatuor quæstiones.
In prima quæstione quæritur, an reus sit uoti, qui dicit se uelle fieri monachũ, & an liceat ei a proposito cordis discedere. & primo quòd non possit multis auctoritatibus probatur. postmodum in contrariũ allegat, & soluit quod nequaquam habetur uoti reus, extra de uo. c. 2.
Secunda quæstione probat solutionem suam, quam fecit in prima, docens quantum tps sit ad professionẽ dandũ uolentib. transire ad religionem. extra de regu. c. ad apostolicam.
Tertia quæstione probatur, ꝙ ex quo aliquis semel transiuit ad religionẽ: ex quo tenuit ingressus, non licet redire ad sæculum, etiã de licentia Abbatis.
Quarta quæstione quæritur, vtrum si aliquis exit de monasterio sint ei sua reddenda, respondetur ꝙ non. de hoc de renun. c. 3. de cleoniug. quòd à te inducit incidẽter, quia de sacrilegio fecit mentionẽ, & de eo docet quo modo & quot modis dicatur sacrilegiũ ut infra. §. sacrilegium & §. qui autem. & §. sequentibus & qualiter committatur: & qualiter puniatur. extra de senten. excom. per totum. de foro compe. c. conquestus. ostendens per quot passus habet ecclesia immunitatẽ: & qualiter non sit aliquis, qui eam confugerit, nisi in casib. extrahendus. & qualiter sit sacrilegus, qui res ecclesiæ non in casibus licitis alienat. probat etiam quòd Abbas cum cõsensu sui capituli nõ potest alienare, nisi episcopus loci consentiat.

Causa Decimaoctaua.

Quidam abbas consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit, postea, &c.

HAec est decimaoctaua Causa, & habet duas quæstiones.
In prima quæstione docetur, ꝙ quid habeat abbas: ex quo fuit factus abbas, totum pertinet ad monasterium vnde est abbas: & quicquid lucratur postquam est episcopus, totum est de iure episcopatus. ad quem transit, de hoc extra de testamenti. cap. 1.
Secunda quæstione docetur, qđ abbas nõ per episcopum debet postulari vel eligi, sed per monachos, vt extra de statu mona. c. 1.

Causa Decimanona.

Duo clerici ad monasterium transiuerunt, vterque ab episcopo suo licentiam petijt.

HAec est decimanona Causa & habet tres quæstiones.
In prima quæstione quæritur, si episcopus debet permittere, vt relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur. & soluit quod sic.
Secunda quæstione docetur, quod etiam inuito episcopo possit clericus monasterium ingredi, & dimittere beneficium. de hoc ex. de regu in cap. licet.
Tertia quæstione qua quæritur, vtrum liceat canonico regulari transire ad monasterium, probatur ꝙ non: quod est intelligẽdũ de transeuntib. causa leuitatis. aliàs esset contra prædictã decre. licet. & illa seruatur. Item quęritur incidenter, vtrum monachi possint regredi in ecclesias sæculares, & docetur ꝙ non. extra de relig. do. inter quattuor. de reb. eccl. non alie. possessione. & ne cle. vel mona. relatum. Item probat ibidem: ꝙ ex quo aliquis est ingressus monasterium, non potest testari de rebus suis, nisi cum distinctione illius legis. C. de sacrosan eccl. auth. si qua mulier. authen ingressi.

Causa Vigesima.

Duo pueritię annos agẽtes, à parentibus monasterio traditi sunt, vnus inuitus, aliter spontaneus.

HAec est vigesima Causa, & habet quattuor q̃stiones.
In prima quæstione quæritur, vtrũ in pueritiæ annis traditi à parentibus, cogantur proposituũ religionis tenere. & probatur qđ non.
Secunda quæstione, docetur quod ab adolescentibus, qui præter voluntatem parentum religionis habitũ susceperunt, ex quo illi legitimo tempore permanserunt exire non licet. & quod nõ licet abbatissæ imponere velum monialibus suis, & quando offeruntur infantes monasteriis à parentib. suis sub testimonio multorũ dicitur conferri, vt maledicendi actio auferatur. hoc est cõtra minores & prędicatores, qui cõtra voluntatem parentum recipiunt pueros.
Tertia quæstione, qua quæritur, si quis præter voluntatem suam factus est monachus, utrum sit cogendus ad obseruantiam. probat quod non per ca. prẽsens. vbi dicitur quod quis negligit, nec optat profecto nec diligit, qui autem non diligit, facile contemnit, de hoc extra quod metus causa. c. 1.
Quarta quęstio est, qua quæritur, si ab vno monasterio in aliud strictius sit licitum transire. & probatur quod sic, quod est expressum in dicta decreta. licet extra de reg.

Causa Vegesimaprima.

Archipresbyter cuiusdam ecclesiæ præposituram alterius recipit, nec priorem vult relinquere, sæcularium quoque, &c.

HAec est vigesimaprima Causa & habet quinque quæstiones quia ex præmissis quinque causis tractatum de monachis inter posuit: nunc ad tractatum de clericis reuertitur, de quibus nondum tractauit: & prosequitur thema.
In prima quæstione probatur, ꝙ non potest clericus vnus in duabus ecclesijs instituari: nisi in casib. de hoc extra de elect. dudũ. 2. & ire ad alias sine commendatitiis episcopi sui. & de hoc de cleno resi. per totum. Et ꝙ ex quo aliquis transfertur de vna ecclesia ad aliam, tunc non habet facere cum prima. de hoc extra de elect. cum in cunctis.
Tertia quæstione prohibetur, ne clerici procuratores sæcularium negotiorum existant. de hoc extra ne cler. vel mona. c. 1. ad fi. & cap. 2.
Quarta quæstione docetur, qđ clerici non debẽt vti fulgidis & sæcularibus vestibus, & si moniti non destiterint, per priuationem beneficiorum puniendi sunt, extra de vita & hon. cle. capit. pen.
Quinta quæstione probatur, quòd ab episcopo correpti per sulpensionem vel excommunicationẽ, non debent ad sęcularem iudicem confugere, quod si fecerint grauius puniantur.

Causa Vigesimasecunda.

Quidã episcopus iurauit falsum, quod putabat verum, quo comperto Archidiaconus eius iurauit se nunquam, &c.

HAec est vigesimasecũda Causa, & habet quinque q̃stiones. De negotiis clericorum & monachorum tractauit, nunc de negotiis clericorum sæcularium biungere disponit.
In prima quæstione quęritur, vtrũ iuramentum sit præstandum. Dicitur primo quod non & postea probatur quòd sic, & soluit sicut est solutum; extra de iureiurã. & si Christus.
Secunda quęstio est, qua quæritur vtrũ sit periurus, qui iurauit falsum, quod putat verum. & docetur multis auctoritatibus ꝙ nõ: deinde dicit ꝙ sunt duo genera mendacii, & qualiter sãcti excusantur à mendacio, puto propter iocum vel simulationem.
Tertia quæstione docetur: qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter subditi nō debent deserere suum prelatum; etiam si sciant eum esse periurum, vel criminosum vsque ad diffinitiuam sententiam, de quo. 8. q. 4. c. nonne. & de accu. olim.

Quarta quæstione, docetur, ꝙ illicitum iuramentum seruari non debet: quod fit tribus modis; cū quis male iurat, cum incaute iurat, cum puellę in puellari ętate iurant patre postmodum contra dicente: ꝙ probat c. tribus. extra de iureiur per totum. de hoc in c. quanto de elec. venerabilem. ad fi. per quod probatur, ꝙ si tantum profectus charitatis debent impediri, quòd iuramentū non est seruandum: iuramentum obseruandum non est, puta in eo qui iurauerit nō fideiubere, vel nō esse prelatus, patet, quòd frangitur illa causa: quod semper seruandum est, nisi seruatum vergat in dispendium salutis ęternę, vt probat ea. q cap. inter cætera, quia illud non videtur frangere, quia in melius illud commutat, in c. veniens, vsque ad finem.

Quinta quæstione, probatur, quòd qui prouocat aliquem ad iurandum, & scit quòd falsum iurat. ille prouocans periurus est, & infamis: qualiter dicatur sciēs probat per cap. hoc videtur, in quo cap. probatur, ꝙ reuelare secreta illi q possit prodesse & nō obesse, non est peccatum, nec periurium committitur, si ex sacramento tenebatur.

Item probat, ꝙ sacramentum intelligitur quandoque secūdum illum qui exhibet, cōsiderata qualitate, & ratione vtriusque bona & mala, & quia Deus duplicitatis est aspernator, simplicem intentionem vtriusque considerat & verborū artem aspernatur, & creat: vt in §. de his omnibus. extra eod. tit. cap. veniens. docens quòd in decimo quarto anno cōpellitur quis iurare in fine formam fidelitatis, quę sit cum iuramento tam à vasallis domino. econtra ostendit concludens, ꝙ nec simplici loquela, neque in iuramento mendacium dicere debemus.

Causa vigesimatertia.

Quidā episcopi cū plebe sibi commissa in hæresim lapsi sunt, circa adiacentes catholicos, &c.

HÆc est vigesimatertia Causa habens sub se octo quæstiones, tractans in sui principio, vtrum bella sint licita clericis.

In prima quæstione, qua quæritur vtrum militare sit peccatum, docetur ꝙ non, nisi propter prædā militetur, & quod de licentia superiorum, vel ducum, vel principum militetur propter pacē seruandam. Quid autem sit militare, exponitur in notula super princip. huius glos.

Item, quod hosti seruanda est fides si promittatur.

Item, quod præcepta patientiæ nō molestatione corporis, sed in temperatione cordis seruanda sunt, &c.

Secunda quæstione, qua quæritur quid sit iustum bellum, probat, ꝙ illud est iustum bellum, quod iurisdictio ingerit, vel quod in iniuriam iuris vlciscitur, probās ꝙ à filijs Israel iusta bella gerebantur, eo videlicet, ꝙ vię publicę negabantur eis, quod fieri debebat.

Tertia quæstion; utrum iniuria sociorum armis propulsanda sit: docetur ꝙ nō, nisi cui incumbit ratione offici: illi autem tenentur, alii uero non, nisi velint, vbi plene de hoc modo super princi pa. quæst. & extra de senten. excommu ca. quanto. alii dicunt, ꝙ quemlibet tenetur cum armis propulsare: alias non videtur sine scrupulo societatis occultæ, &c. extra de homi. sicut dignū & in eam partem uidetur declinare Gratianus.

Quarta quęstione, qua quęritur an vindicta sit inferenda. Videtur ꝙ nō. Primo multis auctoritatibus & capitulis probando ꝙ mali sustinendi sunt, & tolerandi per bonos: quia nec dominus Iudā, quāuis malum sciret à conuiuio remouit, de hoc extra de offi. ord. c. si sacerdos, quia Deus bonos & malos in ecclesia esse uoluit, per cap. qui secundū carnē natus est, quia hęc uita quæ inter Cœlum & Infernū sita est, oportet, ꝙ conditionem vtriusque loci recipiat, imo hoc ipso præsumitur malus, qui malos tolerare nescit, per c. quamuis, &c. seq. ꝙ verum est de his quos corrigere nō possumus: qa auctoritatē non habemus, vel qa peccata probare nō possumus, & in hoc procedit vsque ad finem. Et est etiam alia causa, & ex tunc probat, q si ibi mali sunt pręde stinati, superflua est eorum correctio: si sunt pręsciti, inutilis, & ibi aliquo modo uindicta inferenda non est. In contrariū post modū soluit, quòd crimina semper sunt ferenda, quando salua pace fieri potest: & quòd multitudo non sit in causa, & hoc probat vsque ad §. semel vero. item quòd pręlatus propriam iniuriā vindicare non debet, per c. inter querelas; deinde redit ad probandum solutiones: docet etiam quòd a §. breuiter monstratum est usque ad finem, quod debet de necessitate fieri vindicta, deinde probat, ꝙ semel culpa dimissa iterum in vltionem venire non debet.

Quinta quæstione, qua quęritur, vtrum sit peccatum iudici reos morti tradere: cum probatum sit in superiori, quòd crimina tolerari possint, docetur quod non. Item probatur ꝙ sine iudice, nec alium, nec seipsum occidere licet c. de occidendis, vsque ad c. nō est necessariū deinde in ca. regum officium est docet, ꝙ proprijs principibus reuerētiam & fidē seruare debemus, & qui nō facit, apud Deum pręmia inuenire nō potest: & sicut fidem & reuerentiā eis exhibere cogimur, vt extra de maio. & obed. solitæ. sic proprium eorum est, ut ecclesias iuuent, & defendant. & probat per capit. administratores, ꝙ si non fecerint, à prælatis admoniti excommunicari poterunt, ut extra de offic. ordi. c. 1. deinde probat, ꝙ supra dixerat, ꝙ licite mali principes & iudices occiduntur, & schismatici, & hęretici, & excommunicati, vsque ad §. si uero rei.

Sexta quæstione qua quæritur, vtrum mali ad bonum sunt cogendi, docetur quod sic, ut supra quæstione proxima.

Septima quæstione, qua quæritur, an hęretici rebus suis sint spoliandi, utrum illi qui eos expoliant, iuste spolia eorum possideant: & idem de Sarracenis, in not. supra prima quæst probatur multis auctoritatibus quòd sic, de hęreticis. excōmunicamus.

Octaua quæstione, qua quæritur, de episcopis & clericis, utrum sua auctoritate, vel Romani Pontificis arma, uel bella inferre possint, docetur quod non, nisi hortando; sed illud officium aliis committere debent. de hoc extra de excess. præla. capitu. ex litteris, extra de uoto, magnæ ad finem, & in no. ostendens esse differentiam inter prælatos, qui solis decimis & primitiis viuunt, & hi non ita se possunt armis immiscere nisi hortando, & illi qui castra & ciuitates tenent à regibus. hi habent ire ad exercitium, de licentia tamen Papę debent talia facere: quam differentiam probat decre. extra de maio. & obe. solitæ circa princi. Docēs insuper qualiter tributa sint licita & prætanda principibus & maioribus nostris: etiā ab ipsa nostra ecclesia ꝓ pace tenenda. extra de censi. c. 1. in fi. & de pęnitētia: quę imponit incen-

diarijs tractat, de quibus habetur extra de senten. excommu. c. tua. docens, quòd regibus & principibus facultas faciendi iustitiam est permissa, si multi vulnerant vnum, & inde moritur, quis eorum teneatur, & videtur ꝙ quilibet, qui percussit sit homicida propter dubium.

Causa vigesimaquarta.

Quidam episcopus in hæresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis officio priuauit, &c.

HÆc est vigesimaquarta Causa, & habet in se tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an episcopus lapsus in hæresim possit subditos suos excommunicare, & soluitur ꝙ nec lapsus in hęresim antiquam, vel nouam, ex quo incepit eam prædicare est excommunicatus, nec potest excommunicare alium, quod multis cap. probatur. de hoc extra de hære. excommunicamus & in c. fin. de eo qui renunt. episco. & est ibi c. quodcunque ligaueris. illa summa qualiter illa verba quodcunque ligaueris, &c. extra. de sent. excom. c. a nobis, & illa summa de fide. ca. hæc est fides, quæ est extra de sum. trin. & fide cath. melius, sed prędicti bene possunt baptizare, ut in ultimo. §. istius. imo & ordines conferre in forma ecclesiæ, ut sup. in quæstione super §. quid in fi. & c. sequentib. & de hoc extra de summa trinit. c. 1. in fine.

Secunda quæstione quæritur, an aliquis post mortem possit excōicari, & rūdetur ꝙ non, nisi pro crimine hæresis. de hoc de sentent. excommu a nobis. Item cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus, de hoc extra de sepul. ex litteris, & cap. a nobis præalleg.

Tertia quæstione, qua quæritur, an pro peccato alicuius tota sua familia sit excōicanda. soluitur ꝙ non, per cap. si habes. Item ꝙ sententia excōicationis iniuste lata, conuertitur in damnatorē suum, capitulo, de illicita. cum cap. sequent. & præcedenti. de hoc cauetur extra de sent. excomm sacro. & ca. cum medicinalis, lib. 6. Item tractat an nocentes, vel criminosi sunt maledicendi. & primo quod non ad finem. § illicita. ergo vsque ad §. sed quid. deinde probat, ꝙ à sanctis viris rationabiliter in malos zelo iustitiæ proferri potest excommunicatio. probans quòd medicinalis sit excommunicatio, per c. corripiantur, qua pœna nulla maior in ecclesia Dei, vt ibi. & quia nescitur quid de quolibet pariat futura dies, de nemine quantumcunque excommunicato dum moritur desperandum est.

Item ponit differentiam inter hæreticos & schismaticos, & quot sint hæreticorum sectæ, a capitu. quia vero. vsque in finem causæ. de hoc extra de hæret. per totum, & de schisma. &c.

Causa vigesimaquinta.

Sācta Romana ecclesia quādam ecclesiā muniuit suis priuilegijs, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuens, &c.

HÆc est vigesimaquinta Causa habens sub se duas q̄stiones, tractans quantā ptātem habeat Romana ecclesia in concedendis priuilegiis aliis ecclesiis, qa in superiori causa ostendit, ꝙ omnis catholicus est subiectus Romanæ ecclesiæ, similiter in hac tractat plenius, de hoc extra de priuilegiis. per totum.

In prima quæstione, qua quæritur, vtrum clerici decimalis ecclesiæ possint petere decimas ab ecclesiis de prædiis suis sitis in parochia ecclesiæ baptismalis. docetur primo quod non, docens, ꝙ Papa contra canones facere nequit dist. c. sunt quidam & quod nullus tantum, quantum Romanus pontifex canones seruare tenetur, etiam usque ad effusionē sanguinis. & quod contra ecclesiam dispensare non potest, nec contra diuinas scripturas, de hoc extra de bigamis capitulo secundo. In contrarium tamen soluit, quòd priuilegia concedere potest, dum tamen status ecclesiæ non subuertatur, vt extra de priuilegijs in pluribus locis.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum secunda priuilegia concessa cuidam monasterio sito circa baptismalem ecclesiam derogēt primis priuilegiis clericorum ecclesiæ baptismalis: docetur primo quòd non, & probat per multos canones, & leges inductas, C. de prec. impe. offeren. & si contra ius, uel utilitatem pub. & titu. sequen. & hoc verum est, nisi ex causa prius priuilegium perderetur, uel reprobaretur. de quibus causis habes extra de dec. suggestum, vel de illis, qui propter suam culpam amittunt suum episcopum. per capitulo Innocens. de hoc melius extra in capitulo prędicto, & de rapt. super litteris, & de constitu. cum venissent.

Causa vigesimasexta.

Quidam sacerdos cum conuinceretur apud episcopū correctus ab episcopo, noluit cessare, &c.

HÆc est vigesimasexta Causa, in qua Gratianus de sacramentis tractaturus, pręmittit tractatum de superstitionibus, quæ speciem sacramenti habere videntur, & habet sub se septem quęstiones.

In prima quęstione quęritur, qui sint sacrilegi, docetur & soluitur per capitulum primum.

Secunda quęstione, qua quęritur, an sit peccatum esse sortilegum, docetur primo allegando ꝙ non sit malum, deinde conuertit stylum & soluit in contrarium, per multas auctoritates, de hoc extra de sorti. per totum.

Tertia & quarta quęstione, quę simul tractantur, quarum prima est a quibus diuinationis genus sumpsit exordium, & quot sunt diuinationis genera, docetur. Item quę dicitur fuisse matheseos, & quòd vsque ad natiuitatem Christi celebrati fuerunt illi Magi, qui eum prędixerunt, deinde saluati sunt. Item de natura Dęmonum, & qualiter futura prænoscant, ostendit.

Quinta quęstione qua quæritur, vtrum sortilegi & diuini si cessare noluerint sint excommunicādi, docetur quòd sic, extra de sortileg. per totum. Item quòd clerici propter quosdam dolores prohibentur extruere altaria & spinis honorare, vel missas mortuorum cantare, & multos modos diuinandi ostendit, qui omnes sunt reprobati à iure.

Sexta quęstione quęritur, utrum excommunicatus per suum episcopum, possit ab alio quàm suo episcopo absolui, probatur quòd non, nisi à summo Pontifice, vel metropolitano, sed excommunicati à presbyteris, ab episcopis absolui possunt, ostendens quòd reconciliatio publica, refectio chrismatis, & virginis consecratio ad episcopos pertinent, & benedictio solennis in missa, in necessitate tamen presbyteri excommunicatos à quolibet absoluunt, de officio ordinar. pastoralis, & capitulo conquerente. de sententia excommunicationis per totum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Septima quæstione, qua quæritur vtrum sit pœnitentia morientibus iniungenda: docetur quòd non: sed innotescenda, & quòd pœnitentiæ sunt arbitrariæ ubi canon non imponit eas. de his etiam quas canon imponit, potest presbyter ex causa relaxare per capit. tempora pœnitudinis, & c. sequenti. Prohibens ne die Dominico ieiunetur, nã qui die Dominico studiosè ieiunat, non creditur esse catholicus ostendẽs ꝙ cum magno studio & affectu debent recipi pœnitentes, nec debent eis imponere onera grauia, per c. allega. de hoc extra de pœnitẽ. omnis. ad finem quæstionis redit ad sortilegos, & dicit ꝙ dies ægyptiaci, & calendarum non sunt obseruandi, quia gentes obseruabant illos.

Causa Vigesimaseptima.

Quidã uotum castitatis habens desponsauit sibi uxorem, illa priori conditioni renuntians, transtulit se ad, &c.

HAec est vigesimaseptima causa, hucusq; de negotiis, decæteros de sacramentis, & quia matrimonium est magnum in Christo & in ecclesia sacramentum, & est antiquius cæteris de eo quotidie quæritur in iudiciis, in his decem causis sequentibus de matrimoniis tractat: & iste tractatus a causis nõ separatur, &c. tractans de impedimento voti contra matrimonium.

In prima quæst. & secũda, de spõsalibus tractat, & habet in se duas quæstiones in quarũ prima quæritur, an coniugium possit inter vouentes contrahi, probat quòd nõ, de hoc clarius extra qui cle. vel uo. per totum. Item inter uiduas & moniales, quæ vouẽt solenniter, & postea contrahunt, prosequitur. de hoc extra de reg. vidua, & punit eadem pœna eos, qui cum eis contrahunt, uel qui eas rapiunt, de hoc in præalleg. titulo, qui cle. vel vouen.

Secunda quæstione, qua quęritur vtrum puellæ alteri dispensatæ possint renuntiare priori conditioni, & alteri nubere: tractat primo vtrum inter sponsos sit matrimonium, & probatur quòd sic per diffinitionem matrimonii, & per multa alia capitula, & licet soluitur quòd matrimonium est, sed non ratum, immo nõ simpliciter coniugium, interferens quot bona sunt in matrimonio. Item tractat ibi, quod unus coniugatorum, post carnis copulam sine consensu alterius nõ potest ad religionem transire. de hoc melius extra de cõuer. con. per totum, sponsi uero sic. extra de coniug. lepro ex parte. Item tractat ibi de frigido & maleficiato per totum: sed de hoc melius in vltima causa. Item tractat ibi, de eo qui cogno consan. uxoris suæ, & de rapto. capitulo finali. Item quęritur ibi, quare incontinenti post sponsalia non traduntur sponsæ sponsis, & soluitur, ꝙ ut eas habeant chariores ad finem soluit quæstio. ꝙ sponsa de futuro possit nubere alii, sponsa de præsenti, nequaquam.

Causa Vigesimaoctaua.

Quidam uir infidelis in coniugio positus ad fidem conuersus est: uxor uero eius fidei odio Christianę, &c.

HAec est vigesimaoctaua Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione primo quæritur, an coniugium sit inter infideles: & soluitur quòd sic, & vtrum si vnus infidelis conuersus fuerit ad fidẽ Christi, possit dimittere aliam, & respondetur quòd non, nisi in casibus de diuor. quanto, & eodem titulo gaudemus, quod intelligitur de paganis, quia si vxor Iudæi conuersa fuerit ad fidem, bene potuit dimittere Iudæum: vt in capitulo Iudæa, & in capitulis ibi positis. Item docet ibi, quòd filii qui ex tali matrimonio nascuntur, Christi fidem sequi habent. Item quòd cum Iudæis non licet comedere, nec bibere, nec balneari, quamuis cum paganis possumus, 11. quæstione prima, ad mensam, quia illi cibos nostros non discernunt a suis, sicut isti Iudæi maledicti. docet etiam, quòd si fidelis cum infideli contrahat matrimonium, quòd non ualet nisi infidelis conuerti voluerit ad fidem: designans differentiam inter ratum legitimum & non legitimum matrimonium, & illam auctoritatem ponit, Quod non est ex fide, peccatum est, & optime exponit quæ præmissa sunt, quod inter infideles sit matrimonium admirati videtur Bern.

Secunda quæstio. qua quæritur, vtrum viuente uxore infideli aliam ducere possit, conuersus ad fidem catholicam, & videtur quòd non: nisi ab eo recesserit, odio fidei Christianæ: quia tunc habet locum illa auctoritas, si infidelis discedit de hoc in prædictis capitulo, quanto. & capitulo, gaudemus. circa finem: secus si unus fidelium transeat ad infidelitati errorem.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum talis bigamus sit, qui vnã ante baptismum, & aliam post baptismum habuit. respondetur, quod sic. de hoc extra in præallegato capitulo, gaudemus. ad finem. & supra uigesimasexta distinctione per totum.

Causa Vigesimanona.

Cuidam nobili mulieri indicatum est, quòd à quodã filio cuiusdam nobilis in cõiugem petebatur, &c.

HAec est vigesimanona Causa, quæ tractat de errore: & habet sub se duas quęstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrũ sit matrimonium inter eum & eam, quem mulier credit liberum & nobilem: & tamen est seruus, respondetur quod non, assignans differentiam inter errorẽ personæ & fortunæ, conditionis, & qualitatis, & qui consensum coniugii non admittat. & super hoc multa bona argumenta inducit de isto errore.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrũ liceat huic mulieri dimittere hunc seruum, quẽ putabat primo liberum. Respõdet quod sic, nisi ex quo sciuit eum seruũ cum eo habitare consensit. de hoc extra de coniugio ser. per totum.

Vltimo probatur, quòd si seruus cum ancilla contrahit matrimonium, stabit, & tenet & nihilominus tenentur reddere seruitia dominis suis.

Causa Trigesima.

Quidam uir populorum frequentia impeditus filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere: uxor, &c.

HAec est trigesima Causa, tractans de spirituali proximitate & legali, qualiter impediant matrimonium, addit etiam de ætate, & de clandestinis matrimoniis, & habet sub se quinque quæstiones.

In prima quæstione tractatur, & quæritur vtrum vxori suæ debitum reddere valeat, qui propriũ filium de sacro fonte suscepit, & docetur quòd sic, nisi propria vtriusque voluntate abstineant: de quo extra de cogn. spi. capi. super eo. probans in cap. 1. quòd sicut 7. sunt dona spiritus sancti, sic & septẽ sunt dona baptismi, & in quolibet contrahitur ꝙpaternitas, de hoc extra de cog. spi. Item probatur, qđ nõ solum per baptismum, sed per confessionem contrahitur comparentitas inter presbyterum & omnes illas personas, quas ad pœnitentiam recipit, & quod grauiter puniri debent, si cum eis commisceantur. de hoc extra de cogn. spiri. in ca. fi.

Secunda quæstione, qua quęritur, vtrum spõsalia cõtrahantur per infantes & tenetur quòd non, si sunt intra septennium quòd expressum est in c. litteras, & c. accessit. de spon. impuberum.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum filii spirituales valeant copulari naturalibus in matrimonio. docetur quod non, extra de cognatio. spiri. & legali. per totum.

Quarta quæstione, qua quęritur, vtrũ quis possit ducere in vxorem commatrem vxoris suę docetur quod si vxor mea postquã ego eam cognoui fecit eam cõmatrem, non possum eam ducere, sed si antequam esset vxor mea, fecit eam commatrem, possum. de hoc extra de cogn. spiri. Martinus. Alio modo videtur sol uere Gratianus in § notandum. sed ad idem tendit.

Quinta quæstione, qua q̃ritur, an clandestina desponsatio manifeste præiudicet: & certe præiudicat, dummodo sit legitime probare: sed prohibentur ideo clandestina matrimonia; qa si alter negaret, & probari nõ posset, negans posset prohiberi à primo matrimonio: quia de incertis iudicare, vel diffinire non possumus. de hoc extra de clan. desp. c. 1. per totum. probans hac occasione, quod iudex antequam sententiet, debet cuncta rimari, per cap. nullus. namque iudicantem oportet cuncta rimari: nec in re dubia certa potest fieri sententia.

Causa Trigesimaprima.

Quidam vir vxorem alterius stuprauit, & eo mortuo vxorem duxit: filiã ex ea suscepit, cuidã in cõgiugẽ se daturũ iurauit, &c.

HAec est trigesima prima Causa, tractans de criminis enormitate impediente matrimoniũ & de coactione, & de fide sponsalium.

In prima quæstione quæritur, an possit duci in coniugem, quæ prius est polluta per adulteriũ, & probatur quod sic, nisi alter fuerit machinatus in mortẽ viri, uel nisi fidem dederit uiuente viro de ea ducenda. de hoc extra de eo qui duxit in matrim. q̃ pol. per adult. cap. 1. & vltim. & per totum. dicas quod bis uel ter potest quis nubere: & deinceps mortua prima, per c. quod si dormierit, de quo extra de secũdis nuptiis per totum.

Secunda quæstione, qua quæritur vtrum filia possit tradi inuita in matrimonium, vel per metũ: docetur ꝙ nisi libera voluntate ali cui non est copulãda. de hoc extra de despon. impu. c. 1. & c. veniens & c. cum locum.

Tertia quæstione, qua quæritur, an filia impubes desponsata per patrem, possit alij nubere docetur quod non, si ipsa desponsationi consentit, aliàs sic, ut in præallegato c. 1.

Causa Trigesimasecunda.

Quidam vir, cum non haberet uxorem, quandam meretricem sibi in coniugio copulauit, quæ erat sterilis, neptis ingenui filia originarij: quam cum, &c.

HAec est trigesimasecũda Causa tractans in sui principio, Vtrum cum meretrice possit esse matrimonium eo, quia supra proxima causa tractauit utrum quam polluit quis adulterio possit habere vxorem. & ponit octo quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrũ meretrix licite ducatur in vxorem docetur primo ꝙ non, quia nõ licet alicui retinere nec ducere corruptam. Sed in contrarium soluitur, quod meretrix duci potest in uxorem, extra de spon. cum inter opera, dum tamen spes sit de ea quod corrigatur & in solutione illa de bonis matrimonij tangit aliquid etiam de bono virginitatis in c. nuptiæ quæ suaderi potest, imperari nequaquam, ut in ca. integritas.

Secunda quęstione, qua quæritur, an ea ꝺ coniux appellanda, quæ causa incontinentiæ ducitur. docetur primo, quod non. Sed in contrarium solutio est, dummodo aliquid de his, quæ sunt contra substantiam matrimonii non opponatur. de hoc extra de conditappo. c. fin. §. his ita respondetur: vbi probatur vbi primo fuit institutum matrimonium, & de bonis matrimonii tangit ibi in c. quicquid. & in c. connubia vbi est optima nota de isto coniugio, vbi dicitur, quod in coitu etiã coniugali non adest, nec est gratia sancti spiritus, incidenter tractat, qui abortum committunt seu procurant, utrum sint homicidæ. & docetur quod sic, si puerperium formatum est, uel erit, per cap. Moyses. quod est expressum, extra de homic. si aliquis. & iterum redit ad probandum solutionem suam prædictam & an consensus parentum requirẽdus est in copulandis filiis, per c honorantur.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum neptis ingenui habens patrem suum teneatur sequi arbitrium aui ingenui, dicit qđ aui.

Quarta quęstione, qua quęritur, an uiuente vxore sterili, liceat alicui filios ex ancilla quærere. probatur quod nõ, nõ obstante multorũ patrũ exemplis. Abraha, Loth, & Iacob, dicens: quod fornicatio non solum adulteriũ hodie est prohibita. in fin. docet quod partus ventrem sequitur, de hoc, extra de ser. non ordin. cap. fin.

Quinta quæstione, qua quæritur, an ea, quę vim patitur peccatũ admittere comprobetur. docetẽ quod non quia reuera non antea caro potest corrumpi, nisi mens fuerit corrupta: verum tamen est quod corruptæ sunt per capit. si Paulus. Item probatur quòd nõ peccat, quę sic vim passa est. nec propter hoc potest à viro dimitti.

Item probat, quod ex quo vir, & vxor coniugali affectu sunt copulati, non licet eis ab inuicem separari, per c horrendus. excepta causa fornicationis extra de sponsa. ex parte. & quod excommunicandi sunt qui dimittunt vxores suas, supra cap. proximo. q. 1. & qđ eodem modo puniendi sunt viri, si adulterentur, & probatum fuerit: sicut & mulieres. aliter si non probatur, contra eos procedi non potest, quia occulta peccata non habent vindictam, & probatione cessante, vindicta cessat per capit. Christiana.

Sexta quęstione, qua quęrit, vtrũ adulter possit dimittere. adulteram. probatur quod non. de hoc extra de adult. capit. primo. & fi.

Septima

Universidad de Deusto Biblioteca

Septima quæstione, qua quæritur vtrum ille, qui dimittit vxorē suam causa fornicationis, possit ea viuente aliam ducere. probatur quod non. de hoc in dicto cap. ex parte. de spons. probans ꝙ adulterium magnum est peccatum, & fornicatio, & incestus & peccatum contra naturam. & quod sunt in capitu. non solum. & capit. quid adulterio grauius & capit. flagitia. de his extra de eo qui cogno. consangui. vxo. suæ, per totum. Item ꝙ post matrimonium ꝯtum, si alter fiat furiosus vel stultus, semper remanet matrimonium: quia illud vinculum matrimonij, in nullo casu rumpi potest. extra de cōuer. coniug. ex parte.

Octaua quæstione, qua quæritur, vtrum liceat ei, qui dimisit vxorem ducere aliam infidelem, ut eam ad fidem deducat. & respōdetur quod non. extra de conuer. in fin.

Causa Trigesimatertia.

Quidam maleficijs impeditus vxori suæ debitū reddere non poterat, alius interim clanculo eam corrupit, a viro suo separata, &c.

HÆc est 33. Causa, tractās post multa impedimenta matrimonij de impotentia coeundi, de criminis enormitate, de feriarum tempore, quibus de pænitentia, longum interserit tractatum, & ponit de ipso themate quinque quęstiones.

In prima quęstione quæritur, vtrū propter impossibilitatem coeundi mulier sit separanda a viro? Respondetur ꝙ sic, si naturale fuerit impedimentum, ante carnalem copulam: quod si ille postmodum cū alia coierit, priora connubia reparentur. Si autem propter maleficium, numquam priora reparantur per capitu. si per sortiarias. de hoc apparet hic, & extra per totum tit. de frigidis.

Secunda quæstione, qua quæritur an a viro suo separata possit nubere illi, qui eam durante primo matrimonio cognouerat: Respondetur quod sic peracta pœnitentia: si per iudicium ecclesiæ separata fuerit, aliter non: quia nullus debet dimittere vxorem suam sine iudicio ecclesiæ: quia hoc esset pœnam apponere, quæ imponi non debet nisi per iudicem, vt extra de diuor porro. ꝙ si dimissa fuerit, ante omnia restituenda est vxor. extra de restitu. spol. ex conquestione & c. litterat. Item quod non licet viro suam vxorem interficere, etiā si inueniat eam adulterantem: quod est verum secundum canones, quia gladio materiali neminem puniri volunt, sed spirituali: quia propter fornicationem dimitti potest, non occidi a viro suo secundum Euangelicam veritatem: & de pœnis eorum, qui vxores suas interficiunt ponit, & quod clericis licet si vxores eorum peccauerint, eas in custodia detinere ligatas, non vsque ad necem eas affligere. de hoc extra de iureiu. quemadmodū. Item soluit quare post 7. annos pœnitentes ad pristinum statum reuertētur vel recipij iubentur, sed pœnitens ad matrimonium vel malitiam non recipiuntur regulariter. extra de pęniten. & remi. c. 2. nisi ex dispensatione, iusta cā suggerente, & nisi haberent vxores isti pęnitentes, quia tunc eis vti pñt: quia quos Deus coniunxit, homo non separet.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum sola cordis contritione, & secreta satisfactione absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere.

TRACTATVS DE pœnitentia.

Hic incipit tractatus de pœnitentia, qui in septem partes distinguitur, quæ vsu aliter distinctiones appellantur, in quorum qualibet diuersa quæstio tractatur.

Distinctio Prima.

Prima distinctio tractatur, quod supra positum est. & primo nititur probare quòd sola cordis contrictio, & secreta satisfactio sufficit, & multorum sanctorum auctoritatibus & legibus super hoc inductis. Sed in contrarium soluitur; an tamen sola cordis contritio sufficit ad remissionē pœnæ ęternæ, vbi duo reliqua necessitatis excludit; & quid de hac quæstione sit dicendum, tene quod pluribus in locis ibi adnotatum est.

Distinctio Secunda.

Secunda distinctio qua tractatur, an charitas semel habita possit amitti. probatur quod sic, de imperfecta dum est homo in vita ista, de qua tractat post c. occasione cuius, de tertia. in secunda incipit facere mentionem, & occasionaliter, & incidenter venit ad hanc qōnem, pp eos, qui negant pœnitentiam reintegrari posse: asserentes, quia charitas semel habita numquam amittitur, ita pœnitentia semel celebrata vere nulla sequente culpa maculatur, docens in sui principio quid sit charitas & effectus eius: & quot gradus sint in charitate, & post baptismum homo peccare pōt & de pſcitis. & de prædestinatis. docens quod præsciti nunqum veram charitatem habere possunt: sed fictam quę aliquam se esse demōstrat, probatur, ut in fine distinct. & ibi de creatione, & casu Satanæ ponit, & de confirmatione Angelorum, qui remanserunt in cœlo.

Distinctio Tertia.

Tertia distinctione quæritur. an pœnitentia iterari possit, probatur quod sic: ponens multas diffinitiones pœnitentiæ. sed primo asseritur quod non Item tractat an pluribus criminibus irretitus de uno tantum possit pœnitentiam agere. Solutio istius est extra de pœnitentia & remissio. quod quidam.

Distinctio Quarta.

Quarta distinctione dicitur, an peccata dimissa per pœnitentiā redeant, & allegat pro & contra & tandem declinat in eā partē ꝙ redeant saltem quod ad hoc quod non proficiet ei prima pœnitentia quo ad vitam æternā, sed tunc proficiet cum de alijs egerit pœnitentiam, vt in capitulo finali.

Distinctio Quinta.

Quinta distinctione quæritur, qualiter peccatorem considerare oporteat in pœnitentia, & probat per multa, scilicet qualitatem criminis, locum & tempus commissi criminis, & multa alia quæ continentur in capitulo in ista distinctione per totum & qualiter confiteri & pœnitere debeat, docet.

Distinctio Sexta.

Sexta distinctio. duas facit quæstiones, prima est, cui confessio est facienda: & docetur quod proprio sacerdoti & ex iusta causa alii cuicunque, sed cum licentia proprii sacerdotis, de hoc extra de pœnitentia & remissio. & etiam laico in necessitate. Nota qualis dēat esse, qui de aliorum criminibus iudicat, & docetur quod sapiens, & discretus: & ab omni crimine mundus.

Flores totius Decreti.

Distinctio septima.

Septima distinctione qua quęrit, usque ad quod tempus recipiendus est peccator ad pœnitentiā: & respondetur, ꝙ usque ad ultimum exitum uitę suę: quia de nemine desperandum est, dum est in hoc mortali corpore cōstitutus, & ita nūquam pœnitenti pœnitentia est neganda, & de prędictis 5. distinct. tractat plene in quarta quęstione huius 33. causę: in qua quæsitum fuit utrum orationis tempore coniugali opere uacare liceat, docetur, ꝙ non, nisi in fine iusta de causa: puta si scandalum inde nascitur, uel fornicationis inde uitandæ causa: aliter peccatur mortaliter secundum quosdam. Alii dicunt, ꝙ de consilio loquuntur canones, qui hoc prohibent, ut ibi in summa super principio quæstionis hoc statutū fuit quòd tempore orationis & abstinentiæ nuptiæ non celebrantur: ut in capitulo, uir cū propria. in fin. de hoc extra de fer. Cappellanus, & quod dicit quod commistioni uacandum non est tempore ieiunii, uerum est de consensu uiri & uxoris, alioqui semper requisitus tenetur reddere, sed non exigere, & ex hoc formatur sequens quęstio.

Quinta quæstione, qua quęritur, utrum uiri sine consensu uxoris uere possint continentiam, docetur quòd non, sed de consensu utriusque possunt ambo uel alter continentiam uouere, & in capitulo, quod Deo patri, de hoc extra de conuer. coniuga. per totum, & de bono uirginitatis & continentię, docetur in capitulo tunc saluabitur, & docetur quòd si uir consenserit uxorem uouere, uel econtra oportet similiter quod ipse uoueat, de hoc extra de conuer. coniuga. capitulo tertio. Item docet, quòd mulier semper debet esse subdita uiro, propter hoc, quia uir est factus ad imaginem Dei, mulier uero nō. extra de probationi. proposuisti, & de despon impube. probat per capitulum, mulierem, quia mulieri iudicare non licet, uel testimonium ferre, quod uerum est in criminali.

Causa Trigesimaquarta.

Quidam vir in captiuitatē ductus est: postea vxor eius audiens illum mortuum, nupsit alij. Demum ille de captiuitate, &c.

HÆc est 34. Causa, habens sub se duas quæstiones.

In prima quæstione qua quæritur, utrum sit rea adulterii, quæ absente uiro in captiuitate alteri nupsit, & respondetur quod nō, si ignorat ipsum uiuere.

Secunda quęstione, qua quæritur utrum reuertente primo uiro à captiuitate sit ei restituenda, & respondetur, ꝙ sic, & de utraque quæstione apertius, extra de secundis nuptiis, Dominus.

Item utrum uxor teneatur sequi uirum, & quando quis malæ fidei possessor uideatur, docet de hoc extra de præscription. capitulo finali, & de eo, qui ignoranter adulterium commisit tractat in fine.

Causa Trigesimaquinta.

Quidam vir vxore sua defuncta aliam quæ ei defunctæ quarto gradu attinebat sibi in matrimonio copulauit, quæ vxori defunctæ, &c.

HÆc est 35. Causa, habens sub se decem quæstiones: tractās de consanguinitate & affinitate, & gradibus cognationis.

In prima quæstione, qua quæritur, utrum liceat alicui aliquam ducere de propria cognatione in uxorem, docetur quòd non: & causam quare hoc fit hodie cū in ueteri testamento seruaretur contrarium, ostendit, de hoc extra de consanguinitate, & affinitate.

Secunda & tertia quæstione, quæ simul examinantur: in quarum prima quæritur, utrum consanguinea uxoris alicuius duci possit in coniugiū, & usque ad quē gradum oportet abstinere a propriis consanguineis, & causam quare hoc fit probat; immo aliqua capitula uidentur innuere, quòd dum in memoria potest retineri consanguinitas, durat prohibitio, quæ copulas de affinitate innuere uideantur usque ad quintum gradum, sed hoc soluitur in §. fina. sed totum hoc est hodie correctum per constitutionem cap. non debet de consanguinitate, & affinitate.

Quarta quæstione, qua quęritur, quare ad 7. gradum matrimonium prohibetur: ostendens rationem supra: quia sex ętatibus mundi generatio, & hominis status finiri debet.

Quinta quęstione, qua quęritur, quibus accusationibus matrimonia sint dirimenda, sed de hoc extra qui ma. accusa. possunt, per totum, & de spon. cum in tua. & forma iuramenti ꝙ testes super matrimonio inducti pręstare debent, & testes etiam synodales, & de illis, qui ex aliqua iusta causa ab vxoribus separātur, vel coniunguntur inuiti, docens, ꝙ si sciat quis cōsanguineam vxorem suam, non debet ipsam dimittere sine iudicio ecclesiæ, extra de diuor. porro. nec vni testi super hoc impedimento matrimonij credi debet, de hoc extra de testibus, licet.

Sexta quæstione, qua quærit, utrū illi, qui de incestuosis nascūtur sint legitimi filij reputandi, docetur quòd non: nec debent in aliquo succedere patri: extra qui filii sint legitimi, per totum, & de eo, qui duxit in ma. cum haberet.

Octaua quęstione, qua quæritur, an hi qui ignoranter coniuncti sunt in prohibito gradu affinitatis, vel consanguinitatis ex dispensatione in tali matrimonio remanere possint, & docet, quòd sic de hoc extra de consanguinitate & affinitate, & de pœna seu pœnitentia ipsorum incestuosorum, docet de hoc extra de eo, qui cognouit consanguine. capitu. primo, & cap. tua. & in multis cap. ibidem.

Nona quæstione, qua quæritur, si ecclesia fraude testium, vel ignorantia aliquos separauit per sententiam, si postea deprehensa fuerit falsitas testium, vel calliditas, vtrum possit primam sententiam reuocare? docetur ꝙ sic, de hoc extra de re iudic. lator. & cap. consanguinei, tractatur ibi, quòd non tantum sententia matrimonij potest reuocari ex causa: immo etiam contra alias sententias ecclesia venit ex causa multoties, ut extra de restit. spo. litteras.

Decima quæstione, vtrum soboles suscepta ex primis nuptiis possit copulari cum consanguineis secundi viri defuncti: & utrum affinitas dissoluatur per mortem viri vel mulieris, & respondetur, ꝙ non: primum corrigitur per constitutionem. extra de cōsan. & affinita. non debet.

Cap-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Causa trigesimasexta.

Filiam cuiusdam patre ignorante quidam muneribus illexit, & ad conuiuium inuitauit. finito conuiuio iuuenis virginem oppressit: quo comperto, &c.

HÆc est 36 Causa & vltima, & habet in se duas quæstiones.

In prima quæritur, vtrum quidam, qui per vim puellam corrupit, raptum commiserit, & probatur quod sic.

Secunda quæstione, qua quæritur vtrum raptori nubere possit, probatur quod sic, si prior dissensus transeat in consensum. de hoc extra de raptoribus. cap. fina. & penultimo.

De consecratione alijsque ecclesia sacramentis.

Expleto de matrimonio, quod omnium nationum commune est, tractat hic de sacramentis, quæ solis Christianis præstatur. additur de quibusdam alijs sacramentis: & quę in ecclesia prestantur sacramenta.

Primo agit de ecclesiarum consecratione, & altarium, & reædificatione earum, & missarum celebratione: & solennitatibus, quæ celebrantur ob reuerentiam sanctorum & sanctarum rerum.

Secundo, de sacramento Eucharistiæ.

Tertio, de festiuis diebus.

Quarto de baptismo.

Quinto, de confirmatione, & de officijs diuinis & ieiunijs.

In fine de Sancti spiritus processione. De primo, de conse. & per totum. De secundo de celebra. miss. cum Marthæ, & quasi per totum. De tertio extra de reli & ve. san. per totum. De quarto de paptismo, & per totum. De quinto extra de consuetudinibus, quanto. Et sic iste tractatus in v. distinct. est distinctus, differens a modo tractãdi a superioribus, quia vtitur solum auctoritatibus in toto isto tractatu, nec apponit de suo Gratianus, nisi duos §. vnum in prima distinctione, aliũ in quarta: qui nolebat aliquid nouum inserere in hac materia, in qua non solum verborum, sed sententiarum nouitas est profana. Primo ostendit quod ecclesiæ sunt consecrandæ. Secundo qualiter. Tertio de nõ iteranda cõsecratione. Quarto de ordine Missę, & quoties sit celebrandum in die.

Finis Flosculi, seu Summarij totius Decreti.

REGISTRVM

a b c d e f.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX YYY ZZZ.

AAAA BBBB CCCC DDDD EEEE FFFF GGGG HHHH IIII KKKK LLLL MMMM NNNN OOOO PPPP QQQQ RRRR SSSS TTTT VVVV XXXX YYYY ZZZZ.

AAAAA BBBBB CCCCC DDDDD EEEEE FFFFF GGGGG HHHHH IIIII KKKKK LLLLL MMMMM NNNNN OOOOO PPPPP QQQQQ RRRRR SSSSS TTTTT VVVVV XXXXX YYYYY ZZZZZ.

AAAAAA BBBBBB CCCCCC DDDDDD EEEEEE FFFFFF.

Omnes sunt Quaterniones, f, Duernum FF, Ternum DDDD, Quinternum FFFFFF, Ternum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIONES
SVPER DECRETO,
ADMODVM ILLVSTRIS, AC CELEBERRIMI IVRECONSVLTI,
DO. AVGVSTINI CARAVITAE,
PATRITII EBOLITANI,
Et in Sacro Regio Consilio Neapolitano Consiliarij:

Quæ quidem quàm sint in Theorica, & Practica vtiles, imò verò & necessariæ, facilè ex eo cognosci potest, cùm in eis ferè omnia quæ desiderari possent, summa quadam, & breui compendio, contineantur.

Vnde etiam clarè patet, qualis & quanta fuerit huius Nobilis viri doctrina, labor & studium, cùm hæc talia, nisi à peritissimis, & sapientissimis viris, scribi non soleant.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, *Apud Iuntas.* M D C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIONES DOMINI AVGVSTINI CARAVITAE

Regii Conſ. Neap, ſuper Decret.

In proœm. in §. primo, in rubrica, in verbo compilatio.

AN hæc compilatio ſit authentica, vid. Bend. Capr. regula 7.

In tit. de conſtit. in rub.

An conſtitutio, ſiue ſtatutum poſſit probari per teſtes, Rota deciſ. 246. in nou. & an tollatur per clauſulas generales, non obſtante, quæ apponuntur in litteris Papę, eadem, deciſ. 632. in antiq. & quando conſtitutio dicatur generalis, vid. Petr. Duen. regula 133. conſtitutiones, & quæ ligentur legibus conſtitutionibus, & canonibus, vide Capr. concluſione 4.

In c. primo in gloſ. in verbo, ſtatuta.

Pro ampliat. & limit. vid. Petr. Duen. regula 79. canones abrogati.

In eod. c. in verb. ſuo ſenſu.

Vid. ad declar. Iac. Meno. de arb. iud. quæſt. 7. numero 44.

In c. 2. in verſic. rem quę culpa.

Vide Marc. Mant. dialog. ſeptimo, libro primo.

In c. translato, in ſum. cap. in verbo, & quod de vno,

Vide Marc. Mant. dialog. 6. libro primo.

In c. cum omnes, in gloſ. in verb. conſtitutum, in fin. gloſ. in verſic. in alijs quæſt.

Capit. deciſ. 4. numero 5.

In cad. gloſ. in verb. & debent conſentire.

Vide Diaz. regula 132.

In c. cum acceſſiſſent, in ſum. cap. in verbo, niſi per contrarium actum.

Et ſic diſpoſitio quæ ſine principe poteſt fieri, licet fuerit ab ipſo confirmata, poteſt ſine ipſo reuocari, vide Diaz. regula 196.

In c. cum M. in §. mandamus, in verb. vel fuerit vel eſſe debuerit.

Ex hoc not. quod clauſulæ ſolitæ apponi de ſtilo cancellariæ, ſi omittantur, habentur pro expreſſis, vide tamen vltra alios, Rip. hic nu. 39. & vide pro limit. Diaz. regula 147. & vide Iſer. vbi poſui, in conſtit. quiſquis de burgenſibus, & ibi Affl. num. 11. & Affl. deciſ. 398. num. 6.

In c. eccleſia ſanctæ M.

Vide de materia, an lex ſecularis liget clericos, Iſer. in conſtit. ſi quis in poſterum, in princ. & ibi Affl. num. 6. & 8. & vide de materia Barth. de cap. ſing. 80. queri conſueuit, & Iſer. in conſt. cum ſatis, & ibi Afflic. num. 5. & in conſtit. dohanæ ſecreti, lex enim non ligat, niſi ſolum ſubiectos, Affl. per illum tex. in conſtit. regiæ maieſtati, num. 2. & Iſer. in conſtit. ſi quis clerici, & vide not. per eund. in conſtit. ſancimus, num 13. lib. 3. & in conſtit. comite vel barone, num primo & in conſtit. in aliquibus, num. 13. & 34. & in rubr. conſtit. peruenit, & vide Nigr. in clement. de vit. & honeſt. cler. in prin. num. 59. & an ſi interueniat aſſenſus Papę vel Epiſcopi, liget, vide Gram. deciſ. 29. nu. 10. & ad materiam, eund. deciſ. 100. & conſi. 1. num. 26. poſt deciſ. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis.& Capit.decis.201.& an consuetudo laicorum liget clericos,vide Petr.Duen.regula 135.consuetudo laicorum.

In capitulo,quoniam,in verbo,non ad præterita.

Vide Diaz.regula 136.

In eodem capitulo, in verba futura, in additione, ad dictum verbum, quæ incipit futura fallit primo.

Concordat. constitut. vt vniuersali, vbi Afflic. num.33.

In titulo,de rescriptis,in rubrica.

An verba posita in rescripto probent, & quid si rescriptum est reprobatum, vide Capit. de cis. 71.

In capitulo primo,in glossa,in verbo, mandatum,in versiculo,& si primum sit spetiale.

Plene, dato concursu rescriptorum, quod sit præferendum, vide per Benedict. Capr. regula 39.& si concurrat rescriptum cum priuilegio,quod præferendum,vide eundem regula,40. & an secundum rescriptum faciens mentionem d primo,tollat primum ipso iure,vel ope exceptionis, ibi regula 42. & vide ad materiam constitut. ea quæ ad decus num.21.

In eadem glossa,in verbo,dum tamen hoc fuerit publice protestatus.

Impeditus debet protestari, adde Afflictum decisione 50. numero 3. & 4. & vide Diaz. regula 325.

In capitulo,ex parte,in summario capituli,in verbo, si præcs.

Adde Dec.consilio 142.num.6.

In eodem c.in verbo,si præces veritate nitantur.

Et ideo illi, qui rescriptum producit,incumbit onus probandi vera esse quæ supplicauit, vt per Frecc.de succ.feud.libro secundo,quæst. 26. in in materia assensus. Item ex hoc cen sura in rescripto contentæ, tacite sub ista conditione, si præces veritate nitantur,suspenduntur. Dec. consilio 33. numero 5. & ad primum dictum,vide eundem consil.142. num.6.

In capitul.,,aterum,in verbo,de commissione priori.

Rescriptum an sit subreptitium, si non sit facta mentio de litis pendentia,& quando debeat fieri mentio de litis pendentia,vide Aflic.decis.220.num.13. & an subreptio in rescriptis ad lites,vitiet ipso iure vel ope exceptionis,vide Bened.Capr.regula 41.

In capitulo,eam te,in glossa, in verbo, si datam literarum.

Vide Diaz.regula 167.& regula 443.

In c. si autem aliquis, in sum.c.

Vide Diaz.regula 444.

In cap.ad hæc sumus,in sum.c.

An certi iudices per rescriptum dari possint,vide Bened.Capr.regula 48.

In c. ad audientiam, in sum.c.

Plenissimè quando falsa latinitas vitiet scripturam vel rescriptum, vide per Bened.Capr. regula 45.

In capitulo, scifcitatus, in glossa,in verbo, impedimento.

Quæ impedimenta repellant iudicem à iudicando,vide per Bened.Capr. regula 20.

In capitulo sedes apostolica, in verbo, maiores, & dignioras.

Vide omnino Affl.in constit.comes baro.num. 3.& constit.vt dignitatum, num. 1. & decis. 265.num.17.

In c.ex tenore,in glos. in verbo,negotio,in fin. glos.in versiculo,& generaliter.

De actu nullo non est opus facere mentionem, vide Affl.decis.366.num.10.

In c. causam quæ, in sum.c.

Adde Dec.consilio 33. num.4.

In eod.c.in verbo,quantum de iure poteritis.

An hæc

An hæc hæc clausula habeat vim peremptorij, vide Diaz.regula 87.

In c.constitutus,in glos. in verbo,iuramento.

Vide Affl.constit.vassallis,num.18.& Capit.decis.100.num.2.

In c.super litteris,in sum. c. in fi.summarij.

Vide pro limit. Felin. c. scifcitatus,hoc tit.

In eod. c. in princ. text.

Adde Affl.decis.116.num.3.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, facta fuerit fides,in verbo.glos.quia cum dubium.

Vide Diaz.regula 176.delegatus

In eod.c.in glos..in verb. litteras, in verbo, glossa, imo ad hoc vt rescriptum.

Adde Gram.decis.59.nu.57.& decis.66.nu.10. 18.Capit.decis.32. num. 12. & ad materiam quando dicatur principem difficilius concessisse,uide Affl.decis. 116. num.4. & vide ad materiam quæ addidi ad Bar.in l.prælcriptione, C. si contra ius vel vtilit. pub.& Dec. consil.142.num.5.in fi.& quæ taciturnitas vitiet rescriptum,à quo & qualiter probanda, vide per Bened.Capr.regula 44.

In eod c.in verbo,eadem ratio qua delegantem moueret.

Delegatus debet se cum voluntate delegantis conformare,adde Dec.consil.43.num. 2.vbi et an possit venire contra factum delegantis.

In c.cum dilecta,in sum.c.in verbo,sed factus contra formam.

Vide Bened.Capr.regula 49.

In eod.c. in verbo, nostri formam rescripti.

Vide pro limit.Diaz.regula 17. actus gestus.

In c.dilectus filius,in glos. in verb. causa.

Adde Gram.decis.66.num.19.

In c. nonnulli, in verb. nequis vltra duas dietas.

Quando quis vltra duas dietas literis Aposto licis extra suam diœcesim possit extrahi,vide Bened. Capr.regula 53

In c.ad audientiam,in gl.in ver.mentione non habita.

Dec.consilio 142.num.5.

In eodem c.in verbo,reuocando.

Idem in vnione beneficiorum,vt non valeat rescriptum super ea impetratum, si subreptitiũ sit.Dec.consi.148.in primo dubio.

In eodem c. in glos. in verbo,irritum.

Plenis. an literę subreptitię,vel processus p eas agitatus,valeat,vide Bened Capr. regula 43.

In c.significauit nobis,in glos.in verb.viueret, in verb. glos. ita quod non transit ad successores.

An rescriptum re integra finiatur morte eius, contra quem conceditur, vide Benedict. Capram regula 34. & 35.& vide Bar. Brix. quæst.uener.9.

In c.mandatum.

An dispositio huius tex. se extendat ad dignitatem vel officium canonicatui annexum, vide Franc. Marc. decis. 1173.& ad materiam quando plures gratiæ seu litteræ emanant in eadem ecclesia pro diuersis,quæ valeant, plene tractat Bened.Capr.reg.52.

In c.qua nonnullis,in verb.aut litteras ipsas ad futuras.

Vide Bened.Capr.reg. 76.& ad materiam vide Afflic.constit. circa violentiarum, num. 5.

In tit.de consuetudine, in rub.

Consuetudo largo modo constitutio dicitur, Iser in prælud.feud.num. 22. vbi vide multa per doct. de consuetudine, & aliqua de viribus consuetudinis,vide per eund. in const. baiulos & omnes, num. 62. & 63.& an appellatione iuris veniat consuetudo, vel differant inter se,uide Afflict. in constit.in locis demanij, num. 19. & nunquid consuetudo det iurisdictionem,uide not.per Affl.in const. cõsuetudinem,uersiculo alias cum noua,nu. 5. faciunt quod sic: sed an excuset à pœna, uide eundem in constit.aduocatos, num. 20. & ad.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& adde quod consuetudo potest approbare conuentionem à iure reprobatam, Affl. constit. post citationem, num. 9. Quæ autem consuetudo debeat seruari, loci contractus an iudicij, uid. Affl. constit. speciale, num. 4. & constit. hostici exceptionem num. 27. & l. 3. §. fin ff. de testibus, & add. quod ratio est uestimentum consuetudinis, & sine ea dicitur frigida & nuda Affl. cõst. consuetudinem prauam, numero primo & quã consuetudinem teneatur iudex s. qui, uide per Bened. Capr. regula 24. & aliqua in materia, vide per Iac. Meno. de arb. iud. libro primo, quæstio. 71.

In c. primo, in verbo, grauamen.

Vide Diaz. regula. 139.

In c. cum venerabilis, in glos. in verb. migrasse, in verb. glos. sed forte per illam consuetudinem.

Vide Marc. Mant col. 8 & ad istam glos. Adde Affl. const. in causa depositi, nu. 14. & Gram. decis. 50. num. 3.

In c. cum dilectus, in sum. c. in versiculo & contento.

Vide Marc. Mant. dialog. 9.

In c. cum tanto

Pro ampliat. & limit. uide Petr. Duen. regula 137. consuetudo.

In eodem c. in verb. corruptela,

Vide Affl. const. dilationem, num. 44. & Iser. in prælud. feud. num. 24. cum sequent.

In eodem c. in glos. in verb. rationabilis.

Quæ consuetudo dicatur rationabilis; & quę irrationabilis, uide per Bened. Capr. regula 12. & Iac. Meno. de arbitr. iud. libro secundo, cent. 82.

In eodem c. in verb. legitime sit præscripta.

Quantum tempus requiratur ad præscribendum consuetudinem, uide Benedict. Capr. regula 13.

In tit. de postulatione prælatorum, in c. grãtum gerimus, in glos. in verb. pauciores, in verb. gloss. tu dicas quod unus solus potest eligere.

Sequitur Dec. quæst. 151. num. 18

In tit. de electione & electi potest, in rub.

Vide de materia Boer. decis. prima & secunda.

In c. significasti, in versic. mirentur in hac causa.

Vide Marc. Mant. dialo. 21. Christi actio.

In c. cum in cunctis, in glo. in verb. multo fortius, in verb. glo. si id de quo minus videtur.

Vide aliqua per Affl. constit. comite uel baronei num. 1.

In c. cum inter uniuersas, in glos. in verb. remoti.

An absentes sint uocandi in actibus capitularibus, uide Glos. & ibi Pos. in c. 2. de testibus in 6.

In eodem c. in fin. c. in verb. per quos à nobis uice regia.

Hunc tex. allegat. Iser. qui succ. feud. dar. tenum. 5. uersic. consensus huius.

In c. innotuit, in glos. in verb. coniugata, in verb. glos. dico quod bene potest eligi.

Add. Dec. q. 155. num. 3.

In c. cum inter canonicos.

Hunc tex. allegat Iser. qui succes. feud. dar. tenum. 5. uersic. quando etiam.

In c. dudum, in gloss. in verb. electionis tempore, in verb. gloss. item arg. est hic initum.

Vide consilium xj. num. 3. & consilium 17. nu. 1. inter consilia crim. uol. primo & ad materiè quando duo concurrunt, & unus fuit semper bonus, alter fuit malus, sed est bonus, quis præfertur, uide Affl. consti. iudices ubique, num. 5.

In c.

In cap. bonæ memoriæ, in glos. in verb. per rerum naturam, in verb. glos. vel si quis dicat se non contraxisse.

Ad materiam adde quod quando ad esse facti requiritur probatio per scripturam, negatiua probatur per solam allegationem Gram. decis. 59. num. 18.

In c. querelam, in sum. c. in verb. fuisse in quasi possessione.

Vide omnino Dec. consilio. 117. & consil. 124. & consil. 126. & consil. 134.

In eodem c. in glos. in verb. commisit.

Vide Affl. decis. 395. num. 4.

In eodem c. in glos. in verb. super iure, in verbo gloss. sufficit et probare quod eligens.

Licet causa non allegetur, & etiam quod sit allegata, non requiritur quod probetur. Dec. consilio 136.

In c. cum dilectus, in versic. si tres simul.

Ad intell. vid. Iac. Meno. de arb. iub. libro primo quæst. 73. num. 11.

In c. cum in iure peritus.

Vide Cepoll. caut. 96. dicimus.

In eodem c. in glos. in verb. ex se vel alijs, in versic. gloss. sed si vni tantum collata.

Facit ad hoc tex. in l. si mandauero. §. si tibi, secundum primum intellectum glo. ff. manda. secundum Barth. de Cap. sing. 54. nota.

In c. venerabilem.

Vide de materia Cepoll. caut. 95.

In c. quia propter.

De quibus dispositionibus loquatur vel de quibus electionibus, vide Nigr. c. reg. 97. num. 5. item statuimus.

In cap. sacro sancta, in sum. c. in verb. ius eligendi.

Ius eligendi cum sit res spiritualis, non potest competere laico vt hic sed an valeat consuetudo in contrarium, & quid si est tanti temporis cuius initij hominum memoria in contrarium non existat, vide Dec. consilio 134. num. 2. & 3.

In c. ecclesia vestra, in fin. c. in glos. in verb. non consenterit, in verb. glos. si enim ex vna parte sit dignitas.

Vide Franc. Marc. decis. 1035.

In tit. de translatione episcopi, in c. inter corporalia, in §. cum ergo fortius.

Vide Marc. Mant. dialog. 58. sponsus ecclesię.

In eodem §. in verb. vt quos Deus coniunxit.

Quomodo intelligatur hoc præceptum, vide Dec. consi 112. & Iac. Meno. de arb. iud. casu 285. num. 22.

In tit. de authoritate & vsu pallij, in c. nisi specialis, in glos. in verb. eligemus.

Vide not. per Affl. decis. 290. in fi.

In tit. de renuntiatione, in c. cum inter P.

Adde Affl. decis. 350. in prin.

In c. in præsentia, in verbo pro ipso præsumi debeat.

Vide Iac. Meno. dialog. 50. iudex.

In titulo de filijs presbyterorum, in c. extra nobis, in glos. in verb. consultationem.

Quomodo hoc dictum gloss. procedat, vide per Ant. Corset. in fing. in verb. consultatio.

In tit. de seruis non ordi. in c. primo.

Vide de materia constit. regni adscriptitio, & ibi doct.

In tit. de officio archidiaconi in rub.

An archidiaconatus sit nomen dignitatis, & an habeat archidiaconus iurisdictionem, vide Gram. deci. 64. in prin. vbi etiã de off. ipsius.

In c. vt

In c. Vt nostrum, in verbo, ponere abbates.

An sicut in beneficio requiritur installatio in sede, ita in officio temporali, vt ante apprehensionem possessionis electus ad officium non possit administrare, vel per solam collationem transferatur possessio, vide Franc. Marc. decis. 262. prima parte.

In tit. de officio archiepresbyteri, in rub.

An archipresbyter sit dignior primicerio, vide Gram. decis. 64. num. 30.

In tit. de officio primicerij, in rub.

An habeat dignitatem, vide Gram. decis. 64. in princ.

In titulo, de officio custodis, in c. custos, in glo. in verbo, sanctiores, in verbo, gloss. tamen si alius eligatur.

Dec. consilio 72. numero 3. & consilio 129. num. 2.

In tit. de officio Vicarii, in rub.

Vicarius an habeat ordinariam iurisdictionem, Isern. & ibi Afflictus, numero 10. in constit. officiorum periculosa, & qui sint vicarij, & quando quis possit seruire per vicarium, vide per Bened. Capr. regula 92.

In tit. de officio, & potest. iud. delega. in cap. primo.

Quis sit delegatus, vel ordinarius, & ex quibus verbis commissionis cognoscatur, vide Affl. in constitut. authoritatem, num. 4. & an citatus teneatur comparere si delegatus in citatione non inserit tenorem commissionis, vide Nigrum, in clem. de vit. & honest. cler. in prin. num. 25.

In c. pro debilitate, in gloss. in verbo, te consulere.

Vide plene Bened. Capr. regula 38.

In c. de causis, in verbo, terminum.

Quid si causa fuit infra terminum expedita, an possit eo elapso sententia exequi, vide Bart. Brixien. quæst. vener. septima.

In eodem c. in §. illis etiam, in gloss. in verbo, certa, in verbo glos. quod si diuersæ sint pœnæ.

Intell. glos. vt per Iac. Meno. de arb. iud. libro primo, quæst. 85.

In c. præterea, in gloss. in verbo, ex eo, in verbo glo. Sol. idem iuris est in vtroque.

Vide Cott. in verbo, connexorum, vbi ex hoc plura infert.

In c. ex parte, in glos. in verbo, dimittere, in verbo glos. item pone & simpliciter.

Adde Dec. consil. 141. num. 2.

In c. ex parte tua, in glos. in verbo, nullæ.

Exceptiones si per rescriptum tollantur, quæ sublatæ censeantur, vide Bened. Caprar. regula, 51.

In c. quoniam abbas.

Ad materiam quando priuilegium conceditur sub nomine dignitatis vel proprio, ligetur successor, vide Capic. decis. 121. num. 6.

In c. super eo vero.

Pro intell. vide late Couar. pract. quæst. c. 15. num. 5.

In eodem c. in glos. in verbo, intentionis, in verbo, glos. item arg.

Declara vt per Decium consilio 113. num. 7.

In capitulo, gerimus, in summario, cap. in verbo, & appellationi renuntiat.

Vide pro limitatione, Petr. Duen. regula, 51. appellationi renuntiare videtur, item appellationi renuntiare videtur ille qui appellat si spoliat aduersarium suum, Dec. consilio 103. num. 1.

In eodem cap. in princ.

An iste tex. cum præcedenti procedant in literis ebe-

beneficialibus, vide Capic. decisione 121. numero 10.

In c. prudentiam, in glossa, in verbo, teneatur, in verbo glossæ, si iudices sunt ordinarii.

Vide regulam cum limit. per Bened. Capram conclusione 27.

In eodem capitulo, in §. sexta nobis, in gloss. in verbo, aliam iustam causam, in verbo gloss. immo tacita veritate.

Adde Diaz. regula 448. litis pendentiæ

In c. consuluit, in glossa, in verbo, æquitate, in verbo glossæ, non tamen est necessarium.

An iudex habens arbitrium possit iudicem sequentem differre probationem sententiæ, vide Iac. Meno. de arb. iud. libro primo, q. 63. & ad istam glossam, vide eundem de arbitr. iud. libro secundo, centuria prima, casu 45.

In eodem capitulo, in gloss. in verbo, gratiam fecerit.

Vide Diaz. regula 358.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, terminum peremptorium.

Sed an sufficiat vna citatio, Felyn. hic dicit requiri trinam citationem, quod tamen limita xj. modis, & ipsum refert Diaz. regula 82.

In capitulo, insinuante, in glossa, in verbo, postmodum est effectus.

Vide Diaz. regula 248.

In capitulo, super quæstionum, in §. porro, in summario §.

Vide Diaz. regula 34.

In eodem c. in §. si vero sunt duo, in verbo, et vnus committit.

Delegatus Papæ potest subdelegare, vide Diaz. regula 181.

In eodem §. in glossa, in verbo, delegare.

Adde Diaz. regula 175. delegatus.

In c. pastoralis, in §. præterea postulasti, in verbo, appellationem videmur.

Appellatio si est admissa, habet effectum, licet alias fuisset prohibita, Dec. consilio 97. in princ.

In c. cum in iure, in glos. in verbo, iniunge, in verbo glos. vt si sententia lata fuerit.

Vide ad istam glossam Alexand. & addit. ad ipsum in l. qui in aliena, numero 11. ff. de acquirenda hæreditate, & Dec. consi. 36. nu. 5.

In capitulo, cum olim abbas, in glossa, in verbo, protinus contradicit, in verbo glossæ, tamen videtur quod posset prorogare.

Vide Bened. Capram regula 64.

In capitulo, cum olim magister.

Ad materiam & quæ sit pena dissigillantis acta, vel aperientis litteras priuatas a licuius, vide Franc. Marc. decisione 740.

In capitulo, coram dilecto, in summa cap. in versiculo, delegatus.

Plene an delegatus principis possit subdelegare, & condelegatus teneatur subdelegatum admittere, per Bened. Capram regula 29.

In eodem c. in glossa, in verbo, absque litteris de ratihabitione, in fi. glossæ, in verbo, ibi, ex eo quod habet instrumenta ecclesiæ.

Existentia scripturarum pœnes aliquem inducit mandatum, saltem dubium, adde Capic. decisione 86. num. 16.

In capitulo, venerabili, in glossa, in verbo, suspectus.

Plenissime quando suspectus de dilapidatione sit in totum remouendus, vel ei dandus adiũctus, vide per Bened. Capram regula 72.

In eodem c. in §. porro idem.

Ad declar. vide Iac. Meno. de arb. iud. libro primo, quæst. 54. num. 37.

In capitulo, significantibus.

Vide Diaz. regula 354.

In c. Petro & G. in sum. c.

Secus tamen est in annexis iurisdictioni delegate exemplum, vide per Affl. decis. 227.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, prorogatio nulla.

Vide plene per tractat. sub reg. & fall. Benedic. Capr. in suis regulis, tomo 56.

In capitulo, cum vigesimum.

Cuius etatis iudex esse debeat, & an in eo annus inceptus habeatur pro completo, vide Bened. Capr. regula 31.

In c. quoniam Apostolicas.

Ad materiam totius, c. vide glos. in constit. citationis, versiculo, non vt iudex, & ibi Bar. de Cap.

In eodem c. in §. is autem cui.

Ad declarat, vide Iac. Meno. de arb. iud. libro primo, quæst. 54. num. 39.

In eodem c. in §. ceterum, in gloss. in verbo, commissum, in verb. gl. & nullam habent iurisdictionem.

Vide Diaz. regula 272. & plene an ille cui nudum ministeriu cõmittit habeat coercendi, & excõicandi potestatẽ in impedientes, vide per Bened. Cap. regula 38. vbi plene etiam, an id quod possit per me possim per alium.

In tit. de officio legati, in rub.

De quo legato loquatur iste titulus, vide Nigr. in clem. de vit. & honest. clericorum, in prin. num. 4.

In capitulo studuisti, in sum. c.

Adde Dec. consilio 137. num. 3.

In c. nisi spetialis.

Intellige tex. & glossam primam, de dilectione causata ex virtutibus, quia per eam minuitur pœna, vt in l. ad bestias, ff. de pœn. vt per Abb. hic, & istam glossam, sequitur Alciat. de verborum significatione, libro primo, fol. mihi 17.

In capitulo, quod translationem, in verbo, quæ in signum priuilegij.

Ad declar. vide Iacobus Menoch. de arbitrio iudic. libro primo, quæstione 74. num. 37.

In c. nouit ille, in summario c. in verbo, ita quod facta.

Vide Capic. decis. 151. num. 8.

In titulo, de officio iudicis ordi. in capitulo in verbo, & cum opus fuerit.

Vide Nigr. in capitulo regni, subditorum num. 20. 137. & sequenti, vide etiam de imploratione Bracchij Couar. prout, quæst. capitulo, 10. & per istum textum, Oldrad. quoniam sequitur Marant. prima disputat. num. 26. per ista verba dicebat, quod hunc demum debet inuocare iudex ecclesiasticus, bracchium seculare, quando prius fecit quidquid potuit, & postea non habeat quid vltra faciat alias secus.

In capitulo, quod sedem, in glossa, in verbo, commutere in fin. glossa, in versic. gl. Item satis potest dici.

Adde Dec. consilio 143. in prin.

In capitulo pastoralis, in glossa, in verbo, inuitum, in versiculo glossa ibi, sed nunquid idem iuris est.

An episcopus cognoscat de causis subditorum suorum prælatorum, vide per Bened. Capr. regula 33.

In eodem capitulo, in §. preterea, in verbo, non potest per alium.

Excommunicatos, ab vno, alius non absoluit, vide Diaz. regula 262.

In c. licet in corrigendis.

Quando

Quando ex rescripto videatur ordinarius effectus delegatus, vel videatur excitata iurisdictio, vide Afflict. in constit. authoritatem num. 4.

In capitulo fin.

Pro intellectus, vide Iacobum Meno. de arbitrio iudicis, libro primo, quæstione 54. numero 43.

In titulo, de maioritate & obedientia, in c. solitæ benignitatis, in sum. c. in verbo, & ei obedire tenetur.

Iudex secularis non obedit ecclesiastico, nisi quando ecclesiasticus processit seruato iuris ordine Affl. decis. 220. num. 9.

In capitulo, quod super his.

Ad materiam an canonici ecclesiarum cathedralium teneantur ire ad synodum episcopi, uide Petrum Duenium regula 80. canonici, & quid de clericis non habentibus curam animarum, sed tantum beneficia, vide eundem regula 98. clerici, & an qui tenentur venire ad synodum possint comparere per procuratorem, vide ibi regula 126. comparere, sed vtrum possit generale interdictum à sua dioœcesi apponere contra suos subditos denegantes ei charitatiuum subsidium, vide ibi regula 257. episcopus, & an possit excommunicari non venientes ad synodum episcopi, vide eundem regula 261. excommunicari.

In eodem capitulo, in verbo aliqui statuendum.

Notat ergo quod episcopus in sua synodo potest facere statuta, ad quod, vide Petrum Duen. regula 245. episcopus in sua, An autem possit dispensare contra statuta synodalia, vide ibi regula 246. episcopus potest, & in quibus casibus dispensare possit, vide ibi regula 247. episcopus in quibns, & an possit dispensare contra conclusionem, vide ibi regula 248. episcopus vel, & an possit facere statuta in præiudicium aliorum vide ibi regula 249. episcopus non, & contra ius canonicum ibi regula 250. & an possit statuendo adiuuare ius commune, ibi regula 251.

In c. his quæ pro ecclesia in sum. c. in verbo & vacante titulo.

Quid si vacat sedes Apostolica an succedat in eandem potestatem collegium Cardinalium, vide Capic. decis. 114.

In eodem capitulo, in verbo, manualem obedientiam.

Per obedientiam probatur subiectio, & ideo remota obedientia subiectio remota, videtur, adde Decium consilio 152. numero primo.

In titulo, de treuga & pace, in rub.

Tempus belli etiam in materiam pœnali comprehendit sub se tempus tregue, vide tex. infra de iudic. c. significasti.

In capitulo primo, in glossa, in verbo frangere, in versiculo glossa, sed quod dicit hic hodie.

Nota singularis hanc Iser. ad id quod quotidie dicunt aduocati, quod si lex ab initio non recipiatur nullas vires habet, & ideo contrauenientes ad pœnam non obligantur, quia lex comprobatur per eius vsum, & obseruantiam, vt hic dicit glossa, & dicit Alexand. & Ias. in l. si filius qui à patre per illum tex. ff. de lib. & posthum. nec requiritur tempus ad inducendam præscriptionem, Sed sufficit binus, vel trinus actus in contrarium secundum Abb. hic, & ratio est quia hic non agitur de præscriptione contra legem aliquo tempore obseruatam ad effectum ipsam tollendi, sed de non inducendo ipsam, & differentia, est inter consuetudinem per quam iuri scripto derogatur, & consuetudinem per quam ius scriptum non admittitur, vt declarat Decium consilio 11. numero 11. versiculo tertio respondetur, & ad omnia prædicta, vide Afflictum in constitutione corde nobis numero septimo.

In titulo, de pactis.

In capitulo, cum pridem, in glossa, in verbo, illicite pactionis, in versiculo glossa, sed videtur quod si compositio.

Adde Dec. consilio 141. num. 2.

In titulo, de transact. in capitulo primo in glossa, in verbo, authoritate, in verbo ibi, per confirmationem.

Procedit quando Papa confirmat ex certa [sciẽ tia. Decius consilio 142. nu. 70.

In capitulo contingit, in verbo, si fuerit aliquod annis.

Addi. Decius consilio 142. numero primo, in fin.

In titulo de postulando, in capitulo primo.

Concord. constitutio Seg. aduocatos, §. denius & ibi vide Afflict. qui per conclusiones examinat, quando clericus possit esse aduocatus.

In titulo de procurat. in capitulo primo, in verbo, testiumque subscriptionibus.

Vide Soccinum regula 246. litteris.

In capitulo, querelam, in verbo, cum non possit quis cogi.

Vide Capiciũ, decis. 123.

In capitulo, ex insinuatione, in glossa, in verbo, aliud canonicum.

Glossa sing. quod excommunicatus spoliatus non restituitur, uide pro limit. Diaz regula 261. & Bened. Capr. regula 82.

In eodem capitulo in glo. in verbo, probare potuerit, in verbo, ibi, vnde debet, habere litteras.

Vide quæ posui ad capitulum primum, de reg. iuris in 60.

In capitulo, in nostra præsentia, in glossa in verbo, exceptio, in verbo ibi, est & alia exceptio.

Et an exceptio excommunicationis possit opponi post litem cõtestatam, vide Bened. Cap. regula 82.

In eadem, glossa, in verbo, & non potest opponi post lit. contest.

Vide Bened. Cap. regula 57.

In capitulo, tuæ F.

Vide de materia Afffli. in constit. maiestati nostræ libro 3.

In capitulo, dilectus filius. in glossa, in verbo, generalis, in verbo ibi, imo quilibet tenetur.

Vide Iser. constit. edictorum.

In c. non iniuste, in versiculo, potuit quoque.

Quod pro loci, temporis & personarum qualitate mutatur constitutio.50. dist. vt constitueretur. 61. dist.c.his, 10.q.3.priscis.&c.seq. 12.dist.catholica.

De hac materia habes vbi agitur de Statutis,

CONSVETVDO. Quod consuetudo est ius moribus institutum,quod lege deficiente pro lege suscipitur.1 dist consuetudo.

Quod longæua consuetudo,quæ nō est contraria canonibus, est seruanda.11.dist. consuetudinis. 11. dist.scit sancta Romana, & quinque.c.seq.10.q.1.decreuimus.

Quod consuetudo peruersa ex diuturnitate non leuigat crimen, sed auget.24.q 1.schisma.

Quod binus actus consuetudo dicitur 25.q.vlt.ita nos.

Quod ratio & veritas consuetudinē semper excludunt.8.dist.veritate, & duobus capit seq.11.dist.capit.1. & sequen.

Quod quando consuetudini veritas suffragatur,nil ea firmius dēt teneri.8.distin.frustra.12. distin. illuc vsque ad §.hoc autem.

Quod diuersitas consuetudinem p loco,& tempore (dummodo non sint veritati contrariæ)non est reprobanda.12 dist.scit sancta.& ca nouit &c. seq.

Quod consuetudo illorum cum quibus conuersamur,si nō est peruersa,obseruanda est 12.dist. illa.

Quod consuetudo mala non minus quàm pernitiosa corruptela est vitanda.8.d.si.mala 12 distin omnia talia.16.q.3.licet.

Quod consuetudines Romanę ecclesię maxime sunt seruandę 11 dist. quis,in fi.12.dist c.1.in fi.

Quod in ecclesia multa sacramentalia sicut aquę asperso,ad orientem adoratio,& huiusmodi,consuetudine magis quàm scripto sunt roborata.11. distinct. ecclesiasticarum.

Quod in portionibus ecclesiarū diuidis obseruanda est consuetudo 10.q.3.nec numerus.

Quod contemptores consuetudinum ecclesiasticarum sunt coercendi.11.distinct.in his rebus.

Quod episcopi sunt sola consuetudine maiores

maiores presbyteris.95. dist. olim.

Quod an consuetudo faciat mortale quod est in se veniale.25. distinct. vnum §.alias,ante med. Vide quę ibi notantur in gl.in ver.crimina le ex B. Thoma.

Quod consuetudo ordinaria cōfert iurisdictionem.9.q.3. conquestus.

Quod iure consuetudinis hoc meū, illud alterius iudicatur 8.dist.§.1.

Quod qui maledicendi consuetudinem habet immunditiam labiorum contrahunt. 24. quæst.3. qui negligunt.

Quod sub prætextu consuetudinis, nec ante,nec post,pro sacramento est aliquid accipiendum. 1.q. 3.si quis præbendas.

De hac materia habes vbi agitur de Moribus,

CONTEMPTVS. Quod contemnere debet suos, & sua, qui seruire Deo eligit.12.q.1. cui portio,&c.præcipimus.

Quod nihil miserius est, quàm propter nummum Deum deserere. 12 q 1.duo sunt, in fine.

Quod capitis ratio,& clericorum corona designant, quòd ipsi debent contemnere temporalia. 12. quæst.1.duo.

Quod Socrates qui ad philosophandum pergens auri pondus proiecit,ponitur in exemplum, vt si virtutes possidere volumus,tempora lia contemnamus.12.q. 2. gloria episcopi, in fine.

Quod stultus est qui in dignitate primum se existimans bona quæ viderit discere contemnit.22.distin. de Constantinopolitana.18.distin. non oportet.38.dist. nullus episcopus.24.q 3.si habes.

Quod peccatū paganitatis incurrit qui sedi apostolicæ obedire contemnit.81.dist.si qui sunt, in fi.

Notent hoc diligenter tyranni, qui nedum inobedientes sunt ecclesię, verumetiam eam vi opprimere, & patrimonium eius eripere conantur.23.q. 8. hortatu. & 63.dist. Hadrianus.

Quod contemnenda non sunt sacramenta per malos sacerdotes exhibita.1.q.1.multi.37 dist. sedulo.

Quod manumissio iteratur cum liberti ecclesiæ alij adhærentes eam contemnunt.12.q 2.liberti.

CONTENTIOSVS.Quod contentiosus prohibetur ordinari.46. dist.§ 1.& c.seditionarios.

Quod diuersitas cultus maxime contentiones & æmulationes induceit.90.dist.perlatum.

Quod clerici vel monachi in synodo,vel cap.accusando,vel referendo non debent perstrepere vocibus contentiosis.5.q.4. in loco.

Quod cōtentiosus monachus à priori suo secundum qualitatem culpę est puniendus.90.distin. si quis monachus.

Quod perfectus in iudicio sæculari non debet contendere.14.quæst.1. episcopus.

Quod res ecclesiæ non per contentiones, sed iudicio debent defendi.16 q 6.consuetudo.

CONTESTATIO. Quod contestatio litis quomodo fieri dēat, & infra quod tēpus facta valeat, habes 3.q.3 inducię. vsque ad finē quæstionis.

Quod ordine iudiciario primo libellus porrigendus, deinde debet fieri litis contestatio.3.q. 3. inducię. § libellum.

Quod iudex reo libellum nō debet auferre nisi actor promitiat se intra duos menses litem contestaturū,& expensas in duplum restituturum.3 q.3.inducię,§ libellum.

Quod contra absentem per contumaciam procederur cum lis est contestata,& liqueat de causa.3.q. 9.decernimus.4.q 6.c.1.

Quod si lis non est contestata, nec liquet de causa, tunc absens per contumaciam solum est excommunicandus, & sic intelliguntur illa capitula.11.q.3. rursus. & cap. quicumque.

Quod litis contestatio recusari non pos3.q. 3. inducię, § libellū.in fi.

Quod in causa criminali, vel ciuili criminaliter mota ante litem cōtestatam testes non sunt recipiendi,nec sententia diffinitiua ferenda.3.q.9. per totum. in summa.

Quod plures sunt casus,in quibus sine litis contestatione testes possunt recipi, scilicet in hæresi post mortem.24.q.2.sane. & c.seq.

Item in quæstione electionis episcopi,& in causa matrimonij, ne propter moræ periculum ecclesia dilapidetur, & mulier fornicetur.

Item prælatus ex officio procedit per inquisitionem de excessibus subditorum.

Item quando testes ad perpetuam memoriam recipiuntur.

De his & alijs pluribus casibus habes extra,vt lite non contest. quoniam frequenter,&c. seq.

CONTINENTIA. Quod continentia nō ferro, sed religione q̄renda est.33 q 5.tunc saluabitur.

De hac materia habes in titulo de Castitate.

CONTRITIO Quod contritio contemptis aliis partibus pœnitentiæ non deleat peccatum.de pœnit.dist.1.resuscitatus.§.alii. econtra.ibi, & c.mensuram.

Quod dū cōfessio non contennitur, per contritionē peccati venia indulgetur de pę.dist. 1. mensuram.

Quod quantumcunque adsunt alia, sine cordis contritione nullum peccatum dimittitur.de pœn. distin. 1.§.econtrario.

Quod lachrymę,quæ ex vera contritione fluunt,æterni ignis incendia extinguūt.de pœ dist.1.porro.

Quod vbi non est contentio,sed cordis duritia, Deus orationem protalibus non accipit.de pœn.dist.1. quamobrem.in fi.

CONTVMAX. Quod contumax dicitur qui post vnam,vel trinam peremptoriam vocationem coram iudice comparere contemnit.24.q.3.de illicita.

Quod qui ex contumacia iudicibus non obtemperant, per episcopos extra communionem poni debēt. 2.q 6.quisquis.

Quod qui ad synodum vocatus venire,aut ibi constitutus obedire cōtemnit,aut ante finem recesserit, est excommunicandus.11.q.3.certum est.

Quod contra absentem per cōtumaciam tanquam contra præsentem conuictum procedi potest per diffinitiuam sententiam 3. quæst.9.absens, &c.decernimus.24.q.3. de illicita.

Quod si excommunicatus intra annum suam causam purgare contempserit, post nullatenus audiatur.11.q.3.rursus.&c.seq.

Quod qui iubēte sacerdote pro quacūque culpa ab ecclesia exire cōtempserit, tardius recipitur ad veniam.11.q.3. qui iubente.

Quod contumaces prælati præter dignitatis subtractionem puniuntur.74.dist. honoratur.in fi.34.distin.quorumdam.

Quod contumaces clerici ab episcopis per excommunicationem corrigi debent. 50. dist. contumaces. 7.q.1.si quis presbyter. 11.q. 1 petimus & q 3 si quis presbyter.

Quod sicut in contumacia persistentibus veritas est offendenda, sic humiliantibus per pœnitentiam uenia non est deneganda. 2. q. 4. quanto.

CONVENTICVLVM. Quod conuenticulum dicitur congregatio subditorum sine consensu prælatorum.17.dist. multos.

Quod clerici(maxime hæreticorum & schismaticorum) conuenticula vitare debent 24.q.3. clericus.& c. cum quibus.

CONVERSATIO quod conuersatio cum Iudæis in conuiuiis & balneis clericis,& laicis inhibetur, nec etiam medicinas ab eis debent recipere.28.q. 1. nullus.

Quod etiam cum parentibus,vel propinquis conuersari nō debemus, si per ipsos fidem Christi perdere timemus.28 q 1. si infidelis.

Quod sæpe malorū conuersatio corrumpit bonos mores.28.q. 1. sępe.

Quod neophyti,vt in fide, & moribus proficiant,cum Christi fidelibus debent conuersari.28. q.1.Iudæorum.

CONVERSIO. Quod conuersio dicitur quasi vndique cordis versio.de pœ.dist.1.§. hoc idem. & distin.vlt.nullus expectet. §. quod quamuis.circa princ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod si cor nostrũ vndique à malo conuertitur, fructus conuersionis meremur. de pœniten. distinct. 1. §. hoc idem.

Quod cõuersio cordis requiritur in adulto baptizãdo. de consec. dist. 4. baptismi.

Quod vera conuersio ad Deũ in vltimis positorum mente potius est æstimanda, quàm tempore. 26. q. 6. agnouimus.

Quod qui cum potuerunt conuerti noluerunt, in fine nõ facile acquirunt quod volunt, de pœn. dist. vlt. nullus expectet. circa princ.

Quod conuersio in extremis licet raro iusta sit, desperandum tamen non erit. de pœn. dist. vlt. nullus expectet. §. quod quoniam. 26. q. 6. si presbyter. & capit seq. 50. distinct. ponderet.

Quod Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat 26. q 6. agnouimus.

Quod ludęorum pueri ad fidẽ Christi conuersi, ne parentum inuoluantur erroribus, sunt fidelibus monasterijs committendi. 28. q. 1. Iudęorum.

CONVIVIA. Quod conuiuia laudantur dummodo detractionibus & fabulis, & ludis turpibus non misceantur 44. distin. conuiuia. & cap. sequen.

Quod conuiuium clericorum debet præcedere mensæ benedictio, inter mensam lectio, post mẽsam gratiarum actio. 44. dist. quando aut.

Quod non cibus in conuiuio, sed cibi auiditas reprobatur. de consec. dist. 5. sint tibi.

Quod præcipue clerici hæreticorum & schismaticorum debent vitare conuiuia. 24. q. 3. clericus.

Quod cum sacerdotibus census tenuis esse debeat, prohibentur eis conuiuia, ne pinguis venter grossam mentem generet 44. dist. c. vl. & §. seq 34. dist presbyteri.

Quod nec episcopus, nec clericus absque necessitate debet in ecclesia facere conuiuia. 42. distin. non oportet. & in c. seq.

De hac materia vide vbi agitur de Cibo.

CORRECTIO. Quod correctio debet fieri quantum pro vniuscuiusque gradu atque salua pace ecclesiæ fieri potest. 23. q 4. ecce quisquis quidam cum quisque sicut ipsa pietas, quid faciet. circa medium.

Quod correctio debet fieri animo medendi, non sæuiendi 86. distin. odio. 23 q. 4. ita plane. circa med.

Quod cum correctio districtius agitur, ex charitate agenda est, nõ ex furore. 12. q. 2. fraternitas.

Quod correctio debet ex charitate prouenire, & secundum diuersitatem culparum extendere. 24. q. 3. corripiantur.

Quod correctio debet esse mista cũ benignitate, & asperitate. 45. dist. disciplina. & c. sunt namque.

Quod qui iuste iudicat, stateram in manu gestans in vtroque pẽso iustitiam & misericordiam portat. 45. dist. omnis.

Quod non frustra hæc duo iunguntur, homo peccator: quia peccator est, corripe, quia homo est, misere re. 23. q. 4. duo.

Quod correctio quandoque plus debet habere mansuetudinis, quã rigoris 45. dist. qui syncera & c. licet.

Quã asperitas nimiæ increpationis, nec correctionem recipit, nec salutem. 45. dist. cum beatus. & cap. disciplina.

Quod castigatus leuiter reuerentiã exhibet castiganti. distin. 45. cum beatus.

Quod correctio qñque plus debet habere de asperitate, quàm de benignitate. 12. q. 2. fraternitas 24. q. 3. ecce, & c. seq & c. illud.

Quod ferro necesse est, ut abscindantur vulnera, quæ fomentorum nõ sentiunt medicinam. 82. dist. quia aliquanti.

Quod melius est cum sęueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. 5. quæst. 5. non omnis. & cap. nõ osculantur.

Quod non est charitas, sed languor vbi mali mores non corriguntur. 23. q. 5, non putes. & c. seq.

Quod nõ corripere malos, sed fouere, est eos occidere. 23. q. 5. qui vitiis. 45. dist. sed illud.

Quod falsa & periculosa misericordia indulgetur vbi propter asperitatem, vel blandimenta linguę de linquentium correctio postponitur. 50. dist. si quis diaconus.

Quod licet Dei sit principaliter corrigere, tamen prælatus suam correctionem non debet negligere. 23. q 4 sicut non est.

Quod facientis culpam habet q cũ possit corrigere, negligit emẽdare facientis culpam. 83. dist. error.

Quod licet sciamus neminem ultra terminum a Deo præfixum esse victurum, tamen omnibus languentibus non incongrue medemur: sic quamuis nemo saluetur nisi prædestinatus, omni tñ delinquenti adhibenda est correctio. 23. q. 4. Nabuchodonosor. §. item qui.

Quod episcopus, qui crimina non corrigit, non episcopus, sed canis dicitur impudicus. 73. dist. nemo.

Quod primo seipsum corrigat, qui alios nititur corrigere. 25. dist. primum. 41. dist. in sacerdotibus. 81. dist. nemo.

Quod prælatus si culpas subditorũ impune dimittit, grauiter offendit. 11. q. 3. his qui. 23. q. 5. qui vitiis, & alia capitula, quæ sequuntur vsque in fine quæstionis.

Quod synodi prælatorum ad hoc debent esse, vt deprauata quę emerserunt corrigantur. 18 dist. peruenit. & cap. seq. 16. q. 2. vitis, in fin.

Quod prælatus quando in correctione excedit, non tenetur a subditis veniam postulare. 86. dist. quando necessitas.

Quod a subditis senior non est increpandus, cũ culpa sua non trahit ad interitum corda iuniorum. 2. q. 7. Paulus dicit.

Quod laudabile est in subditis correctionem prælati nulla dissimulatione postponere. 2. quæst. 7. sicut inquit.

Quod contemptores mandatorum superiorum sic puniendi sunt, ut alii talia committere timeant. 23. q. 3. iustum.

Quod prælati à subditis, docti ab indoctis de publicis excessibus corrigi possunt 2. q. 7. secuti sunt uiã Balaam. & capit. episcopi. §. item Ioannes.

Quod priuatum crimen publice nõ est arguendum: sed vbi cõtingit crimen, ibi moriatur. 2. q. 1. si peccauerit in fi. 6. q 7. si tantum.

Quod publicã correctionem debet præcedere admonitio. 2. q. 7. accusatio. 1. in fine.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Percussione.

CORONA. Quod coronam in capite clerici habent ab institutione Romanæ ecclesiæ. 12. q. 1. duo.

Quod a subditis senior non est increpandus, cũ culpa sua non trahit ad interitum corda iuniorum. 2. q. 7. Paulus dicit.

Quod laudabile est in subditis correctionem prælati nulla dissimulatione postponere. 2. quæst. 7. sicut inquit.

Quod ratio coronæ in capite signat temporalium depositionem ibid.

CORPORALIA. Quod corporalia altaris non debent esse de serico, sed de puro panno lineo ab episcopo consecrato. de consecrat. dist. consulto omnium.

Quod non debeant lauari per fœminas nec tangi. 23. dist. sacratis.

CORPORA. Quod corpora sanctorum nullus de loco ad locum sine licentia episcoporũ trãsferre præsumat. de consecr. dist. 1. corpora.

Quod corpora modernorum hominum sint debiliora antiquorum, & ideo ipsis est compatiendum. 34. dist. fraternitatis.

CREATVRA. Quod creatura quælibet in se bona est, & dicitur esse uera, de pœn. dist. 2 ante fi.

Quod creatura quæ mutatur, nõ uera, sed vacua esse probatur de pœ. dist. 2 ante fin.

Quod per creaturas iurare, est blasphemare. 2. q. 1. si quis p capillũ.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento

CREDERE. Quod credere in Deum est amando in eum tendere. de pœn. dist. 2 charitas est.

Quod qui diuinationibus & incantationibus credit, fidem Christi perdit. 26. q. 5. episcopi. ante med. & duobus c. seq.

Quod qui credit se cum Diana, uel aliis mulieribus in noctis silentio super bestias, uel aliter multa terrarum spatia transire, fidem Chri-

sti euacuat. 26. q. 5. episcopi. ante medium.

Quod in testimonio quandoque credendum est paucioribus, numero, 4 q. 3. per totum.

Quod innocens semper bene credit, & bene iudicat de alijs. xxij. q. 4. innocens.

Quod mala de alijs non cito neque de facili debemus credere. 86. dist. si quid.

Quod malum de proximo nullus debet credere antequam probetur. 2. q. 1. Deus. 30. q. 5. iudicantem. 11. q. 3. in cunctis. & c. quamuis.

CREDITOR. quod creditor non est dicendus vsurarius. x. q. 2. casellas. §. hoc ius.

CRIMEN. Quod crimen est graue peccatum accusatione & damnatione dignissimum. 81. distinct. 10. apostolus.

Quod crimen vocatur criminale peccãtum, vel criminalis infamia. 25 dist. vnum orarium.

Quod crimen quandoque ponitur pro omni delicto siue mortali, siue veniali, 25. dist. unum orarium, § nomine autem.

Quod manifesta crimina accusatione non indigent. 2. q 1. quę Lotharius. § in manifestis. &c. seq.

Quod magis nocet qui crimẽ celat, quam qui illud amicabiliter ad corrigendum indicat, 5. q. 5. non vos. & quattuor c. seq.

Quod fraudolentus reputatur qui causa diffamationis, uel uindictæ occultum crimen reuelat. 5. q. 5. qui ambulat. 6. q. 1. summa.

Quod grauiter peccat, qui crimen quod solus nouit, publicat. 2 q. 1. si peccauerit.

Quod meritorium est ibi crimen publicare, vbi possit prodesse. 22. q. 6. hoc videtur. in fi.

Quod nullum crimen maculat nescientem. 23. q. 4. nimium sunt.

Quod crimen paternum nullam maculam potest infligere successoris nisi committat, vel consentiat. 1. q. 4. crimen.

Quod nemini præterquam de crimine læsę maiestatis de se concesso contra alium creditur. 15. quæst. 3. nemini.

Quod graui punitur pœna crimen læsæ maiestatis. 6. quęst. 1. quæro. §. si quis.

Quod crimen læsæ maiestatis & vitium simoniæ pari pœna puniuntur. 15 q. 3. sane.

CHRISMA. Quod chrisma in cœna domini quolibet anno est conficiendum: & vetus intra ecclesiam est exurendum. de consecrat. dist. 3. litteris.

Quod solius episcopi est chrisma cõficere. 95. distinct illud. 26. q. 6. si iubet.

Quod archiepiscopi ab epis suis, & alij clerici ab archisp̃byteris chrisma debent petere. 95. dist. presbyteri. de consec. dist. 4. presbyteri.

Quod clericus vendẽs chrismã simoniam committit. 1. q. 3. si quis præbẽdas 1. q 1. dictũ est in quibusdã.

Quod presbyteri chrisma accepturi nil debent dare episcopis. 1. q. 1. statuimus.

Quod omnis presbyter ad baptizandum vadens, cum chrismate debet progredi. de consec. dist 4. nullus ministrorum.

Quod signare in fronte cum chrismate, est tantum episcoporum de consecr. dist. 4. presbyteri. 95. distin. presbyteros.

Quod cum vertice chrismate non licet inungere nisi in necessitate. de consec. dist. 4 si quis de alio.

Quod qui in necessitate a presbytero non fuit in baptismo chrismatus in vtrice, debet per presbyterum suppleri. de consec. distin 4 nullus ministrorum.

CRVDELITAS. Quod crudelitas non est crimina punire, sed pietas. 23. q 8. legi. & c. seq.

Quod falsa mansuetudo est crudelitas, quando scilicet delinquens nõ corripitur. 23. q 4 ipsa pietas.

Quod iudex nõ est crudelis qui crudeles iugulat, licet patientib. crudelis esse videatur. 23. q. 5. non est crudelis.

Quod proximi vulnus crudeliter sanetur, & vt sanetur, misericorditer indicatur. 5. q. 5. non vos.

Quod crudelis est, qui famam suam negligit. 12. q. 1 nolo.

Quod vlciscendi crudelitas iure culpatur. 23. q. 1. quid culpatur.

Quod libidinosa crudelitas est venena sterelitatis procurare. 32. q 2. aliquando.

Quod crudelitatem omnium prędonum superat qui res ecclesiæ quæ pauperum sunt defraudat. 12. q. 2. gloria. circa med.

Quod qui pauperem fœnore trucidat, & qui diuiti aliqua rapit, ęquales sunt in crudelitate. 14 q. 4. quid dicam.

CRVX. Quod crux a cruciatu dicitur, & magnum cruciatum sustinet qui uim patitur. 3. q 1. nulli. in fine.

Quod qui diuitias mundi lutũ reputat, crucem Christi portat. 12. q. 2. gloria. circa med 12. q. 1. clericus.

Quod sacerdotalis gradus, & alia sacramenta crucis figura perficiuntur. de consec. dist. 5. numquid.

Quod salubre est fideles crucis signaculo insigniri. 11. di ecclesiasticũ.

Quod ideo cruce signantur baptizandi & alij, ut diabolus per interemptionis suæ signum vas suũ pristinum sciat deinceps sibi esse alienum de consec. distin. 4. postea signatur.

Quod ignominia est Christum crucifixum pauperem fartis prædicare corporibus. 35. dist. ecclesiæ.

Quod dominum crucifigunt qui eũ in sacerdotibus suis persequuntur. 3. q 1. nulli.

Quod festum inuentionis crucis est celebrandum quinto nonas Malj. de consec. dist. 3. crucis.

CVPIDITAS. Quod cupiditas est mater vsurarum. 47. dist. virum.

Quod cupidi ordinari prohibentur, qa tales de facili a vero deuiant. 47. dist. virum. 8. q. 2. dilectissimi.

Quod bonorum auctoritati inhærere non valet qui cupiditatem animæ, quæ radix est omnium malorum, non abscindit. 47. dist. bonorum. & c. seq.

Quod gratius intuetur cupidus aurum quam solem 47. dist. sicut.

Quod quantumcunque aurum auro cumuletur, sati etas numquam aderit cupiditati. 47. dist. sicut.

Quod nemo cupiditati damnãdi inflammatus desiderat habere consortem. 23 q. 7. quod autem.

Quod cupidi breuem in præsenti possident fructum, & post ęternum incurrunt supplicium. 1. q. 1. cum ordinaretur. & c. cito.

CVRATOR. Quod curator propter infirmitatem datur. 3. q. 7. infames.

CVRIALIS. Quod curialis dicitur qui nexibus curiæ ligatus principibus adulatur. 37. dist. nonne. & 51. dist qui in aliquo.

Quod curiales non sunt ad ordines admittendi, nec etiam ad religionem, nisi cum magna discussione. 53. dist. legem.

Quod curialis non debet in episcopum ordinari. 50. dist. non confidant. 51. dist. qui in aliquo.

Quod curialis qui in ciuilibus causis, vel pecuniarijs officium impendit, potest in episcopum postulari. 16. distin. Osius. & §. sed aliud est.

CVRIOSITAS. Quod curiositas est postpositis diuino, & sanctorum eloquijs scriptis Philosophorum, & poetarum ratione vanitatis, vel delectationis intendere. 37. distin. sacerdotes. & c. seq

Quod curiositas dicitur cum diuina scriptura non secundum sanctorum expositionem, sed secundum sæcularem sapientiam, & sensus sui vanitatem exponitur. xxxvii. dist. vino.

Quod curiosi dicuntur clerici, qui filios suos ecclesiasticis sumptibus potius sæcularibus scientijs quam salubribus eruditunt 37. distin. legant.

CVSTODIRE. Quod custodire tenetur Romana sedes statuta conciliorum quę sua auctoritate confirmauit 25. q. 1. c. 1.

Quod si iurisdictio episcopi a superiore non seruatur, ordo ecclesiasticus, quem superior custodire tenet, cõfunditur. 11. q. 1. peruenitur.

Quod prælati bona ecclesiæ non debent dare potentibus, sed diligenter custodire 23. q. 7. conuenior.

Quod nemo per exteriorem violentiam corrumpitur, si interior innocentia custodiatur. 11. q. 3. custodi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DALMATICA. Quod dalmatica nec episcopis, nec archidiaconis antiquitus sine concessione Papę licebat vti 23. distinct. communis.

Quod licet mō omnes diaconi vtantur dalmaticis ex consuetudine, nō tamen debent ipsis vti nisi in solennitate. 76. dist. de ieiunio.

DAMASVS. Quod Damasus Papa primus accusatus de adulterio cū 42. episcopis se purgauit. 2. q. 7. nos si incompetenter in fine.

DAMNVM. Quod damnum morum multum distat a damno temporalium. 6. quæst. 1. sunt plurimi. in fine.

Quod deteriores sunt qui vitam moresque bonorum detrahendo corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. 6. q. 1. ex merito.

Quod nulli in alterius damnum est subueniendum. 14. q. 5. denique. 22. q. 2. primum.

Quod dominus per damnum temporale nos cogit ad bonum. 23. q. 6. quod erraueram.

Quod pijssimi rectores reputantur qui in graui scelere constitutos damnorum admonitionibus ad bonum redire cogunt. 23. quæst. 5. si vos.

Quod qui confugientibus ad ecclesiam, vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt, sunt excommunicati. 17. q. 4 diffiniuit.

Quod inferens damnum non est absoluendus nisi damno secundum arbitrium læsi restituto. 23 q. vlti. pessimam. 14 q. 6. si res.

DATVM. Quod datum aliquod ex pietate præcipue ecclesiæ, non potest reuocari. 12. q. 2. sacrorum. 14. q. 6. comperimus. 16. q 2. visis. & q. 6. illud. 18. q. 3. sunt qui.

Quod dare ecclesię propter defectū hęredis, laudabiliter danti redduntur habito hærede. 17. quæst. vlt. cap. vlt.

quod qui tes ecclesiis vel monasteriis in testamento datas detinent, pauperum sunt necatores 13. q. 2. clerici

Quod non sufficit oratio & lectio nisi adsit & eleemosynæ datio. 86. dist. fratrem. & duodecim cap. seq.

Quod habenti dari nil aliud est quā perdere. 1. q. 2. pastor.

Quod episcopus de bonis ecclesiæ religiosis potest dare. 12. q. 2. si episcopus. &c. seq.

Quod qui honorem non habet, honorem dare non potest. 1. q. 1. qui perfectionem. & c. seq.

DAVID. Quod Dauid qui ex compassione omnes refugas recipiebat, ponitur in exemplum quod patientibus est compatiendum. 7. q. 1 omnis.

Quod ex eo quod doluit mali regis chlamydem se pręcidisse, ponitur in exemplum quod subditus quā tumcumque sanctus in malum prelatum quamdiu sustinetur non debet insurgere. 2. quęst. 7. plerumque. § item. de pœnit. distinct. 2. § opponitur.

Quod Dauid plenus fuit charitate, per multos effectus insinuatur. de pœnit. distin. 2. § opponitur post medium.

Quod inter duo mala minus eligēs potius voluit iuramentum frangere, quam sanguinem humanum fundere. 22. quæstio. 4. quod Dauid. &c. seq.

Quod in eo quod Saul deprauatum honorauit propter vnctionem, innuitur quod sacramenta in deprauato non annihilatur. j q. i. sacramenta.

Quod Dauid prohibitus fuit templum ædificare propter sanguinem quem effuderat. de consec. dist. 1. § 1. in princ.

Quod in hoc quod propter adulterium & homicidium per parabolam diuitis sententiā contra seipsum dedit, innuitur quod malus prælatus per sententiam quā profert in subditum seipsum condemnat. 3. q. 7. sacerdos.

Quod per pœnitentiam de adulterij, & homicidij peccato consecutus est veniam. de pœnit. distin. 3. § Dauid.

Quod in eo quod post peccatum spiritum sanctum rehabuit, in honore permansit. innuitur ꝙ lapsi per pœnitentiam in pristinum statum reparantur. 50. distin. si post. §. econtra. & c. ponderet.

Quod occiso Vria propter adulteriū Bethsabeæ ipsam duxit in vxorem, modo non trahitur in cōsequentiam 31 q. j. ca. si qua fuerit vidua. § sed obiicitur.

Quod dominus ei qui tot bellis interfuit, tam magnum præbuit testimonium, innuitur quod & plerique bella exercentes Deo placere possunt. xxiij. q. 1 noli.

DECANVS. Quod decanus non debet fieri nisi primum fuerit presbyter ordinatus 60. dist. c. 1. & duobus c. seq.

Quod diaconus in decanum electus nisi statim presbyter efficiatur, honore susceptо priuetur 60. dist. innouamus.

Quod nemo in decanum debet eligi nisi qui ætate, & moribus est maturus 60. dist. innouamus.

DECIMÆ. Quod decimæ sunt vota fidelium, prętia peccatorum, patrimonia pauperum. 16. quæstio. 1. quia.

Quod decimę sunt tributa egentiū animarum xvi. q. 1 decimę.

Quod decimę iubentur dari lege naturali, sicut patet de Abraham & Iacob. xvii q. 7 decimas Deo.

Item iubentur dari lege Mosaica 16. q. prima decimas a populo.

Item iubentur dari scriptura prophetica. xvi. q. prima reuertimini. & q. 7. cap primo.

Item iubentur dari lege canonica. xvi. q. 7. c. 1. & c. quicumque.

Quod decimę sunt dandę de grano & de uino, de fructibus arborum, de pecoribus, de horto, de negotiatione, & venatione. xvi. q. 7. qui cumque. & c. seq

Quod a laicis fideliter sunt dandę, & ab episcopis ministris ecclesiarum discrete distribuendæ. 32. distin præter hoc. 16. q. 7. nullus.

Quod fideliter decimas dare, est nec plus, nec minus offerre. 16. q. 7. qui cumque.

Quod dandæ sunt illi ecclesiæ ubi baptisma, & alia sacramenta percipiuntur. 16. q 1 quicumque. c. de decimis. & c. in sacris 13. q. 1. ecclesias. § de decimis.

Quod aliis ecclesiis non sunt dandæ præter consensum episcopi. xvi. q. 1. statuimus. & c. seq.

Quod propter nouas ecclesias prioti ecclesię non sunt subtrahendæ. 16. q. 1. si quis laicus. & c. de decimis. § si ergo.

Quod decimę concedi possunt monasteriis & hospitalibus. 16. q. 1. quoniam.

Quodmonachis de territoriis, quæ propriis manib excolunt, concessæ sunt decimæ 16. q. 1. cunctis. §. de his. & c. quęsti.

Quod per donationem prædiorum monachis factam non priuantur ecclesiæ decimis suis. 16. q. 1. cunctis. §. de his. in fi.

Quod non fructus, sed ius decimę vendere, vel emere simoniacum est 1. q. 1. presbyter.

Quod decimæ a licis [quia pauperum sunt] possideri non possunt. 16. q. 1. c. vlt. & q. 7. c. 1.

Quod nō sunt a laicis aliquo mune re redimēde. 16. q. 7. decimas quas.

Quod propter malitiam sacerdotis decimæ [quia ecclesiæ sunt] non sunt retinendæ. 16. quęstio. 6. si episcopum

Quod non dantes decimas post admonitionem sunt excommunicandi 16. q. 7. omnes decimæ.

Quod qui decimas non tribuit sacrilegium committit, & ęternæ damnationis periculum incurrit. 16. q. 7. c. 1.

Quod frequenter in rebus temporalibus damna patiuntur, qui decimas dare negligunt. 16. q. 1. reuertimini.

Quod quot pauperes mortui fame fuerint, tot detentor decimarum reus est homicidiorum. 16. quæst. 1. decimæ.

Quod qui decimas diligenter dat, non solum sanitatem corporis, sed etiam cum temporali fructu cęlestia promeret 16. q. 1. decimæ.

Quod quadragesima diligenter in ieiunio obseruata soluunt Deo de cimæ pro tempore totius anni. de consec. dist. 5. quadragesima.

DECRETALES. Quod decretales summorum Pontificum sunt eiusdem auctoritatis sicut decreta, quæ sunt in corpore canonum. 19. dist. per totum.

Quod decretalis epistola alia est specialis, videlicet quæ dirigitur ad vnam prouinciam. 15. q. 3. § quod scripsi.

Item quę dirigitur ad vnam ecclesiam 16. q. 1. hinc est etiam.

Item quæ dirigitur ad vnam personam 7. q. 1. pettisti. & hæc non trahitur ad consequentiam, sicut habes in prædictis cap.

Alia est generalis, quæ omnibus dirigitur 25. q 1. omnia. & c. seq & hęc quia diffinit, trahitur ad consequentiam. 15. q 1. hac consona.

Si imperat uel prohibet, necessitatē infert 14. q. 1. quisquis.

Si indulgetur non trahitur ad consequentiam. 14. q 5. dixit.

Si permittit vel consuluit, liberā habet obseruātiam. 14. q. 1. quisquis.

DEDICATIO Quod dedicatio ecclesiæ debet fieri ab episcopo sine aliqua pactione. 1. q. 1. statuimus.

Quod episcopi dedicaturi ecclesias oblata ex deuotione possunt accipere, sed nihil debent exigere. 1. q. 2. placuit.

Quod prius est ecclesia dotanda quā dedicanda. ibid.

Quod loca semel dedicata non possunt fieri habitacula sæcularia. 19. q 3. quæ semel.

Quod singulis annis celebranda est solennitas dedicationis, de consecrat. dist. 1. solennitates.

De hac materia require de consecratione Ecclesiæ.

DEFENSIO. Quod defensio potest peti a principe contra hostes ecclesiæ. 23 q 3. Maximianus. & q. 4. per totum.

Quod ecclesia pro malefactoribus debet intercedere, non eos defendere, 14 q. 6 hi qui. 12. q. 5 si quis cuiuslibet. & c. seq.

Quod lex virtutis est patriam & socios defendere ab iniuria, 23. q 3. non inferenda. &c. fortitudo.

Quod execrabile est non tueri quos Iuscipit defendendos, 87 dist. irreligiosum.

Quod qui potest & non repellit a socio iniuriam, tam est in uitio quā ille qui facit, 23. q. 3. non inferenda & c. seq.

Quod qui peccātem defendit, acrius arcendus est quam qui peccauit, 11. q. 3. qui consentit.

Quod qui definit obuiare cū potest, consentit, 23. q 3. ostendit.

Quod perfectus iniuriā propriā & suorum non debet defendere, sed diuino examini reseruare. 23. q. 1. § 1. & c. seq.

Quod defensio cuique conceditur in necessitate, 23. q. 3. per totum, & q. 5. de occidēdis. usq; ad fin. quæst.

Quod qui non defendit ueritatē, proditor est ueritatis, 13. q. 3. nolite.

Quod quilibet semper tenetur ad fidei defensionem, 23. q. 8. quicumq; § his ita.

Quod qui pro fide vel fidelium defensione moritur, cœlestē præmiū consequitur, 23. q. 8. omni.

DEGRADATIO. Quod degradatio & deponere de ordine, pro eodem accipiuntur, 21. dist. sacerdos, & c. seq.

De hac materia inuenies vbi agitur de Depositione.

DELEGATIO. Quod delegatio dicitur quando prælati cū præsentes esse non possunt, per alium reputantur præsentes 94. dist. valde.

Quod delegatus sicut ille cuius tenet locū, est honorandus 93. d. præcipimus, 97. dist. nobilissimus.

Quod debet litteras cōmissionis illis ad quos delegatus est, demonstrare 97. dist. nobilissimus.

Quod iudex delegatus debet dari ad arbitrium illius, qui impetitur auctoritate superioris, 11. quæstio. 1. iudices.

DELIBERATIO. Quod deliberatio omnib. est necessaria, quæ indiscussos hominum calores pōt refrænare 2. q. 6. anteriorum.

Quod laudabilis est cautela deliberationis, cum qua totum ratio regit, & furor sibi nihil vēdicat, 11 q. 3. illa præpositorum, & c. seq.

Quod non sunt pręcipitanda consilia & opera, tempore enim indigemus ad deliberādum, ut maturius agamus 50 distin. ponderet. circa principium.

Quod maxime ecclesiæ negotia cum deliberatione sunt expienda, 45. dist licet 1.

Quod iudices diffinitiuam sententiā cum magna deliberatione debēt proferre, 11. quæst. 3. cum apud, & c. seq.

Quod intra decem dierum spatium appellatione facta vtrum quiescēdum sit ab ea, est deliberandum. 2. q. 6 anteriorum.

Quod q ex deliberatione ad meliora non proficiunt, etiam ab eis bonis quæ videntur habere cadunt, 17. q. 1. qui bona.

Quod intantum quidam morum deliberationis extendunt, quod bonum quod consequi intendebāt, perdunt, 17 q. 1 qui bona

Quod pro conuitio non est habendū quod sine deliberatione est illatū 2. q 3. si quis iratus.

DELICIÆ. Quod deliciæ absque desiderio perceptæ non officiunt, 41. dist. delicię.

Quod deliciæ ciborum computrescere faciunt corpus humanum, de consec. dist. 5. nihil. & c. seq.

Quod diuites dolere debent si propter consuetudinē non aliter quā delicate possunt viuere 41. dist. nō cogantur.

Quod in rebus prætereuntibus non vsus, sed libido culpatur 41. diist. quisquis.

Quod aliquando sine uoracitatis uitio pretiosissimo sapiens utitur cibo, & insipiens vilissimum cum gulæ flamma exardescit cibum, 41. dist. quisquis.

Quod ignominiosum est prælatis & prædicatoribus deliciis affluere qui Christum pauperem debent prędicare. 35 dist ecclesiæ.

Quod episcopalis auctoritas plus debet vigere in deliciis meritorum quā mensarum 41. dist. episcopus.

Quod detestabile est in tugurio rusticano natum & milio nutritū in religione similam & mella fastidire, 12. q. 2. gloria episcopi.

DEMENTIA. Quod dementia si est perseuerans excusat a culpa in ipsa commissa, 5. q. 1. aliquos, 32. q. 7. quemadmodum.

Quod si euenit ex ꝓpria culpa: postquam ad sanam mentem redierit, imponenda est ei pro commissa, licet minor quam aliis pœnitentia. 15. q. 1. si quis insaniens.

Quod non debet promoueri ad ordines maxime in sacerdotum, qui aliquando insaniuit 33 dist. cōmuniter, & duob. c. seq. 15. q. 1. c. vlti. § sicut.

Quod si sacerdos ex propria culpa demens effectus hominem occiderit, & postea ad sanitatem redierit celebrare non potest. 15. q. vlt. si qs insaniens, in fi. & c. seq.

Quod dementes vel furiosi cōtinue, nec matrimonio, nec religioni possunt obligari. 32. quæst. 7. neque furiosus.

Quod qui sani contrahunt, postea dementes effecti non separantur. 32. q. 7. hi qui.

DÆMON. Quod dæmones acumine sensus, & celeritate mentis omnia quęcumque animalia excedunt 26 q. 4. sciendum.

Quod propter longum tempus uitæ, eorū maior est experientia quam hominum. 26 q. 4 sciendum.

Quod ex tribus præmissis multo ante cogitata prænunciantes ab hominibus propter terreni sensus tarditatem videntur futura prædicere. 26. quæst. 4 sciendum, per totum cap.

Quod dæmones futura, de quibus nullum vestigium haberi potest, cognoscere non possunt. 26. q. 4. sciendum. post medium.

Quod mali modo fiunt quæ per ipsos fiunt cum non sint, hominibus videntur signa & miracula. 26 q 5 nec mirum, a medio vsque in finem c.

Quod in arte magica et in omni alia diuinatione per dæmonum fallaciam deluditur curiositas humana, dū appetit scire quod non conuenit inuestigare, 26 q. 5 nec mirū. ante medium.

Quod necromātia, & auguria, & omnis ars magorum, & diuinationes

arte

Universidad de Deusto
Biblioteca

arte dæmonum est inuenta, ut faciant eos suæ damnationis partici pes. 26. q. 2. qui sine.

Quod an illusionibus dæmonū quædam mulieres sceleratæ credāt se in corpore multa terrarum spatia transire, vel hoc solum spiritus in fidelis patiatur. 26. q. 5. episcopi.

Quod dæmones, vt frequentes sunt ministri & vltores iræ Dei. 23. q. 5. non solum.

Quod qui per dæmonem aliquando vexatur, non debet ad sacros ordines promoueri. 33. dist. maritum, & tribus, c. seq.

Quod dæmones per signa exteriora citissime cogitationes hominum cognoscunt, 26. q. 4. sciendum in fi. & c. quodam loco.

Quod dæmon cum mētem alicuius per infidelitatem subiicit, illi siue dormienti, siue vigilanti in diuersis speciebus se ostendit: & per illas animam hominis deludit, 26. q. 5. episcopi post medium.

Quod dæmones hominibus illudere non possunt nisi Deo permittēte, 26. q. 5. nec mirum. circa mediū

De hac materia require ubi agitur de Diabolo, & ubi agitur de Diuinatione.

DEPOSITIO. Quod deponuntur uel degradātur prælati vel clerici domicila fœminarum etiam post admonitionem frequentantes, 81. dist. clericus, & c. archidiaconum.

Item aleis & inhonestis ludis, & ebrietatibus sine cessatione deseruientes 35. dist. episcopus. 34. dist. quorumdam in fi.

Item tabernas, & alia inhonesta tenentes & mercimonia exercentes, 44. dist. nulli, 14. q. 4. c. 1. & 3.

Item vsuras exercentes, 48. dist. c. 1. & seq. 14. q. 4. si quis oblatus.

Item cum moniali vel incarcerata vel filia spirituali fornicantes, 27. q. 1. si quis episcopus, & ca. si quis rapuerit 30. q. 1. omnes, & duobus c. seq.

Item publica incontinentia laborantes, 50. dist. qui semel. 81. dist. Maximianus, & cap. si quis clericus, & duob. c. seq. & c. si quis clericus, & tribus c. seq. & 83. dist. proposuisti. 15. q. 8. hi qui altario.

Item qui fine examinatione promouetur, xxiiij. dist. si quis presbyter, 81. dist. si qui sine.

Item qui ante promotionem criminosi fuerunt, xxiiij. dist. si quis presbyter. 81. dist. tantis, & c. seq. 15. q. 8. si quis.

Item qui scienter criminosos ordinauerit, 81. dist. tantis, & 41. dist. aliquantos. in fi.

Item qui ad pinguiores ecclesias sine licentia superiorum transeunt. 7. q. 1 si quis presbyter, & c. si quis episcopus, & c. seq.

Item qui in ecclesiam os ponentes contra suos superiores contumaciter insurgunt, xxj. dist. intantum. 11. q. 1. si quis sacerdotum, & c. cū iurationum, & c. seq.

Item deponitur qui peieraverit, aut in homicidio, aut in alio magno crimine inuentus fuerit, 81. dist. in. presbyter, & c. seq.

Item qui publice crimen in apostolicæ totius ecclesiæ scandalum fouerit. 11. q. 1. ex merito, 11. q. Teugaldum.

Item qui alium in ecclesia per pecuniam vel alio modo supplantauerit, 7. q. 1. præsentium, & c. factus, & c. seq.

Item qui in aliena diœcesi uel ecclesia officia exercere vsurpauerit, 9. q. ij. nullum.

Item qui dilapidator rerum ecclesiasticarum fuerit, 10. q. ij. si quis episcopus. 12. q. 2. diaconi, & c abbatibus, 17. q. 4. quicumque episcoporum.

Item qui ecclesiam per manum laicam intrauerit, 16 q. 7. si quis deinceps.

Quod episcopus solus potest deponere de beneficio, de ordine uero quē solus dedit, solus non potest deponere, 15. q. 7. c. 1. & vlt.

Quod deponendorum ab ordine cautela si diaconus est, a tribus episcopis, si presbyter, a sex, si episcopus, a duodecim est discutienda, 15. q. 7. si quis.

Quod episcopus deposito ab ordine vt non viuat seculariter, locū ubi agat pœnitentiam debet assignare. 81. dist. sacerdos 50. dist. accedens. circa fin.

Quod depositus ex culpa ab ordine, si humiliter decennalem pœnitentiam expleuerit, potest restitui, 32. dist presbyter.

Quod siue iuste siue iniuste depositus in restitutione sua debet recipere ea successiue, quæ cum ordinaretur præceperat, 11. q 3. episcopus.

Quod nullus propter infirmitatem corporis deponitur, sed datur coadiutor sibi, 7. q. 1. cap. 1. & tribus c. seq.

Quod deponuntur reges nō solum ex crimine, sed propter insufficientiam, 15 q. 6. alius.

DERISIO. Quod derisio prælatorū a subditis facta damnatur. 2. q. 7. sententia 15. q 5. ca. 1. in fin. de pœn. dist. 2 §. opponitur. vbi agitur de Dauid, quem Michol derisit, pp quod sterilis facta est.

Quod humilis habitus pie uiuentiū deridetur a peruersis, 21. quæst. 4. omnis.

DESPERATIO. Quod desperatio de Dei pietate est horrenda impietas. 26. q 6. agnouimus.

Quod nemo est desperandus, quādiu est in hoc corpore constitutus. 24. q. 3. corripiantur 32. q ii. ancillam. de pœn. dist 7. nemo.

Quod plerumque cum peccator propter culpam contemnitur, in desperationem labitur. 45. dist. recedite.

Quod pœnitentia a confessore est tēperanda, ne peccator pp desperationem cogatur facere deteriora, 26. q. 7. de his, & c. alligant.

DETRACTIO. Quod detractor dicitur non solum ille qui aliis detrahit, sed etiam qui detrahentes audit, 6 q. 1. ex merito, 11. q. 3. non solum.

Quod bonum est a detratione linguam custodire, quia tales cuncta quæ de aliis loquuntur, sua sē tentia iudicabuntur 6. q. 1. ex merito.

Quod deteriores sunt qui detrahendo aliorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum surripiunt, 6. q. 1. deteriores.

Quod summa iniquitas est detrahere, quia omnis qui detrahit fratri suo, homicida est, 6. q. 1. summa de pœn. dist. 3. homicidiorum.

Quod nemo putet minus periculū esse alicui detrahendo mētiri, quā sanguinem fundi, 11. q. 3. nemo peritorum.

Quod sacerdotibus, qui populo benedicunt, non est detrahendum, 6. q. 1. sacerdotes.

Quod permittit quandoque Deus de bonis detractionem fieri, ut si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore uituperantium suffocetur, 6. q 1. ones § ipsa, & c. sūt plurimi.

Quod detractores nihil aliud faciūt, nisi in puluerum sufflant, & in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis uideant, 11. q. 3. inter.

Quod nihil prodest ieinare, uel orare, uel alia bona facere. nisi mens prius a detractione reuocetur, de consecr. dist. 5. nihil enim prodest.

Quod qui facilis est ad detrahendū, nō admittitur ad accusandum nel ad testificandum. 3. q 4. detractores, & q. 5. nullus.

Quod detractor nisi se correxerit, a vindicibus flammis exuretur, ii. q. 7. accusatio.

DEVS. Quod Deus unus est, licet tres sint personæ in deitate, de consecr. dist. 3. c. ult.

Quod licet tres personæ sint una deitas & una essentia, tamen aliquid est quod soli patri attribuitur, aliquid quod soli filio, aliquid quod soli spiritui sancto, de consecr. dist. 3. c. vlt.

Quod Deus animæ & corporis dicitur creator, & continuus operator 56. dist. nasci.

Quod occulta opera Dei iudicio sūt seruanda. 6. q. 1. si omnia.

Quod quādo scriptura aliquid attribuit Deo quod est hominis uel alterius creaturæ, per similitudinē loquitur, non per proprietatem. 24. q. 1 odi.

Quod

Quod Deus specialius dicitur pater Christianorum, quam aliorum. 11. q 3. ad mensam.

DIABOLVS. Quod diabolus non fuit malus creatus: sed in veritate & charitate. de pœnt. dist 2. citius. §. quod vero. vbi inueniespro & contra.

Quod propter superbiam & præsumptionem. de sui statu excellentia cecidit. de pœnit. d. 2. §. quod vero, fere per totum.

Quod diabolus post casum suum conatur vtitatem ecclesię scinde re, & humanum genus euertere. 16. q. 2. visis.

Quod ardentiores in Dei seruitio, & Deo familiarios magis impugnat 3. q. 1. nulli.

Quod versutus hostis dī: quia mille modos nocēdi habet. 16 q. 2. visis.

Quod ex subtilitate naturæ hoc perpendit de homine, quod ipse homo non perpendit. 26. q. 5. nec mirum. post med.

Quod vt melius decipiat, in angelum lucis se transformat. 26. q 5. nec mirum.

Quod diabolus adeo debilis est, vt nimirem possidere possit nisi se prius peccatorum ære vendiderit. 15 q. 1. non est.

Quod ipse potestatem exercet in malis tamquam in suo pecore. 24. q. 1. miramur.

De hac materia require vbi agitur de Dæmonibus.

DIACONVS. Quod diaconus Græce, Latine minister dicitur. 21. distin. cleros.

Quod apostoli post ascensionem domini diaconos sibi statuerunt in ministros 99. dist. Dominus.

Quod cōmendantur diaconi respectu præfigurationis pacis, & vitę activę & contemplativæ quam debent exercere. 13. distinct. diaconi sunt, quos.

Quod diaconi sunt tamquam oculi episcopi oberrantes, & circumlustrantes. 93. dist. diaconi ecclesiæ.

Quod diaconi debent assistere episcopo prædicanti, ne ab æmulis infestetur, vel verbo Dei detrahatur. 93. dist. diaconi qui.

Quod non debent presente episcopo vel presbytero nisi de eorum mandato sacramēta conferre. 93. dist. peruenit. & c diaconi.

Quod officium diaconorum inuenitur 25. dist. perlectis. ante med. 93. dist diaconi ecclesiæ.

Quod episcopus sine diacono non debet solemniter celebrare, nec caricem nisi prius porrigatur per diaconum debet auferre. 93. dist. diaconi sunt.

Quod absurdum est auditu, diaconū extolli super episcopum & presbyterum. 93. dist. legimus.

Quod diaconus in quacumque dignitate constitutus, excepta legatione, si se præfert, a proprio gradu cadere debet. 93. dist. cap. vlt.

Quod diaconi debent corporalia, & pallas lauare. de consec. dist. 1. nemo per ignorantiam.

DIALECTICA. quod qui dialectica arte diebus & noctibus torquentur, in obscuritate mentis gradiuntur. 37. dist. nonne.

Quod dialecticorum tendicula, sunt quædem phantasmata & vmbræ, quę cito resoluunt. 37. dist. vino.

Quod garrulitas ranarum quib. percussa est Ægyptus, garrulitatem dialecticorū & sophistica argumēta designat. 37. dist. legimus.

Quod nō in dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnum Dei in simplicitate fidei est, non in contentione. 37. distinct. omnem.

DIES. Quod dies festinandi exprimuntur de consec. dist. 3. § 1.

Quod qui dies sunt a iudicijs, & placitis, custodiendi. 15 q 4. placita.

Quod die dominico nil est agendū nisi Deo, vacandum. de consec. distin. 3. ieiunia.

Quod ideo dies dominicus magis est venerandus, quia in ipso mundus sumpsit exordium, & per resurrectionem Christi vita accepit principium 75. dist. quod die.

Quod die dominico consecrantur episcopi. ibi.

Quod episcopus die dominico non debet abesse sua ecclesia. de consec. dist. 3. episcopus.

Quod die dominico, & in festis non debent flecti genua orationis causa de consec. dist. 3. quoniam sunt 30. dist. si quis presbyter.

Quod die dominico missa ab omnibus vsque ad finem est audienda. de consec. dist. 1 missas.

Quod nullus episcopus, vel intra positus, die dominico causas audire præsumat. 15. q 4. per totum. de consec. dist. 3. c. 1.

Quod die dominico nullus super sancta Dei euangelia debet iurare. 22. q 5. decreuit.

Quod die dominico nō est ieiunandum, de consecra. dist. 3. ieiunium. c. seq. 30. dist. si quis presbyter.

Quod die dominico plus solito homines carnis delicijs solent intendere. 4. dist. denique.

Quod Antichristus diem dñicum, & diem sabbati faciet custodiri, vt ex hoc sibi Iudæos & Christianos cautius attrahat. de consec. dist 3. peruenit.

Quod die sabbati abstinendum est a carnibus. de consec. dist. 5. qua dies.

Quod die Iouis non sequamur errores Gentiliū, non est ieiunādum. de consec. dist 3. ieiunium.

DIFFINITIO quod diffinitum rationabiliter non debet aliquatenus violari 25. q. 2. cum die.

Quod diffinitiua sententia quę condemnationem, vel absolutionem non continet, pro nulla habetur. 2. q. 6. ci qui. §. diffinitiua.

DILAPIDATIO. Dilapidatio quando sit bona, & qñ non, require in verbo, Liberalitas.

Quod dilapidatione rerum ecclesiasticarum solum suspectus submouetur, & vsque ad discussionem facti detrahetur. 3. q. 2. si episcopus. §. quod si. & c. seq.

Quod in crimine dilapidationis speciale est, quod sequestratur possessio a possessore, antequam conuictus sit. 3. q. 2. quia.

Quod si episcopus, vel presbyter, qui res ecclesiæ, quæ sunt pro necessitatibus pauperum & pro redemptione captiuorum dilapidauerit, est deponendus 12. q. 2. apostolicos. 17. q. 4. nullius res.

DILECTIO. Quod dilectio Dei est perfecta quando ipsum diligimus ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus. de pœnit. dist. 2. si quis semel. § charitas est.

Quod Deum diligere est illi copulari, animo concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odiū, mundi fastidium. ibidem.

Quod ordinem dilectionis peruertunt, qui aut mundum qui condemnendus est diligūt, aut corpora sua minus diligenda plus diligunt, aut proximos suos non sicut sepisos, aut Deum plusquam seipsos non diligunt. ibid.

Quod dilectio Dei facit peccato facile resistere, bonis operibus abundare, sęculari blandimenta contemnere, & omnia quæ humanę fragilitati sunt difficilia perficere, dist. 2. §. charitas est.

Quod si Deum toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati desiderijs seruiamus. de pœn. dist 2 §. charitas est.

Quod illi Deum pius quam se diligunt, qui pro eius amore salutis suæ non parcunt. de pœn. distin. 2. §. charitas est.

Quod homo proximum sicut seipsum diligit, quando quantum potest laborat vt eum adducat ad Deum colendum. 23 quæst. 4. debet homo.

Quod tūc proximos diligimus sicut nos, quando non propter sperata beneficia, vel propter consangninitatem, sed propter hoc tantum qđ nostrę naturæ sunt participes diligimus. de pœn. dist. 2. §. charitas est.

Quod in hoc proximos tenemur diligere, vt de eorum perditione doleamus, & ad eorum correctionem quotidie laboremus. 23. q. 4. non potest § seq.

Quod non est signum veræ dilectionis ad proximum, quando dimittitur peccatum impunitum. 23. q. 4. quid crudele.

De hac materia require vbi agitur de Amore.

DIOECESIS. Quod diœcesis dicitur ubi episcopus vel episcopa-

tus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus habetur. 16.q.1.cum pro vtilitate. & q.3.licet.

Quod quædam sunt diœceses quæ certis limitibus distinguuntur, quędam vero non. 16.q. 3. licet, §. hoc multipliciter.

Quod extra suam diœcesim nullus debet sacramenta alijs participare. 16.q.3. licet in fi.

Quod duæ diœceses in vnam redigi possunt auctoritate apostolica. 16. q. 1. & temporis, &c. seq.

Quod qñ excreuit fidelium multitudo diœceses diuidi, & episcopi multiplicari auctoritate apostolica possunt. 16.q.1. præcipimus.

Quod quædam diœceses per præscriptionem tolli possunt, quædam vero non. 16.q.3. licet. §. hoc multipliciter.

DISCERE Quod discere debet qui libet antequam doceat 23. dist. his. 16.q.i sic viue.

Quod qui discere aut agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur. 38. distin. nullus.

Quod debet esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didicit. 16. q.1. si clericatus.

Quod discere debemus triplici de causa, aut ne ignoremus, aut negligamus, aut repudiemus. 37. dist. legimus.

Quod tales laudabiliter scientias sæculares addiscunt, qui quod vtile inuenerint, ad vsum sacrę eruditionis conuertunt. 37. dist. turbat.

Quod clerici sacris litteris semper debent insistere, ne tunc quærant discere, cum ex officio alios debēt docere. 36. dist. qui ecclesiasticis. §. ecce.

Quod qui sacram scripturam discere contemnunt, magistri erroris existūt; quia veritatis discipuli nō fuerunt. 24. q.3. quid autem.

Quod discēdum est a minoribus licentiam verecundia. 38. dist. nullus. 24.q.3. si habes.

Quod stultus est qui se in eo quod primum existimat, bona quæ viderit discere contemnit 22. dist. de Constantinopolitana. 84. dist. peruenit. 23.q 3 si habes.

De hac materia require in verbo, Studio.

DISCIPLINA. Quod disciplina vltrix est malæ vitę. 23 q.5. ad fidem. & c. non putes.

Quod mali vt ad bonam disciplinā perueniant, p flagella sunt corrigendi. 23.q.4. disiplicet. circa med. & cap. vlt.

Quod filius non diligitur, qui non disciplinatur 23.q.5. non putes.

Quod qui peccantem coercet aliqua disciplina, eleemosynam facit. 45. dist. & qui.

Quod huic officio hominis inuigilet disciplina, videlicet ępo regēti plebem suam, pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam. 23. q 4. duo.

Quod disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. 45. dist. disciplina.

De hac materia require in Correctione & Asperitate.

DISCIPVLVS. Quod discipulus nō debet esse super magistrum. 6.q.1. sacerdotes.

Quod miserum est eum fieri magistrum, qui nedum didicit esse discipulus. 48. dist. prohibentur 61. dist. miserum. 16.q.1. si clericatus.

Quod 72. discipuli ab Apostolis sunt electi. 21. dist. in nouo. in fi.

DISCORDIA Quod discordia mentium tam inter fratres carnales, quam spirituales inducit frequenter separationem corporis. 56. dist. Ismael.

Quod disciplina perditur desidia, cum prælatus negligit conuitia. 23 q 3 iustum.

Quod diuersitas cultus plurimū est materia discordię. 90. dist perlatū.

Quod qui societatem fraternitatis discordiæ peste commaculat, Deū qui charitas est, tamquam Iudas prodit. 11.q.3. abijt.

Quod ideo litigiosi ordinari prohibentur, quia tales ad concordiam non valent prouocare. 50. dist. c.1.

Quod prælatorum interest discordātes ad concordiam reuocare. 61. distin c.vlt. 90. dist. discordantes.

Quod discordantium munera, vel oblationes nec Deus suscipit, nec a sacerdotibus sunt suscipiendę. 90. dist. oblationes. 1.q.7. in grauib.

De hac materia habes vbi agitur de concordia.

DISCRETIO. Quod discretio est mater virtutum omnium. 1. q. 5. præsentium.

Quod discretio necessaria est prælato in corrigendo. 50. dist. ponderet.

Quod correctio quandoque habere debet plus de asperitate quam de benignitate quandoque debet esse mista cum vtroque 45. dist. disciplina.

De hac materia require de Correctione.

Quod necessaria est prædicatori indocendo. 43 dist. dispensatio. §. pariter. in fi.

Quod debet esse doctor discretus, vt ne tacenda, proferat, aut proferenda reticeat. 43 distinct. sit rector.

Item debet esse discretus, vt secundum capacitātem auditoris moderetur sermo prædicationis. 8. q. 1. oportet.

Quod necessaria est discretio cōfessori in ligando & soluendo. 23.q. 4. si is qui. de pœnit, dist. 1. § quem pœnitet.

Quod necessaria est discretio omnibus in viuendo, vt scilicet virtutes eligamus, & vitia teprobemus. 49. dist. hinc etenim.

DISPENSATIO. Quod dispensatio non potest fieri contra ius naturale nisi forte ad maius malum vitandum. 23. dist §. 1.

Quod necessitas inducit dispensatiōnē, 34. dist. fraternitatis & c. lector.

Quod non debet fieri dispensatio nisi vrgente magna angustia. 55. distin. priscis.

Quod non est pro regula assumendū quod ex dispensatione speciali ter est concessum. 56. dist. Cenomanen. 1 q.7. & si illa. 9.q. 1. ordinationes.

Quod pro necessitate temporum fit quandoque dispensatio contra decreta. 1.q.7. requiritis. & tribus cap. seq. & c. si illa. 32. q.4. recurrat. §. his itaque

Quod multa tolerantur ex dispensatione, quæ canonis rigor condemnat. 24. dist. fraternitatis.

Quod sicut in procellis merces de nauibus iactantur propter maius bonum: sic dispensatio quandoque fit propter maius lucrum. 1.q.1. dispensationes.

Quod secundum diuersitatem excessus dipensatio quanque protrahitur, quandoque acceleratur. 15. q.8. hi qui.

Quod dispensatur quandoque ratione multitudinis 50. dist. vt constitueretur. 9 q. 1. ordinationes in fi.

Quandoque ratione temporis & vtilitatis. 1.q.7. dispensationes.

Quandoque ratione personæ. 1. q. 7. didici. & c. tali.

Quandoque ratione meriti, & prærogatiuæ scientiæ. 1.q.7. tali.

Quandoque ratione religionis 50. dist. si quis diaconus.

Quod quandoque dispensatur ad vnum ordinem, & non ad alios. 34. dist lector. 9. q. 1. ab excommunicatis.

Quod in causali homicidio cum clerico dispensatur, vt in susceptо ordine maneat 50. dist. clerico.

Quod cum directe homicida non dispensatur ad sacerdotium. 50. dist. miror. & duobus c. seq.

Quod cum illo dispensatur, qui flagellando aliqū prætер intentionē ipsum occiderit 50. dist. studeat.

Quod an dispensat Papa contra Apostolum, vt in bigamia. 34. dist. lector. & vide quæ ibi notantur.

Item dispensat contra canones apostolorum cum presbytero fornicante, vt post decennalem pœnitentiam ad pristinum redeat honorem 81. dist presbyter.

Item solus papa dispensat in gradu consanguinitatis, & affinitatis 35. q. 3. quædam. § quod scripsi.

Item solus Papa restituit episcopos, & dispensat cum eisdē. 2.q.6. ideo.

Item

Item solus papa dispensat cum simoniaco in simonia scienter commissa, vel ratum habente siue sit in ordine, siue in beneficio. 1 q 1. erga.

Item solus Papa dispensat contra canones qui præcipiunt pœnitentiā vel satisfactionem pro enormib. 12.q.2. de viro.

Item solus papa dispensat cum illo qui excommunicatus exequitur officium, vel recipit beneficiū. 11. q.3. si quis episcopus damnatur, & c. seq.

Item solus papa dispensat cum illegitime natis ad beneficia, quæ sūt cum cura 56. dist. Cœnomanen.

Quod Papa non inuenitur dispensasse cum his qui ab hæreticis ad subuersionem ecclesiæ ordinantur. 11. q.7. conuenientibus. circa fin.

Item cum eo qui scienter a simoniaco simoniace est promotus. 9. q.1. ab excommunicatis.

Item nec cum eo qui scienter est rebaptizatus uel reordinatus. 1.q.7. saluberrimum in fine. de consecr. dist. 4. qui bis.

Item nec cum eo qui ordinatus est ab inuasore sedis alterius episcopatus. 9.q.1 ordinationes.

Quod dispensat episcopus cum illo pro quo ignorante parentes, ut promouetur ad ordines uel ad beneficium, pecuniam dederunt. 1.q.1. præsentium, & cap. quicumque.

Quod dispensat episcopus cum clerico vel presbytero sacrilego, vel hæretico, vel schismatico, ne deserent. 50. distinctio si quis presbyter. & c. presbyteros, &c. ut constitueretur.

Item dispensat Episcopus in fornicatione clerici, furto, periurio, & aliis capitalibus de criminibus, dū modo sint occulta, quia si sunt publica debet deponi 50. distinct. de his uero.

Item dispensat episcopus in pœnitētiis, quas canones statuerunt. 26. quæstio 7. pœnitentibus, & c. tempora. pœnitudinis, & duobus cap. seq.

Item dispensat episcopus cum eo qui prætermisso subdiaconatu diaconus uel presbyter efficitur, supplendo ordinem prætermissum. 52. dist. solicitudo.

Quod varia dispensatio, quæ episcopis conceditur, coepiscopis prohibetur 68. distī. quamuis, & capitu. seq.

Quod dispensat Abbas cum monacho ut extra monasterium, tamen sub sua obedientia specialem cellam habere possit. 20. quæst. 4. monachum.

Item dispensat cum monacho, ut carnes comedere possit. de conse. dist. 5. carnem.

DIVITIÆ. Quod diuitiæ temporales si sunt cum studio, & affectu sine gulari, ignominiosæ sunt, 12.q.2. gloria.

Quod dilectores diuitiarum fortes sunt in terrenis, debiles in cęlestibus 47. dist.

Quod diues cupidus gratius intuetur aurum quem solem 47. dist. sicut hi.

Quod iniuste possidet diuitias qui ipsis male vtitur 14. quæst. 4 quid dicam.

Quod nihil facit diuitias sic contemni sicut recordatio pauperis, finis, & principii. 48. dist. sicut hi.

Quod fideli homini totus mundus est diuitiarum, infideli autem nec obolus. 14.q.4 quid dicam.

Quod diuites nisi rebus temporalibus si abundant iustia, & operibus bonis non sunt adiiciendi. 30. distin. hæc autem scripsimus. in fine.

Quod diuitiæ ecclesiarum sunt bona pauperum, t& redemptio captiuorum. 12.q.ii. aurum.

DIVINATIO. Quod diuinatio numquam in bonam partem accipitur. 1.q 1. numquam.

Quod diuinatio a versis est inuenta. 26.q.iiii. igitur circa fi.

Quod secundum quosdam quattuor sunt generata diuinationis, uideli cet ex terra, aqua, igne, aere. 26.q.4. c. igitur.

Quod diuini dicuntur qui ex coniectura mentis suæ incerta, futurorum quasi uera pronuntiant. 37. dist. uino.

Quod multi modi sunt, & multa genera per quæ diuinatores futura inuestigant, quæ ponuntur. ii. q.4. igitur. per totum, & quæst. 5. nec mirum.

Quod dominus per diuinatores illudi hominibus permittit, vt probentur boni vtrum in Dei dilectione sint firmi. 26 q.5. nec, in fi.

Quod diuinatores propter detestationem criminis in accusatione non admittatur. ii. q.8. quisquis.

Item sunt excōmunicādi. 26 q.1. §. 1.

Item si clerici fuerint, & se corrigere noluerint sunt deponendi. 26.q.5. si quis episcopus.

De hac materia habes ubi agitur de Incantatione.

DIVORTIVM. Quod diuortium proprie dicitur inter carnaliter commiscentes, uel commisceri appetentes. unde inter Mariam, & Ioseph non dicitur diuortium quando Ioanni fuit commēdata 7.q.ii. quod autem. §. Item si coninges.

Quod quos Deus coniunxit, homo non debet separare, subaudi uiolenter, uel sine ratione. 33.quæst. 4. quos Deus.

Quod frigiditas viri uere probata causat diuortium. 2.q.4. consuluisti. § hoc autem. 27.q.ii. quod autē. 33.q.1. §. 1.

Quod affinitas post contractum matrimonium superueniens non accusat diuortium. 27. quæstio. ii. qđ autem, § proxi.

Quod conuersus ad fidem potest diuortiari ab vxore non conuersa quæ ipsum nititur a fide Christi deducere. 28. quæst. 1. idolatria, & caseq.

Quod fornicatio carnalis, & spiritualis causæ diuortium 28.q.1. idolotria, & c. seq.

Quod machinatio in mortem cum effectu propter cōtrahendum matrimonium causat diuortium. 31. q.1. si qua & §. seq.

Quod diuortium non debet fieri p quacumque infirmitate, vel defor mitate, uel senio, vel sterilitate. 32. q.5. si uxorem, & q. 7. tantum.

Quod causa consanguinitatis non licet quem dimittere uxorem nisi prius consanguinitas eorum coram episcopo approbata fuerit. 35. q.6. multorum.

Quod adulter vel adultera ab adultero diuortiari nō potest. 32.q.6.§.1.

Quod extraordinaria pollutio naturaliter facta et frequentius iterata non inducit diuortium sine iudicio. 35.q.3. extraordinaria.

Quod diuortium sine iudicio, & sine consensu episcopi non debet fieri 27.q.ii. si uir. 33.q.ii. sæcularis. 35.q. 6. multorum.

Quod uxor sine iudicio ecclesiæ dimissa, primo restituenda est antequam de diuortio agatur. 33.q ij. historia, & c. seq.

Quod vir, & mulier quantum ad causas diuortii æqualiter iudicantur. 32.q.5. Christiana.

Quod si post diuortium propter fragilitatem vir aliam nouerit, propter doli præsumptionem compellendus est redire ad primam. 33.q. 1. quod autem. in fine.

De hac materia habes ubi agitur de Matrimonio infra.

DOMINIVM. Quod dominium rei trāsfertur ratione ordinis, uide licet si quis seruus alterius in presbyterum ordinatur. 54. di. frequēs.

Item ratione consecrationis, ut si res consecrata ab aliquo repetitur, nō ipsa redditur, sed compensatur. 14. q.6. comperimus.

Item propter religionem, cum scilicet per religionis ingressum contigerit vacare beneficium. 17 q.2. Gō saldus.

Item ratione Christianitatis, vt scilicet cum seruus Iudæi, vel pagani Christianus efficitur. 54 dist. fraternitatem.

Item ratione dignitatis, sicut sedes Constantinopolitana, licet posterior sit quam Alexandrina, tamen prior numero debet poni, 22. dist. renouantes.

Item auctoritate superioris, sicut quā do iubente Domino Iudæi thæsauros Aegyptiorum deportauerunt. 14.q.5. dixit Dominus.

DONVM. De dono require ubi agitur de dato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DVBIVM. Quod dubium de ordinatore an fuerit episcopus, an nõ, facit ordinatos reordinari. 68. dist. presbyteri.

Quod in re dubia auctoritas ecclesię est requirenda. 11. dist. palam.

Quod in rebus dubiis absolute non debet ferri sententia. 33 dist. habuisse.

Quod quando emergit dubitatio in persona, in facto, & in iure, tunc nullo modo procedendum est in sententia. 30. q 5. iudicantem. & §. sequen.

Cum emergit in persona tantum vbi certum est ius & factum, tunc certa datur sententia. 5. q. 1. quidam.

Cum in facto emergit dubitatio, vbi certum est ius & persona, tunc non potest certa ferri sententia. 5. q. 1. quidam.

Cum in iure emergit dubitatio vbi certum est factum & persona, tum consulenda est sacra scriptura, & seniores prouinciæ, & papa. xx. di. de quibus. xxiiij. q. 4 quoties.

Quod qui dubitat se baptizatum, debet baptizari. de consecr. dist. 4 paruulos. & c. seq. placuit.

Quod si dubium est de consecratione ecclesiæ vel altaris, debent consecrari de consec. dist. 1. ecclesiæ.

DVPLICITAS. quod duplex monasterium pro monachis, & monialibus fieri in vno prohibetur. 18. q. ii. dissimus

Quod monachus duplex officium suæ professioni contrarium, nõ debet exercere. 16. q. 1. nemo. & capitu. de præsentium. & cap. presbyteros.

Quod nemo potest esse accusator & testis 4. q. 4. nullus.

Quod nullus clericus ad duas ecclesias intitulari debet. xxi q. 1. c. 1. 2. & 3. & 16. q 7. per laicos. in fi.

Quod nulla ecclesia parochialis duos pastores debet habere. xxi. quæst. ii. sicut.

Quod qui bene præsunt, duplici honore honorandi sunt. 95. distin. ecce.

Quod ille duplex cor non habet, qui propter varium euentum verba sua mutat. xxii. q. ii. ne quis. in fin.

Quod duplex tribulatio non consurget super illos qui inter flagella egerunt pœnitentiam. de pœniten. dist. 3. hac auctoritate. 23. q 5. quid ergo. post medium.

De duplicitate habes vbi agitur de simulatione & hypocrisi.

DVRITIA. Quod duritia obstinationis est, quando quis bonitatem Dei contemnens vsque ad mortem in peccatis perdurat. 93. dist. diaconi sunt. in fine.

Quod duro collo stamus si spreta longa Dei pierate in peccatis usque ad mortem perduramus. 93. dist. diaconi sunt. in fi.

De duritia require in asperitate, in austeritate, & correctione.

EBRIETAS. Quod ebrietas in principio generis humani ante diluuium ignorabatur 35. dist. sexto die.

Quod ebrietas a Noe inuenta est, q primus vineam plantauit. 35. dist. sexto die.

Quod ebrietas est fomes, & nutrix omnium uitiorum. 35. distin. ante omnia & 15. q. 1. sane.

Quod Loth, quem Sodoma non uicit, uina uicerunt. 35. dist. §. .

Quod ebrietas suadet ad iurgia, & maledicta, sicut patet in Noe qui obiurgando filium eum maledixit. 35. dist. sexto die.

Quod tumultuosa est ebrietas. 35. distin. luxuriosa.

Quod ubi ebrietas, ibi libido & furor. 35. dist. uenter.

Quod ebrietas obcęcat conscientiã, & sepelit rationem. 15. q. 1. sane.

Quod proprium est ebrietatis fœmora denudare, & ad luxuriam incitare. 35. dist. sexto die.

Quod ebrietas pronum facit ad promittendum, post tristem ad exsoluendum. Exemplum de Herode, & Ioanne Baptista. 22. q. 2. unusquisque.

Quod ebrietas excusat culpam a tanto, sed non a toto. 15. q. 1. sane. & c. inebriarunt.

Quod ebrietas assuefacta est morta le peccatum. 25. dist. vnum. §. criminis appellatio. alias 35. distinct. episcopus.

Quod cum ebriosis non solum cibus non est sumendus, sed etiam sunt vitandi. 11 q. 3. ad mensam.

Quod clerici quorum sensus vigere debet, maxime ab ebrietate debet abstinere. 35. dist. §. 1. & c. seq.

Quod episcopus, aut presbyter ebrio sus deponit, inferiores clerici corona priuantur. 35. dist. episcopus.

ECCLESIA. Quod ecclesia catholica dicitur fidelium multitudo fidę & charitate unita. 93. dist. legimus. circa med. 1. q. 1. multę. in fi. 24. 1. loquitur.

Quod omnes episcopi, & omnes fideles sunt vna ecclesia. 93. dist. legimus in fi.

Quod ipsa non solum ratione virginitatis, sed etiam ratione omniũ fidelium tota virgo dicitur. 27. q. 1. nuptiarum ante finem.

Quod sponsa Christi dicitur pudica, & incorrupta, quę adulterari non potest. 24. q. 1. loquitur. in fine. & c. omnibus.

Quod ipsa habet veraciter dominica sacramenta 1. q. 1. ex catholica. 24. q. 1. quia ex sola.

Quod extra eam salus non habetur 24. q 1. alienus. &c. quicumque. & c. quia ea.

Quod sicut præcisus ramus ab arbore non viuit, ita præcisi ab ecclesia. 23. quæst. 4. ipsa pietas. Notent hoc membra arida per excommunicationem in contumacia obstinata.

Quod ritus ipsius a scriptura, & a traditione apostolica, & a consuetudine sancta pullulauerũt 11. distin. ecclesiasticarum. & capit. catholica.

Quod status eius alter fuit tempore apostolorum & martyrum, alter modo. 12 q 1 futuram. 23. q. 4. non innenitur. post prin.

Quod ipsa malos quibus ius iuxta est, tãquam zizania in medio tritici æquanimiter tolerat. 12. q. 1. exemplum. 23. q. 4. quantus & c. seq. & cap quidam. de consecrat. distin 4. est unitas.

Quod ipsa propter malorum opera quæ sunt in ipsa spelunca latronum dicitur. 16. quæst. 7. & hoc circa med.

Quod licite possidet facultates temporales, quas nõ reputat proprias, sed communes 12. quæst. 1. exemplum. & c. seq. & c. habebat.

Quod quandoque soluit sæculari potestati tributa. 23. q 8. conuemor. & c. tributum.

Quod ad principes spectat singulares schismaticos ecclesiæ comprimere. 23. q. 5. non nos.

Quod ecclesia Romana mater est & caput omnium ecclesiarum 12. di. c. 1. & seq. 3. q 6. dudum.

Quod ipsa est prima sedes non habens maculam, neque rugam 21. dist. quamuis.

Quod ipsa tamquam magistra est in omnibus sequenda. 11. dist. quis. in fine. 12. dist. cap. 1. & seq. xxii. di. omnes.

Quod ipsa est in speculum omnibus 19. dist. enim uero.

Quod qui derogando ei contra ipsã loquitur hæreticus reputatur. 22. dist. omnes. Notent hoc peruersi q continuo sacrilego ore ecclesiam lacerant.

Quod ipsa habet plenitudinem potestatis: alię ecclesiæ vocatę sunt per ipsam in partem solicitudinis. 3. q. 6. multum.

Quod ipse a tramite apostolicæ traditionis numquam errauit. 24. q. 1. a recta. c. in sede. c. hæc est. & c. cũ beatissimus.

Quod custodit statuta conciliorum quæ ipsa confirmauit. 25. q. 1. de conse. dist. basilicas.

Quod ipsa statuta conciliorum secundum euentum temporum, vel in toto, uel in parte mutat. 25. q. vlti. c. postea. §. his. ita.

Quod sententias quandoque reuocat, quandoque in melius commutat, 35. q. 9. sententiam & c. seq.

Quod ad Romanam ecclesiam sine exceptione licet appellare, & ab ea nemini appellare permittitur. ii. q. 6. ad Romanam. & trib. c. seq. 9. q. 3. cuncta.

Quod ipsa ualet omnes iudicare, & de ea iudicare nulli permittitur. 9. quæst. 3. episcopo. §. sola. 17. q. 4. nemini.

Quod in dubiis, & arduis ad ipsam est

est recurrendum, 11. distin. palam. 12. distin præceptis.

Quod qui in ecclesia Romana sacrõ ordinem acceperit, ad seruiendũ remanebit. 1. q. 1. filium.

De hac materia require vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Apostolica sede.

Quod ecclesia materialis non debet construi sine consensu episcopi. 16 q. 1. quicumque. & q 5. lator, 18. q. 2 quidam de consecr. dist. 1. nemo.

Quod propter nullius somnia construendæ sunt ecclesię vel altaria. de consecr. dist 1. placuit.

Quod propter nouarum ecclesiarũ constructionem priores ecclesiæ non debent decimas amittere. 16. q 1. quicumque

Quod secundum exigentiam populi episcopus de ecclesiarum pluralitate & quantitate debet prouidere. de consecr. distin. 1. omnes basilicæ.

Quod ecclesia maior debet habere 40. passus in circuitu, minor, 30. 17. q. 4 sicut antiquitus.

Quod consecrari debent à diœcesano, & non nisi prius dotentur, 16. q 7. piæ, & duob cap. sequen.

Quod pro consecratione ecclesiæ episcopus nil debet exquirere, 1 q 2. placuit.

De consecratione plura inuenies in titulo consecrationis.

Quod in ecclesiis nil incõgruũ vel inhonestum agi debet. 42 dist. nulli, & duob. c. seq. 16. q. 7. & hoc diximus.

Quod ecclesiæ debent seruari mundæ, adeo vt resplendeãt, 86. distin. pulchra.

Quod ecclesiæ non debent transferri nisi tribus de causis. videlicet ratione necessitatis, difficultatis, & grauaminis, de consecr. distinct. 1. tribus.

Quod non debent à laicis incastellari, 10 q 1. sanctorum.

Quod debent ecclesię ab episcopis annuis vicibus visitari & indigentes reparatione, ipsius solicitudine debent reparari, 10. q 1 decreuimus, & duob. c. seq.

Quod ecclesia materialis tunc honoratur quando confugientibus ad ipsam immunitas obseruatur, 17 q. 4. reum.

Quod reus ad ecclesiam confugiens nõ restituitur nisi de securitate vitæ & membrorum recepta cautione, 17. q. 4. reum, 22. q. 5. reos, 36. q. 1 de raptoribus.

Quod seruus ad ecclesiam cõfugiẽs redditur cum cautione, 17 q 4. mentes, &c. id constituimus.

Quod præter publicum latronẽ nullus trahi debet de ecclesia, 17. q 4. sicut.

Quod ille etiam frustra implorat ecclesiæ auxilium, qui in ipsam deliquit, 17. quæst. 4. ad episcopos.

Quod confugienti ad ecclesias licet exire ad 30. passus ad requisita naturæ. 17 q 4. diffiniuit.

Quod violatores ecclesiasticę immunitatis puniuntur excommunicatione & pœna pecuniaria, 17. q. 4. sicut antiquitus, & quinque c. seq. &c. nullus, cum pluribus seq.

Quod mulier eadem hora qua genuit & qua hora patitur menstrua ecclesiam intrare non est prohibẽda, 5 dist. cum enixa, §. nam si mulier, &c. ad eius vero.

Quod ecclesia materialis a (exẽplar triumphalis ecclesię decoratur officiorum ac ministrorum sibi subseruientium diuersitate, 89. dist. ad hoc &c singula.

De diuersitate ministrorum ecclesię ac officiorum eorum, 25. dist per lectis.

Quod quicumque de ministris ecclesiæ, siue sit episcopus, siue alter, per laicum intrat ecclesiam: tanquam sacrilegus debet deponi, 16. q. 7. si quis deinceps, & 12. c seq.

Quod vna ecclesia non debet habere duos pastores, 7. q. 1. in apibus, 16. q. 7. si plures.

Quod vbi duo rectores sunt in vna ecclesia, non est sponsa, sed scortũ, 21. q. 2. sicut.

Quod vbi duo patroni vnius ecclesiæ cõpellendi sunt ad vnum presbyterum habendum, 16. q 7. si plures.

Quod vno rectore ecclesiæ viuente alter non substituitur, 7 q. 1. in apibus. § seq.

Quod sicut inter virum, & mulierẽ est inseparabile matrimonium: sic est spirituale inter ecclesiam & ipsius rectorem, 7. quæst. 1. sicut alterius.

Quod qui beneficiatus est in ecclesia, tenetur officiare eam, 10. quæstio 3. vnio.

Quod nullus debet esse præbendatus in duabus ecclesiis nisi ex dispẽsatione, 70. dist. sanctorum, 10. q 3. vnio. in fi 21 q. 1. c. 1.

Quod incongruum est q cum officium vnum pro sui magnitudine diligenter qui non potest explere, ad duo videatur idoneus, 16. q. 1 presbyteros.

Quod nullus presbyter debet habere duas ecclesias, 16. quæstio 7 per laicos.

Quod cadit à priori ecclesia qui se de altera intromisit, 21. quæstio 2. placuit

Quod vnus potest habere plures ecclesias, vnam intitulatam, & aliã commendatam, 21. quæstio 1. qui plures

Quod quis potest habere duas ex priuilegio, 16 q. 1. & temporis, 21. q. 1. relatio clericorum.

Item possunt habere duas propter multitudinem ecclesiarum, paucitatem clericorum, 21. q 1. ca. 1. in fi. 55 dist. priscis.

Itẽ possunt haberi duę propter paucitatem parochianorum, vt si paciores essent quàm decem homines, 10 q 3 vnio.

Quod in parochiali ecclesia inuestiri debet presbyter per episcopum. 16. q. 2. sane in fi & q. 7. si plures §. vt ergo.

Quod pastor non est qui sine consẽsu episcopi gubernat ecclesiam. 16 q 7. nullus omnino, & ca. laicis. &c seq.

Quod sacerdos non potest dimittere ecclesiam sibi commissam sine consensu episcopi, 71. distinct. clericos.

Quod ecclesię conductitiis presbyteris sub annuo censu, sunt cõmittendæ, 21. q. 2. præcipimus.

Quod præsumitur ecclesia ecclesiæ subiecta, si soluat ei cathedraticũ. 10. q 3. illud magnitudinem.

Item si in eius territorio est sita, 16. q 7 omnes basilicæ.

Item si decimam vel quartam in eadem percipit, 10. quæst. 3 priscis. & cap seq.

Item si ab eo pro officio conuiuium accipit, 10. quæst. 3 illud magnitudinem.

Item si eius infantes baptizauerit, 10 q. 3. relatum.

Item si aliquando sententia lata ab ea in aliquem illius ecclesiæ seruata fuerit, 9. q. 2. c. 1.

Itẽ si mortuos eius sepeliuerit, 23. q 5. placuit.

DE REBVS ECCLESIÆ. Quod ecclesiæ vestimenta sacrata, & vasa vetustate consumpta debẽt exuri, & pulueres in baptisterio, vel alio loco vbi pedibus nõ possunt conculcari, sunt ponendi, de consec. dist. 1. altaris.

Quod ligna ecclesiæ non vsibus laicorum, sed religiosorum possunt adaptari, vel exuri, de consecr. distin. 1. ligna.

Quod vestes sacræ et casa nec p mortuis, neque viuis sæcularibus sũt commodandæ, de consecr. dist. 1. nemo per ignorantiam, & duobus cap. seq.

Quod vestes sacrę & vasa nec cõtingi, nec lauari debent per laicos, sed per clericos, & in specialibus vasis, de consecr. distin 1. nemo per ignorantiam &c seq 4. distin omnis presbyter.

Quod sicut anima sine corpore non viuit corporaliter, sic & ecclesia sine temporalibus in nullo proficit 1. q 3 si quis.

Quod res ecclesiæ diligẽter sunt seruandę, & per episcopos inter pauperes clericos sunt dispensandæ. 10. q 1. quæcumque. & q 2. c. 1. 12. quæstio. 1. expedit. vsque in finem quæstionis & quæstio. 2. placuit.

Quod pro earum conseruatione œconomus est habendus. 89. distinct. quia & cap. sequen. 12. quęstio. 2. vobis.

Quod sunt expendendæ pro indigen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia pauperum,& redemptione captiuorum,12 qu.2 res,& quattuor c.seq 12.q.4 episcopus.
Quod res ecclesiæ sunt per episcopū in quattuor vel tres partes diuidēdæ, ita vt vna pars sit pro fabrica ecclesiæ. secunda pars episcopi. tertia clericorum obsequentium ecclesiæ quarta pro pauperibus & peregrinis debet obseruari, 12. q.2.vobis, & c. concesso. & quattuor cap.seq.16 qu.1. constitutum, cap.ad hoc.
Quod cauetur ecclesiæ quantum ad res in episcoporum promotione. 28.dist. de Syracusanę.
Item in clericorum & religiosorum prouisione, 12.quæst.2. statuimus & duobus c.seq.cap sæpe.& duobus c.sequen. 16. quæst. 1. possessiones.
Item in nouarum ecclesiarum constructione,16.q.1. si quis laicus. & duob.c.seq.
Quod non debent res ecclesiæ illicite alienari, 12. quæstio. 2. nulli liceat,& capit. diaconi, & duobus cap.seq.
Quod episcopo de rebus ecclesiæ pdialibus sine consensu clericorū non licet vendere, 12. quæstio,2. placuit.
Quod episcopus de censibus ecclesiæ quinquagesimam in monasteriorum constructione & aliarum ecclesiarum regularium centesimam,potest dare,12.quæstio,2.bonæ rei.
Quod res minores potest per se episcopus alienare, 12.quæstio, 2. terrulas.
Quod episcopus res ecclesiæ illicite suis propinquis non debet committere, 89.dist. dicentes. 10. q.2. episcopus.
Quod nec laicis nec sæcularibus sit committendæ personis, 89. distin. iudicatum.
Quod nō licet abbatibus & aliis personis sine consensu episcopi res ecclesię alienare, 18.quæstio. 2.abbatibus.
Quod res ecclesiæ non vi manuum, sed iudicio sunt repetendæ, 16.q. 6. consuetudo.
Quod res ecclesiæ alienatæ male,ipso iure sunt reuocatæ,12.q.2. monemus,c.quisquis, &c vobis.
Item debent restitui, 12.q 2. Augustino.& duobus c. seq. c.in legib. &c.seq.& cap.statuimus, & quattuor c seq.
Quod contractus indebiti & scripturæ factæ de rebus ecclesiæ rescinduntur,12. q.2.apostolicos.15 q.6. auctoritatem, 16. quæst. 1. si quis laicus.
Quod prælatus alienans res ecclesiæ indebite, tamquam dilapidator deponitur, 10 quæstio.2. apostolicos, cap.monemus, & quatuor cap. seq
Quod minores prælati excommunicātur, 12.q.2.statuimus.&c. sequē.
Quod inuasor ecclesię vel defraudator, à Christo iudice homicida iudicabitur, 12. quæstio 2. qui Christi.
Item sacrilegus iudicatur,12.q.2. nulli liceat, &c.indigne.
Quod septena pœnitentia puniūtur qui res ecclesiæ diripiunt,16 q.1. similiter.

De hac materia habes vbi agitur supra, de alienatione.

EDICTVM. Quod edictum est quod vt teneatur Rex vel Imperator edidit,2.dist.constitutio.
ELEEMOSYNA. Quod eleemosynæ tria sunt genera, videlicet dare egenti, dimittere lędenti, & corrigere delinquentem, 45 dist. tria, &c.seq.
Quod eleemosinæ datio, quæ in pauperes exercetur,beatificatur,41.distin.parūmoniam.
Quod Deus in eleemosyna plus pēsat animum benignum, quām datum,24.dist.quiescamus. in fi 45. distin. duę 3 q 7. in grauibus, de pœn distinct.5. §.dolendum. post medium.
Quod facta eleemosyna ex fide, cautа, loco & tempore commendatur 86.dist.non satis.
Quod eleemosyna habet promissionem præsentis vitæ & futurę. 42. dist § 1.33.q 5. secundum, in fin.
Quod plerumque ex Dei ira, mundus,fame, & penuria premitur, quia pauperibus eleemosyna subtrahitur,16.q.1.reuertimini, circa medium.
Quod Deo non placet eleemosyna cum scelere mista, 15 q.5. scriptū.
quod nemo de eleemosyna facienda excusatur. 36 dist.in singulis.
Quod prælatis non prodest lectio & oratio nisi adsit eleemosyna largitio.86 dist. fratrem.
Quod diuites ieiunia quæ non possunt seruare, eleemosynis debent recompensare, 41.distin. non cogantur.
Quod qui sua timide conseruando eleemosynam procrastinat3 aliena numquam fideliter sparget. 12. q.2. gloria episcopi.§.Socrates.
Quod eleemosyna non debet fieri de male acquisitis 1. q.1. non est putanda, 14.q.5.per totum.
Quod de turpi lucro, cuiusnon cōpetit repetitio, post fieri eleemosyna.14. quæstio.5. qui habetis. & c seq.
Quod eleemosyna consanguineis & propinquis citius est danda quām aliis,tamen cum prudentia.86.distinct.fratrem §.in ipsa, & cap.in singulis.
quod in necessitate primum est dāda in iustis, demum peccatoribus, non quia peccatores sed quia homines,36.dist.fratrem §.in ipsa.
Quod qui fame morientem pascere potuit & noluit,ipsum occidit.86. dist pasce.
Quod qui negat eleemosynam fugientibus & necessitatem patientibus.ipsum Christum,qui est misericordia negāt,7.q.1. omnis qui.
Quod minus peccatum est auferri habenti,quam denegare indigenti,47.dist. sicut.2.
Quod non sunt examinandi petentes eleemosynam vel hospitium. 42.dist. quiescamus.
Quod pauperibus vel peregrinis dare delicatam eleemosynam vel superfluam peccatum est. 25. distinct. vnum.§.alias,86.dist.pulchra.circa med.41 dist.non cogantur.
Quod non vni omnia, sed diuersis secundum exigentiam personarū distribuenda est eleemosyna. 86. dist.fratrem, &cc.dominus.
Quod mālo homini tutius eleemosyna subtrahitur, si de cibo securus iustitiam negligit, 5.q.5. non omnis.
Quod eleemosyna vtiliter datur prō defunctis, 13. q.2. non existimemus, &c.animæ. &c tempus, 24. q.2.sane quod. 26.q.7.ab infirmis. de pœn.dist.5.§.1 ante medium.
ELECTIO. Quod electio specta ad collegium, etiā si duo vel tres fuerint in congregatione. 63. dist.Hadrianus, &c.nosse, &c non licet.§ his 19.q.7.c.vlt.18.q.2. abbatem. & duob.c seq.
Quod electio ab hæreticis facta non valet.9 q.1. nos.
Quod electio nō debet fieri nisi post tertium diem sepulturę, siue Papæ,siue alterius prælati defuncti. 89.dist. nullius pontifice.
Quod electio clandestina omnino reprobatur.79. dist.si quis.
Quod electio potius debet fieri de gremio quam de extraneis,61 distin.nec meritis, & quattuor cap. seq. 18 q.2. abbatem monasterio, &c.seq.& c.abbas.
Quod si de gremio non potest eligi, tunc primum de ciusdem ciuitatis clericis, & randem ā tota diœsis electio debet fieri,61 dist.nullus,& 63.dist.sacrorum.
Quod electio prælati ex certa causa potest fieri extra cathedram ecclesiam vel ciuitatem,23.distin.in nomine,63. dist.quanto 79.distin. si quis pecunia.
Quod in electionibus consideranda est maior dignitas vel grauitas personarum,& bonus zelus.19.distin. in canonicis.
Quod in electione habendus est cōsensus electi,7.q.1.sicut alterius.
Quod nullus propriam vtilitatem, sed communem debet prospicere, 8.q. 2. dilectissimi
Quod in electione non debent interuenire munera vel patrocinia laicorum,8.q.2.illud.
Quod electioni prælati non debent se ingerere principes, vel quicunque laici,61.dist.c.nullus.
Quod electio prælati debet fieri cū concilio religiosorum ibide assidentium 63. dist. sacrorum, §. exhis,& capit.abeuntibus.79.dist.§. 1.& c.seq.
Quod cum in duos diuiditur æqualiter electio, melior, & vtilior est præponendus 63. dist.si forte.
Quod electio post publicationē ab eligentibus non potest nisi per superiorē mutari 61.dist. episcopus. 7.q.1.qualiter.in fine.8.q 3.talia.
Quod electio non vitiatur si ignorante electo pecunia datur.1.q 6. §.vlt.
Quod non est confirmanda antequā diligenter discutiatur electi conditio.61.distin miramur 85.distin. archidiaconum Florentinum.1.q. 6.ego.83.dist omnes.
Quod electio ex elatione auide non est suscipienda, nec ex desidia respuenda.16.q.1.vos autem.
Quod electione celebrata consensus principis est requirendus.63. dist. Reatina.
Quod in electione prælatorū vocatur populus non ad eligendū, sed ad consentiendum 63. dist nosse.
Quod electionem papę licet dominus sacerdotibus contulerit, sibi tamen eam specialiter reseruauit. 79.dist.c.vlt.
Quod olim electiones Romanorū Pontificum propter schismaticorum, hęreticorū dissensiones fuerunt Imperatoribus ab ecclesia traditæ.79. distin. vota, §. principibus.
Quod Hadrianus Papa, & Leo cum concilio,tradiderunt Carolo Imperatori potestatem eligendi summum pontificem, & inuestituras episcoporum. 63.dist. Hadrianus.
Item Leo Papa octauus propter insolentiam Romanorum quam exercebāt circa electionem Papę, Ottoni primo Imperatori confirmauit, & suis successoribus electionem Papæ & inuestituras episcoporum 63.distin. in synodo, & c.cum longe §. electiones.
Quod tunc electus in Romanum Pontificem non consecrabatur ni si primum decretum Imperatori præsentaretur, & consensus haberetur 63.dist.Agatho, & sex c.seq.
Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerūt priuilegio super prouisione papæ, volentes, vt canonice eligeretur à Romanis. 73. dist. in sacrorum § ex his.
Quod qualiter, & a quibus debet fieri electio Papalis, habetur 23. distin nomine 79.per totū 7. q. 1. factus
Quod nemo est eligendus in Papā pecunia aut gratia humana, aut militari tumultu.79.distin. si quis pecunia.
Quod electus canonice in Papā ante consecrationē habet plenitudinem potestatis 23.dist. in nomine post medium 79. distinct. si quis pecunia.
Quod ille qui non canonice electus gerit se pro Papa,non apostolicus, sed apostaticus dicitur 79.distin si quis apostolicæ,& c.si duo. §. hoc autem.& c.seq.
Quod Cardinalibus & alijs clericis, & etiam laicis conceditur apostaticum papā anathematizare 79.distin.si quis pecunia.
Quod in electione metropolitani omnes puinciales episcopi debēt interesse 63. dist. Metropolitano.
Quod nemo in prælatum seipsum eligere potest 24.q. 1. didicimus. 8.q.1 in scripturis c.si ergo.
Quod in prælatum eligi debet magis idoneus, non consanguineus, vel amicus.8.q 1. Moses. & tribus cap.seq.
Quod si ad sæcularia officia sumendi diligenter examinantur, multo fortius examinentur, qui ad prælaturas assumuntur. 59 distin. si officia.
Quod propter malitiam temporis, aut tumultum populatem indignus non est eligendus 61. distin. miramur.
Quod eligendus in episcopum longa probatione debet vitam suam notificare.61.dist. in sacerdotibus. 8.q 1.oportet.
Quod in prælatum non debet eligi aliquis criminosus. 25. distin. primum.6.q.1.c.1.
Item nec ille qui de incontinentia notatus est 28. distin. prius quam, & c.de Syracusanæ.
Item nec ille, cuius vxor & filii adhuc sunt super terram. 61. distin. Catinensis.
Item nimiū simplex vel vsurarius. 46.dist.de Petro.
Item nec ille qui non est in sacris. 60.dist.c.vlt.61.dist §. 1.
Quod antiquitus subdiaconus (quia tunc non reputabatur sacer ordo) non eligebatur in episcopum nisi necessitate cogente.28. dist.de Syracusanæ §.ecce, 40. dist.c. vlt. & vide ibi notata.
Quod nouus in religione nō statim debet eligi in prælatum. 16. q.1.si clericatus,19.q.3. monasterii.
Quod videtur quòd exemplo Petri eligendus potius est in prælatum, qui post casum pœnituit, quam qui nunquam cecidit, quia talis per casum suum aliorum infirmitatibus compati nouit. 50. distin. considerandum, & c.seq.
Quod laici in prælatos non possunt eligi, nec religiosis sunt præficiendi.61. dist. statuimus. § his omnibus. 19.q 3.monasteriis.
Quod electus in episcopum per suū Metropolitanum præstantibus suffraganeis episcopis debet ordinari 24.dist.episcopi.
Quod electus in episcopum intra tres menses debet consecrari 75. dist. quoniam quidam 63. distin. obeuntibus 50.dist postquam.
Quod metropolitanus debet illi ecclesiæ prouidere cuius electus intra quinque menses negligit consecrari 100. distin. quoniam quidam,in fine.
Quod clericus infamatus antequā consecretur debet se expurgare. 23.dist.illud.
Quod electus per consensum sponsus ecclesiæ efficitur. 7.q. 1. sicut alterius.
Quod electus cassatur propter auariam, & psalmorum imperitiam. 83.dist.archid. Floren.
Quod electus qui teste prole longam continentiam conuincitur non habere, cassatur 28. distinct. prius quam.
Quod si post electionem quis iuret seruare statuta ecclesiæ & alia, non est simoniacus. 8. quæstio 3. per totum.
Quod differens consecrare electū, compelli debet per superiorem 9. q.3 nunc vero 8.q.3.Artaldus.
Quod vbi bona mista sunt malis,nas so discretionis virtutes debemus eligere, vitia reprobare. 49. distin. hic etiam,§. pario.
Quod inter duo mala id debemus eligere,quo minori nexu nosci tur obligare 13.dist.duo.& c. nerui.22. q.4.si aliquid. & c.seq.
Quod sicut homo necessitate compulsus ibi se præcipitat ubi breuior mārus ingeritur ; sic inter ineuitabilia peccata minora sem per eligantur 13. distinct. nerui, ante fin.
Quod inter duo bona maius bonū mediocri bono est præferendum. de consc.dist 5. non mediocriter.
EMPHYTEVSIS. Quod emphyteusis,quæ in Græco dicitur locatio,in rebus ecclesiæ in casu pmittit 10 q.2. cassellas. §. hoc ius.
Quod vbi absolute periculum de rebus ecclesiæ timetur, prohibetur. 12.q 2 apostolicos.

De hac materia habes vbi agitur de Precarijs.

DE STATV EPISCOPI. Quod episcopus,sicut dicit Augustinus, nomen est operis,non honoris 8.q.1. qui episcopatum.
Quod episcopus qui Græce dr super intendens, debet illis superintendere, quibus præficitur 8.q. 1. qui episcopatum 21.dist. cleros.
Quod ordo episcopalis quadripartitus: videlicet in patriarchas, archi episcopos,metropolitanos, & episcopos 21. dist. cleros.
quod episcopi in loco apostolorum surrexerunt,& tenent vices eorū. 21 dist.in nouo.35 distin. ecclesiæ. 78.dist.quorum vices.
Quod episcopi non sunt qui minus quam a tribus sunt consecrati 68. dist.chorepiscopi. § quod autem.
Quod viuenti episcopo aliter nō substituitur temerarię; & si substituitur,ab omni ministerio ecclesiastico destituitur.2. quæst.1.in primis

post med.3.q. 6. accusatus, & cap. seq.& c.dudū.7.q.1.factus, & p.uribus cap.seq.

Quod intrusus per laicam potestatem a principalibus episcopis non est recipiendus.63 distin. si per ordinationem.

Quod inconsulto Romano pontifice nemo potest episcopum deponere 3.q.6.accusatus,& c.seq.

Quod nulli episcopo licet sine consensu Romani Pontificis suam ecclesiam relinquere, vel ad aliam transire 7.quæst.1.non oportet, & multis c.seq.vsque ad finem quæstionis.

Quod exigente vtilitate,vel necessitate auctoritate Apostolica de sede ad sedem mutari possunt episcopi 7.quæs.1.mutationes,& duobus cap. sequen.

Quod episcopus propter infirmitatem vel senium non destituitur, sed datur ei coadiutor 7.q.1. scripsit,vsque ad c sicut vir,§. ecce,& c.qualiter.& c quamuis sit.

Quod episcopus quandoque ad propriam instantiam absoluitur ab episcopatu 7.q 1.nihil, § ecce,& c.qualiter,& cap.quamuis.

Quod neophytus prohibetur promoueri in episcopum propter incontinentiam vitæ,quæ contraria tur officio pontificali,48. distinct. prohibetur.

Quod episcopus debet esse sine crimine, vt alios possit liberius arguere.25.dist.primum.

Quod criminosus episcopus magis est dicendus canis impudicus quã episcopus 2.q.7. qui nec.

Quod non omnis episcopus qui dicit, Pax nobis,est sicut colũba:sed potius sicut corvus audiendus 2. q 7 non omnis.

Quod episcopi debent esse ætate antiqui, fide integri, in prestura probati, & qui magis velint rerum suarum proscriptionem pati, quàm ecclesiam suam deserere 7. q.1.Nouatianus

Quod episcopus propter aduersitatem non debet gregem relinquere 7.q.1.suggestum, & duobus cap. seq.

Quod episcopo non licet monachũ fieri sine consensu Papæ 7.q.1. tẽporis,§ item.

Quod episcopus intrans religionem non resumitur ad episcopatum, 7.q.1.hoc,& cap.seq.

Quod quandoque sub nomine presbyteri episcopi designantur. 93.distin.legimus. in fi.95. dist. ecce ego.ante finem.

Quod epi debẽt se scire presbyteros non dños, nec debent in clero dãnari 95.dist.esto, & tribus c. seq.

Quod epi nouerint se magis consuetudine quam dispensatione maiores presbyteris 95.dist.olim , in fi. & duobus c.seq.

Quod episcopus in ecclesia sit sublimior,in domo sit collega sacerdotum 95.dist episcopus in ecclesia.

Quod episcopus se sedente presbyterum non permittat stare distin. 95.episcopus in quolibet.

Quod episcopo non sufficit æqualem cum subditis gerere vitam: sed sicut est honore super illos: sic & vita debet esse præstantior. 8.q.1. nec sufficere.

Quod episcopus in eo, quòd alijs præficitur, non debet se præsume re alijs sanctiorem.8.quæst.1.illud inferendum.

Quod plus laudatur patiẽtia episcopi in aduersitate, quàm quies in religione 7.q.1.suggestum.

Quod episcopus debet habere maturos viros tam ex clericis,quam ex religiosis tam in cubiculo quam in monasterio socios propter bonum testimonium.2.q 7. cum pastoris,& duobus c. seq. de consec. dist.1.episcopus Deo,& c seq.

Quod domus episcopi debet esse circa ecclesiam, vt aptior sit contemplationi 41 dist.episcopis

Quod episcopus in mensa nõ debet resplendere vasis aureis & argenteis,sed fidei meritis 41.dist. eps.

Quod in mensa episcopi non debẽt esse fabulæ, sed lectio sacræ scripturæ 14.dist. pro reuerentia.

Quod non licet episcopo intendere venationi, nec consanguineatũ familiaritati 34.dist. quorundam.

Quod in primitiua ecclesia propter paupertatem accipiebant medietatem oblationum 10. q. 1. antiquos post successiue tertiam partem,10 q.1. de his. Tãdem habuerunt quartam partem. 12. quæst.2. quattuor. Modo vero de oblationibus nihil debent habere, sed alijs contenti esse 10.q.3 placuit.

Quod episcopus in multis det requirere consilium clericorum, videlicet in facienda clericorum ordinatione 24.dist.episcopus siue.

Item in causarum diffinitione. 15. q 7.si quid,& c.episcopus nullus. 86.dist.si quid.

Item in ecclesiasticarum rerum alienatione 12.q.2.ine exceptione.

Item in dignitatum collatione. 93. dist.legimus.12 q 2. alienationes.

Item in ecclesiasticarum rerum dispensatione 12 q.1. episcopus ecclesiasticarum.

De monachis & religiosis episcopis factis qualiter debeat se habere habes vbi agitur de Monachis.

DE POTESTATE EPISCOPI.

Quod sine licentia episcopi nullus presbyter in sua diœcesi potest missam cantare vel baptizare: vel aliud consimile facere. 16. quæstio prima cunctis, & capitu. multis.

Quod sine consensu eius non debet ædificari monasterium vel oratorium. 18.q.2.quidam, & c.seq.

Quod iurisdictionem habet in religiosorum monasteriis.18.q. 2. c.1.

Quod presbyter & clerici religiosi suę diœcesis ipsius subiacent potestati 18.q.2.quidam.

Quod episcopi est in omnibus parochialibus ecclesijs presbyteros instituere 16.q.7.sane,& cap. nullus. & c.constitutiones, & duobus capitu.seq.

Quod episcopi est monialibus, & alijs religiosis fœminis prælatum præficere cum diligenti ipsius examinatione 18. q 2.qui religiosis, & duobus c.sequen.

Quod iudices,vel officiales papæ de iurisdictione episcopi ideo se nõ debent intromittere, ne ecclesiastici ordo confundatur 11.quæs.1. pervenit.

Quod episcopus omnem principem excõicare potest, 11.q.3. si autem.

Quod potest falsarium Papæ cuiuscunque ordinis sit vsque ad mandatum domini Papę incarcerare. 19 distin.memoriam.

Quod non potest episcopus in aliena diœcesi sine consensu diœcesani pontificalia exercere 92. distin. non liceat,§ de episcopis,& quinque c seq.

Quod nolens episcopus ire ad ecclesiam suam, potest cogi per concilium prouinciale.92. si quis eps.

Quod episcopus solus sacerdoti nonorem dare potest, solus auferre non potest 67.distin. episcopus: 15. q.7. fœlix,& cap sequen.

Quod auctoritate episcopi prælati inferiores possunt ad alias ecclesias transferre 7 q. 1. Eps de loco.

Quod accusati episcopi causam archiepiscopus cum suffraganeis perquirere potest, sed sine Papa determinare non potest, 3. quæst. 6. accusatus.

Quod cum multa discussione contra episcopum debet proferri iudicium 2. q. 7. accusatio quoque & quinque cap.seq.

Quod episcopi sunt oculi Dei: ideo a subditis non sunt iudicandi. 6. q.1.ones.

Quod episcopum subditi, hec arguere, nec accusare possunt, 2.quæs.7. ones,& duobus c.seq.

Quod episcopus inutilis est deponendus.nec ei dandus coadiutor 15.q 6.alius,§ quod etiam.

Quod sine licentia sui episcopi clerici non debent peregrinari,de cõsec.dist.5.non oportet.

Quod episcopus alterius diœcesis clericum,nec recipere,nec ordinare potest sine consensu sui episcopi, & litteris dimissorijs 71. dist. per totum 9.q.2. per totum.

Quod an episcopus possit compellere aliquem clericum ad suscipiendum ordinem vel dignitatem 74. dist.per totum.

Quod clericus non teneatur episcopo seruire in opere seruili 10. q.3. placuit.

Quod episcopus de cõsensu clericorum potest dividere parochiales ec-

clesias,& venire. 16. q 1. præcipimus,§.sicut.

Quod episcopus in dando ecclesiã debet requirere consensum patroni, 16.q.7. filiis vel nepotibus, & c. monasterium, &c.seq.

Quod episcopus inconsulto Papa ad bellum non debet proficisci, 23.q. 8.quo ausu.

Quod eo die quod episcopus celebrauit in eodẽ altari sacerdos non debet celebrare.de consec. dist.2. c. vlt.

Quod præsente episcopo sacerdos ni si de suo mandato non debet bene dicere nec signare, de consecr. distinct 1.cum ad.

Vtrum possit episcopus successorem sibi ex testamento instituere. 7.q. prima.petisti.

Quod de propriis vel acquisitis potest episcopus testamentum facere, de aliis vero non: quia cedunt ecclesiæ, 12.q.1.episcopi, &c.seq.& q.3.pontifices, & q. 5. per totum.

Quod morientis episcopi res pro futuro pontifice conseruari debent: diripientes illas anathema incurrunt.12.q.2.hæc huius, &c.non liceat charitatem,&c.de laicis, &c. illud.

Quod duo episcopatus per papã in vnum coniuguntur, 16.q 1. postquam.

Quod in duos per eundem diuiditur, 16.q.1 præcipimus, § sicut.

DE OFFICIO EPISCOPI.

Quod officium episcopi est virgines, altaria,& ecclesias consecrare:chrisma conficere, & cum ipso confirmare, 78.dist. quamuis.

Quod ideo inungitur episcopus, vt procurator animarum, & distributor spiritualium existat.11.c.1.clericum,§ ex his omnibus.

Quod episcopus debet esse sciens, & doctus,qui alios tenetur docere. 86.dist §.1.36 dist. qui ecclesiasticis,& c.si quis.

Quod multa sunt quæ episcopus tenetur scire.38 dist omnes.

Quod nullus episcopus propter opprobrium senectutis vel nobilitatem generis etiam à minus peritis discere negligat.38 dist nullus episcopus.24. quæst 3. si habes. circa medium.

Quod episcopo nõ sufficit innocens vita, nisi adsit, & doctrina,43. dist. §.1 & c.seq.

Quod episcopus debet docere populum sacram scripturam, non grammaticam vel philosophiam.6.dist. ignorantia.

Quod episcopus debet intendere lectioni, & orationi, & prædicationi. 88.dist.episcopus nullã, 3 q 1. epi.

Quod episcopo non sufficit lectio, vel oratio nisi adsit eleemosynæ largitio,85 dist.fratrem.

Quod officium episcopi est discordantes concordare,90.distin. per totum.

Quod episcopus vigilanter, & solicite debet regere sibi commissos. 100.dist rationis.7.q.1.suggestum. & c.seq.

Quod sibi non licet aliquem propriis manibus cædere vel flagellare,86 dist.non liceat.

Quod non debet prælatus petere veniam à subditis.86. distin. quando necessitas.

Quod episcopi est locũ assignare degradato in quo pœniteat. 81. dist. sacerdos.

Quod episcopus in ordinatione clericorum statuta conciliorum debet ordinandis pronunciare. 38. distinct.placuit.

Quod episcopi est ẽt ordinare, vt in ecclesiis baptismalibus sint doctores, & magistri, qui pueros in liberalibus, &in aliis vtilibus doceant.37.distinct. de quibusdam.

Quod inter ecclesiam, & episcopum est spirituale matrimonium, 7.q. prima, sicut alterius.

Quod episcopus possidet res ecclesię ad dispensandum non ad inuiscandum,12.q.1. episcopus, &c. expetit, & c. res ecclesiæ. cum duobus cap. sequen.

Quod ipse debet occupationes sæculares abiicere, ne præfocatus curis negotiorum Dei verbo non possit vacare, 11.quæstio.1. te quidem.

Quod non debet esse aduocatus vel tutor. 88.distin. episcopus tuitionem,& quattuor cap. sequen. 11. q.1.te quidem.

Quod nec per se nec per laicum, sed per œconomum clericus debet tẽporalia gerere, 16.quæst.7.quoniã in quibusdam,cap sequen.88. distinctio.volumus,& tribus ca.seq. 8.q.1.si Petrus.

Quod officia canonica non debent propinquis committere,89.distin. decenter.

Quod episcopus debet esse hospitalis.42.distin § hospitalem,vbi decem causæ hospitalitatis tanguntur

Quod de rebus ecclesiæ debet primum sibi, postea ministris, demum aliis fidelibus prouidere,12. q.1.nulli episcoporum.

Quod episcopus non debet in suam vel suorum proprietatem conuertere res ecclesiæ, 12 quæs. 1.res ecclesię.

Quod raptores rerum episcopi debent excommunicari, sicut raptores rerum ecclesiasticarum, 2.q.7. accusatio quoque, 16. quæst. 1.similiter.

Quod redditur episcopo ratio de rebus ecclesiæ,10.q.3.c.1.

Quod episcopus debet pauperibus, & oppressis prouidere solicite, & eos defẽdere.28.distinctio. episcopus,84. dist. peruenit.86. dist. fratrem.87.dist per totum. 12.q.1.videntes &c.his, & duobus ca.seq.

Quod nihil est laboriosius & periculosius officio episcopi, sed beatius apud Deum si bene agatur, 40.distinctio. ante omnia.

De episcopi electione vel de electo habes in titulo de Electione.

Et de consecratione episcopi habes in titulo consecrationis.

Et de dispensatione in titulo dispensationis.

Et si qua sunt talia, in suis titulis inuenies.

De episcoporum sede vbi agitur de sedibus.

Quod chorepiscopi officium in plurimis cum officio episcopi conueniebat,68.dist.quamuis.

Quod quia in præiudicium episcoporum fuit illud officium est ab ecclesia extirpatum.68. dist.chorepiscopi.

ERMAPHRODITVS. Quod ermaphroditus habens vtrumque sexum,an ad testimoniũ adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis demonstrabit, quia si calore prędominante pro viro se gesserit.recipitur in testem, aliàs non. 4.q.3.c.1. post medium.

Quod ermaphroditus inter infames ponitur,& nõ pot esse aduocatus. 3.q.7.infames, §.item in digesto.

ERROR. Quod error cui non resistitur approbatur, 83.dist.error.

Quod errare est aliud pro alio putare.22.q 2. in quibus,38. distinct. quamuis.

Quod non est consequens. vt erret continuo quisquis aliquid nescit, sed si quis existimat se scire quod nescit.38 dist.quamuis.

Quod non mediocriter errat qui magno bono mediocre bonum pfert.de consec.distinct.5. non mediocriter.

Quod errorem suum licet cuilibet corrigere,& illicite commissa in melius reuocare.35. quæst.9. loci, §.seq.

Quod error fortunæ, & qualitatis coniugium nõ excludit, error vero personę,,& conditionis excludit,29.q 1.per totum.

ESAV. Quod Esau lenticulam nimium appetens ponitur in exemplum quod non cibus, sed auiditas cibi imputatur, 41. dist.quisquis & tribus c.seq.

Quod multi de semine Esau saluati sunt, 1.quæst.4.ecclesia,quæ §.his ita in fin.

AETAS. Quod ætas certa,& à canone examinata seruanda est in omnibus clericis ordinandis.77. dist. per totam.

Quod ante 25.annũ ętatis, nec diaconus debet ordinari, nec virgo ĩ monacham consecrari,20 quæs 1. placuit.

Quod puella intra 12. annum ętatis suę,& masculus intra 14. ad religionem non obligatur. 20. q. 1. puellę,§.cum ergo, & quæstio. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si in qualibet, &c. puella.
Quod in pueris ætas discretionis est 14. anni 22. q. 5. pueri.
Quod ante annos discretionis nemo cogendus est iurare, nec testis esse 22. q. 5. honestum, 2. q. 7. testes.
Quod sex ætatibus mundus & status hominis finitur, 35. q. 4. capitul. 1.
Quælibet ætas distinguitur per certa tempora propter magnalia, quę illis temporibus contigerunt.
Prima ætas ab Adam propter creationē mūdi & durat vsq; ad Noe.
Secunda à Noe propter aquę diluuium, & durat vsque ad Abrahā.
Tertia ab Abraham propter circūcisionem, & durat vsque ad Dauid.
Quarta à Dauid propter regalem vnctionem, & durat vsque ad Babylonis transmigrationem.
Quinta à transmigratione Babylonis propter filiorum Israel liberationem, & durat vsque ad aduentum Domini Christi.
Sexta ab aduentu Christi propter humani generis liberationem, & durat vsque ad finem sæculi.
Septima est in sepulchris quiescentium.
Octaua est ad vitam resurgentium.
EVANGELIVM. quod Euangelium Christi est audiendū stando, & cum reuerentia, de consec. dist. 1. apostolica.
Quod fine custodia euangelii non habetur spiritus sanctus. 1. quest. 1. Marchion.
Quod euangelii custodia non consistit in verborū foliis, sed in sensu, & medulla cordis, 1. q. 1. Marchiō.
Quod quantum ad perfectionē magna & multa est differentia euāgelii ad legem Moysi, 23. q. 4. hæc autem, § ex his.
Quod lex Moysi incæpit à terrore, Christi euāgeliū a māsuetudine.
Item sub lege peccantibus pœna corporalis statuitur, in euangelio pœnitentibus venia promittitur.
Item in lege dicebatur, qui fecit hoc vel illud, morte moriatur. In euāgelio. Gaudeo super vno peccatore pœnitentiam agente.
Item in lege populus seruili timore ad bonum cogebatur, in euāgelio populus gratiæ liber effectus filiali amore operatur.
Quod non repugnat euangelio malos ad bonum compelli, 23. q. 4. displicet, circa finem.
Quod Papa potest euangelium interpretari, 2. quæst. 5. §. 1. 33 quæst. 2. quos Deus.
EVCHARSITIA. Quod Eucharistia Græce, Latine bona gratia interpretatur, 1. q. 1. multi.
Item dicitur mysterium, eo q secretam & reconditam habeat dispensationem. ante med.
Item dicitur sacramentum; quia sub tegumento corporalium rerū diuina virtus secretius veri corporis & sanguinis Christi operatur effectum. de consecrat. distinctio. ne secunda, ego Berengarius.
Quod Eucharistia propter corporis, & sanguinis Christi existentiam excellentior est omnibus oblationibus, & sacramentis, de consecr. dist. 2. nihil.
Quod ex pane, & vino cum aqua misto efficitur Eucharistia. de consecrat. dist. 2. cum omne, in fin.
Quod forma verborum priolata sit transubstantiatio Eucharistiæ virture diuina. de consec. dist. 2. quia corpus, & cap panis. &c. reuera. ante finem.
Quod de forma verborum non est plus nisi, Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus, de consecr. dist. 1. quia corpus.
Quod licet vno & eodem tempore in diuersis immoletur, tamen sicut est vna diuinitas cui vnitur, sic non diuersum, sed vnum idemque corpus conficitur, de consec. distinct. 2. quid sit, post medium. & cap. vtrum.
Quod in hora consecrationis ima summis sociantur ad vocem sacerdotis, de consec. dist. 2. quid sit.
Quod Eucharistia sit oblatio benedicta, ascripta, & rata. de consecr. dist. 2. vtrum, post med.
Quod tres partes de Eucharistia factæ triformem statum corporis Christi, videlicet peregrinationis, sepulturæ, & resurrectionis designant, de consecr dist. 2. singuli.
Quod licet in Eucharistia Christus per partes manducetur, tamen manet intiger vbique totus, de consec. dist. 2. qui manducat.
Quod in singulis portionibus speciarum singuli Christum accipiunt. de consec. dist 2. singuli.
Quod Eucharistia est idem corpus quod sumptum est de virgine, quod passum est, quod sepultum est, quod resurrexit, & in cœlum ascendit, de consecr distinct. 2. omnia, in. fin.
Quod corpus quod Christus dedit in cœna, idem fuit quod passum est in cruce, quantum ad naturā, sed diuersum quantum ad formam, de consecr. dist. 2. prima. & cap. seq
Quod cū Eucharistia non sunt vnę, nec aliqua grana leguminis bene dicenda, de consec. dist. 2. didicimus.
Quod intincta hostia populo nō detur, nec lac pro vino offeratur, & ne ex intincto pane, vinum ad offerendū exprimatur, prohibetur. de consec. dist. 2. cum omne.
Quod Eucharistia offertur, & datur sub alia specie, nec abhorreamus etuoris & carnis sumptionem. de consec. dist. 2. forte, & c panis.
Item vt vitaremus paganorum & infidelium derisionem, de consecr. dist 2. vtrum. ante fin.
Quod eucharistia est pura conscientia offerenda & pura mente. d cō secr. dist 2 nihil.
Quod nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur, 1. quæstio. 1. multi. post. med.
Quod nō cōsecrationi Eucharistiæ, sed affectui bona vita sacerdotis necessaria intelligenda est, 1. q. 1. interrogo, §. cum vita.
Quod sacerdoti pransо non licet celebrare, 7. q. 1. nihil post medium. de consec. dist. 1. sacramenta.
Quod sacerdos hostiam consecrans, & non communicans, per annum à celebratione suspenditur. de consecratione, distinctio. 2. relatum.
Quod sacerdos corpus Christi sumens, & non sanguinem grande sacrilegium committit, de consec. distinct secunda. comperimus.
Quod officium est sacerdotis Eucharistiam distribuere, 93. dist. diaconi, cap. peruenit. &c. presente.
Quod à laicis personis nullatenus debet contrectari, de consecr. distin. secunda peruenit.
Quod sacerdos semper Eucharistiā paratam debet habere propter infirmantes, de consecratione, distin. secunda. presbyter.
Quod sacerdos qui à mure vel ab aliquo animali Eucharistiam non custodierit, 40 diebus pœnitebit. de consecr. dist. 2. qui bene.
Quod si per negligentiam de sāguine aliquid super terram stillauerit, 40. diebus pœnitebit de consecr. dist 2. si per negligentiam.
Quod tabula lignea super quā sanguis Christi stillauerit, est radenda, & rasura per ignem cinis effecta intra altare est recondenda: pāni propter idem ter sunt super calicem lauandi, & aqua circa altare fundenda, de consec. dist 2. si per negligentiam.
Quod melius est mori sine Eucharistia, quam de manu hæretici sacerdotis communicari, 24. quæst. prima. cœpit.
Quod qualem pœnitentiam ferre debeat qui scienter vel ignoranter de manu hæretici sumit Eucharistiam, 23. q. 1. si quis dederit.
Quod Eucharistię digna sumptio est pœnarum relaxatio, de consec. distinctio 2. cum omne. & cap. panē de altari.
Quod quia quotidie ex humana fragilitate peccatur, quotidie Eucharistia iteratur, de consecr. dist. 2. vtrum &c iteratur.
Quod quamdiu Eucharistia non recipitur, cor non recipientis indurātur, 82. dist. presbyter. circa med.
Quod tribus feltis præcipuis, scilicet in Pascha, & Pentecoste, & in Natiuitate Domini omnibus fidelibus communicandum est. de consecr. dist 2. & si non frequentius.
Quod si quis in prędictis tribus festis non communicauerit, à cœtu fidelium est separandus, de consecr. dist 2. si quis intrat. &c. seq.
Quod in cœna domini est etiam à fidelibus Christi Eucharistia percipienda.

pienda. de consecr. dist. 2. in cœna.
Quod excepta necessitate Eucharistia ieiuno stomacho est sumenda. de consec. dist. 2. liquido. 26 q. 6. si quis de corpore, & octo ca. seq.
Quod ante Eucharistiæ susceptionē tribus quattuor aut octo diebus ab vxore propria est abstinendum. de consecr. distin. 2. omnis homo. q. 4. sciatis.
Quod ab illis qui in vnione ecclesię sunt, accipitur sacramentaliter. de consec. distin. 2. quia passus in fi. & cap quid est, & cap. seq. & cap. dupliciter.
Quod licet Eucharistia sit bona, tamen in malum conuertitur indigne sumenti. de consecr. dist. 2. & sancta, & c. sicut Iudas, & c. quid est, & cap. qui manducant.
Quod indigne sumens Eucharistiā plus polluitur quàm purificatur. de consec. dist. 2. quotidie. & c. qui scelerato & c. qui discordat.
Quod homo quantum in se est Eucharistiam polluit cum ad ipsam sumendam indigne accedit. 1. q 1. multi. ante fi.
Quod in hoc quòd Christus Eucharistiam Iudę dedit, innuit, quod occultis peccatoribus cum eam exigunt, non est neganda, de consec. dist 2. non prohibeat & c. sicut Iudas, & 7. q. 1. aduersitas in fine. 1. q. 1. Christus.
Quod illis qui enormiter publice deliquerunt, Eucharistia non statim est danda, de consec. dist. 3 pro dilectione, de pœn. dist. 1. in actionem.
Item nec raptoribus rerum ecclesiæ. 12. q. 2. indigne & c. de vino.
Quod propter pollutionem nocturnam ex præcedenti crapula, uel cogitatione immunda, ab Eucharistia abstineat 6. dist. testamentū. & cap. non est.
Quod tempore menstrui & ante purificationem partus fœminę possunt communicare 5. dist. ad eius vero concubitum.
Quod pœnitentibus in morte Eucharistia non est neganda. 50. dist. pœnitentes 27 q. 1. virgines 1. q. 1. si quis hæreticę. § eccc. 2. q. 1. in primis, post medium 46. dist. accusatores 25. q 6. si quis de corpore, & 4. cap. seq.
Quod excommunicatis satisfacientibus in morte non est deneganda Eucharistia 86. dist. tanta.
Quod his qui in patibulis suspendūtur si pœnituerint, non est eis deneganda Eucharistia, nec sepultura 13. q. 2. c. quæsitum est.
Quod abstinens se quādoq; ab Eucharistia propter sacramenti reuerentiam, non est arguendus, neque frequenter sumens est iudicandus 5. dist. ad eius vero concubitum. in fi. 12 distin illa, de consecr. 2 quotidie.
Quod communio Eucharistiæ dabatur antiquitus pro vulgari purgatione. 2 q. 5 sępe.
Quod post susceptionem Eucharistiæ, corporalis cibus non statim sumendus est, de consec. distin. 2. tribus gradibus.
Quod qui propter ebrietatē vomit Eucharistiam, grauiter punitur: propter infirmitatem, minus; quia infirmus si nauseam se habere resciuit, sumere non debuit, de consecr. distin. 2. si quis per ebrietatem.
Quod non minus reus est qui negligenter verbum Dei audiuit, quàm qui reuerendum corpus Christi per negligentiam in terram cadere permittit. 1. quæst. 1. interrogo.
EVNVCHVS. Quod eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius amputata sunt virilia, vel per ægritudinem, vel sic natus est, & est dignus, potest promoueri etiam ad episcopatum, quinquagesimaquinta distinct. Eunuchus, & cap seq.
Quod non requiritur vt Eunuchus carnem illius vel pulueres semper secum portet 50 distinct. Eunuchus.
Quod non potest promoueri qui vt carnis lubricum vitaret seipsum castrauit. 55. dist. si quis absciderit. & quattuor cap. seq.
Quod illi Eunuchi placēt Deo, quos non castrat necessitas, sed voluntas. 33. q 5. tunc saluabitur. §. qui sitit.
EXACTIO. Quod exactio licitè potest fieri in subditum, ut ab ordinatione indebita compescatur, vigesimatertia quæstio. 6. iam vero.
Quod episcopi propter iura sua clericos exactionibus grauare non debent. 10. q. 3. per totum. 16. q. 1. prædicator.
Quod illi qui Romipetas, uel alios peregrinos pedagiorum exactionibus grauant, anathema incurrunt 24 quæstio. 3. si quis Romipetas.
Quod illi qui nouas exactiones in pauperes faciunt, per excommunicationem sunt reprimendi 24. q 3. illi qui.
EXAMINATIO. Quod examinatio conscientiæ, & bonæ vitæ debet consecrationem episcopi præcedere. 23 dist. qui episcopus. 24 dist. episcopi.
Quod examinandus est de fide quātum ad ea quæ in diuinis Trinitatem, & vnitatem personarum consequuntur. 23. distinct. qui episcopus.
Item examinari debet de Christi incarnatione, & de multis alijs articulis, qui in symbolo continentur 23. distinctio. qui episcopus. post med.
Quod nullus clericus sine examinatione est ordinandus. 24. distinct. nullus.
Quod episcop⁹ de latere suo bonos & discretos viros debet eligere, qui ordinandos clericos in vita, & scientia debent examinare 25. distin quando.
Quod sine examinatione ordinati a clero penitus abijciendi sunt. 81. dist. si qui sine.
EXCEPTIO. Quod exceptio fori dilatoria in principio litis debet opponi & probari 3 quæst. 6. si quis episcopum & §. seq.
Quod peremptorias exceptiones sufficit in principio litis contestari. 3 quæst. 6. si quis episcoporum. & cap. seq.
EXCOMMVNICATIO quod excommunicatio dicitur extra cōmunionem ecclesiæ separatio. 11. q. 3. nihil. & c. canonica. 27. q. 1. vi duas. 24. q. 3. tam sacerdotes.
Quod omnis impius si non ab ecclesia, tamen a Deo est separatus 24. q. 3. certum.
Quod excommunicationem ecclesia traxit ab Apostolo, qui Corinthium satanæ tradidit. 24. q. 3 Apostolicæ. 11. q. 3. omnis.
Quod tunc traduntur peccatores satanæ, cum per excommunicationem a corpore Christi separantur. 11 q. 3. audi. & c. omnis.
Quod sicut putridæ carnes sunt resecandæ, & onis scabiosa, ne cęteras inficiat a caulis est repellenda, sic mali ne bonos inficiant per sententiam extra ecclesiam sunt ponendi 24. q. 3. resecandæ, & octo cap. seq.
Quod nulla pœna maior est in ecclesia quam excommunicatio. 24. q. 3. corripiantur. 11 q 3. absit.
Quod multiplex est damnum quod excōicatio inducit: videlicet, quia a Deo separat. 24. q 3 certum.
Item satanæ tradit. 11. q. 3. audi.
Item peccatorum absolutionem impedit 24. q 2 quicunque.
Item ab ecclesia fidelium remouet. 11 q 3. omnis. & c. seq.
Item a fidelitate iuramēti absoluit. 15. q 6 nos sanctorum. & cap. seq.
Item omnia bona opera in ea facta mortificat 23. q. 4. si quis & q. 7. quemadmodum.
Item suffragia ecclesiæ siue in vita siue post mortem tollit. 11. q. 3. qui cumque intra 24. q. 2. de communione. & c. seq.
Item ęternam damnationem inducit. 11 q 3 nemo episcoporum.
Quod excommunicatio non debet ferri pro leuibus excessibus, sed pro grauibus. 11. q 3 nemo eporū.
Quod non debet esse mortalis, sed medicinalis. 2. quæst. 1. multi. in prin. 11 q 3. audi. 34. q. 3. certum, & c. corripiantur.
Quod excommunicatio non est propriam propter iniuriam ferenda. 23. q 4. inter querelas.
Quod non debet deferri cum impetu, sed cum deliberatione, & causæ cognitione. 11. quæst. 3. si quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

epiſcopus, & cap. ſeruetur.
Quod excommunicationem trina monitio debet præcedere. 2. q. 1. Deus omnipotens §. quando autem. 12. q. 2. indigne.
Quod excommunicatio debet ferri in ſcriptis 2. q. 1. legum. & 4. q. 4. nullus.
Quod ferri debet eb epiſcopo ſpecialiter, vnde & mucro epiſcopi dicitur 16 q. 2. viſis. in fi 24. quæſt. 3. corripiantur.
Quod excommunicatio non eſt cõtemnenda 11. q. 3. nemo contemnat, & duobus cap. ſeq.
Quod ideo non eſt contemnenda, quia non homo ligat, ſed Chriſtus 11 q. 3. nemo contemnat.
Quod quando non contemnitur, non eſt eradicatio, ſed diſciplina 24. q. 3 notandum.
Quod excommunicatio iuſta, uel iniuſta, eſt timenda 11. q. 3. c. 1. & c. qui iuſtus.
Quod etiam cum iniuſta contemnitur, incurritur 11. q 3. qui iuſtus.
Quod iniuſtę excõmunicationi eſt parendum vſque ad cauſæ cognitionem 11. q. 3. ſi epiſcopus. § præmiſſis, & c. iuſtus. & § ſeq
Quod iniuſta excommunicatio dicitur quæ ſit timore terreno 9. q 3. fratres.
Item iniuſta dicitur ex ordine, quãdo videlicet ordine non ſeruato in ſententia proceditur. 11. q. 3. ſeruetur. § item ſententia.
Item iniuſta dicitur ex cauſa, qũ ſcilicet nullum ſubeſt crimen, ſed ſolum propter odium iudicis vel aliquem alium fauorem iuſtum, iuſtus damnatur. 11. q. 3. non ſolũ. § aliquando, & cap. quatuor, cum quinque cap ſeq.
Item iniuſta dicitur quę non lędit eum in quem fertur, ſed a quo fertur. 24. q. 3. certum, &c. de illicita. & c ſi habes. §. vbi ergo. in fi.
Quod iniuſta excommunicatio coram Deo non ligat. 11. q. 3. quomodo, & nouem c ſeq.
Quod qui patienter, fert iniuſtam excõmunicationem eccleſiæ, meretur coronam. 11. q. 3. & fi.
Quod plures ſunt ſpecies excõmunicationis: quędam enim arcer a liminibus eccleſiæ, & ab Euchariſtiæ perceptione, & hæc dicitur minor. Alia vero non ſolum ab his, ſed etiam ſeparat ab omni fidelium communione, & hæc dicitur maior. 11. q 3. ad menſam. §. euidenter. 3. q. 4. Engeltrudam. 5. q 2. præſenti.
Quod excommunicatio lata ab epiſcopo morte ſuperueniente non remittitur a ſucceſſore 35. q. 9. quod quis.
Quod etiam roborantur à ſucceſſore 35 q 9 loci.
Quod excõicati ſunt ipſo iure in canone qui ſortilegijs, & diuinationibus intendunt 26. q 5. ſi quis ariolos & c. non oportet, & alia quanti. c. ſortes c. ſi quis clericus, & c augurijs.
Item qui manus violentas in clericum vel aliam perſonam religioſam, uel eccleſiaſticam iniecerit. 17. quæſt. 4. ſi quis ſuadente. 24. q. 3. ſi quis.
Item violatores eccleſiarum & raptores rerum eccleſiaſticarum. 11. q 3. canonica. 17 q 4. omnes eccleſiæ, & c. frater 24 q. 3. ſi quis de.
Item noua telonia imponentes, & clericos ſiue Romipetas ſpoliantes. 24. quæſt. 3 ſi quis Romipetas. & cap. ſeq.
Item litteras papę falſificantes. 50. diſt. ſi epiſcopus.
Item omnis hæreticus ipſo iure excommunicatus eſt 4. q. 1. quòd autem.
Item omnis mortaliter peccans eſt extra communionem eccleſiæ do nec pœnituerit 6. q. 1. illi qui.
Item ipſo iure excommunicatus eſt qui mortui epiſcopi res, quæ pro qui ſucceſſure integraliter reſeruari debẽt, diripere præſumit. 12. q. 2. illud, & ca. ſeq. & c. hæc huius placiti.
Quod excõmunicandi ſunt epiſcopi qui ad concilium uocati non veniunt, uel qui concilium impediunt. 18. diſt. quoniã. & c. ſi quis. & 4. q 5 c 1. 11. q 3 certum.
Item excõmunicandi ſunt qui præcepta apoſtolicæ ſedis non cuſtodiunt 19 diſt. nulli.
Item quę eccleſiaſtica priuilegia cõtemnunt 12 q. 2. qui & diuinis, & humanis.
Item epiſcopi, vel clerici diſſolute viuentes 35 diſt. epiſcopus.
Item Imperatores, vel Reges delinquentes 96. diſtin. duo 11. quæſt. 3. cum apud.
Quod non poteſt excommunicari, niſi Chriſtianus 24. q. 1. audiuimus. poſt med.
Quod aliquis epiſcopus poteſt excommunicare ſubditum alterius epiſcopi ratione criminis quod in eius epiſcopatu cõmiſit. 6. q. 3. placuit 3 q. 6 ibi enim. & c. vlt.
Quod negligenter teſtamenta exequentes ſunt excommunicandi. 13. q 2. qui oblationes & duobus cap. ſeq.
Item contumax eſt excommunicandus. 17. q. 4 ſi quis deinceps. in fin.
Item incendiarij ſunt excommunicandi, & pro pœnitẽtia per annũ ultra mare tranſmittendi. 23. q. vlti. peſſimam.
Item homicidæ, falſi teſtes. 24. q. 3. itaque.
Item hęretici & ſchiſmatici, & quorum ſcripta hæreſim continent, etiam poſt mortem ſunt excommunicandi 24 q 2. ſane pro.
Quod excõmunicatur clericus mortuus in ludis gentilium. 23. q. 8. quicunque clericus.
Item excommunicatur poſt morrẽ qui hæreticum conſtituit hæredẽ. 24 q 2. ſane profertur. ante med.
Item excommunicantur poſt mortem qui ſe voluntarie occidunt. 23. q. 5 placuit.
Quod ſacerdos miſſam inchoatam ex temeritate non finiens, eſt excommunicandus. 7. q. 1. nihil. in fi.
Quod non vitantes excommunicatos ſunt excommunicandi. 11. q. 3. ſanctis.
Quod nemo eſt nominatim excommunicandus niſi de crimine ſit cõuictus vel confeſſus. 2. q. 1. multi.
Quod nullus eſt excommunicandus antequã cauſa probetur. 24. q. 3. de illicita.
Quod nomina publice excommunicatorum debent ignorantibꝫ intimari, ne per ignorantiam ſe poſſint excuſare 11. q. 3. curæ ſit.
Quod qui proprer facinus ab hæreticis excommunicantur, a fidelibus propter deteſtationem criminis non ſunt recipiendi. 24. q. 1. qſ quis. & c. ſeq.
Quod indebite excommunicãs per triginta dies à ſacra communione ſuſpenditur. 11. q. 3. audi.
Quod excommunicatus non poteſt eſſe iudex aliorum. 24 quæſt. 1 miramur.
Quod excommunicati non admittuntur ad denunciandũ vel ad accuſãdum 3. q. 4. conſpiratores & duobus c. ſeq. 4. q. 1. per totum 24. q. 1. miramur, §. his auctoritatib. in fin.
Item infames ſunt. 6. q 1. infames.
Quod excommunicatus ſi intra annum ſe purgare cõtempſerit. poſt annum tanquam reus non eſt audiendus. 11 q 3. rurſus, & c ſeq.
Quod non poſſunt excommunicare vel iudicare. 24 q 1. audiuimus, &c. ait, & c. ſeq. & c. miramur.
Quod epiſcopus excommunicatus non dicitur ordinare quãtum ad executionem, quia quod non habet, dare non poteſt, 1. q 1. quicumque ſacros. c. qui perfectionem. & c. ventum eſt.
Quod excommunicati celebrantes triennij pœnitentia puniũtur. 11. q. 3. de illis.
Quod excommunicati in ſacris cõſtituti, officio intereſſe nõ debẽt. 11. q 3. ſi quis epiſcopus, in fin.
Quod excõmunicati omnino ſunt vitandi. diſt. 93. ſi inimicus. & cap. ſeq 6 q. 1. illi qui. 11. quæſt. 3 ad menſam. & cap. rogo. & quattuor cap. ſeq.
Quod non eſt communicandum excommunicato maiori excommunicatione in oratione, cibo, potu, oſculo, aut ſalutatione 11 q 3. excommunicatos. &c. cum excommunicatio. &c. anteceſſor.
Quod non licet clericis communicare epiſcopo 93. diſt. miratus.
Quod nominatim excommunicato non eſt communicandum, ne ſententia tranſeat in tertiam perſonam.

nam. 12. q. 3. ſi quis laicus & c. excellentiſſimus. 24 q. 2. ſane quod.
Quod ideo non eſt communicandũ excommunicato, vt confuſus citius laboret reconciliari. 93. diſt. ſi inimicus. & 11. q. 3. audi.
Quod cum pagano magis licet communicare quam cum excommunicato. 11. q. 3. ad menſam.
Quod quilibet prælatus debet alterius epiſcopi ſubditum excommunicatum vitare, & facere vt a ſuis vitetur. 11. q. 3. curæ ſit.
Quod ſine culpa communicat excommunicatis vxor, filius, ſeruus ignorans, & neceſſitatem patiens. 11. q. 3 quoniam multos. & c. excellentiſſimus.
Item qui communicat propter ſpẽ correctionis. 11. q. 3. anteceſſor, Va de verſus.

Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe,
Hæc anathema quidem faciunt ne poſſit obeſſe.

Quod viatori vel peregrino tranſeũti in terra excommunicatorũ emere, & pauperi mendicare conceditur. 11 q 3. quoniam multos.
Quod occultum excommunicatum tantum ſciens tenetur vitare, ac ſi ſciret publice eum excommunicatum 6 q 2. ſi tantum. & cap. ſeq.
Quod publice excommunicato intrante eccleſia omnes debent exire. 23. q. 1 omnis qui. & 11. q 3. ſicut apoſtoli.
Quod presbyter ſi canonem inchoauit, propter ſuperuenientem excõcatum, miſſam non debet relinquere imperfectam 7. q. 1. nihil.
Quod mortuo ſuffragia a viuis non debent exhiberi, q propter excõicationem viuis non communicauit. 11. q. 3 quicunque intra.
Quod tali excõmunicato poſſumus communicare mortuo, qui viuẽs petiuit abſolui. 24. q. 2. de communione. & c. nec quiſquam.
Quod communicans excommunicato indebite, excommunicationẽ incurrit. 11. quęſt. 3 præcipue. & c ſi quis epiſcopus & c. ſeq. & c. ſicut apoſtoli. & c. cpi. & cap. placuit.
Quod epiſcopi communicantes excommunicatis in crimine, deponantur. 11. q 3. Teugualdum. & c. quicumque contra uerit.
Quod epiſcopus cõione priuatur, qui ſoli ſibi cognitum publicat excommunicatum 6 q. 2. placuit.
Quod excommunicatus antequam abſoluatur debet ſpondere emendam de præterito, & cautelam de futuro 11. q 3 cum aliquis. & 12. q 2 de vito, in fi.
Quod abſoluitur quis ab excommunicatione abſens per litteras. 24. q 3 comperimus.
Quod abſoluitur poſt mortem, ſi viuens hoc petiuit. 24. quæſt. 2 nec quiſquam.
Quod de excommunicatione papę quam ſibi reſeruauit nullus niſi in morte poteſt abſoluere. 16. q. 1. frater noſter.
Quod ſolennis excommunicationis & abſolutionis forma ponitur. 11. q. 3. debent.
EXCVSATIO. Quod excuſatio inferioris non valet, vbi de rebus eccleſiæ quas illicite poſſident, vel principes, vel parentes, ſe excuſant. 16 q. 1. in canonibus. ante finem.
Quod auctoritas & præceptum ſuperiorum excuſant in quibuſdam facta inferiorum. 14. quæſt. 5. dixit dominus.
Quod auctoritas ſuperioris non excuſat inferiores in delictis. 11. q. 3. ſi dominus. & c ſeq.
Quod iudęi a furto excuſãtur Ægyptiorum, quia iubente Deo paruerunt. 14. q. 5. dixit dominus.
Quod ebrietas excuſat culpam a tãto, ſed non a toto. 15. q. 1. ſane. & c. inebriauerunt.
EXECVTIO. quod executio ſententiæ iudicis debet differri vſq; ad triginta dies, propter deliberationem. 11. q. 3 cum apud.
Quod ab executoris ſentẽtia appellare non licet, niſi ipſe modum executionis excedat. 2. q. 6. ſi quando. § ab executore.
Quod licet ab executore appellare ſi ipſa ſententia excommunicationis opponatur 11. q. 3. cum excommunicato.
Quod executores teſtamentorum propter negligentiam debent excommunicari. 13. q. 2 clerici.
EXEMPLVM. Quod exempla ſanctorum tam in ſcriptis quam in factis perſpicaciter ſunt recolenda. 20. diſtinctio. de quibus 23 q. 6. vides.
Quod ratio ſana eſt exemplis ponẽda. 9 diſt. ſana.
Quod ſuperiores inferioribus exẽplum bonum tenentur dare. 8. q. 1. qualis 12 q. 1. nolo.
Quod vita paſtoris in exemplum debet eſſet diſcipulis. 2. q. 7. cum paſtoris 81. diſt. nemo.
Quod prælati tot mortibus digni ſunt, quot vitioſa exempla ad ſubditos tranſmittunt. 11. quæſtio. 3. præcipue.
Quod ſenior ibi ſtricta increpatione eſt ferendus, vbi iuuenibus exemplum ad interitum præbet. 2 q. 7. Paulus dicit. 93. diſt. peruenit ad nos, in fi.
Quod in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ſtatus peccator honoratur. 83 diſt. nemo.
Quod quilibet quantũcumque magnus ſubditos & minores ſe paratus ſit in bono imitari. 22. diſt. de Conſtantinopolitana.
Quod caſus perfectorum ſuo exemplo multos retrahit a ſtatu perfectionis quem aggredi intendebant. 17. q. 1. qui bona.
Quod mali qui emẽdari deſpiciũt ne ſanctos ſuæ perditionis exemplo inficiant, tanquam morbida carnę omnibus ſunt præſcindendi. 24. q. 3. ecce.
Quod ad exemplum domini gratiarum actio poſt menſam debet dici. 44. diſt. quando autem.

De hac materia habes vbi agitur de Imitatione.

EXEMPTIO. Quod exemptio epiſcopi vel abbatis a ſuo ſuperiori non poteſt fieri niſi per ſolum Papam 16. quæſtio. 1. frater. 18. q. 2. luminoſo.
Quod exemptus non poteſt iudicari niſi a ſolo Papa. 16. q. 1. frater.
Quod in monaſterijs exemptis nullus prælatus ſine conſenſu abbatis valet exercere aliquam poteſtatem. 18. q. 2. luminoſo.
Quod prælatus qui exemptioni papæ inſurgere conatur communione, vſque ad extremum vitæ ſuæ priuatur 16. q. 1. frater. ante med.
EXEQVIÆ. Quod exequiæ pompaticę plus ſunt ſolatia viuorum, quam ſubſidia mortuorum. 13. q. 2 animę.
Quod apud Deum non perit quidquid pro mortuis in exequiis diligentia hominum perſoluit 23. q. 2, animę.
Quod quia ignoramus quibus mortuis proſunt, vel non proſunt exequię, ideo pro nullo debemus eas omittere. 13. quæſtio. 2. non eſtimemus.
EXHÆREDATIO. Quod exhæreditatio aliorum non debet fieri propter eccleſiæ promotionem. 17. q. vlt. c. It.
Quod ſucceſſor qui nõ adempleuit voluntatem defuncti, debet exhęredari. 11. q. 1. Silueſter.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreditate.

EXILIVM Quod exilium eſt canonica pœna quam eccleſia imponit in malitia obſtinatis 16. q. 1. Probinum 2. q 1. in primis.
Quod ſacrilegiorũ pœna eſt carcer, vel exilium. 17. quæſtio. 4. attendendum.
Quod ignobiles pacem eccleſię turbantes, in perpetuum exilium relegantur 24. q 1. qui contra.
EXITVS. Quod exitus malitiæ, virtutis operatur ingreſſum eodemque ſtudio quo crimẽ excluditur, innocentia copulatur. 12. q. 1. cum renunciatur.
Quod tunc quis ab vnitate eccleſiæ exit quando a fide & charitate recedit 24. q 3. cum aliquis.
Quod tunc boni a malis exire dicuntur quando etiam cum ipſis corporaliter conuerſatur, mente a factis eorum recedunt. 23. quæſtio 4. tolerandi ſunt. & c. ecce. & cap. a malis.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod a malis exire est facta eorum detestando ipsos de malo corripere. 13 q.4. recedite.

Quod difficile est vt bono peragantur exitu quæ malo inchoata sunt principio. 1. q. 1. principatus. & c. fertur §. cum ergo, in fi.

EXPOSITIO. Quod expositus cuiuscunque miseratione collectus post decem dies a dño non potest repeti 87 dist. sit expositus.

Quod expositio scripturarum accipienda est secundum proprietatē linguarum, de quibus sunt translatæ. 38. dist. locutio.

Quod exponenda est scriptura secūdum varietatem causarum, personarum, temporum, & locorum. 29. dist. per totum.

De expositione scripturarum require vbi agitur de Scriptura.

EXORCISTA. Quod exorcistæ in Græco, in Latino adiurantes vocantur. 21. dist clericos.

Quod exorcistę est officium manus super energumenos, & cathecumenos in exorcizando imponere. 25. dist. perlectis.

FABVLA. Quod fabulas sęcularium negotiorum non decet in mensa clerici, sed verba sacræ lectionis recitare. 44. distin. conuiuia, &c. seq.

Quod in mensis clericorum lectio diuinarum scripturarum haberi pcipitur, vt fabulosa, & curiosa, & otiosa vitentur. 44. dist. pro reuerentia.

Quod quia oblectamenta fabularum nimium excitant ad incēdia libidinum, prohibetur Christianis legere figmenta poetarum 37. dist. ideo.

FACILITAS. Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. 23. q. 4. est iniusta in fi.

FALLACIA. Quod fallacia ex voluntate procedens grauior est quam quæ de infirmitate vel tenuitate procedit. 22. q 2. beatus, §. ille ergo.

Quod non mentitur qui animum fallendi non habet, sicut patet de Petro. & paulo 22 q. 2. beatus.

Quod ille falsum iurat qui scit falsum esse quod iurat, 22. q. 2. beatus, §. ille ergo.

Quod falli in illis quæ non sunt ad salutem, vel nullum vel leuissimū est peccatum 22. q. 2. in quibus.

Quod minus malum est fallere aliquem in contractibus quam falli in articulis fidei 22. quæstio. 2. in ipsarum.

Quod falsum testimonium nemo contra se vel proximum dicere debet. 23. quæstio. quinta si non. ante medium.

Quod falsi testes communione priuantur, si clerici fuerint, in monasterio perpetuo detruduntur. 24. q. 3. itaque. 50 dist. si episcopus.

Quod sicut veritas persequitur falsitatē, sic boni in malis non persequuntur nisi malum. 23. q. 4. qui peccat.

FALSARIVS. Quod falsarius dr qui litteras defert, quę licet vere fuerint tamen de cōscientia papæ non emanarunt. 19. dist. in memoriam, vbi nota glo. quæ innuit diuersos modos falsandi.

Item falsarius dicitur qui chartam vel bullam radendo vel mutando falsificat. 50. dist. si episcopus.

Item falsarius dicitur qui falsa suggestione vel precibus falsis impetrat. 25. quæst. 2. dicenti.

Quod charta super beneficijs personalibus si non habet datam, falsa iudicatur 25. q. 2. §. si qua bñficia.

Quod licet episcopo falsarium domini papæ incarcerare. 19. dist. in memoriam.

Quod falsarius litterarum domini Papę si est clericus, est ab ordine deponendus, & in monasterium perpetuo detrudendus. 50. dist. si episcopus.

FALX Quod falx in alienam messem mittitur, quando fructus ecclesiæ non a vero, sed alieno pasto re tollitur. 13. q. 1. c. 1. §. in diœcesi, ante medium.

Quod Deus in messem falcem mittit, cum vnuiscuiusque vitam temporalem per mortis sententiam incidit. de pœn. distin. 2. cum sanctam. circa medium.

FAMA. Quod fama bona necessaria est nobis propter alios. 11. q. 3. non sunt audiendi. 12. quæst. 1. nolo, & q 2. quattuor. in fine.

Quod quisquis custodit famam suam, in alijs est misericors. 11. q. 3 non sunt audiendi.

Quod clericus, de quo mala fama crebrescit, etiam si conuinci non potest coram episcopo, presentibus prebyteris expurgatur. 15. q. 5. cap. 1.

Quod prædicator honus officium suum non debet negligere, etiam si currat inter infamiam & bona famam 6. q. 2. sunt plurimi.

De hac materia require vbi agitur de Infamia.

FAMES. Quod fames quandoque ex ira Dei in mundum mittitur, quando pauperibus eleemosynæ subtrahuntur. 16. q 1. reuertimini. post medium.

Quod qui fame laboranti non succurrit, graue peccatum incurrit. 86. dist. satis.

Quod qui fame morientem non pauit, quasi ipsum propria manu occidit 86. dist. pasce.

Quod iudex ecclesię licet teneatur se dare panis famem, & sitim aquæ, magis tamē famem audiendi verbum Dei. 8. q. 2. audacter. in fine.

Quod fames pristina sermoni domini præsentia doctrinarum eius & cœlestis panis saturitate compensabitur. 76. distinctio. ieiunium. in fine.

Quod fames curat morbos, quos gula infert de consecr. distinctio. 5. nullus.

FAMILIA. Quod familia debet per dominum suum de malo corrigi, & ad bonum incitari 47. dist. sicut hi, §. necesse.

Quod non culpatur paterfamilias faciens quod dēt, si aliquis in familia manet incorrigibilis. 48. dist. quantumlibet.

Quod episcopus debet cauere ne aliquem in familia habeat indisciplinatum 47 dist. sicut hi, §. necesse.

Quod a principio in omni familia bona fuit aliquis malus incorrigibilis. 47. dist. quantumlibet.

Quod propter culpam familię negligens paterfamilia punitur, tam temporaliter quam æternaliter, sicut patet de Hely. 47. distin. sicut hi, §. necesse.

Quod domino excommunicato, indebite fertur sententia contra familiam 14. quæstio. 3. si habes. §. vt ergo.

FAMILIARITAS. Quod familiaritas contra extraneos repellit testem 3 quæstio. 5. consanguinei. & cap seq.

Quod familiaritas milierum nimia, omnibus clericis, & religiosis prohibetur. 82. dist. interdixit, & duobus cap. seq. 34. dist. quorumdam. 81. dist. clericus. vsque ad fin. dist. 18. q 2. cognouimus. & cap. seq.

Quod vbi nimia familiaritas est mulierum, stimuli antiqui hostis non desunt. 81. dist. oportet.

Quod monachi sacrarum virginum custodes, ne propter familiaritatem suspecti habeantur, a frequenti earum accessu, & colloquio arceantur. 18. quæstio. 2. in decima, cap. seq.

FATVM. Quod fatum est genus diuinationis, cui qui intendit, dānationem animę suæ incurrit 26. q. vlt. non obseruetis.

FAVOR. Quod fauor singularis non debet attendi in electione prælati. 63 dist. porro.

Quod nec indigni debent propter fauorem ad sacros ordines promoueri. 1. q 1. pueri.

Quod illi qui ecclesias indignis ex fauore conferunt, sacrilegi reputantur. 1. q. 1. sunt quidam.

Quod nō corrigere peruersos nihil aliud est quam fauere. 83. distinctio. nemo. & cap. sequen. 13. quæstio. 6. si res post medium, 23. q. 4. quisquis.

Quod fauere impietati est non turbare cum possit quis peruersos. 23. q 3. qui potest. &c. ostendit.

Quod prælatus qui fauet in malo peccatoribus, vel qui piger est in corrigendo, ipse eis in malitia sociatur 23. quæstio. 4. ita. & capitula malis.

Quod qui consentit peccantibus, & defendit delinquentes: apud Deū & homines est maledictus, 11. q 3. qui consentit.

Quod fauorem dantes maleficiis sūt excommunicandi, 21. q. 3. placuit, & tribus c. seq.

De hac materia require vbi agitur de Consensu.

FAX. Quod sicut fax accensa sibi detrimentum præstat, aliis uero lumen in tenebris administrat, sic malus prælatus vel prædicator, 15. q. 8. sciscitantibus.

Quod sicut supernacuis laborat impendiis qui solem certat facibus adiuuare, sic qui zelum Dei dicit se habere, & in corrigēdo exequitur indebite, 6. q 1. si omnia.

FOELICITAS. Quod felicitate peccantium nihil est infœlicius, 23 q. 1. paratus.

FOEMINA. Quod fœmina non debet esse iudex, 3. q. 7. infamis, §. tria.

Quod fęmina propter verecundiam sexus nisi in sua & suorum causa non permittitur pro aliquo aduocare, 15. q. 3 §. 1. & quattuor capit. seq.

Quod fœmina nisi in crimine læsæ maiestatis, & in hæresi, & in simonia non pmittitur accusare, 15. q 3. certis de causis, & trib. c. seq.

Quod fœmina quantumcunque docta & sancta in conuentu virorum non debet prædicare, 23. dist. mulier 33. q. vlt. c. vlt. de consc. dist. 3. mulier.

Quod monachæ uel quantumcum q; sanctæ fœminæ non licet pallas altaris uel uasa sacra contingere, 23. dist sacratas.

An fœmina possit ordinem & characterem ordinis recipere, 27. q. 1. diaconissam.

Quod fœmina sancta mente est diligenda, non corporali frequentia, 32. dist. hospitiolum.

Quod fœmina extranea non debet clerico cohabitare, 81. dist. cū omnibus, & c. seq.

Quod non possunt Deo pleno corde coniungi qui fœminarum accessibus copulantur, 32. distin. hospitiolum.

Quod clerico prohibetur cohabitare fœminarum nisi forte sint mater uel soror uel consimilis persona carens suspicione 32. dist. inter dixit 23. dist. igitur, 81. dist. clericus, & c. seq.

Quod beatus August. etiam cum sorore habitare noluit propter coniunctarum personarum societatē, 81. dist. legitur.

Quod religio non permittit ut solus cum sola loquatur, 81. dist. in omnibus.

Quod ut excludatur mala suspicio, nullus clericus nisi certis locis & temporibus debet loqui cum fœmina 81. dist. in omnibus.

Quod confabulatio clerici cum fœmina debet esse per modica & cō pēdiosa uerba, 18. q 2. diffinimus. & c seq.

Quod etiam abbati non licit loquicum fęminis, nisi sub duorum uel trium monachorum testimoniis, 18. q 2. in decima.

Quod monachi & monachæ in uno monasterio non debent cohabitare, 18. q 2. diffinimus.

Quod abbatissa uolens loqui cū aliquo, debet assotiari per vetulam monacham, 18. q. 2. diffinimus.

Quod non licet clericis, & aliis Christianis balneare se cum fœminis. dist. 81. non oportet.

Quod de formis fœminarum nō est disputandū 42. dist. hospitiolum.

Quod fœmina in signum subiectionis & uerecundiæ peccati quod in duxit, debet velari cap. 15 q. 3. uerbis itaque, 33. q. vlt. c. vlt. & c. hæc imago.

Quod fœmina nec comam amputare, nec uestę uirili propter luxum vti debet, 30. distinc. si qua mulier suo, & c. quęcunque.

Quod enixæ uel menstruatæ fęminæ non debet prohiberi introitus ecclesiæ 5. dist. §. 1. & c. seq.

Quod deterior est conditio mulieris quam uiri quantum ad subiectionem, 33. q. 5. hæc imago, & c. seq.

Item quantum ad noti fractionem, quia uir notum eius reuocare potest, sed non econtrario, 33. q. 5. noluit.

Item quantūad ordinis susceptionē, 32. distinc. mulieres, 15 quæstio. 3. §. 1.

Item quantum ad accusationem & testificationem, 15. q 3. §. 1.

FERIÆ. Quod feriæ legitimæ ad festinandum & non ad placita sæcularia exercenda ponuntur, 15 q. 4. per totum.

Quod feriæ legitimæ ad ieiunandū sunt secūda feria, quarta & sexta, 82. dist. presbyter, 12. q. vl. de illis. 22. q. 5. qui compulsus, de consec. dist. 3. ieiunia.

Quod ab Aduentu Domini usque ad octauam Epiphaniæ, & alia tempora feriata sunt quo ad celebrationem nuptiarum, 33. quæstio. 4. non oportet, & tribus capit. seq. Vide quod sanciuit conc. Trid. de hac re.

Quod qui dies uel quæ tempora feriandа sunt per circuitum anni. de consec. dist 3. §. 1.

FESTIVITAS. Quod festiuitas sanctorum quando sit festiuanda, laicis est pronuntiandum de consc. dist 3. §. 1.

Quod festiuitate per anni circulum sunt celebrandæ, innuitur, de consec. dist. 3 pronuntiandum, & c. rogationes.

Quod in sanctorū festiuitatibus maxime solent homines uacare comessationibus, 44. distin. comessationes.

Quod maxime clerici festiuitates sanctorum cum deuotione tenentur peragere, 44 distin. nullus, 15. q. 4 per totum, 16 q 7 & hoc diximus.

Quod in festiuitatibus prohibendi sunt laici per sacerdotes a chorearum saltationibus, de consc. dist. 3. irreligiosa.

De hac materia habes vbi agitur de die Dominico.

FESTINANTIA. Quod festinantia in quibus sit bona, & in quibus mala, habes vbi agitur de acceleratione.

FINGERE. quod decuplex inuenitur de canone fictio consona cum decem prædicamentis, nam quandoque fingitur esse qui non est, ut Iacob finxit se esse Esau. 22. q. 2 quæritur, §. item opponitur, vbi nota prædicamentum substantiæ.

Item quandoque fingitur quis esse minor quam sit, 2. quæst. 7. quamquam. Exemplum de Augustino, & Hieronymo, vbi nota prædicamentum quantitatis.

Item quandoque fingitur quis talis esse qualis non est, 29. q. 1. §. 1. vbi nota prædicamentum qualitatis.

Item quandoque quis fingitur esse patet qui non est. 27. q. 2. institutū, §. iuxta, vbi Ioseph dicitur pater Christi, vbi nota prædicamentum relationis.

Item quandoque fingitur quis agere quod non agit, 22 q. 2. cum humilitatis, vbi not. prædicamentum actionis.

Item quandoque fingitur quis pati qui non patitur, 32 q. 5 proposito, vbi nota prædicamentum passionis.

Item quandoque fingitur quis esse eo rpe quo non est de pœn. dist. 1. periculose, vbi nota prædicamentum temporis.

Item quandoque fingitur situm esse quod non est, 13. dist. duo & c. neruii, vbi nota prædicamentum situs.

Item quandoque fingitur non habere quod habet, 31. distin lex continentiæ, vbi nota prædicamentum habitus.

Item quandoque fingitur esse in loco vbi non est, 7. q. 1. mutationes, vbi nota prædicamentum vbi.

FIDES Quod fides est de vno visis, & ideo habet meritum, de pę. dist. 4. in domo.

Quod fides est quæ per dilectionem operatur, de pę. dist. 2. firmum Dei fundamentum.

Quod fides quandoque accipitur pro fidei sacramento, aliquando pro habitu mentis, de consec. dist. 4 nihil.

Quod illud apostoli, quidquid non est ex fide, peccatum est, sic accipitur quod quidquid fit contra conscientiam, ędificat ad gehennam, 28. q. 2 omnes, §. ex his.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod fides non tantum est liberi arbitrii, sed donum Dei. de consecrat. dist. 4. gratia.

Quod fides sine operibus non valet. 1. q. 1. sicut vrgeri, &c. fertur, de pœnit. dist. 2. §. non est mitum.

Quod fides meritorum suorum gradibus proficit & crescit, de pœnit. dist. 2. §. hæc quæ.

Quod articuli fidei, quos firmiter credere debemus, ponuntur, 33. dist. qui episcopus, de consecratio. distin. 4 prima.

Quod symbolum fidei est in ecclesia publice laicis prædicandum, de cõsecr. dist. 4. symbolum.

Quod symbolum fidei ab electo in archiepiscopum, ante acceptionem pallii est profitendum, 100. distin. optatum.

Quod est multiplex effectus fidei, nã fides in vnum connectit quos diuersitas meritorum tenet, 43. dist. sit rector post med.

Item fides omnia purgat, 15. q. vlt. c. vlt. 24. q. 1 si Petrus.

Item omnes procellas militantis ecclesiæ superat, 24. q. 1. non turbatur. in fi.

Item fides rempublicam magis quã sudores corporales gubernat, 23. q. 8. tributum, §. quamuis.

Item vbi humana ratio non potest attingere, fides comprehendit, 24. q 1 non turbatur, in fi.

Quod fides supplet ubi baptismus vel aliud sacramentum habere nõ potest, de consec. distin. 4. baptismi.

Item in baptismo prodest paruulis fides offerentium, de consec. dist. 4. illud.

Item nisi quis soliditatem fidei tenuerit, Deum cognoscere non poterit, 20 q. 1. quia.

Item ubi sana fides non est, non potest esse iustitia, 24. q. 1. ubi.

Quod sine fide falsa est virtus etiam in optimis moribus, 28. q 1. omnes, §. ex his.

Quod prælatorum est confirmare fidem subditorum, 21. dist. § 1. in fi.

Quod cum circa fidem in aliquo dubitatur, ad fidem apostolicam, tanquam ad magistram recurritur, 11. dist. palam, 22. dist. omnes.

Quod omnes Christiani tenentur fidem Christi defendere, 96. distin. nos, &c ubinam.

Quod non habet fidem Christi qui corpus ipsius, idest, membra ecclesiæ nititur detrahere, 24. q. 1. aduocauit.

Quod illis non est credendum qui fidem veritatis abiecerunt, 2. q. 7. non potest, 61. dist episcopum.

Quod qui diuinationibus & magicis illusionibus credit, fidem perdit, 26. q 5. episcopi.

Quod ideo permittit Deus magicis artibus illudi hominibus, ut ipsorum erga Deum fides probetur 26 q 5. nec mirum, in fi.

Quod fides cum promittitur, etiam hosti est seruanda, 23 q. 1. noli.

Quod in promissione stulte facta uel vi extorta fides non est seruanda, 22. quæst. 4 in malis, 15. q 6. cap. 1. & c. seq.

Quod non est fides quæ promittitur pro crimine adimplendo, 22. q. 4. si ad peccatum.

Quod ad fidem suscipiendam nullus est cogendus 45. dist. quid cap. qui syncera, & c. de Iudæis.

Quod ad susceptam fidem cogitur quis redire, & eam seruare, 45. d. s. de Iudæis, 23. q. 5. ad fidem.

FIDELITAS. Quod fidelitas seruanda est domino temporali, 24. q. 5. si apud.

Quod propter præceptum ecclesiæ quandoque discolis dominis fidelitas non seruatur, 15. q. 6 nos sanctorum, et c. seq.

Quod Papa propter excessum Domini absoluit subditos a iuramento fidelitatis, 15. q. 6. alius.

Quod Imperator tenetur Papæ iurare fidelitatem, 63. distin. tibi Domino.

Quod fidelitatis forma sex requirit seruanda, uidelicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, 22. q. 5. de forma.

Quod inter fideles & infideles multa debet esse discretio, 2. quæst. 4. alieni.

Quod debet inter eos esse discretio in accusatione & testificatione, 2. q. 7. pagani.

Item in matrimonii contractione, 28. q. 1. iam nunc, & c. seq. & c. Iudæi, & c. seq.

Item in ciborum perceptione, 28. q 1. nullus, & c. seq.

Item in mutua cohabitatione, 28. q. 1. Iudæi, & c. seq.

Item in ieiunorum obseruatione, de consecr. dist. 3. ieiunium.

Item in temporis præscriptione, 16. q. 3. porro.

Quod non potest homini esse fidelis, qui Deo extitit infidelis, 2. q. 7. nõ potest.

Quod fidelis malus licet sit numero intra ecclesiam, merito est extra, 1. q. 1. ut euidenter, 24. q. vlt. de illis, in fi.

Quod talis plus nociuus est ecclesiæ quam directe infidelis, 11. q. 3. nolite, in fi.

Item peior est infideli, 6. q. 1. quæro.

Quod talis Christiani peccatum grauius est peccato infidelis, 32. q. 4. in eo.

Quod pœna ipsius pro peccato grauior erit quam pœna infidelis, 12. q. 1. scimus, 1. q. 1. nonne.

Quod talis tolerandus est, non imitãdus quamdiu ab ecclesia per sententiam non præscinditur, 23. q. 4. forte, & c. infidelis.

FILIVS. Quod filius dicitur per carnis propagationem, per morum imitationem, 22. q. 2. quæritur, §. item opponitur.

Quod filii Dei dicuntur tripliciter, uel prædestinatione tantum, uel prædestinatione & spe beatitudinis æternæ, vel merito fidei & præsentis iustitiæ, de pœn. dist. 4. si ex bono.

Quod filii spirituales dicuntur tripliciter, videlicet aut per baptismi immersionem, aut a baptismo per leuationem, aut per confessionem. 30. q. 1. omnes, & c. ad limina.

Quod filii diaboli dicuntur non per carnis propagationem, sed per criminis successionem, 1. quæstio. 1. ci 10.

Quod filii liberi dicuntur qui ex libero matrimonio sunt orti. Naturales autem cõcubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugii, 52. q. 4. c. ult.

Quod illi non reputantur filii, nec debent in bonis succedere patris, qui nati sunt de incestu, 35. q 7. per totum.

Quod filii legitimi dicuntur, qui uel ante baptismum, vel post de matrimonio nati sunt, 28. quæstio. 1. num quid.

Quod filii sequuntur conditionem ventris 32. q. 4. cap. ult. 28. quæst. 1. Iudæi.

Quod pater carnalis de filiis temporalem curam debet habere, 30. dist. si quis reliquerit.

Quod tenetur filios suos verbo, & exemplo a uitiis ad uirtutum studia prouocare. 47. dist. sicut hi, §. ne cesse, usque in fin.

Quod non debet semper eos osculari, sed quandoque propter disciplinam castigare, 5. quæst. 5. non oscu latur.

Quod gloria patris est filius sapiens, 95 dist. esto, in fi.

Quod tunc pro patribus nati sunt filii, quando pro apostolis surtexerunt episcopi, 68. dist. quorum.

Quod filii presbyterorum, si paternæ incontinentiæ sunt imitatores, ad sacros ordines non sunt promouẽdi, 56. dist. presbyterorum.

Quod quandoque filiis peccata parẽtum imputantur, quandoque non, 61. dist per totum.

Quod filii illegitimi puniuntur propter incontinentiam parentum, 14. q. 3. cum multæ.

FISCVS. Quod fiscus tollit quod non accepit Christus, 16. q. 7. maiores, & quæstio. 1. decimæ circa med.

Quod res cõuictorum, & unitati pertinacitet resistentium, fisco uendicantur, 23. quæstio 4. nimirum, in fi.

FLAGELLVM. Quod flagellum Domini quãdoque est ad uindictam, quandoque ad hominis purgationem, 7. quæst. 1. cum percussio.

Quod sicut pastor errantia pecora flagello reducit, sic homines errãtes per flagella sunt reducendi, 23. quæstio. 4. nimium, post medium, &c. displicet, per totum, & cap. debet.

quod

Quod flagellato non est addenda afflictio. 7 q. 1 cum percussio.

Quod flagellatio, vt proficiat, debet esse discreta. 4. 5 dist. cum beatus.

De hac materia require vbi agitur de correctione disciplinæ, & vbi agitur de percussione.

FLAMINES. Quod flamines dicebantur sacerdotes Gentilium, a filo quo in capite vtebantur, pro quo dicebantur flamines, quasi filamines, 21. distinct. cleros. circa medium.

Quod apostoli in locis vbi Gentiles primos habuerunt flamines, constituerunt Patriarchas. vbi vero archiflamines, constituerunt archiepiscopos: & vbi flamines, posuerunt episcopos. 8. distinctio. in illis.

FLETVS. Quod fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorum, quia ipsos per mortem non amittimus, 13. q 2 quam præposterum.

Quod flere mortuum indebite, pro uenit ex desperatione futuræ resurrectionis, & ex pusillanimitate plus quam ex pietate. 13. q 2. vbi. cumque & §. seq.

Quod dominus no fleuit Lazarum mortuum, sed ad mundi huius ærumnas resuscitandum. 13. q. 2. quia diuina.

Quod Petrus fleuit, & flẽdo peccata delenit. de pœn. dist. 1. circa princ.

Quod peccator flere debet cogitando quia iniuste peccando Deum suũ offendit. de pœ dist 5. defleat.

Item fleat qui peccatis se vitro obtulit, & in ipsis perseuerauit. de pœn. dist. 1. § 1. circa princ.

Item fleat non solum quia peccauit sed quia interim virtute se priuauit. de pœniten. dist. 5. §. 1. ver. dolendum.

Item fleat quod proximum suũ malo exemplo corrupit de pœnit. distin. 5. §. 1. ver. animaduertere.

De hac materia habes vbi agitur de Lachrimis, & vbi agitur de Luctu.

FOMES. Quod fomes est languor naturæ, qui carnis concupiscentia appellatur, 15. q. 1 §. itaque.

Quod fomes carnis concupiscentia appellatur, quæ uerius animæ infirmitas dici potest; sed ideo infirmitas carnis dicitur, quia accidit animæ ex coniunctæ carnis corruptione, 15. q 1. itaque.

Quod fomes non est peccatum, sed pœna peccati. 15 q 1 §. 1.

Quod fomes in baptismo nõ deletur, sed debilitatur. de consecrat. dist. 4. per baptismum. & cap. non ex quo.

Quod fomes semper repugnat legimentis, etiam in perfectis. 32. q. 5. si Paulus.

FONS. Quod fons signatus, & puteus aquæ viuæ dicitur ecclesia. 24. quæstio. 1. omnibus. & capit. quoniam.

Quod sicut a fonte præcisus riuus arescit, sic vnusquisque ab vnitate ecclesiæ separatus. 24. q. 1. loquitur ante fi.

Quod scientia sacræ scripturæ magis de fonte quam de riuulis est quærenda. 76. distin. ieiunium. circa princ.

Quod prælati non vtilia saluti prædicantes dicuntur fontes sine aqua. 2 q. 7. sicuti. in fi.

Quod charitas dicit fons. 80. q 1. in scripturis ante fin.

Quod dicitur fons baptismatis. 18 q. 2. pridem.

FORMA. Quod forma & exemplum dicuntur esse prælati subditorum. 94. dist. dictum. 95. distinct. esto. 16 q. 1. prædicatur. 21. q 4 præcipimus.

Quod forma ecclesiasticæ vitæ est in clericorum castitate. 82. dist. proposuisti in fi.

Quod forma perfecta est, vt non totum sibi arripiat, sed quod habet, cum pauperibus partiatur, 86. dist. in singulis.

Quod forma appellationis & apostolorum habetur. 2. q. 6 post appellationem, §. forma.

Item forma reconciliationis excommunicati. 11. quæst. vlt. quod prædecessor, §. excommunicationis. & c. seq.

Item forma fidelitatis iuratur. 22. q. 5. forma.

Item forma verborũ qua transubstãtiatur corpus, & sanguis Christi. de consecratio. distinct. secunda, quia corpus, & capit. qui manducat.

Item forma separationis, & reconciliationis coniugum. 35. quæst 6. ab isto, & c. seq.

FORNICATIO. Quod fornicatio, est duplex, scilicet spiritualis & corporalis, seu carnalis. 28. q. 1. idololatria. 32. q. 7. non solum.

Quod omnis pollutio immunda est carnalis fornicatio, 32 quæst. 7. per totum.

Quod fornicatio licet videatur esse genus cuiuslibet coitus tamen specialiter intelligitur in viu viduarum, meretricum, vel concubinarum. 36. q. 1. lex illa, §. cum ergo.

Quod fornicatio carnalis nulli impune conceditur. 27. q. 1. nubendi.

Quod simplex fornicatio, quæ est soluti cum soluta, prohibetur. 32. q 4. dicat, & cap. meretrices,

Quod propter maius malum vitandum non est multum exaggeranda. 32. q 2. ancillam.

Quod fornicatio non est diuersa, siue pulchra sit, siue turpis quam quis cognoscit. 14. q. vlt c vlt.

Quod fornicatio maximum peccatum est, propter templi Dei violationem 32. q. 4. in eo, & q. 7. non solum.

Quod fœminæ fornicantes cum clericis debent in seruitutem redigi. 32. dist. eos, qui.

De materia clericorum inuenies vbi agitur de Clericis.

Quod episcopus vel presbyter fornicans cum sua filia spirituali, si publicum est, debet deponi: si occultum, episcopus 15. annis, & presbyter. 12 debet pœnitere. 30. q. 1. omnes. & duobus c. seq.

Quod maritus sic cõtinere debet vt non det vxori occasionem fornicandi, 27. q 1. nubendi.

Quod propter solam causam fornicationis vxor dimittitur quantum ad cohabitationem. 32. q. 1. dixit Dominus.

Quod fornicatio spiritualis est idolatria, quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio. 28. q 1. idololatria.

Quod fornicatio animi est seruitus idolorum 32. q. 7. non solum.

Quod auaritia quę est idolorum seruitus fornicatio spiritualis dicitur. 28. q. 1. idololatria.

Quod fornicatio spiritualis dicitur consensu mentis ad fornicandum iuxta illud, Qui viderit mulierẽ, &c. 32. q. 7. non solum.

FORTITVDO. Quod fortitudo corporalis si pro afflictione in malignantes exercetur, bona & laudabilis est 23. q. 3. fortitudo.

Exemplum de Moyse qui Ægyptiũ malignantem occidit. 23. q. 3. non inferenda.

Quod ille prodest furi vel piratæ q fortitudinem membrorum suorum ne peius agant debilitat. 23. q 3 si quis.

Quod dilectores huius sęculi fortes sunt in ijs quæ sunt ad mundum, & debiles in his quę sunt ad Deũ, 47. dist. omnis.

FORVS. Quod forus est exercendarum litium locus, sicut innuitur. 11 q. 1. clericus siue.

Quod actor debet sequi forum pulsatis, 12. q. 1. si quisquam.

Quod siue clericus, siue laicus pro crimine pulsatus non nisi in foro suo debet audiri, 11. q. 1. clericus. & c. seq.

Quod clericis pulsatis in episcopali iudicio forum competit. 12. q. 1. si quisquam.

Quod excepta sede apostolica nemo potest trahi extra suam diœcesim vel prouinciam pro causę litigio. 6. quæst. 3. & 21. q. 1 fere per totum.

Quod ratione criminis commissi efficitur quis de foro alieno. 3. quæstio. cap. vlt.

Quod ibi causa agenda est, vbi crimen committitur. 3. q 6. peregrina. sex c. seq.

Quod si quis mutat domicilium ibi forum iudicij subeat vbi habitationem elegit. 13. q 2. vbicumque, §. quia ergo.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod qui causam, siue iustam, siue iniustam ad alterius fidei iudicis forum euocat, est excommunicandus. 2 q. 8 catholicus

Quod clericus ab episcopo depositus si principem sæcularem adeat, amplius non auditur, sed spem recipiendi gradus in futurum amittit 21. q. 1. c. 1 & c. vlt.

Quod clericus si extra prouinciam [excepta sede apostolica] iudicia expectat, est deponendus, 3 q. 6. non liceat, 11. q. 1. si quis clericus & c. seq. & c. inolita. & c. de diuersis.

FRATER. Quod dicitur quis frater fide. 2. q. 1. multi circa med. 11. q 3. ad mensam.

Item frater dicitur consanguinitate 35. q. 3. quædam lex.

Item dicitur frater iuris interpretatione, 28. q. 1 numquid.

Item dicitur frater dignitatis communione, 51. dist. præterea. de pœn. dist. 5. fratres nostros.

Item dicitur frater religione. 16. q. 1. vos autem

Item dicitur frater religionis professione 10. q. 2. episcopus habeat.

Item dicitur frater nomine naturæ. 6. q. 1. ex merito.

Item dicitur frater similitudine. de consec. dist. 1. Iacobus frater Dñi.

Item dicitur frater facti comparatione, 14. q. 5. immolans. in fine.

FRAVS. Quod fraus proprie committitur quando res ad speciales vsus missa retinetur, vel indebite expenditur. 16. q. 1. reuertimini.

Quod amico rapere furtum est, ecclesiamq; defraudare sacrilegium est 12. q. 1. gloria. in fi. 13. q. 2 qui oblationes in fi.

Quod cum pauperibus eleemosyna subtrahitur, Deus qui res ad hoc contulit, de sua parte defraudari conqueritur. 16. q. 1. reuertimini.

Quod qui defraudat panem egentium, homo sanguinis est. 14. q. 5. immolans.

Quod qui legata morientium retinent: egenos & mortuos consolatione defraudant. 13. quæst. 2. qui oblationes.

Quod qui defraudat ecclesiæ res, in quadruplum debet restituere. 12. q. 2. in antiquis.

Quod clericus qui res ecclesiæ, quæ sunt pauperum defraudat, est coripiendus: si vero episcopus est, deponendus est, 10 q. 2. episcopus. & cap seq.

Quod qui furem & latronem, vel raptorem aliena cum possit, vt restituat nō compellit, est socius fraudis vel criminis. 14. q. vlt. si res.

De hac materia require vbi agitur de Diuortio.

FRVCTVS. Quod fructus digni pœnitentiæ sunt incipientium, videlicet de peccatis dolere, & de futuris malis cauere. de pœniten. distin. 5. circa finem, 50. distinct. quia sanctitas.

Quod fructus virtutum sunt proficientium, quorum est de virtute in virtutem progredi. de pœn. distin. 5. in fi.

Quod fructus spiritus sunt perfectorum, quorum est beatitudinibus insistere, videlicet voluntariam paupertatem diligere, mansuetudinem tenere, pro æterno desiderio lugere, iustitiam esurire & sitire, misericordiam, & munditiam ad tranquillitatem pacis amplecti, & pro obseruatione iustitiæ persecutionem pati, & cæteris fructibus spiritus insistere. de pœnit. dist. 2. si quis semel.

FVGA. Quod fuga peccatum est elongare se a terrenis & propinquis, 12. q. 1. c. cui portio.

Quod fugiendi sunt honores, & fugientibus offerendi. 8. quæst. 1. in scripturis.

Quod si a persecutoribus prælati patria quæritur, debet fugere: si autem fides vel grex quæritur, se obijcere 7. q. 1. aduersitas. §. hoc etiam tunc.

Quod qui iudicium fugit, constat illum de iustitia diffidere 11. quæst. 1. Christianis, in fi.

Quod hæretici & schismatici in prouincia permanentes sunt fugiendi. 24. q 1. omnis.

Quod ecclesiam fugientes sunt ab ecclesia protegendi. 87. dist. eos

FVROR. quod furor commotionis tempore iustum putat omne quod facit 11. q. 3. illa.

Quod laudabile est in præpositis si non furentur, sed ratio dominetur in ipsis. 11. q. 3. illa.

Quod furor in sapiente talia facit, de quibus post multum solet pœnitere. 11. q. 3. cum apud.

Quod rectores aliorum non cum leuitate vel furore debent præcipitare sententiam. 11. q. 3. summopere.

Quod qui post sacerdotium furere incepit, sacerdotio non carebit, nisi in furia sit perseuerans. 15. q. 1. si quis non in fine.

FVRTVM. Quod furtum est omnis illicita alienæ rei alienatio. 14. q. 5. pœnale. 32 q. 4 meretrices, circa finem.

Quod fur reputatur qui volens furari propter timorem humanum non furatur. de pœnit. distinct. 1. si propterea.

Quod nō permisit rapinam qui furtum prohibuit 32. q. 4. meretrices.

Quod furti nomine rapina, & quidquid proximo aufertur illicite, in prohibitione decalogi continetur 14. q. 5 pœnale.

Quod quantumcumque parū quis abstulerit, furti nomen incurrit, 14 quæst. 6. c. vlt. de pœn. distin. 1. vulgaris.

Quod non furtum, sed mens furantis attenditur. 14. quæstio. vltima, cap. vltim.

Quod furtum non facit necessitas, sed voluntas. de consecratione dist. 5 discipulos.

Quod cum pro necessitate vitę alienum tollitur, quia tunc omnia sunt communia, furtum non committitur. ibid.

Quod qui vt eleemosynam faciat alienum accipit, furtum committit. 14. quæst. 5. forte 32. quæst. 4. sic non sunt.

Quod non est furtum accipere ab inuito sibi debitum 14. quæstio 5. non sane.

Quod res Ægyptiorum asportando furtum non commiserunt filii Israel, quia Domino omnium iubente paruerunt, 14. quæst. 5. dixit Dominus.

Quod furem vel raptorem nullus debet defendere, sed humanitatis causa potest pro ipso intercedere. 14. q. 6. c. si res & c. hi qui.

Quod fures vel latrones. quia infames sunt, nec accusare, nec testis esse possunt. 3. quæstio. quinta, constituimus.

Quod furtum ex auaritia cōmissum grauius punitur, quam quod fit ex inopia 12. q. 2. fraternitas.

Quod episcopus rerum ecclesiæ dilapidator tanquam fur a suo honore est deponendus. 1 q. 2 ca. vlt. 12. q. 2. in legibus.

Quod presbyter in furto deprehensus, ab omni honore deponitur, 82. dist. presbyter.

Quod prælatus est fur, qui non curat de ouibus, vel intrat per ostiū in officium prælaturæ. 23. q. 4 tres personas.

Quod furtiua vsurpatio præiudiciū non generat, 93. dist. illud.

FVTVRVM. Quod futura scire expedit: & modo debito sunt inquirenda. 1. q. 7. conuenientibus. in princ.

Quod futura nō sunt per sortilegia inuestiganda. 26. q. 2. non statim. & duobus c. seq.

Quod curiositas est per constellationes futura inuestigare. 26. q. 7. sors §. his ita.

Quod futura non sunt inuestiganda per auguria, vel per aliarum artium magicarum documenta, 26. q. 2. illud.

Quod omnia prædicta futura inquirere est idololatriæ deseruire, 26. q. 2. sed & illud.

Quod auspicia & augurationes oracula, & metropolitana per quæ homines futura inquirunt, inualuerunt ex arte dæmoniaca, 26. q. 2. qui sine Saluatore.

Quod ex inspectione scripturarum futura non sunt quærenda 26. q. 5. aliquanti.

Quod dæmones cum ex acumine sensus & celeritate motus, & ex diuturnitate temporis ipsis ante cognita hominibus aliqua prænunciant, futura videntur prædicere. 26. q. 4. sciendum per totum capitulum.

GENE-

GENERATIO. Quod generatio est duplex, videlicet carnalis, quæ est a patrib. per successionem, & spiritualis, quę fit per baptismi generationem. 32. q. 4. recurrat. de consec. dist. 4. regenerante.

Quod in generatione carnali quandoque de malis nascuntur boni, quandoque de bonis nascuntur mali, quandoque de bonis boni, & de malis mali, 32. q. 4. recurrit, 47. dist. quātumlibet, 56. dist. nasciante fi.

Quod nasci de adulterio non est culpa nascentis, sed eius qui generauit. 56. dist nasci.

Quod vndecumque generentur homines, honesti & salui erunt, si parentum vitia non sectantur. 55. di. vndecūque. &c Dominus noster.

Quod multi summi Pontifices & episcopi sunt ex presbyteris genera ti. 56 dist. c. 1. Osius.

Quod ideo quidam vsque ad quartam generationem ecclesiam Dei intrare prohibentur, donec culpam auctorum multiplicater successionis generationis aboleat. 1. q. 1. cito.

Quod generatio spiritualis quæ est per baptismum, facit remissionē omnium peccatorum. de consecr. dist. 4. regenerante.

Quod baptismus Ioannis non erat sufficiens ad spiritualem generationem. de consec. dist. 4. non regenerabantur.

Quod Christus suo baptismo homines ad spiritualem generationem prouocauit. de consec. dist. 3. nō regenerabantur.

GENVA. Quod genua a festo Paschæ vsque ad festum pentecostes inclusiue in signum resurrectionis dominicæ ad horas non sunt flectenda 76. dist c. ieiunium, §. nō autem. & cap scire 30. dist. si quis presbyter, § similiter.

Qd nec in die dominico, nec in alio festo sanctorum genua flectenda sunt orando. 30. dist. si quis presbyter. de consec. distinct. 3 quoniam sunt.

Quod in diebus ieiuniorum genua flectere peccatores debent. 26. q. 7. sacerdos.

GESTVS. Quod gestus exterior, corporis qualitatem indicat mentis. 41. distinctione clericus, §. sicut ergo.

Quod gestus reprehensibilis, si dissolutus uel mollis est, indicat lasciuiam, si fructus, indicat superbiā. si citus, indicat impetuositatem, si tardus, indicat pigritiam. 41. dist. parisimoniam. & cap. clericus, § sicut ergo.

GLADIVS. Quod gladius est duplex, scilicet materialis, & spiritualis. 23. q. 8. §. 1. 15. q. 6. auctoritatem. circa fi.

Quod Christus non uenit in terram mittere gladium materialem, sed spiritualem. 33. q. 3. interfectores, §. in hoc.

Quod ecclesia non habet nisi spirtualem gladium, quia non occidit sed iuuificat. 33. q. 2. inter hæc. 16. q. 2. visis. in fi. 24. q. 1. si Petrus.

Quod materialis gladius prælatis in exemplum patientiæ inhibetur, spiritualis uero qui est uerbū Dei exerceri præcipitur. 23. q. 1. §. 7. & q. 8. § 1.

Quod ecclesia criminosos non materiali, sed spirituali gladio feriri iubet. 33. quæst. 2. interfactores. § in hoc.

Quod prælati ecclesiæ de mandato Papæ possunt res ecclesiæ materiali gladio defendere. 15. q. 6. auctoritatem. circa fi.

Quod potestates sæculares ideo non sine causa gladiū materialem portant, quia in malefactores iræ Dei existunt ministri 23. q. 5. non solū. & c. sunt quædam. & q. 4. quæstiū. & c. sicut, in fi.

Quod sæcularis potestas cum gladium vindictæ respuit, occasionē peccādi tribuit 23. q. 4. est iniusta.

Quod ille gladium materialem cū culpa accipit, qui sine potestate cōcessa a superiore in sanguinem alterius armatur. 23 quæst. 4. ille gladium.

GLORIA. Quod gloria episcopi est pauperibus subuenire, 12. q. 2. gloria.

Quod prædicator gloriam suam euacuat quando non pro æterno, sed pro fructu temporali laborat. 1. q. 2 sacerdos, in fi.

Quod in lata gente est gloria regis, in diminutione plebis est contritio principis, 1. q 4. ecclesiæ, §. item Dauid. post med.

Quod nihil est illo pastore deterius qui luporum laudibus gloriatur, 83 dist in nihil. 6 quæst. 1. sunt plurimi.

Quod melior est malefactis humilis confessio quam in bonis superba gloriatio, 1. q 5. iniustum.

GRATIA. quod gratia dicitur eo quòd gratis datur vel recipitur, gratia aliter non est, 1. q. 1. c. 1.

Quod gratia non generis nobilitate, sed virtute paratur. 40. distin il lud.

Quod nullus nisi purgetur a vitiis, gratiam Dei potest accipere. de pœnit dist. 1 non potest quisquam.

Quod sicut sol æquali luce super omnes radiat, sic gratia Dei sine acceptione personarum æqualiter omnibus infunditur. de consec. dist. 4. nec quemquam.

Quod gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmēta. 6. q. 1. si omnia.

Quod quantumcunque occulta loca animam sine gratia saluare nō possunt, quia de paradiso homo, et angelus de cælo peccando ceciderunt. 40. dist. quælibet.

Quod gratia Dei dat fidem, & facit remissionem peccatorum. de consec. dist. 4. gratia quę.

Quod gratia Christi non solum facit malum vitare, sed etiam bonū facere. de consec. dist. placuit. &c. seq.

Quod gratias Deo, & hominibus pro beneficiis agere debemus, 16. q. 1. reuertimini.

Quod de aduersitatibus. & passionibus Deo gratias referre debemus. 21. q. vlt. cap. vlt.

Quod sine gratia mādata Dei adimpleri non possunt. de consec. dist. 4. c. vlt.

GRADVS. Quod gradus in ecclesia diuersi, & status unitatem ecclesiæ conseruant dist in. 89. ad hoc 93. dist. a subdiacono. 50. dist. in capite.

Quod in singulis gradibus ordinū conferendis dilationis tempora sunt obseruanda. 77. dist. in singulis. & c. seq.

Quod ad singulos gradus ordinum recipientium ętas est seruanda. 77. dist. per totum.

Quod ad gradum diaconatus & supra, nemo est promouendus, nisi præeunte continentia fuerit approbatus. 77. dist. quicumque.

Quod ad superiorem gradum sacerdotii nullus debet exponi nisi ab inferiori ordine gradatim ascendendo 59. dist. per totum.

Quod apud Deum non gradus altior, sed vitæ melioris actio comprobatur. 23. quæst. sicut excellentiam.

Quod gradus sunt non solum inter virtutem & virtutem, sed etiam in vna eademq; virtute de pœn. dis. 1. §. ego sum panis, §. hæc quæ &c. cum sanctam.

Quod nō solum sunt in virtute gradus, sed etiam in peccato. de pœn. dist in 2. sicut tribus. & non est mirum.

Quod tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, & consensu de pœn dist. 2. sciēdum & c. sicut tribus.

Quod olim vsque ad septimum gradum consanguinitatis & affinitatis matrimonium contrahi impediebatur 35 q. 3. contradicimus. & q. 8. per totum.

De computatione consanguinitatis & affinitatis habes 35. q. 3. contradicimus & q. 4. & q. 5. per totum.

GRAMMATICA. quod grammatica ad meliores vsus assumpta, animæ saluti non infert detrimētum, 37. dist. si quis artem.

Quod episcopo vel alii prælato est reprehensibile omisso Euangelio vel alia sacra scriptura populo grammaticam exponere, 37. dist. turbat, §. tum ergo, 86. dist. cum multa.

Quod epi vel presbyteri si cadunt in gram-

Universidad de Deusto Biblioteca

grammaticam, non ſunt a ſapientibus irridendi, quia plus ſunt pẽſanda vitia morum, quam verborum 38.diſt.quamuis §.ſed licet.& c.ſedulo.

Quod ſi aliquando ſancti uiri loquũtur per barbariſmos, & ſolœciſmos, non ſunt propter hoc deſpiciendi 38.diſtin.ſedulo.& c.ſeq.de conſe.diſt.4.retulerunt.

Quod indignum eſt verba cœleſtis oraculi reſtringi ſub regulis Donati.38.diſt indignũ,1 q.1 Marchion.

GREX quod ſicut grex ex una morbida oue pollitur, ſic ex prælato immundo plures inficiuntur 45.diſ.ſed illud in ti.

Quod prælati tamquam arietes ducatum gregi præbere debent.7.q.1.ſciſcitaris.

Quod lãguente paſtore grex inſidia totum dentibus laniandus exponitur.7.q.1.quamuis.

GVERRA. quod guerra quandoque immittitur propter populi peccata,23.q 5 remittuntur.per totum,56.diſt.ſi gens.

De *hac materia require ubi agitur de Bello.*

GVLA Quod gula eſt mater luxuriæ, quia venter & genitalia ſunt vicina membra 44 diſ §.1.cum autem.de conſec.diſt.5. nihil.

Quod gula ſic in uilibus vt in prætioſis attenditur.41 diſti.quiſquis.& c.deliciæ.

Quod quinque ſint ſpecies gulæ, videlicet accuratius cibo intendere, vel lautiora excogitare, in cibo tempus præuenire, ob cibum nimium æſtiuare, de cibo plus ſumere.de conſec diſt.5.quinque.

Quod gula de paradiſo primum hominem expulit 35. diſt.

Quod gula groſſum ſenſum generat. 44.diſt.non liceat. §.ſi ergo.

Quod gula morbos facit, moleſtias ingerit, & ægritudines generat, de conſec diſt 5 nihil,& c ne tales.

Quod guloſi non aliter feſta ſanctorum putant celebrare, niſi gulę deſeruiant,44 diſt §.1.in fine.

Quod ægritudines quas gula infert, fames curat.de conſecra. diſt. 5.legimus.

HABERE. quod habere poteſt eccleſia proprium, exemplo domini,12. q.1. exemplum.& cap.ſeq.

Quod perfecti proprium non habẽt nec habere concupiſcunt: qui non ſuorum, ſed cõmunium ſunt poſſeſſores, 1 q.2 ſacerdos

Quod religionem profeſſi propriũ habere non debent.12 q 1.ſcimus.& tribus c.ſeq. & c.habebat.& ca ſeq 18 q.2. quam ſit §.nullus.

Quod habentibus eleemoſynam dare nihil aliud eſt quam perdere, 1.q 2 paſtor.

HABITATIO Quod habitatio uera Chriſti eſt eccleſia, quæ fidem ipſius ſeruat.24. quæſt.1.quæ dignior.

Quod Deus non habitat in illis qui per ſuperbiæ ſingularitaem ſe a melioribus diuidunt,24.q.1. audiuimus, ante med.

Quod ſicut filii Iſrael diſperdere nõ potuerunt Iebuſæos qui in medio ipſorum habitarent, ſic boni non poſſunt euadere falſos Chriſtianos 11.q.3.nolite recedere, per totum cap.

Quod non poſſunt cum Deo toto corde habitare, qui fęminarum acceſſibus copulantur.32.diſt.hoſpitiolum.

Quod nullus clericus cum extranea fœmina debet habitare. 85.diſtin. clericos.& duobus c.ſeq.

Quod monachi cum monialibus in vno loco non debent habitare 18. q 2.in nullo loco. & quatuor cap. ſeq.

Quod habitatores præponuntur extraneis in pluribus in conſtitutione archidiaconi 93. diſti.legimus.

Item in conſtitutione œconomi.89. diſt.quia.

Item in epiſcopo eligendo, 7.q 1.remoto.

Item in abbatis electione, 17. q. 2. quam ſit.

Item in epiſcopi accuſatione, 2.q 7 quærendum.

Item in defuncti epiſcopi rerum cõſeruatione 12 q.2.nõ liceat alicui.

HABITVS. quod habitus clerici non in ueſtibus, nec in calceamentis decorem debet prætendere,41.diſt.clericus.& § ſeq. & cap. parſimoniam.

Quod clerici in habitu ſuo, nec ſericis, nec aureis intexturis, nec in ſummitate veſtimentorum uariorum colorum ornamentis uti debent 21 q.4.omnis iactura.& quatuor cap ſeq.

Quod religioſorum habitus non debent eſſe notabiles, nec diuerſi coloris, ſed conuenientes pænitentiæ, & deuotioni, 20. q.1.uidua.

Quod religioſus habitum profeſſionis ſuę tam in lecto quam in aliis locis debet deferre 20. q.1 uidua.

Quod mulier quæ propter ludum habitum hominis virilem aſſumit, anathema incurrit 30. diſti.ſi qua mulier.

HELI. Quod Heli ſacerdos ſanctus fuit, ſed quia filios non erudiuit, ſupinus cecidit, 37 diſt legant.

Quod ſicut propter filiorum Heli peccatũ homines a ſacrificio Dei detrahebantur, ſic prauis exemplis prælatorum quotidie peiores fiunt 50 diſt de his uero.

Quod ſicut ex peccato filiorum Heli in manu hoſtiũ populus corruit, ſic plebs peccata prælatorum luit. 1.q.4.eccleſia.

HELIAS Quod Helias, ut oſtenderet illum uerum Deum eſſe quẽ colebat, orauit igne cœleſti quinquagenarios conſumi,23.q.4.ſi illic.§ ſed obiicitur, & capit. quod Chriſtus & cap.ea uindicta.

Quod precibus Heliæ cœlum clauſum fuit annis tribus, & ſex menſibus 23.q 4 ſi illic.§.quod tunc.

Quod Helias culturam Baal uindicauit, ſacerdotes eius occidendo, 23 q 4.Guiliſarius, circa fin.

HELISÆVS. Quod Heliſæus aſperſione ſalis ſterilitatem aquæ ſanauit, de conſe.diſt.3.aquã ſale.

Quod in exemplum perfectis ad prophetandum uadens, boues & omnem curam domeſticam reliquit, 86.diſt. dominus.

Quod miſit lignum in aquam & ferrum ſecuris contra naturam natauit, de conſecr.diſtin 2.reuera, poſt medium

HÆREDITAS. Quod hæreditas ſecundum leges ab indignis ſucceſſoribus poteſt auferri, 15 q. Silueſter.

Quod hæredi non licet ſine cauſa uenire contra factum ſui prędeceſſoris,11.qu.1. Silueſter,16 q. 6.illud.

Quod nullus exhæredato filio eccleſiam debet facere hæredẽ 17.q. vlt. c.ult.23.q.2.ſi qui iraſcitur.

Quod epiſcopus res quas habuit hæreditario iure, libere poteſt conferre 12.q 1.epiſcopi.

Quod clerici ſunt funiculi hæreditatis Chriſti,12.q.1 clericus.

HEREMITA. quod ſunt heremitæ qui uere & pure ſolitariam vitam ducunt,16.q.1. qui uere.

Quod Ioannes Baptiſta fuit de uita eremitica,2 quæſt.7.c.vlt. §.item Ioannes.

Quod eremitica uita uera, ac pura digna honore iudicatur,16 quæſt 1. qui uere.

Quod eremitæ ne uideantur eſſe acephali, debent ſubeſſe epiſcopis,93. diſt.nulla.& capit.ſeq.11.q.1.ſi autem.

Quod eremitæ utuntur priuilegio clericali ſicut alii religioſi,16 q.2. qui uere.

Quod eremita poteſt habere propriũ, & condere teſtamentum, 19 q.3. perlatum §.econtra.

Quod eremitæ ratione proprii imperfectiores ſunt monachis, quibus proprium non licet habere, 19.q.3.perlatum §.econtra.

HAERESIS. Quod hæreſis Græce ab electione dicitur quod ſcilicet eam diſciplinam quam ſibi vnuſquiſque elegit, putat eſſe meliorem,23.q.3 hæreſis.

Quod prima hęreſis occaſione corporis Chriſti & ſanguinis orta eſt in diſcipulis, de conſec diſt 2 prima.

Quod poſt illa Arriana quę ponebat maioritatem gradus in perſonis, orta eſt in clericis,16.diſt.ſexta ſynodus, §.prima.

Quod tũc Chriſtianitas in diuerſas hæreſis ſciſſa eſt, quando propter fidei perſecutores epi ad concilia celebranda in unum non poterãt conuenire,15.diſt.canones.

Dis

Diuerſitatem hæreſum & multiplicitatem earum, habes 24.q.3 quidam autem hæretici, per totum.

Quod inter hæreſim & ſchiſma eſt illa differẽtia, videlicet quod hæreſis eſt in peruerſa doctrina, ſed ſchiſma in ſeparatione ab eccleſia,24. q.3.inter hæreſim.

Quod largo modo ſimoniaca prauitas dicitur impia hæreſis, 1. quæſtio,1.quiſquis, cap. cum liqueat.& c.eos.

Quod ſimoniaca hæreſis ortum habuit tempore apoſtolorum, 1.q.1. fertur.

Quod diuina prouidẽtia diuerſi erroris hæreſes eſſe permittit, vt fideles autiores reddantur, 24 q. vlt.c.vlt.

Quod nullum peccatum eſt grauius hæreſi, 32.q. 7 quid in omnibus. 24 q 4. quid autem.22. quæſtio. 2. primum.

Quod an grauius peccet q hæreſim incurrit ignorans, an qui ſciens auaritiæ deſeruit,6.q.5.quæro.

Quod pro nullo alio quam pro hęreſi papa poteſt conueniri,40. di. ſi papa.

HAERETICVS. Quod hæreticus eſt q falſas ac nouas opiniones gignit vel ſequitur,24 q.3.hęreticus.

Item hęreticus eſt qui aliter ſcripturam ſacram intelligit, quàm ſenſus ſpiritus ſancti flagitat,24.q.3. hæreſis,38.diſt. quamuis

Item hæreticus eſt qui præciſus eſt ab vnitate eccleſiæ,4 quæſt.3.c.1. & ſeq.

Item hæreticus eſt qui in vnam hæreſim damnatam incidit, 24.q.1. Achatius.

Item hæreticus dicitur non qui errat, ſed qui errorem contumaciter defendit,24.q.3. qui in eccleſia.

Item large ſimoniacus dicitur hæreticus, 1 q.1. quiſquis.

Item q Romanam eccleſiam negat eſſe caput eccleſiarum, & qui auctoritati eius derogat, eſt hæreticus,22.diſt.omnes circa fin.

Item ille q hæreticos defendit, nõ ſolum hæreticus, ſed hæreſiarcha dicendus eſt,24 quęſt.vlt.qui aliorum.

Quod pręſumptio ſẽſus proprii via eſt ad hæreſim. 24.quęſt.3. quid autem.

Quod qui in expoſitione ſcripturæ locum, tempus, & perſonam non attendit, de facili in erroris labyrinthum cadit,29.diſt. ſciendum.

Quod non ſunt inter hæreticos cõputandi qui errorem ab aliis recipientes parati ſunt poſtponere,24 q.3 dixit.

Quod ſicut ipſi hæretici dãnati ſunt ab eccleſia, ſic & ſcripturæ eorum,15.diſtin.in primis. §. Montanus.

Quod hæretici excommunicati ſunt ipſo iure,24.q.1.Achatius, & duobus c.ſeq.

Item poſt mortem excommunicatur,24.q.2.ſane profertur per totum cap.

Quod conſortium & communio hęreticorum ſunt fugienda, 24.q. 1. aduocauit, & cap.ſeq. & quęſt.3. clericus.

Quod hæreticorum conuenticula, conciliabula ſunt appellanda.24. q.3.clericus.

Quod ſacramenta hæreticorum in forma eccleſię tradita ſunt bona, quia nõ ſunt humana, ſed diuina. 23.q.4.quid faciet.

Quod ſcienter non debent ab ipſis (etiam in neceſſitate) ſacramenta recipi,24 q.1.ſi quem forte, & duobus cap.ſeq.

Quod nec danda ſunt ipſis à catholicis ſacramenta, 24 q 2. nec quiſquam.

Quod hæretici non habent ſalutem in ſe, nec poteſtatem in alios, 14. quæſtio, 2. quodcumque, & cap. vbi.

Item quod non poſſunt contra fideles teſtificari, 2.q.7.non poteſt. & c.pagani.

Item nec ipſos accuſare poſſunt, nec iudicare,4 quæſt.1.cap.1.25. quæſtio.1 omne.

Item nec excommunicare poſſunt, nec cõdemnare,24.q.1.ait.& duobus c.ſeq.

Quod hæreticos accuſare etiam infames perſonæ poſſunt,6 q.1.nos. §.ſed licet,& c.ſeq.

Quod hæreticus hæreticum excommunicare poteſt, non catholicũ, 24.q 1.miramur, §.1.

Quod hæreticus excommunicatus ab hęretico propter crimen à catholicis propter deteſtationẽ culpę non eſt recipiẽdus,24 quæſt.1. quiſquis, & c.ſeq.

Quod reges & principes terræ debẽt hæreticos perſequi, & habent eccleſiam tueri,23.q.4. non inuenitur,& c.ſicut excellentia.

Quod hęretici ſunt cogendi & cõpellendi ad fidei quam relinquerũt receptionem,23.q 4. nimium. vſque ad fin.queſtionis.

Item poſſunt cõpelli per rerum tẽporalium ſpoliationem, 8. diſtin. quo iure, poſt medium, 23 q.4. ipſa pietas, & c.qui peccat.

Item ſunt cogendi vel domandi per corporalem punitionem,23 q.4. diſplicet, & c. ſeq. & q.5.c 1 & duobus c. ſeq.

Quod in perſecutione eorum nõ ad res eorum, ſed ſalutem reſpectus eſt habendus,23.quęſt.4.ipſa pietas, in fin.

Quod inuentor hęreſis & imitator pari damnatione plectunctur, 24. q.1.c.1.

Quod redeuntes debent recipi cum ſcriptura, quę continet deteſtationem præteriti erroris, & veræ fidei confeſſionem,1.quęſt.o 7. ſi qui voluerint, c quoties, & c. maximum, & cap.ſeq.26.q. 6.his qui tempore in ſi.de cõnſec.diſt.2. ego Berengarius.

Quod redeuntes ad priſtinam dignitem non admittuntur de iuris rigore,1.q 7.c.1.

Quod humiliter redeuntes ad priſtinam dignitatem reſtituuntur de benignitate eccleſiæ,1.quæſt.7 cõuenientibus, & c.didici, & c. maximum,23.q 4 ipſa pietas.

Quod redeuntes non promouentur ad maiorem dignitatem, duodecima diſtinctio 1.quæſt.7. ſaluberrimum.

HENRICVS. Quod Henricus primus Imperator priuilegio renunciauit quod Romani pontifices propter ſchiſmaticos & hæreticos contulerant imperatoribus ſuper prouiſione & ſuper inueſtituris epiſcoporum,63.diſtin. conſtitutio.

HISTRIO. Quod hiſtrio ad accuſandum non admittitur, quia infamis eſt,4 q.1.diffinimus.

Quod clerici maxime in ſacris conſtituti, in conuiuiis vbi hiſtriones ſunt, non debent intereſſe,34 diſt.presbyteri.

Quod hiſtriones prohibentur ad ordines promoueri,33. diſtinct.maritum.

Quod nec Euchariſtia in tali ſtatu manentibus dari debet de conſecr.diſt.2.pro electione.

Quod hiſtrionibus propter ſuum officium res ſuas dare, peccatum eſt immane,86.diſt.donare.

HOLOCAVSTVM. Quod holocauſtũ ſpirituale eſt ieiunare, eleemoſynam dare, pudicitiã polliceri, 24.quæſtio. 4. odi.& proieci.

HOMICIDIVM. Quod homicidium tres habet ſpecies, ſunt enim homicidæ interfectores, & odium habentes. de pœnitentia. diſt.1.homicidiorum, & quattuor cap.ſequen.

Quod primæ ſpeciei homicida eſt, quia non tantum de facto ſed etiã de cõcilio uel fraude aliquẽ occidit, de pæn.diſtin.1.periculoſe.& cap.noli.

Quod omnes vulnerantes tandem mortuum, vel conſilium, vel auxilium pbẽtes, homicidę iudicãtur,23.q.8.c.vlt.21 q 2, aliquãdo.

Quod non habens publicam adminiſtrationẽ, ſi maleficiũ, vel qualemcumque criminoſum interfecerit homicida iudicabitur,23 q. vlt. quicumque percutit.& q. 4.ille gladium.

Quod ille miniſter eſt homicida q ſponte ſua illum occidit, quẽ ſcit etiam à iudice occidendũ.23.q 5. cum miniſter.

Quod homicida eſt qui abortũ viuentis animæ procurat.32.quæſ. 2.quod vero.

Item qui ſibi voluntarie membrũ virile abſciderit. 55. diſt. ſi quis abſciderit.

D Quod

Quod quicumque qualicumque modo se occiderit, homicida iudicatur, 23.q 4. displicet, post med. q.5.. si non licet per totum cap..

Quod videtur, ℣ propter periculum castitatis licet seipsum occidere. 23.q 5. non est..

Quod Samson qui seipsum occidit cum aliis per instinctum spiritus sancti, de crimine excusatur, 23.q. 5. si non licet, ante fin..

Quod pro illis qui suipsius homicidæ sunt, non est orandum: nec sunt cum fidelibus sepeliendi, 23. q. 5. placuit vt hi..

Quod ad homicidium miscere se cũ aliis quilibet debet formidare. 23. quæstio. 8. si in morte. Longobardorum.

Quod nulla lex innocentem occidere concedit, 23. quæstio. 5. si non licet..

Quod homicidia maxime clericorũ per iudices sæculares sunt vindicanda, 23. q. 5. sunt quædam.

Quod principi vel iudici iuste officium exercenti, homicidium ad culpam non imputatur, 23.q.1. noli, &c. seq. q 5. de occidendis, &c. miles. & quattuor c. seq. &c. non frustra. & quinque cap. seq.

Quod reum non iudex sed lex occidit: & si parcit, contemptor est legis, 23. q.5. miles. &c. iudex & cap. seq.

Quod perimere malos auctoritate principis, non est committere homicidium, 24.q.vlt. qui cũque percutit, &c. q 5. miles.

Quod sancti patres zelo iustitiæ occidendo merebantur, 23.q 4. ca. ea vindicta, & q.5. remittuntur, & q. 8. legi, &c. seq..

Quod cum impius interficitur, Christus dilatatur: quia abominatio aboletur, 15 q.1. nec is qui.

Quod excommunicatos zelo iustitiæ occidendo, homicidium non incurritur, 23.q.5. ea communicatorum.

Quod ad depressionem inimicorũ Christi licet clerico hortari laicos, nec ex hoc homicida reputatur, 23, quæstio. 8. igitur, & nouem cap. seq.

Quod clericus non debet esse iudex in causa sanguinis; quia ex hoc efficitur irregularis, 50. dist. miror. & quattuor c. seq. &c. de his clericis, &c. studeat.

Quod furioso vel mẽte alienato homicidium ad pœnam non imputatur, 15.q.1. illud. §. itaque, in fin. & cap. aliquos, & capit. si quis insaniens.

Quod nec pure casuale homicidiũ, quantum ad pœnitentiam imputatur, 50. distin. hi qui arborem, & c. seq. 15 q.1. nec is &c. si quis, 23. q.5 de occidendis.

Quod nec casuale imputatur homicidium ad irregularitatẽ, 50. dist. clerico, &c. seq &c. eum qui, &c. hi qui arborem.

Quod pro homicidio inuoluntario vbi sufficiens cautela non adhibetur, secundum magis & minus, leuior tamen quam pro alio homicidio pœnitentia est imponenda, 50 dist. studeat, & quattuor c. seq. 15.q.1. si quis non.

Quod vbi per culpam quis in necessitatem homicidii venit, de homidio non excusatur, 15.q.1. illud. §. itaque.

Quod ubi sine culpa quis ad necessitatem peruenit homicidii, nõ imputatur, 50. dist. sæpe.

Item si dedit operam rei licitæ, & omnem cautelam adhibuit, non imputatur, 50. dist. hi qui.

Quod cum quis defẽdẽdo se, vel socium homicidium committit, minus imputatur, 23.q 5. non est iniquitatis.

Quod interpretatiue homicida dicitur qui cum possit, fame morientibus non succurrit, 86. distin. pasce, 6.q. 1. decimæ. in fi.

Quod pastor cum delinquentes non arguit, ipse tacendo occidit, 43. distin. Ephesis.

Quod qui res episcopi vel ecclesiæ rapit, homicida iudicabitur, 12.q. 2. qui Christi, & cap. qui abtulerit.

quod negans pœnitentiam morienti homicida dicitur, 16.q.6. cognouimus.

quod ille qui aliquem ad peierãdũ scienter compulerit, dupliciter est homicida, idest sui ipsius, & alterius, 22.q.5. ille.

Quod qui alium occidit, & qui alii detrahit, seipsum occidit, de pœn. dist 2. homicidiorum.

Quod homicidæ per ecclesiam cogẽdi sunt ad pœnitentiam agendã. 24.q.3. itaque.

Quod quia diuersi sunt modi homicidii, iuxta hoc & diuersitas culpæ debet pensari, 23 quæst. 5. cum homo.

Quod voluntarie vel furore laicum occidens septem annorum pœnitentia est puniendus, 50. distinct. si qua.

Quod clericum vel religiosum occidens punitur pœnitentia grauiori. 17.q 4. qui occiderit.

Quod occisor patris vel matris pœnitentia punitur ampliori, 33.q 2. latorem.

Quod pro vxoris homicidio pœna grauissima imponitur, 33.q.2. admonere.

Quod occidens vxorem absque lege vel sine causa, non debet nubere, tamen cum adolescente potest dispensari, 33.q 2. interfectores. & duobus c. seq.

HONOR. Quod honor non est suscipiendus, nisi prius is qui adipisci desiderat, vires suas cum onere metiatur, 1.q 1. non est putanda, &c. fertur in fi.

Quod si ad honores mundi sine merito laboris non peruenitur, multo fortius ad honores cœlestium dignitatum, 61. distinct. miramur. in fine.

Quod honor etiam à digno cum metu est suscipiendus, 1.q.1. non est. in fi. 63. dist. Valentinianus.

Quod nemo debet sibi honorem assumere nisi à Deo vocatus, 8. q.1. in scripturis.

Quod honor contemnenti & fugiẽti est offerendus. ibid.

Quod honor per ambitionem susceptus vergit ad culpam & ad pœnam, 40. dist. multi. 1.q 6. sicut 8. q.1. sunt.

Quod prælatus non suum sed honorem ecclesiæ debet cupere, 99 dist. ecce.

quod qui honore est maior, in sanctitate & in solicitudine debet esse perfectior, 100. distin. rationis. 1.q.1. vilissimus.

Quod non qui maior fuerit in honore, est iustior, sed qui iustior est, ille est maior, 40. distinct. multi. in fine.

Quod tunc prælatus honoratur quãdo à suis subditis honor quilibet debitus non negatur, 99. dist. ecce. in fi. & c. nullus.

Quod quanto quis in maiori honore constitutus peccat, tanto plus est puniendus. 5. quæstio. 6. quisi. §. presbyteri.

Quod honor indebite oblatus est respuendus, 99. dist, nullus.

Quod honor sic singulis exibendus est, vt ex hoc nulli derogetur, 99. dist. ecce. 11. q 3. qui resistit, 25.q. 2. de ecclesiasticis.

Quod sacerdos in persona Dei cuius ministrer est, honorantur, 3.q.4. habet, in fine.

Quod. sacerdotes sunt honorandi, quos Deus, dicens ipsos Deos & Angelos honorauit, 11.q.1. sacerdotibus.

Quod dilectores huius sæculi pro honore terreno multa tolerant, pro honore cœlesti pauca, 47. dist. omnes, in prin..

HOSPITALITAS Quod hospitalitas per ipsum Christum cõmendatur, 42. dist. §. 1.

Quod hospitalitas exercenda est ad omnes indifferenter, 42. dist. quia scimus.

Quod hospitalitas omnibus exẽplo sanctorum patrum persuadetur. 42. dist. §. 1.

Quod zelandum est pro hospitibus, quia hospitalitas etiam apud barbaros inuiolabilis custoditur, 32. q.7. offerebat.

Quod res clericorum debent esse cõmunes, maxime ad susceptionem peregrinorum & hospitũ, 16.q.1. quoniam quidquid.

Quod hospitalitas maxime à prælatis & religiosis est seruanda, 89. distin. volumus. 12.q 1. quia circa finem. & q.2

Quod prælatus domum suam hospitibus claudens non potest esse hospi-

talitatis exhortator 32. distin. §. 1.

Quod electus in episcopum, à confirmatione repellitur propter inhospitalitatem 85. distin. archidiaconum Florentinum.

Quod mali hospites, qui res exportant hospitantium, sunt sicut mus in pera, ignis in sinu, & serpens in gremio: qui male suos remunerãt hospites 13.q.1. ecclesias, §. ad hæc post medium.

Quod hospitalium constructio, & gubernatio spectat ad curam episcopi 18 q 2. quidam.

HOSTIARIVS. Quod hostiarij in veteri testamento ijdem sunt qã ianitores 21 dist. cleros.

Quod hostiarij effectus claues est ecclesiæ tenere, & omnia quæ sunt intus, & extra, custodire 25. distin. perlectis.

HOSTIS. quod hostis interior est mala voluntas 23. q.1. paratus. in fin.

Quod exterius hostem pugnantem necessitas debet premere non voluntas 23 q 1. noli.

Quod capto hosti misericordia debetur, nisi pacis perturbatio timeatur 23.q 1. noli, in fi.

Quod hosti fides si promittitur, est seruanda 23 q 1. noli.

Quod in iusto bello nil refert vtrũ hostis aperte vel insidijs expugnetur 23.q 2. dominus.

HVMILITAS. Quod humilitas est pœnitentiæ fundamentũ. de pœn. dist. 2 c. 1. in princ.

Quod humilitatis exercitia sunt vilioribus officijs se subdere, & ministeriis indigniorib⁹ se tradere. de pœn. dist 2. §. 1.

Quod humilitas prælatis est commendabilis 99 dist. ecce.

Quod nihil fulget in episcopali cerice splendidius, quàm humilitas 100. distinct. contra morem. ante finem.

Quod humilitas docendis & discendis persuadetur 38. distin. sedulo, & c. nullus. 40. dist. multi, in fi 24.q.3. si habes.

Quod virginitas cum humilitate est admiranda 30. distinct. hæc autem scripsimus.

Quod Christus verbis & factis exẽplum dedit humilitatis 63. distin. dominus 9. quæstio 3 nullus. ante finem.

Quod neophyti & totius humilitatis ignari ad regimen ecclesiæ nõ sunt assumendi 61. distinct. statuimus, & §. 1.

Quod boni pastores potius per humilitatis mansuetudinem studeant peccantes reuocare, quàm per austeritatem in foueam perditionis propellere 45. dist. recedite.

Quod qui sibi vult ab aliis humiliter obediri, & ipse suo superiori obediat 2 q 6 qui se scit.

Quod cum culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis æquales sumus 22. dist. de Constantinopolitana.

Quod humilitatis causa non est in confessione mentiendum 22. q.2. cum humilitatis.

Quod humilitas non est vbi est falsitas 22.q.2 cum humilitatis, &c. incauti.

Quod ficta humilitas est cum superbia mista 8.q.1 in scripturis. in fi.

Quod nemo prælatis suis sic humilitate debet subijci, vt cogatur ipsorum vitia venetari 2. quæst. 7. admonendi.

IACOB, Quod Iacob dicendo se primogenitum non est mentitus, quia non ad natiuitatem, sed ad ius primogenituræ respectum habuit 22 q.2. quæritur, §. proxi.

Quod non præcedens, sed subsequẽs confessus Iacob in Liam fecit eos coniuges 29 quæst 1 §. sed obijcitur.

Quod Iacob licet in se esset bonus: timens filios aliquos malos, aliquos bonos habuit 32 quæst.4. recurrat.

Quod in hoc quod vidit Angelos ascendentes, & descendentes, vitam prælatorum actiuam, & cõtemplatiuam designat 88. distin. decreuit.

IACTARE. Quod iactare non debet se quis de statu perfectionis suæ, quia, & Petrus post iactantiã cecidit 6 q. 1. imitare.

Quod omni ornatu qui possit iactãtiam inferre, debent carere clerici 21.q 4. c 1. 21. dist his igitur.

IDOLOLATRIA. Quod idolatria, quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio est fornicatio spiritualis 28. q. 1. idololatria.

quod idolorum cultura subtilitas dæmonum adinuenit, 26.q 4. sciẽdum, per totum cap.

Quod ille princeps est idololatriæ qui res suas quas prohibere potest, permittit idolis immolari 26. q 2. si de area.

Quod eligendum est potius fame mori, quàm ob reuerentiam idolorum idolothytis vesci 32. q.4. sicut satius.

Quod Salomon qui Deo templum construxerat exeçcatus luxuria, tẽplum idolis fabricauit 32. quæst. 4 Salomon.

Quod idololatra fit quis iterpretatiue multipliciter, uidelicet per Eucharistiæ perceptionem indignã. 32 distin. præter hoc, § porro.

Item per rebellium obedientiam 8. q.1. sciendum, in fi.

Item per æstuantem auaritiam 6 q. 1. quæro.

Item per sortilegiorũ, & diuinationum obseruantiam 26. quæstio 2. fors, §. seq. & capitu. sed & illud, & quæst. 5. §. 1.

IEIVNIVM. Quod ieiunium est duplex spirituale, & corporale. de consecra. distinct. quinta, ieiunium.

Quod magnum & præcipuum est ieiunium spirituale, videlicet à peccatis abstinere. de consecr. distinct. 5. ieiunium, & cap. nihil.

Quod ieiunium corporale, quod est à cibis abstinere, est auctorizabile quia primo a Deo in paradiso est præceptum 35. distin. 6.

Quod a sanctis patribus, & ab ecclesia est institutũ, de consecr. dist. 5. ieiunia in ecclesia, & tribus c. seq.

Quod ieiunium de quo non est præceptum, ut scandalum vitet, secundum morem patriæ est seruandũ. 12 dist illa 76 dist. vtinam.

Quod ieiunium ab ecclesia institutum, sine causa non est violandum de consec. distinct. 5. ieiunia in ecclesia.

Quod ieiunium quadragesimale, quod est pro decima temporis anni, est diligenter seruandum 76. distin. statuimus, & duobus c. seq. de consec. distinct. solent, & 5. dist. quadragesima, & c. ieiunium.

quod ieiunium quattuor temporum est omnino ab omnibus seruandum 76 distinct. ieiunium, & sex c. seq.

Quod quibus mensibus, & quibus de causis seruanda sunt, in veteri lege seruata sunt ieiunia quatuor temporum, habes 76. distin. statuimus, & duobus c. seq.

Quod antiquitus primus mensis anni Martius computabatur, & de omni alio tempore quando tempora ieiunabantur 76. dist. statuimus & c seq.

Quod modernis hoc ieiunium, fit quarta proxima feria post diem cinerum, secundum in hebdomada pentecostes. tertium in Septẽbri post exaltationem sanctæ Crucis. quartum in Decembris post festum sanctæ Luciæ 7 distin. statuimus. Vnde versus.

Dat Crux, Lucia, Cinerum, quoque chrismatadia.
Vt fit in angaria quarta sequens feria.

Quod dies tres rogationum ante ascensionem Domini sunt ieiunandi, de consecrat. distinct. 3. rogationes.

Quod sicut in memoriam passionis sexta feria ieiunatur, sic & sabbato in memoriam sepulturæ est ieiunandum, de consecr. distin. 4. in sabbato.

Quod de ieiunio sabbathi videtur mos patriæ seruandus 12. distinct. illa.

Quod die sabbathi est a carnibus abstinendũ. de cõs. dist. 5. quia dies

Quod in cœna domini non est soluendum ieiunium, de consec. dist. 3 non liceat, & c seq.

Quod die dominico ne sequamur errores infidelium, non est ieiunandum 30. dist. si quis tamquam, &

Universidad de Deusto Biblioteca

c. si quis presbyter 76. distin. ieiunium de consecr. distinct. 3. ieiunium, & cap ne quis.
Quod nec ieiunandum est tempore Paschali vsq; ad Pentecosten. 76. distinct. ieiunium, § non autem, & cap. seq.
Quod ieiunantes illo tempore ex deuotione, non sunt arguendi 76. distinct. post, & c. vtinam.
Quod hora meridiana in ieiunijs est comedendum, de consec. dist. 1. solent.
Quod in quadragesima ieiuniũ soluit qui antequam vesperas dicit, vel audit, comedit, de cons. dist. 1. solent.
Quod in ieiuniis quatuor temporum, & in vigilia Paschę circa vespertinam horam est celebranda, & postea comedendum, de consecra. dist. 1. solent.
Quod ordinans, & ordinandus debent esse ieiuni 75. dist. quod a patribus, & c. seq.
Quod excepta causa infirmitatis nõ debent cõmunicari ieiuni. de cons. dist. 2 liquido 50. dist. presbyteros 26. q. 6. si quis de corpore 4. distin. denique. in fi.
Quod moderantia cibi est in ieiunijs habenda, de conse. dist. 5. non dico, & c. seq.
Quod in ieiuniis (maxime quadragesimæ) est a magnis piscibus, & cibis lasciuis, & potibus abstinendum 3 distin. denique.
Quod ieiunium debet esse mundũ. 18. distin. habeatur 86. distin. quid prodest.
Quod primo homini firmitatis virtus fuit in ieiunio, cognitio infirmitatis in cibo 35. dist. 6.
Quod ieiunium delinquentis uulnera curat, & curatos sanctificat, de conse dist. 5. sint tibi ieiunia.
Item satisfacit pro commissis 76. distin igitur.
Quod viuentiũ ieiunia sunt defunctorum auxilia 13. q. 2 animæ.
Quod ieiunium ex causa redimitur eleemosyna 82. dist. presbyter. ante finem.
Quod duorum vel plurium dierum absque cibo ieiunia prohibentur. de conse dist. 5. non dico, & duobus c. seq.
Quod an melius ieiunat qui sępius parum, quàm qui ingurgitando lautius rarius comedit, de conse. dist. 5 non dico, & duobus c. seq.

De hac materia require ubi agitur de Abstinentia.

IEZABEL. Quod Iezabel nonnullos prouocat stupro sui corporis ad immolandum idolis 23. q. 4 si illic. § quod tunc.
IGNIS. Quod est ignis intensæ deuotionis, qui inflamat sacrificia deprecantium 1. q 1 cum scriptura.
Quod est ignis veræ contritionis, quo igne decoquuntur, & purificantur pœnitentes 27. quæst. 1. impudicas.
Quod est ignis indebitæ vltionis, à quo prohibiti sunt Apostoli ne exurerent Samaritanos 23. quæst. 4. quid faciet in fin. & c. seq.
Quod est ignis carnalis voluptatis, in quo igne bonus coniugatus positus nescit ardere 33. q. 4. vir cũ propria, in fine.
Quod est ignis ambitionis, & cupiditatis: qui tamquam ignis alienus exurit, & mundat de pœ. dist. 2. inter hæc.
Quod est ignis diuinæ consolationis, qui culpam exurit, non hominem, & sanat pure confitentes, de pęniten. distin. 3. inter hæc.
Quod est ignis futuræ purgationis, qui excedit omnem præsentem pœnam 25. distin. qui in aliud. de pœn. dist. nullus expectet.
Quod ignis purgatorius post hanc vitam credendus sit 25. dist. qualis, in fi. 33. q. 2. admonere, circa med. 1. q 3. peruenit. de pęn. distin. vlt. nullus expectet.
IGNORANTIA. Quod ignorantia est triplex, videlicet bona, mala, & indifferens. 38. dist. quamuis. & 3 seq.
Quod bona est ignorantia eorum, qui dant occasionem ad peccandum, quæ nescire melius est quã scire 58. dist. quamuis.
Quod mala est ignorantia quando ea quæ Dei sunt ignorantur, quia talis ignorans ignorabitur. 38. dist. qui ea.
Quod indifferens ignorantia est in his in quibus nihil interest ad regnum Dei vtrum sciantur an nõ. 22. q 2. in quibus.
Quod alia est ignorantia facti, alia iuris. 1. q. 4. turbatur, §. notandum. 22. q. 4. innocens.
Item ignorantia facti alia simplex, alia probabilis, alia crassa, & supina.
Ignorantia simplex est uera, & non simulata, in qua peccantibus est parcendum. 11. q. 3. excellentissimus, & cap sequen. 16. q. 2. c. ult 1. q. 4. §. vlti. ubi agitur de idolothytis.
Ignorantia probabilis est, quæ probari potest ex hoc, quod excusabilis est pro tanto 1. quæst. 1. si qui a simoniacis.
Ignorantia crassa, & supina est quã do factum omnibus publicũ ignoratur: quæ neminem excusat sicut Iudæi non excusantur, quia Christum aduenisse ignorant. 1. q. 4. c. vlti. 12. q. 2. qui, & diuinis. 23. q. 1. paratus, circa med. 11. q. 3. cuiq. 16. quæst. 1. licet ergo. 20 distinct. si decreta. 16. distin. quod dicitis.
Ignorãtia iuris alia est iuris naturalis, quæ omnibus adultis & discernentibus est dãnabilis: iuris ciuilis, & canonici, quæ quibusdam permittitur ignorare quibusdam non 1 quæst. 4. §. vlt. in fine.
Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici excusat a tanto 34 quæstio. 1. si quis dederit 32 quæst. 6. quemadmodum. 6. quæstio. 1. quæro.
Quod ignorantia iuris ciuilis uel canonici non excusat a toto. 1. q. 4. §. vlt. ante fin. 28. distinct. presbyterum.
Quod filii Israel circa promissionẽ Gabaonitarum habuerunt ignorantiam facti, sed non iuris 22. q. 3 innocens, § 1
Quod ignorantia inuincibilis, quæ est ex fauore uel dementia, si est ex casu, non imputatur: si autem venit ex culpa, noxia est, 15. q. 1. si quis insaniens, & cap. proxi & cap. illud relatum. § itaque.
Quod ignorantia vincibilis procedens ex negligentia excusat a tanto, sed non a toto 32. q. 7. quemadmodum
Quod affectata ignorantia est quando quis non uult intelligere ut bene agat. 37. dist. c. vlt.
Quod ignorantia est mala, & periculosa, quia mater est cunctorum errorum. 38. distin. ignorantia.
Quod licet laicis sit noxia, sacerdotibus tamen qui ducatum præbere debent aliis, est periculosior. 37. dist. c. vlt. § itaque, & 38. distin. cap. 1. & sex cap seq.
Quod ignorans non semper errat. 38 dist. quamuis.
Quod dicitur quis ignorare quando non cognoscit illud esse peccatũ quod facit, uel non tantum quantum est, talis excusatur pro tanto, sed non pro toto 8. distinct. consuetudo.
Quod qui ignorat modum, & qualitatem facti, ipse tunc peccat quã do ignorantia iuris laborat 8. distinct. consuetudo exemplum de Paulo, sed tunc non peccat quando facti ignorantiam habet. 94 q. 1. in lectum.
Quod qui dando operam rei licitæ ignorans quid ex facto suo sit secuturum, ut ille qui volens patrẽ suum a Leone liberare, sagittam mittit, & patrem occidit, nõ peccat 23 quæst. 5. de occidendis. 50. dist. sæpe.
Quod licet aliquis ignoret se debere continere recipiendo ordinem, ex eo, quòd recepit ordinem, tenetur continere. 28. distin. presbyterum.
Quod licet quis ignoranter rebaptizetur, ad sacros tamen ordines nõ potest promoueri, de consec. distin 4. quis bis.
Quod qui patre procurante ecclesiã simoniace licet ignorãter adeptus fuerit, crimine careat, fructum tamen paternæ emptionis reportare non poterit. 1. quæstione. 5. eos qui, § ex hac.
IMITATIO. Quod imitatio Chri necessaria est nobis, ne ab ipsius corpore separemur 56. dist. dominus, 82. dist. proposuisti.
Quod filii Dei sumus, & ipsum imitari debemus, 56 dist. Dominus.
Quod Christus dedit exemplũ imitationis in patientia & humilitate, 93. dist. Dominus.
Quod superiores nostros in bono imitari parati esse debemus, 22. distin de Constantinopolitana, 63. dist. Valentinianus.
IMITATOR. quod imitator debet se totius virtutis imitatorem ostendere, 63. dist Valentinianus.
IMAGO. Quod imago ponitur circa finem, in littera y.
IMPERATOR. Quod Imperator catholicus filius est non præsul ecclesiæ, 96. distinctio. si imperator.
Quod nihil honorificentius quam quod imperator filius ecclesiæ dicatur, 23. q. 8 conuenior, ante fi.
Quod Imperator Constantinopolitanus Papæ coronam omnemque regiam dignitatem in vrbe Roma & in Italia & in partibus occidentalibus concessit, 96 distinct. Constantinus.
Quod nulli Imperatori licet decernere de electione summi Pontificis, & de rebus ecclesiasticis, 96. dist. §. 1.
Quod Imperator aduocatus, & defensor debet esse ecclesiæ, 97. dist. ecclesiæ meæ.
Quod Imperator debet iurare fidelitatem Papæ, & bona ecclesię defendere, 63. dist. tibi Domino.
Quod nec Imperator iura pontificatus, nec pontifex nomen Imperatoris debet vsurpare, 96. dist. cum ad verum.
Quod Imperator pendet ex Papæ iudicio, non Papa ex imperatoris. 50. dist. Domino sancto.
Quod Imperator debet pontificibus caput inclinare, 63. distin Valentinianus. 96. dist. duo sunt.
Quod Imperator potest interesse cõcilio pontificis pro confirmatione fidei. alias nõ, 96. distin. nos ad fidem, & c. vbinam, & c, satis.
Quod nec spectat ad Imperatorem prælatos ecclesiæ iudicare, 96. dist. si Imperator, & c. in scripturis.
Quod imperiali iudicio nõ possunt ecclesiastica iura dissolui, quia Imperator subest ecclesiæ, 10. distin. per totum.
Quod ab Imperatore non potest peti cognitio publicorum iudiciorum clericorũ: sed episcopale põt peti, 11 q. 1. placuit vt quicumque 21. q. 5. si quis a proprio.
Quod Papa potest Imperatorem excommunicare, quia Gelasius papa Anastasium Imperatorem excõmunicauit, 96 dist. duo sunt. Vide quod ibi not.
Quod Papa Zacharias, deposito rege Frãcorum, tradidit regnum Pipino patri Caroli Imperatoris, 15. q. 6. alius.

Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerũt priuilegio super prouisione Papę, quod summi pontifices propter schismaticos contulerant Imperatoribus, 63. distinct. per totum. & cap. præcipuæ. §. ex his.

De hac materia habes vbi agitur de Rege.

IMPOSITIO Quod impositio manus quia non est aliud quam oratio super hominem repeti potest, 1. q. 1. manus.
Quod hi qui baptismum ab hęreticis susceperint, non sunt rebaptizandi, sed tantum per impositionem manus sunt confirmandi, 1. q. 1. hi qui baptisma.
Quod cum episcopo benedictio super caput funditur omnes episcopi præsentes, manus imponendo debent ipsius caput tangere, 23. di. episcopus.
Quod episcopo presbyterum ordinante, & manum super caput eius ponente omnes præsentes presbyteri debent manus suas iuxta manum episcopi tenere, 23. distinct. presbyter.
Quod diaconus & sacerdos quando ordinatur accipiunt manus impositionem, 5. q. 6. quia iuxta, 23. dist. diaconus.
Quod episcopo manus imponente super ordinandum, & alio orationem dicente nihil agitur. 22. dist. quorundam.
Quod subdiaconus, quia in ordinatione sua impositionẽ manus non accipit, loco eius calicem & patenam vacuum accipit. 23. dist. subdiaconus.
Quod absque impositione manus episcopi, etiam si tonsuram clericalem quis ab eo habeat, non licet publice in ecclesia legere, 69. dist. quoniam.
Quod abbati cui imposita est manus per episcopum, & est presbyter; licet in proprio monasterio conferre duos minores ordines, 69. dist. quoniam.
INCANTATIO. Quod incantatio ex magicis artibus, siue ex characteribus proueniens, siue ex consultationibus dęmonum, damnabilis est, 26. q. 2. illud.
Quod attendere inanem signorum in cœlo fallaciam, in coniugiis sociandis, in domibus ædificandis, & in arboribus plantandis, incãtatio illicita est, 26. q. 5. non liceat.
Quod infideles reputantur matres, quæ pueris suis capita dolentibus vel alia infirmitate laborantibus præter Pater noster, & Credo in Deum, quærunt ligaturas sacrilegas & incantationes 88. dist. quoniam non. ante med.
Quod incantationes infirmitatibus hominum nihil remedii præstãt. 26. q. vlt. admoneant.
Quod gemmę vel herbæ ad infirmos possunt portari sine incantatione, 26. q. vlt c. vlt.
Quod incantationes ab ecclesia sũt reiiciendæ, 26. q 5 non oportet. & c. auguriis. & c. vlt admoneant.
Quod incantatores sunt infames, 6. q 1 infames.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & vbi agitur de Sortilegio.

INCENDIARIVS. quod incendiarius dicitur non solum qui facit, sed qui iubet & consentit. 23. q. vlt. si quis membrorum.
Quod incẽdiarii nocturni pręcipue rerum ecclesiasticarum sunt grauius puniendi. 11. q 2 cum deuotissimam.
Quod incendiarii sũt à communione fidelium quousque satisfaciãt separandi, 23. quæst. vlt. si quis mẽbrorum.
Quod incendiarii ex odio vel malitia & ipsis consentientes sunt excommunicandi, 23. q. vlt pessimã.
Quod incendiarii cum satisfactione præteritorum, & iuramento de vltra non committendo, debent absolui, 33 q vlt. ad pessimam.
Quod quia forma absolutionis incendiariorum concors est cum forma absolutionis excommunicatorum, videtur, quod à canone ipso facto sunt excommunicati, 23 q. vlt. pessimam.
Quod episcopus qui pænitentiam incendiariorum, quæ est per annum esse vltra mare, relaxauerit, ab officio episcopali per annum abstinebit. 23. q. vlt. pessimam.
Quod incendiarius si sine satisfactione & pœnitentia mortuus fuerit carebit ecclesiastica sepultura. 23. q. vlt. pessimam.
INCAEPTIO. Quod incæptio siue inchoatio bonæ vitæ non potest fieri nisi cum charitate. de pænit. disti. 2. § non autem.
Quod multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt. de pęn. dist. 2. si enim inquit.
INCESTVS Quod incestus est consanguineorum vel affinium abusus, 36. quæst. 1. lex illa, § cum ergo.
Quod virgines quę post consecrationem nupserint, non tam adulteræ quam incestæ sunt, 27. distinct. virgines.
Quod incestum committit, qui spõsam fratris sui, licet ab eo non cognitam, duxit in vxorem, 27. quęstione secunda, si quis desponsauerit.
Quæ sunt personę consanguineę vel affines cum quibus incestus committitur, habes, 35. q. 3 de incestis & c. nec eam.
Quod incestus quantum ad peccatum grauior est adulterio, 32. q. 7. adulterii.
Quod incestuosus nec testificari, ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

accusare potest, quia infamis. 3. q.4. consanguineorum. 6. quæst. 1. infames.

Item incestuosi à communione fidelium sunt separandi. 25. q. 8. cap. vlt.

Item incestuosi non debent matrimonium contrahere. 32. q 7. quædam, & quinque c. seq. 34. q. vlt. in lectum.

Quod incestum committens ex sua culpa, post mortem viri non debet contrahere, 34 q. vltim. in lectum, &c. seq.

Quod possunt contrahere matrimonium quorum incestum excusat ignorantia, 34. q. vlt. in lectum, & c. seq.

Quod filii de incestu procreati non reputantur filii quantum ad patrem successionem, 35. q. 7. cap. 1.

INCONSTANTIA. Quod inconstantia animi perpenditur quãdo episcopus vel presbyter dimissa sua ecclesia propria temeritate, sine causa alibi vagatur, 7. quæst. prima non oportet, usque ad § quod vero.

Quod inconstans prælatus iudicatur, qui propter tribulationem à grege sibi commisso se elõgat, 7. quæst. 1. suggestum, & duobus sequen.

Quod inconstantia in vouẽtibus castitatem, & non seruantibus reprobatur, 17. q. 1. vouentibus.

Item à monachis à professione sui nominis, & religionis, & à religione recedentibus, 16. q. 1. si cupis, &c. placuit, &c. iuxta.

Quod incõstantes sunt qui bona facere deliberant, & effectui non mancipant, 17. q. 1. qui bona.

INCORRIGIBILITAS. Quod incorrigibilitas in episcopo est detestabilis, 34. distin. quorundam.

Quod qui sacerdotali admonitione de malis non corriguntur, ab ecclesia sunt separandi, 16. q. 1. in canonibus, in fi.

De hac materia habes vbi agitur De Correctione.

INDVLGENTIA. Quod indulgentia peccatorum fit per pœnitentiam, 1 q. 7. si quis omnem.

Quod bonus est Dominus in omnibus, & aperta vitia ea eius omni homini pœnitenti, prima quæst. 7. si quis omnem, post. med.

Quod Deus peccatori conuertenti se, præstat indulgentiam, de pœnit. en. distin. 1. facilius, §. hoc idem.

INDVCIÆ. Quod induciæ tam actori quam reo dandæ sunt à iudice, ne à quacumque parte propere agatur, vel per surreptionem. 3. q. 3. inducię.

Quod inducíarum tempus quantũ ad testium vel instrumentorum productionem si in cadẽ prouincialis agitur, tres mẽses: si uero ĩ alta vicina, tantum sex: si uero ĩ vltramarina, nouem menses indulgentur, 3. quæstio. 3. inducię. §. primo.

De aliarum rerum iudiciis habes. 3. q. 3. iudiciæ accusatis.

De hac materia habes vbi agitur de Deliberatione, & vbi agitur de Acceleratione.

INFAMIA. Quod infamia non de facili debet credi, sed probata citius vlcisci, 11. q 3. in cunctis.

Quod duplex est infamia, videlicet iuris canonici, quę est crimẽ mortalis peccati uel excommunicationis, hęc tollitur quantum ad culpam per pœnitentiam, & absolutionem 6. q. 2. illi qui. sed quantum ad infamiæ notam, si sunt clerici, non tollitur, nisi per papã 2. q. 3 Euphemium, §. hinc autem.

Alia est infamia iuris ciuilis, quæ multipliciter irrogat. Aliquando enim contrahitur genere delicti. Aliquãdo genere pœnę. Aliquãdo genere utriusque. Aliquando genere facti, 3. q. 7 infames, in fi. & §. porro. Huius infamiæ notam non potest delere nisi ciuilis iudex, cuius interest legem cõdere. 2. q 3. Euphemium, §. proximo.

Quod infamiam quandoque incurrunt boni ex diuina dispositione, vt purgentur vel probentur, 6. q. 1 sunt plurimi.

Quod in infamia ad cõstantiã recurrẽdum est, & si non inuenitur malum quod dicitur in lætitiam debemus profilire, 11. quæst 3. inter verba.

Quod in infamia si nobis testis est in cœlo, & testis in corde, dimittendi sunt stulti foris loqui quod volũt, 11 q 3 inter verba, & c. seq.

Quod non omnes leges canonum sunt infames quos leges sæculi infames pronunciant, 2. q. 3. Euphemium, § proximo.

Quod licet illa quæ intra tempus luctus nubit, secundum leges sęculi sit infamis, secundum canones non est infamis, 2 q. 3. Euphemium, §. proximo.

Quod multa, & vatia sunt crimina quæ reddunt homines infames, quæ ponuntur. 3. q. 5. constituimus, & 6. q. 1. infames.

Quod fidei Christianæ & auctoritatis apostolicæ status, præuaricatores sunt infames. 2. q. 7. alieni.

Item omnis hæreticus, & infidelis est infamis, 2. q. 7. alieni. 6. quæst. 1. infames.

Item simoniacus 1 p. q. 3. sane.

Item omnis apostata qui à tramite propositi sui recessit. 2. q. 7. alieni, 3 quæst. 4. si quis à vero.

Item omnis incestus macula pollutus, 3 q 4. consanguineorum.

Item infamis est clericus qui ex sua culpa irregularis efficitur, sexta q. 1. omnes vero.

Item infames sunt qui superiores suos calumniose impetunt, 3. q. 4. consanguineorum.

Item omnes patrum inuasores. 3. q. 5. omnes.

Item omnes episcoporum, vel abbatum calumnioſi accusatores, vel conspiratores. 3. q. 4. clericus, & c. seq. 11. q. 1. conspirationum.

Item omnes qui malitiose aduersus sacerdotes armantur. 6. q. 1. sacerdotes.

Item histriones, & omnes turpitudinibus deseruientes. 4. quæstio. 1. diffinimus.

Item sepulchrorum violatores. 6. q. 1. infames.

Item ecclesiasticorum prædiorum direptores. 17 q 4. attendendum.

Quod nõ est communicandum malis, ne infamiam male agentium in uos transferamus. 14. q. vltimã qui.

Quod infamis nec aduocatus, nec procurator esse potest. 3. q 7. infamis.

Item nec accusator, nec testis esse potest. 3. q. 4 nulli, & q 5. omnes. 4. q. 1. diffinimus. 6. q 1. beatus, & c. seq.

Quod infamia maxime clericorum propter scandalum aliorum induc it purgationem. 2. q 4. presbyter, & duobus cap. seq.

Quod accusans de crimine, & probare non valẽs, infamis efficitur. 2. q. 4. c. 1. & 5. q. vlt. omnis qui.

Quod infamatores hominum sunt peiores direptoribus rerum. 6. q 1. ex merito, & cap. deteriores.

Quod infamatores hominum sunt etiam corporaliter affligendi. 5. q. 1. c. 1. & q. 6. delatori. & cap. si quis.

Item infamatores sunt excommunicandi, 5. q. 1. quidam.

Quod infamis dicitur locus vbi crimen cõmittitur, 31. quæst. 5. tolerabilius.

Quod lupanaria non infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam.

INFIDELITAS. Quod an infidelitas est credere se cum multitudine mulierum per multa terrarum spatia noctis tempore super quasdam bestias equitare: vel huiusmodi phantasmata à malignis spiritibus mentibus, & non corporibus irrogentur, 26 quæst. 5. episcopi.

Quod sacerdotes populum ab hac infidelitate remouere debent, quia non talia patitur corpus, sed infidelis animus, 26. quæst. 5. episcopi.

De infidelitate habes vbi agitur de Fide & fidelitate.

INFIRMITAS. Quod infirmitas duplex est, videlicet corporis, & animæ 15. q. 5. §. 1. & c. illud §. itaque. 49. distin. hinc etenim, per totum.

Quod mentis siue animæ infirmitas duplicatur, vna est quæ vitium appellatur, quia infirmitate animæ à Deo

à Deo separatur, vt est ira, & odium, & huiusmodi.

Alia autem infirmitas animæ non est peccatum: sed pœna peccati, vt obliuio, & ignorantia. 15. q. 1. illud, §. itaque.

Quod infirmitas corporis duplicatur. est enim vt languor naturæ, quæ carnis cõcupiscentia siue fomes dicitur. Alia est quæ proprie corporis infirmitas appellatur, quia elementorum, seu humorum concordia turbata caro ipsa afficitur, & tandem dissoluitur. 15. q. 1. illud, §. itaque.

Quod infirmitas sine causa a Deo non immittitur, licet ab homine ea ignoretur 7 q. 1. percussio 15. q. 1. illud, §. itaque.

Quod infirmitas corporalis excusat a pœna iudicis 17. distinct. placuit, vt quotiescunque.

Quod non posse comparere reputatur qui infirmitate detinetur 5. q. 3. si ægrotans 18. distinct. si episcopus.

Quod infirmitas mentis, quæ est dementia, excusat a culpa in ipsa perpetrata, & a pœna 15. q. 1. illud, §. itaque, in fi 3. q. 9. indicas.

Quod episcopus propter infirmitatem corporalem non priuatur episcopatu, sed datur ei coadiutor 7. q. 1. fere per totum.

Quod propter infirmitatem mentis, seu dementiam potest alter ei substitui 7. q. 1. quamuis.

Quod episcopus, vel presbyter laborans morbo caduco suspenditur a sacrificio missæ 7 q. 2. in litteris.

Quod cessante infirmitate debet restitui qui propter infirmitatẽ est destitutus vel suspensus 7. q. 2. in litteris.

Quod vrgente infirmitate resignãs beneficium, vouens intrare monasterium, & ultra non processit, si non intrat, restituitur ad beneficium 17. q. 2. c. 1.

Quod proprium debet esse prælatorum compati infirmitatibus subditorum 24. q. 1. quę dignior in fi.

Quod in infirmis non est pœnitentia iniungenda, sed innotescẽda, & amicorum orationibus & eleemosynis subleuanda 26. q. 7. ab infirmis.

INGRATITVDO. Quod ingratitudo est reddere malum pro bonis 23 q. 3. sex.

Quod hoc vitium incurrũt qui pleni virtutibus in peccatum cadentes a Deo recedunt. de pœn. dist. 5. confideret, § dolendum.

Quod ingratitudo auctoritate canonum, & legum culpatur 12. q. 2. octaua.

Quod ingratitudo retrudit manumissum in seruitutem 12 q. 2. episcopus qui mancipium c. liberti ec clesiæ, & c. seq.

Quod pro ingratitudine potest quis a suo domino priuari beneficio. 22. q. 5. de forma, circa finem.

INIVRIA. Quod iniuria pensanda est non ex opere, sed ex voluntate 15 q. 1. si quis non iratus.

Quod bonis dispẽsatione diuina infertur iniuria, ut purgentur 1. q. 1. sunt plurimi.

Quod iniuria propria patienter est sustinenda, sed Dei, vlciscenda 23. q. 4. inter querelas & § seq.

Quod tempore Heliæ ignis nõ fuit pro iniuria propriæ, sed Domini, cuius cultus spernebatur 23. q. 4. si illic. § sed obijcitur, & cap. Guilisarius.

Quod nostras & nostrorum patienter exemplo sanctorum debemus tolerare iniurias 23 q. 1. per totũ. & q. 4. qui secundum, & q. 5. non est nostrum.

Quod iustus patienter tolerant iniuriam celeitem meretur coronam. 11. q. 3. & si & c. qui iustus.

Quod a perfectis licite non verberibus, sed verbis moderatis iniuria propulsatur 23. q 1. paratus.

Quod prælatorum iniuriæ degradatione puniuntur 11. q. 1. si quis sacerdotum.

Quod iniuria episcoporum est iniuria Christi, cuius legatione funguntur 2. q. 7. accusatio quoque, in fine.

Quod species eleemosynæ est iniuriam dimittere 45. distin. & qui & duobus c. seq.

Quod iniuria semel dimissa non debet amplius ad animum reuocari 23. q 4. si illic.

Quod iniurians satisfacere tenetur læso, nec cogitur quis superbo indulgere prius quam humilietur. 23. q. 4. si illic.

Quod nolens pro iniuria satisfactionem accipere inedia punitur 95. dist. si quis contristatus.

Quod secundum varietatem iniuriarum debet esse respectus pœnarũ, de pœn dist 1. vulgaris, & c. pœnæ. 50. dist quia.

Quod qui aufert sua ab inuito, non iniuriam infert 14. quæst. 5. non sane.

Quod cum alterius iniuria nulli est subueniendum 14 q 5. forte, & c. denique.

Quod nec Deo gratũ est obsequiũ cum iniuria aliorum 14. quæst. 5. c. 1. & 2.

INIVSTITIA. Quod iniustitia iniquitate culpatur commissa in rebus proximiorum 14. q 5. immolans, & tribus c seq.

Quod culpatur iniustitia relatorum commissa respectu subditorum. 23 q. 4. si quos post med.

Quod inculpatur iniustitia diuitum commissa respectu pauperum 42. distin. si quis. ante fin.

De iniustitia habes vbi agitur de Iustitia.

INNOCENTIA. Quod quem innocentia adiuuat, dignum est, vt alia castigatio non affligat 2. q. 4. Mennam 3. q 9. dignum.

Quod innocens de omnibus bene iudicat, qui fidem in omnibus esse arbitratur 22. quæstio. quarta, innocens.

Quod ad officium innocentis pertinet non solum malum non inferre, sed etiam mala cohibere, 23. quæstio. quinta, non est innocentiæ.

Quod qui non ex odio, sed amore corripit delinquentem: non solũ castissimæ innocentiæ, sed diligentissimę feueritatis impleuit officium 23. q. 4. ita plane.

An innocentes debeant præferri in prælatis lapsis pœnitentibus 12. dist. nos consuetudinem 16. q. 1. legi circa princ.

Quod videtur quòd exemplo Petri lapsus pœnitens innocentibus in prælaturis debet præferri, quia talis subditis nouit compati 50. distinctio. considerandum, & cap. fideliter.

INOBEDIENTIA. Quod inobedientia est peccatum ariolandi, & scelus idolatriæ nolle acquiescere 81 distin. si qui sunt 32. dist. præter hoc. § porro.

Quod qui præcepto papæ non obedit, peccatum idolatriæ incurrit. 81. distin. si qui sunt.

Quod omnes clerici, qui non sunt sub obedientia episcopi, sunt acephali 93 dist. nulla, & c. seq.

Quod vbi duo superiores mandant opposita, inferiori non est obediendum 11. q. 3. qui resistit, & cap. sequen.

Quod inobedientes paternis iussionibus, sæuioribus debent corrigi vindictis 23. q. 3. iustum est.

Quod inobedientia punitur per excommunicationem 18. distin. decernimus 34 distin. quorundam. in fi. 11. quæst. 3. si autem. & trib. cap seq.

Item punitur per depositionem vel degradationem 11. q 1. si quis sacerdotum q 3 absit 34. distin. quorundam. in fi.

Item punitur per corporalem afflictionem 11 q. 1 si quis sacerdotum. 7. q 1 denique.

Quod ppheta ad schismaticos missus propter inobedientiam a leone occiditur 7. q. 1. denique.

IMPOTENTIA. Quod impotentia coeundi si post carnalem copulam superuenerit, non soluit matrimonium, si ante uenit liberum facit alterum matrimonio alij copulari 27. quæstio. secunda, quod autem §. ecce impossibilitas. 33. quæstio. prima, qđ autem.

Quod propter impotentiam à copula coniugali separatus libere potest ad ordines promoueri. 27. q. 2. quod autem, § 1.

Quod naturalis siue perpetua impotentia soluit matrimonium, ac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidentalis vero quæ fit per maleficium: si cessauerit, solutum restituit 33.q.1.quod autem, in fi. & duobus c.seq.

Quod impotens coram iudice apparere non cogitur, qui infirmitate detinetur 5.q.3.si ægrotans.

IMPVNITAS. Quod impunitas, culpæ viam facit alijs delinquendi 35.q.9.loci & 2.q.7. quapropter 93.dist.peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione, & de Pœna

INQVISITIO. Quod inquisitio facienda est de conditione clericorum prius quã confirmentur 47.dist.de Petro 23.dist. illud.

Item facienda est de infamijs subditorum antequam credatur 2.quæstio 1. Deus omnipotens 30.q.vlt. nullum.

Item facienda est de culpa puniendorum prius quam puniãtur 28. dist quia sunt 86. dist. si quid. & cap.tanta.

Item facienda est inquisitio tam super statu clerici, quam populi ab episcopo, bis in anno concilium celebrando 18.dist quoniam.

Quod episcopus in synodis sub iuramento debet perscula inquirere animarum, & inquirenda cõmittere 35.q.6.Episcopus.

Quod episcopi visitando parochias plus debent inquirere de lucro animarũ, quam de lucro temporalium rerum.18.quæst. 3. cauendum est.

Quod inquisitio ad veritatem facti non potest peruenire nisi diligenter circumstantiæ inquirãtur 23. q.8.occidit.

Quod indicantem oportet cuncta rimari: & ordinem rerum plena inquisitione discutere 30. q. vlt. cap.vlt.

Quod confessor debet esse sapiens, & diligens inquisitor de loco, tẽpore, & de alijs circumstantijs peccatorum, de pœn.distin. 6 §. 1. post medium.

Quod veritas diligentius inquisita magis splendescit in lucem 35. q. 9.c.graue.

Quod iudici magis necessaria est leuis inquisitio, quam atrox punitio 23 q 5 c.in fine.

INSANIA. Quod insania continue laborãs si quid commiserit, non imputatur 15 q 1.si quis insaniens, & cap.illud, § cum itaque, in fine.

Quod sicut insani mente nõ res sed phantastica rerũ vident, sic mens auari semper aurum, & similia videt 47.dist sicut.

Quod qui infirmitate, vel feruore passionis pressus si quid vouerit, vel promiserit, nisi ratum postea habeat, non tenebit 27. quæst.2. Gonsandus.

Quod sacerdos tempore insaniæ oe sidens hominem, licet quantum ad culpam innocens sit, ab executione tamen officij abstinebit 15. q.1.si quis non iratus.

Quod ad sacros ordines nõ promouetur qui aliquãdo insanierit, sed promotus post insaniam suam sanatus celebrauit 15. quæstio. 1. si quis non, in fine, & 33. distinct. maritum.

Quod episcopus insanus renunciare non potest nisi habeat lucida interualla 7 q.1. quamuis.

De hac materia habes vbi agitur de Dementia.

INSPIRATIO. Quod inspiratio spiritus sancti soluit a lege iuratum 19.q.2.duæ.

Quod vbi spiritus spirat: etiam prælato suo contradicente, ad melior em vitam potest quis tranire. 19.q.2.duæ.

Quod sancti patres ea quæ videtur irreprehensibilia, inspiratione diuina fecerunt 23. q. 5. si non liceat per totum cap.

Quod dominus per occultam inspirationem reuocat a malo 33.q.6. quod errauerat.

Quod inspiratione diuina castitas habetur 28.dist. de his.

Quod præsens ecclesia inspiratione diuina instituitur 8. distinct. qui contempta.

Quod qui post inspirationem diuinam, & reuelationem in quo erranerat perseuerat, obstinatus est. 8.distinct. consuetudo 21. distin. nunc.

INSTRVMENTVM. Quod instrumenta chartarum debent sacerdotes conficere, de rebus proprijs & ecclesiarum, quas de nouo intrant 12.q.4.c.1.

Quod quia sæpe proprietati originis obstitit longinquitas temporis stipendia de rebus ecclesiarũ quę scripiuntur ab episcopis, debent reddi in instrumentis 12. q.2. sæpe, & c.longinquitate.

Quod defuncto episcopo omnes res ipsius, ne ab ecclesia alienentur, a canonicis debent conscribi 12. q.5 sicubi.

Quod instrumenta vi extorta maxime a clericis, nullius sunt vigoris 15.q.6.c.1. & c auctoritatem.

Quod seruus non potest instrumentum condere testamenti 13. q. 2. illud etiam.

Quod ubi tabellio sine manus publica ad instrumenti subscriptionem non habetur trium testium sufficit subscriptio 13 q 3.placuit. & § is autem.

Quod sacerdotes pro negotijs sæcularibus non debent poni in instrumentis pro testibus 14. quæstio.2. quamquam.

INTENTIO. quod intentio operi indifferenti finem imponit. 41.dist.quisquis. c.deliciæ. & cap. quod dicit.

Quod bona intentio non excusat opus malum 1. quæst. 1. non est per totum.

Quod mala intentio facit opus bonum non valere 23.quæst. 5.cum minister.

Quod Deus plus respicit intentionem & voluntatem quam actus, 23.q.6 si quandoque a sacerdotibus in fi.22.q.5.qui peierare.

Quod iuramenta secundum intentionem præstantis non recipiẽtis a Deo iudicantur 22. q. 5. humanæ, § 1.

Quod nemo debet considerare verba, non enim intentio verbis, sed verba intentio debent de seruire 22.q 5. humanæ.

Quod ream linguam non facit nisi rea intentio 22.q. 2. homines, & duobus c.seq.

Quod ea quæ post intentionem cõtingunt, non imputantur 23 q.5. de occidendis, & c. cum homo.

Quod officia vindictæ possunt implere boni, bona intentione 23.q. 5.officia.

Quod qui hac intentione male accipit, vt bene dispenset: aggrauatur potius quam iuuatur. 1. q. 1. non est, & 14 q 5.forte.32. quæst.4. sic non sunt.

INTERCESSIO. Quod intercessio bonorum, quæ est pro salute proximorũ, est superiori porrigenda 23.q.5.prodest.

Quod cum hic displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur.3.q.7 in grauibus 49 dist.§ 1.

Quod sacerdotes in prejudicium aliorum non debent intercedere: quia quiuincitur, intercessoris beneficio se victum arbitratur 14. q.5 denique.

Quod clericis proprium est pro confugientibus ad ecclesiam intercedere: quia hoc non est malos defendere, sed humanam sęuitiam reprimere 14. q. 6. si res 17. q.4. reum.23 quæst.5.ieos.14. quæstio. vlt.hi qui.

INTERPRETATIO. Quod interpretatio canonum spectat ad eum qui habet ius cõdendi eos. 25 q.1.ideo § his ita.

Quod Romana ecclesia sic canones condidit, ut ipsorum interpretationem sibi retinuit. 25. q. 1. ideo § his ita.

Quod si in canonicis libris aliquid veritati contrarium inuenimus, vel mendosum Codicẽ debemus credere, uel nos interpretem nõ intelligere.9.dist.ego.

Quod ecclesiæ interpretatio si hẽt eloquentiæ venustatem est dissimulanda, & fugienda.38.dist. ecclesiastica.

Quod omnis lingua habet quædã propria locutionum genera, quæ cum in aliam transferuntur videntur absurda.37. distinctio. locutio.

Quod qui scripturam sacrã aliter inter-

interpretatur quam spiritus sanctus flagitat, hæreticus est.23. q.3. hæresis 37.dist.vnio.

INTRVSIO. Quod intrusus episcopus non est habendus pro episcopo, nec habet executionem. 62. distinctio capitu. 1. & 63. distinct. si per.

Quod intrusi prælati, vel schismatici temporaliter & ęternaliter a domino puniuntur. 7. q. 1. denique. per totum cap.

Quod intrusus priuatur dignitate. 63.dist.omnis.

De hac materia habes infra de Inuasore.

INVASOR Quod inuasor sedis apostolicæ anathematizatur. 79. dist. si quis ex episcopis & cap. si quis pecuniam.

Quod inuasor alterius ecclesiæ, episcopus non est dicendus secundus: sed nullus episcopus. 7. q. 1. factus.

Quod inuasor alterius sedis scienter a ministerio ecclesiastico est repellendus & increpandus. 2. q. 1. in primis. circa principium. & 7. q. 1. præsentium.

Quod prælati suis ecclesijs postpositis alias inuadentes, sunt adulteri, & infames. 3 q 2 audiuimus.

Quod inuasor alterius ecclesiæ, si ad monitus dimittere contempserit, sæculari brachio est excludendus. 11.q.1.petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia materiali, in fine. & supra de Intruso.

INVENTARIVM. Quod inuentarium dicitur scriptura vbi omnia quæ inuenta fuerint, diligenter conscribuntur. 12.quæst 2 charitatem.

Quod decedente episcopo omnes æconomi & canonici ecclesiæ illius in mutua præsentia de omnibus rebus debent inuentarium facere 12 q 2. charitatem. & 12.q.5. sicubi.

INVIDIA. Quod inuidia est mortale siue capitale pecc tum. 25. dist. vnum, § alias

Quod inuidia perseuerans habet radicem in interioribus medullis reconditam. de pœn dist.2.c 1.

Quod propter prælationis inuidiam Cain fratrem occidit. 35 dist sexto.

Quod peius malum non est, quam Christianos suos sacerdotibus inuidere 6 q.1 sunt, § verum hac.

Quod qui bonos ex leui suspicione accusat, hic non charitatis, sed inuidię stimulis exagitatur.6.q 1. si omnia.

Quod clericis præcipue conuenit inuidiam non habere.23. distinctio. his igitur.

Quod qui potius consuetudinem quã veritatem fratribus reuelatam præsumit sequi, inuidus est. 3 dist.qui contempta.

Quod inuidia curatur per suum cõtrarium, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus seruiendo de pœn.dist.2.c.1.

INVITVS. Quod inuitus multa bona præstantur quando eorum cõsulitur vtilitati.45 dist. & qui.23. q. 4. nimium. per totum c. & cap. displicet, per totum.

Quod interdum quis vel metu flagellorum, vel inductu disputationum de nolente efficitur volens. 23.q 6.vides.

Quod Iudæus non est cogendus fidem accipere inuitus. 45. distinct. de Iudæis.

Quod a fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire 23. q.4. displicet, per totum. & q.6. per totum. 45 dist.de Iudæis.

Quod qui inuitum ad bonum cogit: non ipsum persequitur, sed diligit.23.q.5. non vos & quæst. 4. ipsa pietas.

Quod nemo potest esse bonus inuitus.23.q.6.vides.

Quod licet episcopus inuitos non possit ordinare, possit tamen inferiores ordinatos ipsis contemptoribus præferre. 74. distinctio. consuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio, & vbi agitur de Coactione.

IOANNES. Quod Ioannes Baptista Herodem ab incestu prohibens ostendit coniugia fuisse inter infideles.26 distinct. vna tantum, §. Ioannes.

Quod Ioannes Euangelista verbo & facto schismaticos, & hæreticos docuit vitare.24 q.1. omnis qui.

IOSEPH quod Ioseph qui non cognouerat Mariam, conceptum sentiens in ea, ex benignitate voluit eam occulte dimittere. 2. q 1. si peccauerit.

Quod inter Ioseph & Mariam qũ commẽdata fuit Ioanni, non videtur fuisse diuortium: quia Ioseph non cognouerat eam 27.q.2. quod autem. & §. seq. post med.

An inter Ioseph & Mariam fuerit coniugium, cum ipsa carnalem non senserit copulam.27.q.2.§. 1. & c institutum. § potest. cap. quod autem, §. proxi. & c prius quam. & c.inuenta.

Quod Ioseph venditus a fratribus in Ægypto ab eunucho comparatus fuit, significat quod qui gratiam spiritus sancti mercatur, viuum semen non habet siccis genitalib. 1 q 1 sicut eunuchus.

Quod Ioseph non tam per creaturã quam per auctorem creaturarum iurauit 22. quæst.1. mouet § sicut etiam cum.

IPOCRISIS. De ipocrisi require vbi agitur de ypocrita, circa fi.

IRA. Quod ira Dei est tranquilla iusti supplicij constitutio. de pœn. dist.3.§.1.productor.

Quod dæmones appellantur ira & furor.23.q.5 non solum.

Quod propter malitiam hominum ex ira Dei mundus fame & penuria quandoque opprimitur. 16.q. 1.reuertimini. post med.

Quod vno peccante ira Dei super multos venit.45. dist. sed illud 23. q.5 si audieris.

Quod ab ira peccati, qua naturaliter fuimus filii iræ, nõ liberatur quis, nisi per fidem Christi. de consec. dist.4 fi. missime.

Quod ira hominis est concitati animi perturbatio. de pœn. distin. 3. productior.

Quod ira hominis si longo tempore teneatur, est mortale peccatum. 25.dist. vnum orarium, § alias.

Quod apostolus prohibuit vindictã personæ propriæ dicens, non vos defendentes, sed date locum iræ. 23 q 1 § 1.

Quod ira talia facit committere, de quibus post multum, solet homo dolere.11.q.3 cum apud.

Quod quidquid calore iracundiæ fit vel dicitur, non est imputandum, nisi adsit iteratio, vel perseuerantia 2.q.3.si quis iratus.de pœn. dist. 1.vulgaris §. cogitatio.

Quod præsidens iudicio ab ira debet cauere, quia ira viri iustitiam Dei non operatur. 11. q. 3. episcopus presbyter, in fi.

Quod iratus commotionis tempore iustum putat omne quod facit. 11. q 3 ita.

Quod in prępositis laudabile est, ut nihil agant prius quam mens cõcitata per iram, ad tranquillitatem redeat.11.q.3.illa.5.q.3. relatum.in fi.

Quod rectores aliorum non debent ex lenitate vel furore præcipitare sententiam.11. q.3. summopere 5. q 2.relatum.

Quod ira rectorum sæpe innocentes ad peccatum deducit, quia dũ iusto amplius irascuntur, & volunt aliena coercere peccata, grauiora committunt.15 q.3 ira.

IRREGVLARITAS. Quod irregularitas nomen accipit a regula q̃ statuit apostolus, seruandam circa ordinandos & ordinatos, & contrarium eius dicitur irregulare, ideſt, contra regulam.48. dist. quoniam.dist. 23. vnum orarium. § nunc autem.

Quod irregularitas multipliciter cõtrahitur, 33.dist.maritum. 33. dist. præcipimus. & cap.seq.

Quod irregularitas incurritur contrahendo cum corrupta.32 distin. seriatim.

Item sibiipsi abscindens quodlibet membrum ex indignatione, vel iusto, vel iniusto timore truncans, irregularis est. 33.distinctio. maritum.

Item qui naturalium membrorum aliquem defectum patitur. 51.dist. qui in aliquo.

Item

Universidad de Deusto Biblioteca

Item qui adulteram vxorem cognouit. 34. dist. si cuius. & c. seq.
Item bigamus. 33. dist. maritum.
Item simoniacus. 33. distin. maritum. in fine.
Item hæreticus. 51. distinctio. qui in aliquo.
Item qui publicam, vel solennẽ pœnitentiam egit. 33. dist. maritum. 50 dist. ex pœnitentibus. 51. distin. qui in aliquo.
Item rebaptizatus. 51. distin. qui in aliquo.
Item filij presbyterorum, vel alias illegitime nati. 50. distin. presbyterorum.
Quod irregularis non debet ad ordines sine dispensatione promoueri, 34. dist. præcipimus.
De hac materia satis habes vbi agitur de Dispensatione, & vbi agitur de Ordine.

IRRELIGIOSITAS. De hac materia habes vbi agitur de religione.
IRREVERENTIA. Quod irreuerentia ecclesiarum & oratoriorum prohibetur. 42. dist. non oportet. & tribus c. seq.
Quod si quis ex irreuerentia ecclesias docet contemnendas, anathematizatur. 30 dist. si quis per superbiam. & duobus c. seq.
Quod irreuerentia superiorum reprobatur, 2. q. 2. oues, 7. q. 1. scire. & 23 q 5 si apud carnales.
Quod irreuerentia prælatorum punitur degradatione. 11. q. 1. si quis sacerdotum. & c. coniurationum. & quatuor cap. seq.
ITERATIO Quod iteratio culpæ inducit aggrauationem pœnæ 13. q. 8. hi qui.
Quod illud quod non ostenditur gestum, nulla ratione videatur iteratum. de consec. dist. 4 si nulla. & quatuor cap. præcedentibus.
Quod iterari oportet illud quod male factum est 1. q. vlt. Daibertum.
Quod iteratur ordo, si de ordinante vtrum episcopus fuerit dubitatur. 68. dist. presbyteri.
Quod iteratur ecclesiæ consecratio, si igne exusta, aut sanguinis effusione, aut fornicatione polluta fuerit. 68. dist. ecclesiis.
Quod nec baptismus, nec confirmatio debent iterari, nisi de receptione vtriusque dubitetur, vel non fuerit forma debita tenta 68. dist. ecclesijs.
Quod iterato baptizatus sciëter, iterato dominum crucifigit, & non potest promoueri. de consec. dist. 4. qui bis.
Quod quotidianum sacrificium Eucharistię non est iteratio passionis, sed commemoratio de consec. dist. 2. iteratur.
Quod solennis pœnitẽtia apud quasdam ecclesias non iteratur. de pœniten. distin. 3. nihil prodest, § ex persona.
Quod de hæresi redeuntes permanent in suis ordinibus, si tamen ab hæreticis iterata vnctione baptismi vel ordinis non fuerint maculati 1. q. 7. saluberrimum.
Quod ab hæreticis in forma ecclesiæ ordinati nõ debent iterato ordinari, sed per manus impositionem reconciliari. 1. quæst. 1. manus impositio.
Quod sacramenta ab hæreticis in forma ecclesię data iterari non debent. 1. quæst. 7. & si illa §. seq. circa med. & 1. quæstio. 1. quod quidam.
IVDAS. Quod Iudas licet fuerit proditor & damnatus: quidquid tamen inter apostolos egit pro dignitate officii, ratum fuit. 19. dist. secundum ecclesiæ, 7. q 1. aduersitas, in fi.
Quod propter Iudæ perfidiam nauis in qua ipse erat & apostoli, fluctibus agitabatur. 24. quæst. 1 non turbatur.
Quod Iudas in cœna Domini cum aliis apostolis corpus Christi sumpsit. 7 q. 1. aduersitas in fi. de consec. dist. 2. sicut Iudas.
Quod Iudas a venia exclusus non fuisset, si pœnitentiam a Christo postulasset. de pœn. distinctio. 1. testatis.
Quod nihil profuit Iudæ egisse pœnitentiam per quam scelus corrigere non potuit. de pœn. dist. 3. in falicibus.
Quod Iudas male pœnituit, quia laqueo se suspendit. de pœn. dist. 3. inter hęc hircum.
Quod Iudas fuit infęlicior omni pœnitente, quem pœnitentia non reuocauit ad dũm, sed traxit ad laqueũ. de pœn. dist. 3. in falicibus,
Quod Iudas magis peccauit desperando, quam Christum tradendo. 23 q 5 si non licet.
Quod qui seipsos occidunt, cum Iuda proditore perpetuę damnationis exitum incurrunt. 23 q. 5 si nõ licet & c. seq.
Quod cum spiritus sanctus consubstantiali sit filio, simoniaci spiritus sancti gratiam vendentes, Iudæ qui Christum vendidit, comparantur. 1 q. 1. eos.
Quod clerici res sacras subtrahẽtes, Iudæ Scariotis similes æstimantur. 17. q. 4. si forte. 23. q. 4. quid ergo in fi.
IVDÆVS. Quod Iudæi obedientes non sunt a Christianis molestandi. 23. q. 8. dispar.
Quod Iudæis permittitur festa eorũ colere, dummodo ea non exerceãt in contemptum ecclesiæ. 45. dist. qui syncera. in fi.
Quod sacrilegium faciũt qui Iudęis publica officia cõmittunt. 17. q. 4. constituit 54 dist. nulla.
Quod fideles non debent cum Iudęis habitare, nec manducare, nec medicinas ab eis recipere, nec consilium requirere in infirmitate. 28. q. 1. nullus. & c. seq.
Quod ne religio Christiana a Iudęis polluatur, empti ab eis Christiani a seruitute liberantur. 54. dist. mãcipia. & c. seq. de consec. distin. 4. plerique.
Quod Iudæi non sunt per vim ad fidem compellendi 45. dist. qui syncera. & c de Iudæis.
Quod Iudæi qui de facili ad vomitum perfidiæ redeunt, cum multa deliberatione, & cum octo mensium instructione sunt ad baptismum suscipiendi. de consec. dist. 4. Iudei. 28. q. 1 sępe.
Quod die dominico, vel alio die solenni debent Iudæi baptizari. de consec dist. 4 ne quod absit.
Quod si Iudæus, vel paganus seruus, Christianus fieri voluerit a seruitute liberatur. 54 distinctio frater nitatem.
Quod Iudæorum baptizatorum pueri ne parentum inuoluantur erroribus, sunt eis auferendi, & monasteriis, aut Christi fidelibus ad conuiuendum tradendi. 28. quæstio 1. Iudæorum. de consec. dist. 4. plerique
Quod vno patente conuerso, & altero in iudaismo permanente pueri sequi debent illum qui factus est Christianus 28. q 1. Iudæi.
Quod ex Iudæis conuersi, quia ad vitia proni sunt, non debent aliis Iudæis cohabitare, ne eorum participatione subuertantur. 28. q. 1. sępe.
Quod Iudæi a fide apostatantes coguntur ad eam redire. 45. dist. de Iudæi. de consecrat. distinctio. 4. plerique.
Quod Iudæi prævaricatores fidei quantacumque pœna damnati fuerint, perfidia parentum etiam quo ad res filiis non oberit. 1. quæst 4. Iudæi.
Quod si Christianus, vel Christiana iudaicę prevaricăti carnaliter cõiungatur, a communione ecclesiæ segregentur. 28. q. 1. caue. & cap. si quis iudaice.
IVDEX. Quod iudex dictus est eo quod ius dicat, siue quod iure discernet. 23. q 2 c. 1.
Quod iudex alius est ordinarius, alius est arbitrarius. 2 q. 6. a iudicib.
Quod ordinarius iudex est, qui ab apostolico vel Imperatore legitimam potestatem accipit 2. q. 6. a iudicibus. 11. q 1. iudices.
Quod arbitrarius est qui nullam potestatem habens cum consensu litigantium eligitur. 2. quæstio. 6. a iudicibus.
Quod ad arbitrium rei iudices dandi sunt. 11. q. 1. iudices.
Quod quidam sunt qui iudices non possunt fieri etiã si putantur, videlicet surdus, mutus, perpetuo furiosus, fœmina, serui, impuberes, infames. 3 q 7 infamis.
Quod ille debet esse alterius iudex, qui non habet in seipso quod condemnet. 3 q 7 iudicet.

Quod

Quod verus iudex nec pretio, nec stupore, nec odio, nec furore iudicat, 11. q. 3. episcopus. § si ergo.
Quod iudex munera non debet accipere, quia munerum acceptatio veritatis est pręuaricatio, 11. q. 3. qui recte, & c. non licet, 14. q. 5. non lan.
Quod iudex etiam recte iudicando, si temporale præmium expectat, fraudem in duobus perpetrat, 11. q. 3. recte.
Quod laudabiles sunt iudices in quibus nec ira nec furor, sed ratio dominatur, 11. quæst. 3. illa. & tribus c. seq.
Quod papa est iudex omnium, sed nemo ipsius, 9. quæst. 3. patet. & c. seq.
Quod bonus iudex nihil arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura pronuntiat. 3. q. 7. iudicet.
In quo capitulo ponuntur plura quę debet habere bonus iudex, 30. q. vl. iudicantem.
Quod non est iudex in quo non est iustitia, 23 q 2. iustum.
Quod criminosus iudex cum sententiam in alterius crimen profert, seipsum condemnat, 3 q 7. sacerdos, § item in euangelio.
Quod iudex, cuius vita cum loco iudicii non concordat, sępe immeritos damnat, 11. q. 3. plerumque.
Quod iudex cupidus cito uendit iudicium, 11. q. 3. pauper.
Quod naturale est suspectorum iudicum insidias declinare. 3. q 5. quod suspecti.
Quod iudex labyrinthum impingit qui ante indicat quam intelligat. 29. dist sciendum.
Quod iudex circunstantias debet rimari, & ordinem rerum inquirere, 30 quæstio, 5. iudicătem. 2. q 1. in primis, de pœnit. dist 5. § 1 post med.
Quod iudex nec debet esse facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam, 86. distin si quid. 11. q 4. quamuis, 15. q. 7. si quid.
Quod iudex sine accusatione damnare non debet, 23. q. 4. si quis potestatem.
Quod idem non debet esse iudex & accusator, uel testis, 2. q. 1. multi, 4. q. 4 c. 1.
Quod iudex non debet esse suspectus, 3. q 5 c. vlt.
Quod iniquum est velle iudicare, & non iudicari, 32 q 6 iniquum.
Quod iudex plus legibus quam suæ voluntati obtęperare debet, 3. q. 7. iudicet.
Quod iudex in loco iudicii debet cõscientiam quam de domo portanit deponere: & secundum allegata & probata procedere, 3. quæ. 7. iudicet.
Quod nullus iudicum sine licentia superioris debet aliquem clericũ condemnare, 41. quæst. 1. nullus iudicum.
Quod iudex reum puniendo reddit bonum pro malo, 23. q. 3. sex differentiæ.
Quod iudex secundum leges damnãdo iniquum non peccat: quia non ipse damnat, sed lex, 23. q. 5. iudex & c. seq.
Quod humanum est illum veteri iudicem, qui deprimere & erigere potest, 16. q. 1. c. 1. circa med.
Quod nemo debet dedignari iudicem habere contra se, cuius appro bauit arbitrium, 2. q. 8. accusatores, §. cuius.
Quod inferior iudex non potest superiorem iudicare, nec debet, 21. distin. inferior, & quinque capitu. seq.
Quod ad sæcularem iudicem non licet clerico confugere, 21. quæst. 5. placuit.
Quod iudex laicus non debet se intromittere de clerico, præcipue de sacerdote iudicando, 96. dist. in scripturis, & capit. seq. 16. q. 7. in noua actione.
Quod licet iudici subditum alterius defensare & fouere, sed non iudicare, 6. q. 3. scriptum.
Quod iudex potest alterius subditũ iudicare ratione criminis commissi in sua potestate, 6. q. 3. placuit, & c. seq.
Quod causam suam amittit qui rem etiam sibi debitam præter iudicis sententiam inuadit, 16. q. 6. cap. 1. in fin.
Quod iudex spiritualis, scilicet confessor debet habere manus scientiæ, ut sciat cognoscere quidquid debet iudicare, de pœn. dist. 6. c. 1. post medium.
IVDICIVM. Quod iudicium duplex est, uidelicet diuinum, & humanum, 6. q. 1. si omnia 15. q. 6. si quandoque a sacerdotibus, circa medium.
Quod diuinum iudicium valde est timendum, quia ipse iudex est & testis. 9 q. 3 aliorum.
Quod diuinum iudiciũ vsurpat qui incerta & dubia iudicat, 2. q. 1. nomen presbyteri.
Quod secretorum cognitor & iudex est Deus 32. dist. erubescant.
Quod solius Dei est iudicare de occultis, qui solus nouit corda hominum, 2. quæ. 4. consuluisti, post medium.
Quod homines multa de Dei iudicio ignorant, quia forsitan quæ nos laudamus, ipse reprehendit, & quæ nos reprehendimus, ipse laudabit, 11. quæst. 1. sacerdotibus, in fi.
Quod homines Dei iudicio per peiores se flagellantur, 56. distinctio, si gens, in fi.
Quod Dei iudicio homines in præsenti uita flagellantur, ut in futuro non puniantur, 23. q. 4. quid ergo, per totum c.
Quod Dei iudicio aduersa bonis eueniunt, ut ex hoc magis humilientur & mereantur, 6. q. 1. §. pia.
Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus corrigitur, & alius obduratur, 23. q. 4. Nabuchodonosor.
Quod non potest humano condemnari examine, quod Deus suo reseruauit iudicio, 15. q. 6. si quandoque a sacerdotibus.
Quod facta papæ, solo Deo iudicantur, 9. q. 3. facta.
Quod Deus aliorum causas uoluit per homines terminari, sed summi Pontificis causam sibi ipsi examinandam & terminandam reseruauit, 9 q. 3 aliorum.
Quod nemo scit qualis in iudicio Dei futurus sit, 11. q. sacerdotibus, in fi.
Quod qualiscunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei repræsentatur, 15. dist. qualis.
Quod qualem inuenit dominus cũuocat talem pariter & iudicat. de pœn. dist 1. numquid Cain.
Item in futuro Dei iudicium locum non haberet si in hoc sæculo omnia iudicanda essent, 6 q. 1. si omnia 15. q. 6. si quãdoque a sacerdotibus.
Quod quę sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam gerit, de pœnit dist. 3. in salicibus, § auctoritatibus, ver. sed quem.
Quod qui semel a sacerdote pro peccato punitur, non iterum a Deo pro peccato iudicabitur, ibi.
Quod Deus non bis iudicat in idipsum quod iuste in præsenti est punitum, de pœn. dist. 2. sunt plures, § auctoritas.
Quod humanum iudicium est duplex, videlicet priuatum & publicum, siue contentiosum, 3. q. 7 postulatus.
Quod priuatum iudicium exercet, quando seipsum iudicat, de pœn. dist. 1. in actionem.
Quod uerum iudicium est iudicare prius conscientiã propriam, demũ culpam alienam, 3. q. 7. podulatus. & c. seq.
Quod non est curandũ iudicium hominũ, ubi est bona conscientia; qui tale iudiciũ est temerariũ, 11. q. 3. temerarium, & duob c. seq.
Quod temerarium iudiciũ est quod procedit ex suspicione, 2. q. 1. multi, ante fi.
Quod lapsi a baptismi innocẽtia proprio iudicio se accusantes per pœnitentiam restituuntur, de pœnit. dist. 3. c multiplex.
Quod homo debet seipsum iudicare dum potest, in melius mores commutando, ne cum posse amiserit, a domino iudicetur, de pœ. dis. 1. in actionem, § seq.
Quod publicum iudicium siue contentiosum institutum est, ut innocentia protegatur, & culpa puniatur, 2. q 1. quæ Lotharius.
Quod hoc iudicium integrum est, quod plurimorum sententiis confirmatur 64. dist. extra.

Item,

Item debet secundum auctoritatem decretorum & sanctum patrum diffiniri, 20 dist. de libellis.
Item debet esse sine tumultu contentionum, 5.q. 4 in loco.
Item hoc iudicium debet poni in loco tuto & cõmuni, 3.q 9. hortamur 33 q.2 siue.
Quod in omni tali iudicio debent esse quattuor personæ, videlicet iudex, accusator, defensor & testis, 4 q 4. c. nullus unquam, & c. nullus introducatur.
Quod illi qui citatur in iudicium debet offerri cõuentionalis libellus, 3.q 3. inducię, § offeratur.
Quod spoliati non debent ad iudicium trahi nisi prius in integrum restituantur, 2 q 2. nullus episcopo zum & tribus c. seq. 3.q 2 electis. & c. seq 5.q 2. si primates.
Quod de suspicione vel extorta confessione pessimum est iudicium. 15. q. 6. si quandoque a sacerdotibus.
Quod ordo iudiciarius in publico iudicio est seruandus nisi forte adeo culpa sit notoria, ꝙ se omniũ oculis ingerat, 2.q.1. quæ Lotharius, & duob. c. seq.
An in manifestis sit ordo iudiciarius seruandus, 1. quæst. 1. per totum.
Quod absente reo in iudicio nõ est procedendum, 3.q.9. accusatori usque ad fin. quæstionis.
Quod diuinæ & humanæ leges prohibent ut absens quis iudicetur, 3.q.8. accusatores.
Quod contumax absens iudicetur, 3. q. 9. decernimus.
Quod iudicium refugit qui de iustitia diffidit, 11.q 1. Christianis.
Quod quattuor modis humanũ peruertitur iudicium, videlicet timore, cupiditate, odio, & amore, 11.q. 3 quattuor, & duob. c. seq. 3.q.5. accusatores 2.
Quod iudicium non debet propter lachrymas quorumcunque peruerti, 23.q 4. est iniusta.
Quod candentis ferri & aquæ feruẽtis iudicium a sanctis est prohibitum, 2.q 4. consuluisti.
Quod in dubiis absolutm non dẽt esse iudicium, 33. dist. habuisse, 2. q.4. consuluisti.
Quod iudicium mistum debet esse rigore & lenitate 45. dist. disciplina c. omnis, & c sunt.
Quod libertini possunt trahere dominos suos ad iudicium, 12. q.2. episcopus § si fine uenia.
Quod ecclesia non iudicat nisi de publicis in ordine iudiciario probatis, 2. quæst. 4. consuluisti, & c. vlti. nec illud, § is itaque, & ca. seq. 2. q.1. in fi.
Quod ecclesia quandoque in suo iudicio decipitur, vt ille qui intra ipsam est, per eam excluditur, & qui foris est, intromittitur, 24 q.3. quis, & c cum aliquis.
Quod monachi & monachæ spectãt ad iudicium episcopi, 11.q 1. de persona.
Quod clerici suum episcopum contemnentes traduntur iudici sęculari, 11.q 1. si quis sacerdotũ, & duobus c. seq.
Quod clericis prohibetur iudicium sanguinis, 23 q.8. læpe. & c. seq.
Quod diebus feriatis & die dominico non sunt exercenda iudicia, 15. q.4. placita, 22.q.5. decreuit de consecr. dist. 3. §. 1.

De hac materia habes vbi agitur de sententia.

IVRAMENTVM. Quod iuramentum legitur Deus crebro fecisse, 2.q.4 incommutabilis.
Quod iuramentum homini non prohibetur tanquam malum, sed eius assuefactio uel libido prohibetur, 22 q.1. non est contra.
Quod iurare Dei, est a seipso ordinata nullatenus conuellere, 12. q.4. incommutabilis.
Quod dum usus iuramenti habetur de facili periurium incurritur, 22. q.1. non est contra.
Quod iuramentum non dicitur malum esse, sed a malo esse, scilicet in firmitatis eorum quibus aliquid suadetur, 22. q.1. ita ergo.
Quod in scripturis non est prohibitũ ab alio recipere iuramentum, 22. q 1. quamuis.
Quod iurare non est peccatum, 22.q. 1. § 1 & c. ut noueritis.
Quod iuramentum non est institutũ ut esset iniquitatis uinculum, uel cuiuscumque criminis, 22.q.4 inter cætera.
Quod hæc causa institutionis iuramenti, ut omnis iurans ad hoc iuret, ut quod uerum est loquatur, 22.q.5 iuramenti.
Item alia causa est iuramentĩ institutionis infirmitas dubitantis cum non vult credere, 22. quæst. 1. si peccatum.
Item est alia causa, detestatio idolorum, nam ideo cõceditur per Deũ iurare, ne per idola iuretur, 22.q.1. considera.
Quod in iuramento non debet intẽtio uerbis, sed uerba intentioni deseruire, 22.q 5 humanæ.
Quod iuramẽtum debet habere tres comites, uidelicet ueritatem, iudicium, & iustitiam, 22 quæstio. 1. & iurabunt, & quæst. 2. animaduertendum.
Quod iuramentum ueritatem habet ubi non aliter corde quam ore iuratur, 22.q.5. iuramenti, &c. quacũque.
Quod iustitiam habet, quando licitum & iustum est quod iuratur, non tendens ad mortale peccatũ. 22.q.4. innocens. § illicitum.
Quod iudicio iuratur quando cum discretione & cautela iuratur etiã in licitis, 2. quæst. 4. sacramentum, 22.q.4 innocens, § illicitum. circa med.
Quod iuramentum fit dupliciter, uel delicet per creatorem, & per ea quæ habent respectum ad creatorem, uel per creaturas, 22.q.1. considera, & duobus c. seq.
Quod per creatoris capillum uel caput iurare est blasphemare, 22 q.1. si quis per capillum.
Quod minus peccatum est per falsos Deos iurare verum, quàm per verum Deum iurare falsum, 22 q.1. mouet. circa med
Quod per ea quæ respectum habẽt ad creatorem, sicut est Crux, Euãgelia, & sanctorum reliquiæ & similia, falsum iurare, est peierare. 22. quæstio. vlt. qui compulsus. & c. sequen.
Quod electus in episcopum repellitur à confirmatione, quia publice iurauerat super Euangelia Dei. 85. distin. archidiaconum Florentinum.
Quod sacerdos ex leui causa iurare non debent. 2. quæstio. 5 si quis presbyter.
Quod qui per lapidem vel aliã creaturam iurat falsum, periurus est. 22 q. vlt. ecce.
An iurans super lapidem, putandum super Euangelia iurare, obligetur, 22. quæst. 5. humanę. § proximo.
Quod periurium est nequiter decipere credentem, 22.q 2. c. 1.
Quod sophistice iurans, periurus est. 22. quæst. 5. quacumque, & duobus cap. seq.
Quod Deus accipit iuramentum, sicut ille cui iuratur, intelligit, 22. q.5. quacumque.
Quod qui paratus est ad peierandũ, antequam inret, periurus est, q. 5 qui peierare.
Quod qui dicit iurando pluit, & scit non pluisse, periurus est, 22. quæstio. 2. homines.
Quod Saul, quia de morte Ionathæ quam iurauerat sententiam tulit, quia eam propter populum exequi non potuit, periurus non fuit. 22.q.2.c vlt. § item opponitur ante finem.
Quod non peierat qui compulsus iuramentum non impleuit, 11.q 3. antecessor.
Quod qui alium cogit peierare: etiã si dominus iurantis sit, reus sit periurii, 22.q.4. inter cætera. & quæ. 5. qui compulsus & cap. si quis coactus, & quattuor c. seq.
Quod illud est deflẽdum quod quis commisit illicite per iuramentum coactum. 22. quæstio 4. inter cætera.
Quod ille qui alium cogit scienter ad periurium, vincit homicidam, scilicet quantum ad damnũ, quia ille damnificat animam, iste corpus, 22 q 5. ille.
Quod illicitum iuramentum magis peccatum est adimplere, quam periurium incurrere, 22. quæstio. 4. vnusquisque.

Quod

Quod iuramentum, factum contra præceptum domini, culpatur, & non tenet. 22.q 4. inter cætera.
Quod omne iuramentum cũ seruandum, nisi in priorem vergat exitum, & salutis detrimentum. 22.q. 4. quod Dauid. & fere vsque ad finem quæstionis.
Quod nemo ante ætatem legitimã, idest ante annos quattuordecim cogendus est iurare. 22.q 5. paruuli. & duobus c. seq.
Quod in diebus dominicis a septuagesima vsq; ad octauam paschæ, & ab aduentu vsque ad octauam Epiphaniæ, & in quatuor temporibus, & in Litania maiori, & in diebus Rogationum, nisi pro concordia, & pace, nullus solenniter iurare præsumat. 22 quæstio. 5 decreuit.
Quod decens est vt iuramẽtum a iejunis præstetur. 22. quæstio. 5. honestum.
Quod forma iuramenti inuenitur secundum diuersorum status temporum & hominum.
Quod in tempore veteris legis iurabant, viuit dominus, viuit anima mea 22.q. 5 & iurabunt.
Quod in primitiua ecclesia iurabãt, testis est mihi Deus, & testis est mihi conscientia mea. 22. q. 1. si peccatum.
Quod modernorum est iuramentum, sic me, vel te Deus adiuuet, & illæ reliquiæ sanctorum: vel consimile, 22.q 5 de parentela & quattuor c. seq. 1. q. 7. quoties. 22. q 1. habemus
Quod forma iuramẽti ab hæresi vel a schismate redeuntium est specialis 1.q.7. quoties. de consec. dist. 2. ego Berengarius.
Quod in forma iuramẽti fidelitatis sex requiruntur. de hoc habes vbi agitur de fidelitate.
Quod ab episcopo vel presbytero non exigitur communis forma iuramenti, sed per sanctam consecrationem tantum interrogari debent. 2. quæstio. 4. si quis presbyter.
Quod infideles & idololatræ iurant per creaturas. 22. quæstio. 1. & iurabunt.
Quod ideo Christus non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas, ne videlicet per contemptum creaturarũ deteraretur, vel aliqd numen deitatis in creaturis crederetur. 2. quæstio 1. mouet. § item Christus
Quod illicitum iuramentum nõ est complendum. 13 distinct. duo. & cap seq.
Quod pluribus modis iuramẽtum dicitur illicitum, videlicet ex persona iurantis, vt sunt impuberes, quorum iuramentum non tenet. 22. quæstio. quinta, paruuli. & c. sequens.
Item est illicitum ex persona cui iuratur, vt cum clericus laico iurat quod non licet. 22. q. 5. c. nullus.
Item ex re est illicitum iuramentum, vt si res per quam iuratur, non est sacra. 22. quæstio. prima, clericum.
Item ex fine est illicitum, vt si iuratur propter electionem & ante electionem 8 q. 3. Artaldus.
Item ex causa, scilicet obligatoria, ad hoc impellente, exemplum de Herode & saltatrice. 22.q 4. vnusquisque.
Item ex modo est illicitum, vt si temere vel indiscrete, vel sine necessitate, exemplum de lepte, qui indiscrete iurauit. 22. q. 4. vnusquisque & q.1 ita ergo.
Item ex tempore est illicitum, vt si dominicis diebus, vel aliis prohibitis iuratur. 22.q.5. decreuit. Vnde versus de omnibus supradictis.

Quis, quid, cui, per quid, ad quid cui, quomodo, quando.

Quod licitum iuramẽtum fit in sex casibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione. 22. quæst. 1. capit. 1.
Item pro infamię expurgatione. 2. q.4 presbyter. & tribus c. seq.
Item pro fide, & fidelitate. de consecr. 1. distin. 2. ego Berengarius. 15. q.6. alius.
Item pro obedientia siue reuerentia. 23 dist. quamquam.
Item pro veritate inquirenda, siue in testibus, siue in aliis. 14. q. 2. quamquam. 22.q.1. omne.
Item pro damno dato, vel dando. 2. q.1. in primis, circa medium Vnde versus.

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni.

Defectus verbi sibi poscunt sacra tueri.

Quod ab his iuramẽta irritari possunt, videlicet a papa. 15. q. 6. auctoritatem.
Item seruorum a domino suo. 54. distin. si seruus sciente.
Item vxoris a marito suo 33. q. 5. manifestum.
Item monachi iuramentum a suo abbate. 20.q.4. monachum.
Quod solus Papa a iuramento licito absoluit. 15 q. 6. alius.
Quod absoluit subditos excommunicatorum excommunicationem contemnentium a iuramento fidelitatis 15.q 6 nos.
Quod autequam incendiarij absoluantur, cautio iuratoria requiritur. 23.q vlt pessimam.
Quod gratio infligitur pœna peieranti, quam consentienti. 22. q. 5. si quis conuictus.
Quod eadem pœna est pro periurio, & homicidio. 22. q. 1. prędicandum.

De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

IVRISDICTIO. Quod iurisdictio clericorum & episcoporum quæ est circa curam animarum, ab abbatibus non est vsurpanda. 16.q. 1. interdicimus.
Quod nec metropolitanus, vel episcopus intromittere se debet de iurisdictione alterius episcopi sine scire ipsius. 9.quæstio. 3. nullus primas.
Quod primas vel patriarcha non habet iurisdictionem in episcopos, sed tantum in archiepiscopos. 9. q 3. conquestus.
Quod extra propriam iurisdictionẽ nullus debet iudicari. 3. quæst. 6. peregrina. & quatuor cap. sequentibus.
Quod crimen commissum inducit iurisdictionem in extraneum. 3. q.6. ibi semper. & c. vlt. 6.q.3. placuit & c. seq.
Quod qui canonicam habet prælaturam electionem habet & iurisdictionem. 11.quæstio. 1. experientiã tuę.
Quod laici habuerunt quandoque, habent intra ecclesiam de ecclesiasticis iurisdictionem, habuerũt enim electionem summorum põtificum, & inuestituras episcoporum 63 dist. Hadrianus & § principibus & c. in synodo.
Quod possunt in concilio interesse præcipue vbi agitur de fide. 96. distin nos ad fidem. & capi. vbinam. & cap. satis.
Item datur eis iurisdictio personas incorrigibiles corrigendi 32. dist. eos qui.
Item datur eis iurisdictio in fidei, vel episcoporũ contemptores mortę affligendi. 23.q 5. principes. 16. dist. nec licuit. 11. quæst. 1 si quis sacerdotum.
Item in eos qui schisma faciũt, vel excommunicationem cõtemnunt. 23. q.5. de Liguribus.
Item datur eis iurisdictio vbicumque ecclesiastica potestas non valet exercere disciplinam. 23. q. 5. principes.
IVS. Quod ius generale nomen est, quod iustum requirit, & inde ius dictum est 1 dist. ius generale. Isidorus l. Etym. c. 3.
Quod ius in duo, scilicet in ius naturale & ius positiuum diuersificatur 1. dist. humanum genus.
Quod ius naturale inuuitur in Euãgelio vbi dicitur, Quæcumq; vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis. & econuerso ibidem.
Quod ius naturale iuri positiuo anteferi, videlicet quia prius & dignius. 6 distin § primo. 8. dist. quo jure, § dignitate vero.
Item quia eis cedit omnis consuetudo, vel constitutio 9. distinct. per totum.
Item quia contra ius naturale non admittitur dispensatio, nisi ad maius malum vitandum. 13. dist. § 1.

&

Universidad de Deusto Biblioteca

& 7. distin. non est peccatum. §. his itaque.

Item quod ius naturale vult omnia esse communia: positiuum vero restringit ad meum & tuum. 7 distin. c. 1 & c. seq.

Quod ius positiuum siue humanum diuersas habet species, quia aut est ius ciuile, aut gentium, aut militare, aut publicum, aut Quiritum, idest Romanorum, de quib. 1. dist per totum.

Quod iure diuino & humano res possidentur, sed differenter. 23. q. 7. cap. 1.

Quod iure poli reguntur matrimonia, non iure fori, idest ciuili.

Quod mulierem reddit infamem si mortuo viro intra tempus determinatum ducat alium. 2. q. 3. Euphemium §. seq.

Quod ius interpretandi canones habet qui potestatem habet condendi. 11. quæst. 1. sicut enim. §. ex his omnibus.

Quod iudex dictus est ex eo, quod ius dicat populo, siue de iure disceptet. 23. q. 2. c. 1.

Quod qui ecclesię ius suum detrahit, iniustitiam committit. 22. distin omnes.

IVSTITIA. Quod iustitia est summum bonum colere, ac vnicuique iura seruare. 12. q 2. cum deuotissimam. post med.

Quod iustitia est æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia. 41. distinct. quod dicit.

Quod iustitia est patriam, & soccios defendere 23 q 3 fortitudo.

Quod vbi fides & charitas deest, iustitia esse non potest. 24. q 1. vbi.

Quod iustus miseris compatitur. 45. dist. vera iustitia.

Item non odio, sed bono zelo est exercenda 23. q 3. sex.

Quod semper est misericordia temperanda. 45. dist. disciplina. c. omnis. & c. vera. & c. seq.

Quod iustitiam aurum & munus violant. 21. q 3. qui recte. 1. q 3. vendentes.

Quod cultum suum iustitia perdit, vbi quando silentia iudicij obtrepentium turbo confundit. 5. quæsti. 4. in loco.

Quod iustus quoties cadit, toties resurgit. de pœn. dist. 3. septies.

KALENDÆ. Quod kalendæ Ianuarii iuxta ritum gentilium prohibentur Christianis obseruari. 26. q. vlt. non licet. c. non seruetis. & c. si quis kalendas Ianuarij.

Quod presbyteri cum per Kalendas conueniunt, quasi semiplenum ventrem habeant, & lucris honestiori bus intendant. 45. dist. qm presbyteri. & cap. nullus presbyterorum.

De hac materia habes vbi ponitur &.

LABIA. Quod labia sacerdotis debent scientiam custodire. 11. q. 1. sacerdotibus. 43. dist. sit rector. ante med.

LABOR. Quod labor bonus est in virtutibus, & spiritualibus exercitiis. 23 quæstio. 4. quis non potest.

Quod labor malus est in mundi delectabilibus & peccati. 23 quæst. 7. quemadmodum.

Quod labor indifferens est in necessitatibus corporis. de consecr. dist. 5. numquam.

Quod merces felicitatis non acquiritur nisi per laborem virtutis. de consec. dist. 5. ieiunium.

Quod sæculi dilectores fortes sunt in labore malo, debiles in labore bono. dist 47. omnes.

quod apostolus ne quemquam grauaret propriis manib. laborabat, 1. q 2. sacerdos.

Quod boni laboris sui non in præsenti, sed in futuro quærunt fructum recipere. 1. q. 1. sacerdos.

Quod cum prælatus vel prædicator in aliquibus sine fructu laborat, ad alios vt proficiat se transferat. 7. q. 1. c. vlt. 8. q. 1. olim.

Quod iustum est vt illi consequantur stipendum qui laboris impendunt obsequium. 1. q. 2. sacerdos. in fi. 12. q. 2. charitatem.

Quod laborantes pro ecclesia stipendia debent accipere ab ecclesia. 12 q 2 ecclesiasticis.

LAC. Quod lac Abraham non vina angelis hospitio receptis propinauit 35. dist. sexto die. in fi.

Quod sicut incongruum est non pascendum gregem lac gregis vsurpare, sic est militantinm stipendia non militando subripere. 13. q. 1. c. 1 ante fi.

LACHRYMA. Quod lachrya amarissima Petri peccatum deleuit negationis. 50. distinctio. ponderet.

Quod in peccato negationis petri lachrymæ eius, & non alia satisfactio legitur. de pœn. dist. 1. petrus doluit.

Quod lachymæ lauant delictum, quod pudor est confiteri: quod non est intelligendum sine cõfessione. sed peccatum, si adeo graue est vt cum pudore confiteatur, nõ ideo est disperãdum, quia lachrymæ lauant. de pœn. dist. 1. mensuram §. proxi.

Quod non est mundus qui post lachrymas repetit ea quæ defleuit. de pœn. dist. 3. irrisor est. & tribus cap. seq.

Quod non excusatur qui lachrymas habuit pro temporali damno. & non potest habere pro peccato de flendo. de pœniten. distin. 3. sunt plures.

Quod lachrymas multi indesinenter fundunt, & tamen peccare non desinunt. de pœn. dist. 3. irrisor est ante fi.

Quod lachrymæ debent esse arma clericorum 23. q. 8. conuenior.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu.

LAICVS. Quod laicus de rebus ecclesiæ non debet se intromittere, nec sibi sunt committendæ. 89 dist. indicatum.

Quod episcopus q decimas & alias res ecclesię cõsanguineis vel aliis laicis distribuit, tamquam simoniacus & inter præcipuos hæreticos vt antichristus habeatur. 1. q. 3 peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Electione, & vbi agitur de Imperatoribus, & vbi agitur de Iurisdictione, & vbi agitur de Iudicio.

LAPSVS. Quod lapsus duplex in uenitur, videlicet a fide, qui fit per hæresim. & a moribus, qui fit per mortale peccatum 1 quæst. 7. si quis omnem.

an episcopus vel clericus per hæresim lapsus post reuertionem possit restitui, & qualiter. 1. q. 7 fere per totum.

Vtrum episcopus vel clericus post peccati lapsum per dignam pœnitentiam reparari possit, & qualiter 50. dist. per totum. vsque ad §. quod vero.

Quod cum magna discretione & cõsilio lapsi sunt restituendi. 50. dist. de eo autem.

LARVA Quod laruas dęmonũ ante se ferri presbyteri non consentiant 44. distin. nullus presbyterorum. de consec. dist. 5. nullus.

LATRO. Quod latro vnius momẽti pœnitentia meruit esse in paradiso. 25. q. 6 presbyter.

Item idem latro in cruce pendens prẽmium ęternum amisisset, si ipsum vnius horę pœnitentia non iuuasset. 36 q. 6 agnouimus.

Quod latro nõ est pro nomine Christi, sed pro suis facinoribus, crucifixus, sed dum patitur, credit. de consec. dist. 4. baptismi.

Quod latronis de pœnitentia, quæ sera fuit, innuit quod vera cõuersio in vltimis positorum mẽte potius æstimanda est, quam tempore. 26 q. 6. agnouimus.

Quod sicut in latrone defectum baptismi benignitas Christi supplevit, ita supplet fidem in pueris tempore baptismi, quam profiteri non possunt. de consec. dist. 4. baptismi. per totum c.

Quod episcopus rerum ecclesiasticarum dilapidator tanquam fur & latro degradatur. 10. quæstio. secunda cap. vlt

Quod licet latro suspendendus crudelem, iudicem putet, non propter hoc est crudelis, quia crudelem iugulat. 25. quæst. 5. non est crudelis.

Quod qui latronem in membris debilitat,

bilitat, prodest latroni, quia ipsius malitiam pro tanto compescit. 23. q 3 si quis fortitudinem.

Quod latroni ad latrocinia asperanti parcere non est misericordia, sed iniustitia. 23 quæsti. 4. est iniusta.

LAVACRVM. Quod lauacrum commune christianum & præcipue clericum, non conuenit habere cum mulieribus. 81. distin. non oportet.

Quod sicut lixiuium per cinerem fluens lauat & non lauatur, sic doctrina per doctorem animas credentium lauat à sordibus peccatorum. 83. distin. nihil illo pastore. §. quamquam.

Quod exemplo Ioannis Euangelistæ possumus vti lauacro corporali. 24 q 1. omnis.

Quod corporalia & pallæ à diaconis & ministris debent lauari. de consecr. distin. 1. nemo per ignorantiam.

LAVS. Quod laus Deo pro suis beneficiis a nobis est impendenda, 16. q. 1. reuertimini circa fi.

Quod non bene conueniunt in uno ore laus Christi, & laudes Iouis. 86 dist cum multa.

Quod de verbis laudantium nos nõ multum debemus curare, 11 q 3. inter verba.

Quod velle laudari, & dare histrionibus ut laudemur, uitium est, 86. dist. donare.

Quod sunt aliqui qui non nisi pro humana laude largiuntur, & sollummodo de hoc retributionem quærunt, 11. q. 1. sunt nonnulli, & q 3. non solum.

Quod nihil illo pastore miserabilius qui luporum gloriatur laudibus. 83. dist. nihil.

Quod periculum est indignum laudare, quia dum malefacta laudib. efferuntur, augmentantur. 46. dist. sunt nonnulli.

Quod qui scienter indignum laudat, Christum cuius membra sumus violat, 11. q. 3. si quis hominem. & c. seq.

Quod Deus bonos vltra meritum laudatos ab aliis permittit in accusatiõe venire, vt culpa ex laude contracta suffocetur, 6. q. 1. sunt plurimi.

LECTIO. Quod lectio diuinarum scripturarum non fabulæ debet inseri in mensis clericorum, 44. distin. pro reuerentia, & capit. conuiuia.

Quod clerici & prælati debent insistere lectioni, 36. dist. qui ecclesiasticis. §. ecce.

Quod episcopus debet intendere electioni, orationi, & doctrinæ, quia sibi non sufficit sanctitas vitæ, nisi adsit & scientia doctrinæ, 36. dist. qui ecclesiasticis, §. ecce, & 37. dist. ea 1.

Quod sicut stellam obscurat nox, sic inhærentes firmamento sacræ scripturæ non obscurat mundana iniquitas, 38. dist. sicut.

Quod qui amat scientiam sanctarũ scripturarum, carnis uitia nõ amabit, de consecr. distin. ultima, num quam.

Qui libri sint in quibus episcopus præcipue & sacerdotes legere debent, habes 38. dist. nulli, & quatuor c seq. de consecr. distinc. ulti. numquam.

Qui libri & quæ lectiones, & homiliæ in ecclesia legi debent, habes 15. distinct. sancta Romana, & §. seq.

Quod clerici, & pręcipue episcopi in gentilium libris, & maxime qui ad luxuriam, & vanitatẽ prouocant, non debent legere. 37. distinct. per totum, & 86. distin. cum multa.

Quod cum beatus Hieronymus libros gentilium legeret, ab angelo est durissime correptus, 37. distinct. legimus.

LECTOR. Quod lectores dicti sunt a legendo 21 dist. cleros.

Quod lectorum officiũ est lectiones pronunciare 25 dist. perlectis.

LEGATVS. Quod legatus honorandus est loco illius cuius legatione fungitur, 93. dist. c. vlt.

Quod legatus siue sedis apostolicæ siue cuiuscumque, litteras debet secum portare legationis suæ, 97. dist. nobilissimus.

Quod legatus Papæ iurisdictionem episcopi non debet enervare, 11. q. 1. peruenit.

Quod legatus a latere Papæ missus intra terminos legationis suæ potest causas ad se per appellationem deuolutas audire & terminare 2. q 6. decreto.

An legatus papæ potest generale concilium celebrare, 17. distinct. synodum.

Quod plura concilia generalia per legatos Papæ, mandante Papa sunt celebrata, 63. distin. Hadrianus. & 1. q 7 conuenientibus.

Quod subdiaconi possunt esse legati domini papæ a latere missi ad omnia negotia perpetranda, 10. q. 3. relatum.

Quod omnes episcopi, & sacerdotes sunt honorandi, quia legatione Christi funguntur, 7. quæst. 1. omnis.

Quod legatus secundum locorũ legationis suæ exigentiam debet expensis esse contentus, 10. quæst. relatum.

LEPRA. Quod lepra cutis, lepra vestis, lepra domus iubẽtur sacerdotibus ostendi, quia peccata sacerdotibus debent reuelari. de pœn. dist. 1. §. Moysi.

Quod leprosum qui descẽdit de mõte Christus sanauit, & prius quam sanaretur clamauit, significatur q in sanatione spirituali confessio non debet contemni. de pœ. dist. 12. §. Christus quoque.

Quod in hoc, q Christus leprosos mundatos ad sacerdotes misit, legalia approbauit. 1. q. 1. nonne.

Quod in hoc, quod leprosi antequam ad sacerdotes peruenirent, mũdati sunt, inuenitur quòd peccator in sola contritione mundatur, ubi confessionem necessitatis articulus excludit, de pœn dist. 1. §. hoc idem.

Quod confessor debet habere scientiam discernendi inter lepram & lepram, 20. dist. §. 1.

Quod in hoc, q Maria soror Aaron pro peccato lepra percutitur & post pœnitentiam restituitur, fiducia venię pœnitentibus datur, 30. dist. si post, § econtra.

Quod in hoc, q Maria propter murmur in Mosen lepram incurrit, innuitur quod insurgens contra p latum grauiter delinquit, 2. q. 7. plerumque, §. item obicitur. Et de accusatione prelatorum ibi tractatur.

Quod in hoc, q rex Osias sacerdotum officia vsurpans lepra in tẽplo percutitur, sacrilegorum culpa & pœna exaggeratur, 2. q 7. nos si §. sed notandum.

Quod qui simoniace aliquem ordinat, lepram non officium confert. 1. q 1. cum ordinaretur.

Quod sicut Giezi propter pecuniã lepram incurrit, si pecunia male conquisita corpus & animam cõmaculat, 1. q. 1. cito.

LEVITA Quod leuitæ ex nomine auctoris uocati sunt de Leui enim exorti sunt. hi græce diaconi, latine ministri dicuntur, 21. distin. cleros.

De purificatione leuitatũ, & domus purificatione, habes. de consecr. distin 4. nec quemquam.

Quod in leuitis sacerdotalis dignitas quandoque intelligitur, 30. dist. & purgabit.

LEX. Quod lex multiplex est, uidelicet diuina, quæ natura constat, dist. 1. omnes leges, Isidor. l. 2. etym. c. 5.

Item lex humana est quæ moribus constat, dist. 1. omnes leges, Isidorus ibidem.

Item lex uetus, quæ dicitur testamẽtum, 6. dist. testamentum.

Item lex naturæ quę facit omnia communia, quæ lex humana facit singularia, dicens meum & tuum, 8. distin. quo iure & 12. q. 1. dilectissimis.

Item lex spiritus, quæ instinctu spiritus sancti cordi inseritur, 19. quæstio. 2. duæ.

Item lex carnis, quæ absque culpa est in corpore non consentientis, 16. q. 1. si concupiscentia, 32. q. 5. si Paulus.

Item lex priuata, quæ idem est, q lex spiritus, 19. q 2. duę.

Item lex publica, quæ à sanctis patribus est tradita, ut est lex canonum, 19. q. 2. duę.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item lex coniugii, quæ in baptismo non soluitur, 26 dist. una.
Item lex est constitutio scripta, 7. dist. Moyses, Isidor. l. 5. Etymol. 3. Iuo p. 4. c. 20.
Item lex est omne quod ratione cõstat, dumtaxat quod religioni congruat, quod saluti proficiat, 1. dist. consuetudo.
Item lex est constitutio populi, quã maiores natu sanxerunt, 2. distin. lex.
Quod leges humanæ, vel publicæ secundum dispositiones terrarum variantur, 1. dist. omnes, & 31. dist. aliter.
Quod diuersæ diuersis temporibus emanarunt, quæ nomina a suis auctoritatibus traxerunt, 2. dist. quædam.
Quod diuersi inuentores legum, & nomina eorum ponuntur, 7. distin. Moyses.
Quod leges factæ sunt, ut humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia 4. distin. factæ sunt, 23. q. 5. non frustra, & c. ad fidem.
Quod lex aut permittit, aut uetat aut punit, aut præcipit, 3. dist. omnis autem.
Quod lex nõ debet statui pro priuato cõmodo, sed pro vtilitate communi, 4. dist. erit autem.
Quod leges instituuntur cum promulgantur, confirmantur dum approbantur, 4. dist. in istis, §. proxi.
Quod lex debet esse honesta, iusta, possibilis, utilis, loco, temporique conueniens, distinct. 4. erit autem lex.
Quod licet cõditor, legis solutus sit legibus, tamen honestum est, ut præ cæteris, secundum leges quas statuit, uiuat 25. quæst. 1. condimus, & c. ideo.
Quod Christus qui legem dedit, legem implenit, 25. quæstio. 1. ideo, §. his itaque.
Quod sancta ecclesia non constringitur legibus, 11. dist. catholica.
Quod leges sæculi nõ dedignantur, canones sequi, 2. q. 3 Eusemium, §. 1 in fi.
Quod lex, quæ obuiat sacræ scripturæ & decretis Papæ, & bonis moribus, nullius debet esse momenti, 10. dist. non licet. & quatuor ca. seq.
Quod lex diuina, & canonica superior est lege ciuili, 10. dist lege.
Quod illud quod legibus præcipue ecclesiasticis est diffinitum, in iudiciis est tenendum, 6. q 4. si inter, 11. q. 3. summopere.
Quod non conuenit iudicare de legibus, 4. dist. erit, §. prox & c. seq.
Quod illa quæ contra legem facta sunt, pro infectis debent haberi, 25 q. 2. imperiali.
Quod lex statuit pœnam malis, & præmia bonis, 23. q. 5. non uos.
Quod qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, ut a publica lege constringatur, 19. q 2 duæ.
Quod lex est a domino, prauaricatio legis a diabolo, 35. dist. sexto.

LIBELLVS. Quod libellus famosus est qui in infamiã alicuius conscribitur, 5. q. 1. c 1. & 2.
Quod libellum famosum quicunque scripserit & publicauerit, anathematizandus est, 5. q. 1. si qui, & ca. præcedenti.
Quod secundum leges Imperatoris famosum libellum inuenientes, & non statim eum deuastans, sed publicans, tamquam auctor capite punitur, 5. q. 1. si quis.
Quod libellus conuentionalis debet offerri ei qui pronocatur ad iudicium, 3. q. 3 induciæ.

LIBER. Liber uitæ quid sit, & qd sit scribi in ipso, habes infra ubi agitur de scriptura.

LIBERALITAS. Quod liberalitas pro sancta fide tam loco quam tempore commendatur, 86. dist. non satis.
Quod approbanda est liberalitas, q̃ circa proximos & consanguineos pro necessitate exercetur, 86. dist. non satis, § est etiam.
Item liberalitas pulchra est, quæ indigentibus temperate, & non superflue impenditur, 86. dist non satis, § item perfecta, & supra §. dñs.
Quod episcopus debet esse libellus, alioquin uacuum portabit nomẽ episcopi, 86. dist. non satis, §. liberalem.
Quod dare histrionibus, & prohibitis uenatoribus & personis turpibus non est largitas, sed vitium, 86 dist. donare, & c. seq.

LIBERTAS. Quod libertas remanebat inconcussa antequam ullum inueniretur, quia hanc Noe primus per ebrietatem uiolauit, 35 dist. sexto
Quod pium est & meritorium Christianos suæ libertati restituere, quos Christus suo redemit sanguine 12. q 2. cum redemptor.
Quod bonum propositum non est prohibendum, quia ubi spiritus sanctus est, ibi libertas, 19. q. 2. duæ, in fine.
Quod mala uoluntas non est permitenda suæ libertati, ubi potest prohiberi. 23 q 4 displicet. Exemplũ de Paulo.
Quod nemo ex prana consuetudine libertatem ecclesiæ debet infringere, 12. dist. omnia.
Quod serui ecclesiæ non debent ordinari, nisi prius per episcopum habeant libertatem, 54. distin. admittuntur § de seruis.
Quod abbas uel monachus seruum monasterii liberum facere non potest, qui enim proprium non habet, rei alienæ libertatem dare nũ potest, 54. dist. abbati.

De hac materia habes ubi agitur de Manumissione.

LIBERTVS. Quod libertus est qui ex seruili statu traditus est libertati 12. q 2 de libertis.
Quod libertus manumissus a principali patrono non singulis debet reuerentiam exhibere, 12. q. 2. episcopus qui, §. si uero.
Quod libertus sine licentia superioris patronum accusare non potest 12. q 2. episcopus qui, §. libertus, & § in patronos.
Quod liberti ecclesiæ tempore suæ manumissionis debent per scriptum profiteri se esse de familia ecclesiæ, & de obsequio eius nunquam uelle recedere, 12. q 1. de libertis, §. ne vero.
Quod nouo episcopo surgente liberti ecclesiæ, & ab eis geniti suam conditionem præsente episcopo in chartusis debent protestari, 21. q. 2 longinquitate.
Quod liberti ecclesiæ ad sacros ordines promoti, à seruitiis ecclesiæ non debent separati, 12. quæst. 2. de libertis.
Quod liberti ecclesiæ si negotia ipsius facere contempserint, vel contra ecclesiã insurrexerint in pristinam seruitutem reuocantur, 12. q. 2. diaconi, & c. episcopus qui mancipium, & cap. liberti, & octo cap. sequen.

De hac materia habes ubi agitur de Manumissione.

LICENTIA. Quod est licentia præsumptionis: ut cum quis propria auctoritate a superiore commissa dimittit, 11. quæstio. 2. placuit.
Quod est licentia dispensationis, ut quãdo simoniacus ignoranter ordinem recepit, exequendi officiũ sibi licentia datur, 1 quæst. 5 capi. vlt.
Item est licentia occasionis, ut cum ex continentia uiri vxori datur licentia fornicandi, 27 quæst. 2. si tu abstines.
Item est licentia permissionis, ut quando ludæis celebrandi, ceremonias licentia datur, 45. distinct. qui syncera.
Item est licentia approbationis, sicut est licentia nubendi data ab apostolo 18. distin. de his in fi.

LIGNVM. Quod de lignis ecclesiæ habes ubi agitur de ecclesia materiali.

LINGVA. Quod lingua quælibet habet quædam locutionum propria genera, quæ cum in aliam transferuntur, videntur absurda. 38 dist. locutio.
Quod super apostolos spiritus sanctus in linguarum specie sedit, q̃ quos replet, de se loqui facit. 38. dist. locutio.
Quod opera sacerdotis siue prædicatoris cum linguæ sonitu concordare debent, 43. dist. si rector, post med.
Quod in cælum os ponere, & linguã in terra transire est prælatis suis detrogare, 21. dist. intantum.
Quod propter detrahentes linguas correctio peccantis à prælato non debet omitti, 45. di. sed illud 50. dist. si quis diaconus, ante si.
Quod nihil prodest ieiunare vel orare nisi lingua a detractionibus cohibeatur, de conse. dist. 5. nihil enim.
Quod non refrenans linguam suam, huius vana est religio, 5. q. 4. in loco.
Quod cuicumque non sufficit oculos seruare, sed & linguam: quia qui de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur, 6. q. 1. ex merito.
Quod in condemnatione personæ non minus periculosa est lingua in verbis mentiens, quàm manus sanguinem fundens. 11. q 3. nemo petitorum.

De hac materia habes vbi agitur de Locutione.

LIS. Quod lis ex ignorantia prouenit & garrulitatem nutrit. 41. dist. §. 1.
Quod litigiosus ideo ordinari prohibetur, quia talis seminare discordiam numquam cessat, 46. dist. hoc habet, §. ecce.
Quod episcopus pro rebus transitorijs non per se, sed per alium in iudicio litigare debet, 14. q. 1. c. 1.
Quod lite pendente res litigiosa in nulla parte transferri debet ante causæ cognitionem, 11. q. 1. c. vlt. 98. dist. si ordinatus, & c. seq.
Quod sacerdotum officium est litem habentes ad pacem reuocare, 90. dist placuit.
Quod lis iudicialis debet contestari, 3. q. 3. induciæ, §. libellum.

De lite iudiciali habes vbi agitur de Contentioso.

LITTERAE. Quod commendatitiæ litteræ vacantur, 73. dist. §. 1.
Quod non de facili episcopus dimissorias litteras clerico dare debet, 72. dist. episcopus, 19. q. 2. duæ.
Quod clericus vnius episcopi ab alio episcopo propter hospitalitatis causã non est suscipiendus, nec ordinandus nec in beneficio est instituendus 71. dist. per totum.
Quod extraneo clerico sine commendatitijs litteris sui episcopi non licet ministrare, 81. dist. extraneo.
Quod nullus peregrinus clericus absq; formata in alia diœcesi suscipi debet, 71. dist. nullum.
Quod iuxta statuta Niceni cõcilij olim formatæ habebant interpositas græcas litteras, ne de facili falsificarẽtur, 73. dist. sanctissimo.
Quod exemplar litteræ dimissoriæ, vel formatæ ponitur, 73. dist. in nomine.

LOCVTIO. Quod locutio est duplex, videlicet Dei, & hominis de cõse. dist 5. c. vlt.
Quod locutio Dei non est secundum modam locutionum hominis, sed inspiratio qua voluntatem suam ingerit in corde credentium, de conse. dist. 5. c. vlt.
Quod locutio hominis ideo est instituta, vt cogitationes suas in alterius notitiam proferat, 22. q. 2. is autem.
quod locutio hominis debet esse sana, vt fidem consolider, 45. dist. c. vlt.
Itẽ debet esse cauta, vt ordinate loquẽs vulnere erroris corda audientium non feriat, 43. dist. si rector. circa me.
Item debet esse discreta, ne tacenda proferat, & proferenda reticescat, 43. dist. c. sit rector, 22. q. vlt. quoties.
Item debet esse ponderosa, vt loquendo nullum lædat, 50. dist. ponderet.
Item debet esse vera, vt sicut gerit mente, sic loquatur ore, 22. q. 5. iuramenti.
Item non debet esse otiosa, quia de omni verbo otioso reddenda est ratio, 22. q. vlt. quoties.
Item non debet esse maledicta, quia sæpe maledictio reuertitur in illum qui eam mittit. 11. q. 3. illud, in fi, 24. q. 3. qui negligunt.
Item non debent esse detractoria 6. q. 1. sunt plurimi, & duobus c. seq.

LOCVS. Quod locus non sanctificat hominem, sed homo locum, 40. dist. multi.
Quod non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorum, led qui imitantur opera eorum, 40. distinctio. non est.
Quod qui præsunt non ex locorum dignitate, sed honoris nobilitate innotescere debent, 40. distinctonei nos qui.
Quod non loca homines Deo proximos faciunt, sed bona merita, 40. dist. non loca.
Quod miserabilis est rector qui gubernaculi locum occupauit, & remum tenere non nouit, 40. distin. ante omnia.
Quod quid locis & temporibus conueniat diligenter est attendendum, 41. dist. quisquis.
Quod non ideo approbanda est consuetudo mala: quia locus bonus est: quia non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt, 12. distinctione nouit.
Quod quantumcumque sunt occulta loca sine gratia saluare non possunt, 40. distinct. quælibet. vbi nota exemplum de angelo & de cœlo, & de Adam & paradiso, de Loth. & de mõte.
Quod in hoc, quod in Adam propter peccatum de paradiso electus est, innuitur, quòd propter peccatum mereatur quis nobili loco priuari, 40. dist. Adam.
Quod quandoque prodest conuersis mutatio loci, quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus, 86. dist. fratrem, & 81. dist. valet.
Quod non expedit locum visitare in quo quis peccauit: ne facti memoria reuocetur, 81. dist. valet. 15. q. 1. mulier.
Quod loca in nomine dominæ dificata sunt honoranda, 41. distin par. simoniam.
Quod locus tutus pro discussione causæ debet assignari, 33. q. 2. sine, & 3. q. 9. hortamur.
Quod his qui in peccato mortali decedunt, sacra loca pro sepultura nõ prosunt, 13. q. quibus.
Quod qui pro peccato mortali moriuntur, ad maiorem cumulum damnationis in sacris locis sepeliuntur, 12. b. 2. cum grauia, in fi.
Quod in pœnitentia vel cum leuibus peccatis decedentibus prodest in sacris locis sepeliri, 13. q. 2. cum grauia.

LOCVLVS. Quod loculus est diminutiuum à loco & quandoque ponitur pro parua bursa, quam & Christus habuit pro expensis reponendis 12. q. 2. exemplum.
Quod Christus loculos suos opibus aliorum implebat vt indigentibus distribueret, 23. q. 4. duo ista.
Item ideo loculos habuit, vt innueret ecclesiam suam loculos habituram, 12. q. 1. exemplum.

LODOVICVS. Quod Lodouicus Imperator primus confirmauit Paschali Papæ donationem Romanę ciuitatis cum pertinentijs, & totum patrimonium sancti Petri, & electionem summi Pontificis liberã fieri à Romanis 63. dist. ego Lodouicus.
Item quòd nullus possessor de agro ecclesiæ debet censum persoluere, 23 q. 8 secundum.

LOTH. Quod quia Loth per hospitalitatis opera Deo placuit, angelos recipere meruit, 42. dist. §.
Quod Loth ideo filias suas pro angelis Sodomitis obtulit vt hospitalitas non violaretur, & maius peccatum vitaretur, 32. quæstione 7. offerebat.
Quod filiæ ipsis Loth patrem inebriauerunt vt ei commiscerentur, 35. dist. sexto die.
Quod ideo Loth filiæ ipsius accubuerunt, quia totum genus humanum submersum, & se causa propagationis seruatas crediderunt, 54. q. 4. dixit.
Quod non semper solitaria loca prosunt, quia Loth in ciuitate iustus fuit in monte solitarius peccauit, 40. dist. quæliber.

LVCRVM. Quod lucrum non debet ecclesiæ quærere cum damno aliorum, 12. q. 2. fraternitas, & q. 5. ca. penul.
Quod Christus deflet ecclesiam, quæ facta fuerat domus orationis, & proeter turpia lucra facta est domus latronum, 16. q. 7. & hoc diximus, post medium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod simonia est sacramenta pro lucro temporali conferre, 1.q.1.si quis episcopus.
Quod qui seruit Deo amore lucri temporalis, mercenarius est, 8. q. 1. sunt in ecclesia.
Quod nemo in electione prælati speciale lucrum, sed bonum commune debet prospicere, 8.q.2 dilectissimi.
Quod christus prælatos oues pascere do, non terrenis lucris delectari, 16.q.1.nulli, & c.seq.
Quod prælati debent lucris intendere animarum, non temporalium rerum 16.q.1.prædicator.
Quod exceptis Iudæis, si aliorum infidelium colloquia & mensam vitamus, Christo eos lucrari non possumus, 23 q.4 infideles.
Quod clericus turpia lucra exercens debet deponi, 13.q 4 si quis oblitus, & sex c.seq.
Quod an questus honestus, vel in honestus sit, qualitas lucri negotiantem, aut excusat, aut accusat, de pœn. dist. 5.qualitas.
quod res restituuntur hæredibus, quando quis ex circumuentione lucri ad religionem recipitur, 16.q. 7. constituit.
quod turpe lucrum sequitur qui minus emit vt plus vendat, 14. q.4. quicumque tempore.
quod cum peccatis homines aliqua lucrantur, ea pauperibus iuste erogantur, sicut mathematicus futura prædicando, vel meretrix turpia exercendo, 14.q 5.qui habetis.
quod de malo lucro vbi competit repetitio, eleemosyna, vel oblatio fieri non debet, 14.q.5.per totum.
quod medicus vel seruus lucrum ab inuito detentore non iniurioſe recipit 14.q.5.non sane.

De hac materia habes vbi agitur de Mercatione.

LVCIFER. Quod lucifer dicitur principium viarum Dei, de pœnit. di. 2. c. principium.
Item dicitur Beemoth.
Item dicitur Cherub, quasi plenitudo sapientiæ.
Quod lucifer non ad Dei similitudinem sicut homo, sed signaculum similitudinis Dei creatus asserirur, quasi magis ei aliquid tributum sit, vt quo subtilior est natura, eo in illum similitudo Dei plenius credeatur expressa, de pœnit. dist. 2. iuxta finem, c. multi, §. hinc enim responsum.
quod Deus fecit eum eminentiorem ceteris angelis.
Item fecit eum speciosum in multis condensis frondibus.
quod cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei.
quod omne lignum pretiosum paradisi Dei non est assimilatum ei & pulchritudini eius.
quod protegens & extentus in monte sancto Dei fuisse perhibetur.
quod omnis lapis pretiosus operimentum eius fuit.
quod omnes angelos quasi vestem, & ornamentum suum habuit.
quod in medio lapidum ignitorum perfectus ambulauit.
quod lucifer, quia magnus sine comparatione creatus est, ideo peccans, sine venia damnatus est, de pœ. dist. 2. principium.
LVCTVS. quod tempus luctus legis tempore, alij vsque ad tricesimum diem, alij vsque ad quadragesimum obseruabant. 13. quæstione 2. quia.
quod fœmina intra tempus luctus nubens, secundum leges ciuiles infamis est, sed non secundum canones, 2. q. 3. Euphemium, §. proximo, in fi.
quod fideles mortui non sunt lugendi cum sciamus eos non amitti, sed præmitti, 13. quæstio. 2. quam præposterum.
quod lugere mortuos non prohibemus ex pietate, sed ex resurrectionis desperatione, 13.q.vltim. vbicumque & duobus c.seq.
quod doctrina schismaticis panis luctus dicitur, 1.q.1. dominus deesclarauit.
LVDVS. quod ludus & saltatio in sanctorum solennibus præcipue diuina officia obstrepens est irreligiosus, de consecra. distinctio. 3. irregiosa.
quod vere pœnitens debet se cohibere à ludis sæculi, & spectaculis, de pœn. dist. 5. §. 2. in fi.
quod ad ordines non debent promoueri qui ludis turpibus deseruiunt, 33. dist. maritum.
quod episcopus vel presbyter, vel diaconus ludo deseruiens nisi desinat, est deponendus, 35. distinct, episcopus, & 46. distinctione clericum.
quod an ludendo sub certa forma baptizati debeant pro vere baptizatis haberi, 1. quæstione 1. spiritu, §. ecce, de consecra. distinctione 4 solet quæri.
LVPVS. quod lupus dicitur pastor mercenarius, cui non est cura de ouibus, 23.q.4. tres.
quod lupi dicuntur laici subditi, qui aliquando dicuntur oues, 83. dist. nihil, 2.q.7. oues,
quod lupi dicuntur dæmones & hæretici, 81. dist. oportet, & 43. dist. §. 1. & c.seq.
quod lupi arcendi sunt latratu canum, & baculo pastorum, 43. distinctione, §. 1.
quod qui propter timorem recta loqui pertimescit; hic velut mercenarius veniente lupo fugit, 43. distin. sit rector.
quod nullus pastor placere lupis & ouibus potest, 83. dist. nihil.
quod illo pastore nihil est miserabilius qui luporum gloriatur laudibus, 83. dist. nihil.
quod sicut lupus frustatim comedit agnum, sic mali pastores successiue cõsumunt bona ecclesiastica, 13.q.1. r. ante med.
quod ideo ad sedem apostolicam est recurrendum per appellationem, ne lupi, qui sub specie ouium intrant, bestiali sæuitia quoslam lacerare præsumant, 2. quæstione 6. decreto, in fine.
LVX. quod lux diuina animæ tenebras fugat, quia nulla participatio lucis ad tenebras, de pœnit. distinct. prima, resuscitatus, §. si autem.
quod lux mundi sunt sacerdotes, 93. di. sacerdotes.
quod lux veritatis illi subtrahitur, qui arrogantia sapientiæ, seu iustitiæ, velut albugine oculi, excæcatur, 49. distinctione hinc etenim, circa med.
quod licet omnis qui male agit odit lucem, & quærit tenebras, Dei tamen oculos cuncta perspicientes, latere non potest, 18. q. secunda, pernicio-sam, de pœn. distin. 1. porro, §. si ante.
quod cum factum notorium inculpatur, luce clarius constare dicitur, 7.q. 1. scisscitatis.
LVXVRIA. quod luxuria inter alia peccata maxime templum Dei sordescit, corpus humanum (polluit, 32. q. 7. non solum.
quod luxuria fomentum recipit à vino: ideo dicitur, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, 35 dist. vinolentum, & duobus c.seq.
quod pauci inueniuntur sine carnis luxuria, 50. dist. quia sanctitas tua. ante fi.
quod luxuria sapientes infatuat, exemplum de Salomone, 32. quæstio. 4. Salomon. 3. quæstio. 7. sacerdos.
Item sanctos prosternit. Exemplum de Dauid de pœn dist. 3. septies, §. Dauid quoque, 3.q.5. sacerdos. §. item Dauid.
Item fortes vincit. Exemplum de Sampsone, 23. quæstione quinta, si non, ante fi.
Item iugem scabiem habet, cui carnis luxuria sine cessatione dominatur, 49. distinctione hinc etenim, post med.
quod delectationi luxuriæ diuersæ turpitudinis voluptates iunguntur, 32. q.7. non solum.
quod nomine luxuriæ omnis inordinata pollutio intelligitur, 32. q. 4. in eo.
De diuersis modis & gradibus luxuria, 22. quæstio. 7. quemadmodum, § primo, 27. quæstione, prima, nec aliqua.
quod solo consensu mentis sine tactu corporis luxuria exercetur, 32. q. 5. nec solo.
quod cum luxuria in cognitione non reprimitur, etiam in actione dominatur. 46. dist. hinc etenim. post medium.
Quod excellétia episcopi vel presbyteri vilificatur. dum voluptatibus luxuriæ coninquinatur, 32. distincti. cap. 1. in fi.
Quod episcopus vel sacerdos luxuriosus dignitate officij est puniẽdus. 15. q.8. hi qui.
Quod abusus luxuriæ grauior est cum propria vxore, quàm cum meretrice 32.q.4.origo. & q.7.adulterij.
Quod fœmina præter coitum debitum ex diuersis partibus corporis corrumpi potest, sicut per oscula, & similia, 27.q.1. nec aliqua.
Quod aliquæ excedunt pecora in libidine, quia pecora post conceptum coitum non admittunt. 32. quæstio. 7. non solum, & quæst. 4. origo. in fi.
Quod crudelis libido reputatur vbi propter luxuriam sterilitatis venena procurantur. 33. quæstio. 2, aliquando.
Quod luxuria plus iuris habet aliquando quam castitas. 34. dist. fraternitas.

De hac materia habes vbi agitur de Fornicatione, & Castitate, & Pollutione.

MACERATIO. Quod maceratio carnis vt eius concupiscentia cõpescatur, consistit in ieiunijs & vigilijs, & laboribus, & castigationibus, 32.q.5. si. Paulus.

De materia habes vbi agitur de Abstinentia & de ieunijs.

MACVLA. Quod macula corporis notabilis remouet a ministerio altaris. 49. dist. hinc etenim. 1.q. sacerdotes.
Quod ecclesia Christi est sine ruga & macula. 32. quæstio. 4. recurrat. in fine, & 24. quæstio. 1. omnibus.
Quod sicut per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur, sic in omnem ecclesiam videtur diffundere, qui corpus suum maculat. 26.q 2. sed & illud.
Quod sacramenta ecclesiæ per malos ministros maculari non possunt. 1.q. sic autem.
Quod sedes Romana semper mansit extra maculam hæreticæ prauitatis, 24.q.1. in sede.
Quod macula discordiæ vel odij per se uerans nec passione nec morte pronomine Christi susceptа purgatur, nec sanguine abluitur. 90. dist. neque
MAGISTER. Quod magister nullus deber esse prius, quam discipulus 16. quæsti. 1. si clericatus. 61. dist. miserum.
Quod ideo neophyti prohibentur ordinari, ne fiant magistri antequam quam fuerint discipuli. 48. distinctio §. primo.

De hac materia habes vbi agitur de Discipulis.

Quod magistros & doctores episcopi. congruis constituant locis, qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant. quia his maxime diuina manifestantur atque declarantur mandata 37. dist. de quibusdam.
Quod magistri imperiti iuriam faciũt cathedræ. 40 dist. multi.
Quod magistris imperiti non sunt præterendi. 61. dist. statuimus.
Quod magistro impunitas debetur. si causa correctionis discipulum verberet. de pœnit. dist. 1. §. 3. & c. aut facta.
MAGVS. Quod magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. 26. quæstio. 5. nec mirum.
Quod magi tria munera obtulerunt domino, in quibus tres partes philosophiæ intelliguntur, videlicet moralis naturalis, & rationalis. 37. di. legimus §. hinc etiam filius.
Quod ars magorum inuenta est extra ditione maloruna angelorum. 26. q. 2. qui fine.
Quod præstigia magorum non possunt turbare mentes bonorum, qui talia non credunt, sed mentes infidelium 26. q. 5. nec mirum.
Quod & in nouarum formarum & in consimilium repræsentatione fictionem habent, & non veritatem. 26. q. 5. nec mirum.
Quod magi plus facere non possunt nisi quantum Deus permittit. 26. quæstio. 5. nec mirum. ante medium.
Quod ideo hanc artem permittit Deus vt homines qui in fide firmi sunt, probentur. & mali qui mendacio credunt, per sua desideria seducantur. 26.q.5 nec mirum.
quod cum hæc ars prohibita sit, qui ipsam sectantur, vel qui credunt talibus, perpetuæ damnationis interitum incurrunt. 26. quæstione, 2. qui fine.
quod absurdum est, Samuelem tam sanctum virum credere magica' arte per Pythonissam suscitatum, sed potius Saulum exigentibus peccatis p diaboli fallaciam illusum. 26.q.5. nec mirum.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus, & Incantationibus, & vbi agitur de Diuinationibus.

MAIOR. quod maior apud Deum est ille qui est iustior. 40. dist. multi. in fi.
quod maioritas inter homines attenditur diuersis respectibus: videlicet inferior ad superiores in obsequio & honore exhibendo, sicut acolythi subdiaconibus, vt supra dist. 93. a subdicono.
Item in obediendo, quia nullus est qui non teneatur alicui obedire, alioquin acephalus esset. 93. distinct. nulla, &c. seq.
Item in sedendo, & stando, & quia in talibus presbytero diaconus (nisi sit legatus non debet se præferre. 93. di. c. vlt. & supra eod. cap. deuenit, in fi. & c. seq. & c. nonnulli, & c. legimus. in fi.
Item in benedicendo, quia minor à maiore benedicitur. 21. distinct. denique.
Item in sacramenta conferendo, quia præsente presbytero diaconus non debet sacramenta conferre. 93. distin. diaconi, & ca. peruenit, & cap. præsente.
Item in reuerentiam impendendo, sicut tenetur filius patri. & vxor viro. 33.q 5. est. ordo.
quod est maioritas respectu dignitatis officij, & sãctitatis meriti, 2.q.7. Paulus Petrum.
quod Petrus inter apostolos dignitate officij maior fuit. 2.q.7. Paulus, §. hoc & cap. puto.
quod Cyprianus martyr quantum ad martyrium Petro comparatur: 2.q.7. puto.
quod licet episcopus iuxta vocabulum sit maior prebytero: Augustinus tamen minorem se Hieronymo profitetur. 2. quæstio. 7 quam quam.
quod seruus Christi non quærit quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnib. inferior videatur. 40. dist. multi. & 93. dist diaconi. sunt, ante medium.
quod iustitia est vt maiori seruiat minor. 33.q. est ordo.
MALEDICTIO. quod maledictio est duplex, s. Dei, & hominis 23. q. 3. Deus quando.
quod Dei maledictio designat meritũ eius cui maledicitur. 24. quæst. Deus quando.
quod solus Deus iuste maledicit, quod ipsum non fallit peccati qualitas nec peccantis affectus. 24 q.3. Deus quando.
quod exemplo angeli qui diabolum maledicere noluit, homines à maledictis puri esse debent. 24. quæst. 3. si igitur.
quod maledictio in ore clerici vituperatur, & punitur. 46. dist. clericus maledicus.
quod illa maledictio prohibetur quæ procedit in zelo vltionis, non ex zelo iustitiæ. 24. quæstio. 3. cum ergo, & proxi.
quod criminosus sententia maledictionis est feriendus, 24.q.3. certum, & c. seq.
quod qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare, etiam si non corde maledicant, inquinamentum oris sui incurrunt. 23.q.2. qui negligunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod maledictum frustra prolatum frequenter in maledicentem reuertitur 11.quæstio.tertia,illud.in fine.
quod maledici regnum Dei non possidebunt.14.q.3.certum.
quod sancti cum maledicunt,non maledicunt zelo vitionis, sed iustitiæ. 24.q.3.cum sancti.
quod cum maledicimur de quo conscientiam non habemus,non tristati, sed potius lætari debemus,11.q 3.inter verba,& duobus cap.seq.
MALEFICI. Quod malefici,& magi,& incantatores,& diuinatores pro eodem accipiantur.26.q.4.igitur,& & 5.si quis episcopus.
Quod vbi per maleficium Deo permittente occulto iudicio,& diabolo præparante concubitus non sequitur,ad Deum per humilem cõfessionem est recurrendum.33.q.1.c. vlt.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus: & vbi agitur de Incantationibus,& de Magis.

MALVM. Quod malum est duplex, videlicet pœnæ,& culpæ.15.q.1.illa.
Quod malum pœnæ non proprie malũ dicitur,mala enim non sunt quę nec crimine mentem implicant,nec conscientiam ligant, sicut paupertas, ægritudo,& aliæ pœnalitates.15.qu. 1.illa.
Quod ideo Deus malum pœnæ homini reliquit, vt ex hoc humiliaretur, & materiam haberet exercitij. de pœn. idst.1.medicina.in fi.
quod de malo pœnæ bonum fit, cum pauperibus distribuitur, quod cum laboribus & sudoribus acquiritur 14. q.5.qui habetis.

De hac materia require infra vbi agitur de Pœna.

Quod malum culpæ proprie dicitur malum videlicet peccatum voluntarie commissum.15.q.1.illa.
Quod mala culpæ non sunt facienda vt bona sequantur.14.q 5. per totum. 22.q 2.is autem,& c.ne quis,& c. faciat.
Quod de malo culpæ bonum fit, quando de turpi lucro,vbi non competit repetitio,fit eleemosyna.14.q 5. qui habetis.
Quod inter duo mala culpæ minus eligendum est,vbi necessitas vnum perpetrare compulit.13. dist. duo. & c. seq.in fi 22.q 4.quod Dauid,& capi. si aliquid.& duobus cap.sequent.
Quod innocens, nec facit malum, nec approbat factum.23.quæstio.4. ita & c.seq
Quo sic sunt in ecclesia homines mali, sicut sunt humore mali in corpore.de consecrat.distinct.4. est vnitas.
Quod duobus modis non se maculat malus, videlicet si non consentis,& si tedarguis,23. quæstio. 4. à malis.
Quod sicut zizaniam à frumento difficile est segregare,sic in hac vita malos à bonis.23. quæstione. 4. quantus.
quod quamdiu mali per iudicium ecclesiæ non publicantur tolerari debent 2.q. 1.multi.circa prin.15.q.vlt. c.vlt.
Item tolerandi sunt,& associandi quãdiu de ipsorum correctione non desperatur,23.q.4.c.1.
Item tolerandi sunt quorum peccata manifesta non sunt,ne forte eradicãdo zizaniam, eradicetur & triticum. 11.q 3 nolite.2.q 1.multi, in princ.
Item tolerandi sunt ne ex turbatione ipsorum pax generalis ecclesiæ cõcutiatur,23.quæstio,quarta, tolerandi. & c.quid ergo,& cap.quiquis.
Quod bonus malum tolerare debet, quia & Christus Iudam malum tolerauit.23 q.4.tu bonis.
Quod qui malum non tolerat,ipse sibi testis est,quia bonus non est,23.q.4. hæc autem vita.
Quod si malos Christo lucrifacere volumus,exemplo Christi cum ipsis habitare debemus,2.quæstio. 1.multi.
Quod propter malos boni non sunt deserendi 7.q.1.aduersitas.
Quod ideo propter bonos mali non sunt deserendi, quia propter paleam ares non est relinquenda: nec propter pisces malos retia sunt rumpenda, nec propter hœdos, in fine separandos grex Domini est deserendus. 24 quæstio. 1. quisquis.

De malo culpa habes vbi agitur de Peccato.

MANNA. Quod manna fuit figura corporis Christi quia sicut illud cœmentum cœleste æqualiter singuli colligebant, sic cœlestem gratiam postmodum secuturam æqualiter omnibus diuidi præfigurabat, de cõsecrat.distl 4 nec quemquam.
Quod sicut potior est lux, quàm vmbra, veritas quàm figura, sic corpus Christi dignius est manna de cœlo. de consec.dist 1 reuera.
Quod manna fuit de cælo,corpus Christi super cœlum,de consecr. distl. 2. reuera.
Quod manna fuit corruptione obnoxium si in alterum diem seruabatur. illud autem est ab omni corruptione alienum manens in æternum. de se cra.dist 2 reuera.
MANVMISSIO. Quod manumissio dicitur,quando hi qui sunt subiugo seruitutis,, manumittenti beneficio libertati reddunturr.12.q. 2. cũ redemptor.
Quod manumissio per episcopum sic debet fieri,vt semper manumissi patrocinium ecclesiæ recognoscant. 12. quæstione secunda, episcopus qui manci pium.
Quod successor episcopi spræcessoris sui manumissionem non debet infringere 12.q.2.si quos.
Quod manumissus de collegio nõ tenetur ad reuerentiam singulis de collegio,sed vniuersitati,immo singulos potest in ius vocare.12.q.2. episcopus qui §.si vero.

De hac materia habes vbi agitur de Liberalitate,& Libertis.

MANVS IMPOSITIO. De manus impositione habes vbi agitur de impositione.
MARCVS. Quod Marcus Euangelista discipulus beati Petri, Alexandrinam fundauit,& erexit ecclesiam 24 quæst 1.cum beatissimus.22. distin.sacrosancta.95.dist.legimus.post med.
MARGARITA. Quod margaritæ ante porcos mittitur, quando indignis verbum Dei proponitur.11.q.3 nolite recedere.& cap.seq.
Quod margaritæ ante porcos,& canes mittuntur,quando detractoribus & immundis ecclesiastica sactamenta committuntur .44. distinctione in mandatis. de pœn.dist.1. non nulli. §.item his.
MARIA. Quod Maria vere venit virginitatem perpetuam, nisi Deus aliter reuelasset.17.q.2.ca.sufficiat.post modium
Quod Maria desponsata fuit Ioseph,sed numquã ab eo cognita,27.q.2. quod autem.circa fi.
Quod ideo desponsata fuit Ioseph, vt virginitas eius diabolo occultaretur & virginitate sua falleret principem mundi.27 quæstio.2.inuenta.& 32. q 2.1.
Quod Maria virgo concepit,& virgo peperit.27.quæstione, 1.nuptiarum autem fi.
Quod Maria genuit Deum & hominem, non tantum hominem, sicut dicit Nestorius, qui aliam personam fecit carnis, aliam diuinitatis 16.dist prima autem,§.tertia in Epheso.
quod tempore passionis Maria commẽdata fuit Ioanni 27.quæst.1.quod autem.§.seq.
quod Maria & Ioseph in virginitate ta vterque permansit. 27. q.2. beata Maria.
MARTYRIVM. quod martyrium pro Christo non a nobis, sed ab aliis libenter debemus suscipere. 23. q.non est nostrum.& quæst.8. conuenior.circa princ.
quod nulli in persecutionibus licet propria interire manu, nisi vbi castitas periclitaretur.23.q.5.non est nostrum.
quod non computantur in numero martyrum qui seipsos qualicumque intentione voluntarie interimunt.23.qu.5.tu dixisti. & capi.placuit.

quod

Quod non pœna,sed causa facit martyrem. de consec.dist.4.baptismi.exemplum ibi de latrone.
Quod effectus martyrij pro nomine Iesu susceptus implet vicem baptismi de consecra.distin.3.baptismi, & ca. catechumenum.
Quod qui pro nomine Christi martyrizantur,absque dubio vitam æternam consequuntur 15. q.1. merito, §.firmissime.
Quod in seruis Christi etiam si affectus martyrij ad effectum non deducantur,ipsa sola voluntas corona tur. de pœn. distinct. 1. numquid Cain.
MATRIMONIVM. Quod matrimonium est duplex, videlicet spirituale.& carnale,26.quæstione,2 cum societas.
Quod matrimonium carnale est viri mulierisque coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens,27.q. 2.§ 1.
Quod matrimonium fuit primo in paradiso institutum 32.q.2.sicut, §. 1. & seq.
Quod fuit institutum ante peccatum humani generis propagationem post peccatum infirmitatis remedium 32. q.2.quidquid.
Quod matrimonium est bonum, & sine peccato exercetur,quod Dei præcepto perficitur.26.distinctio. de in de,in fi.
Quod consensus in carnalem copulam. facit matrimonium,27.q.1.§. 1.& 5. c.seq.
Quod matrimonium aliud est legitimum,& non ratum, aliud ratum, & non legitimum,aliud legitimum, & ratum.28.q.1.si quis Iudaicæ.§. sequen.
Legitimum matrimonium est, quod legali constitutione vel prouinciæ moribus contrahitur, hoc est apud infideles,licet non sic ratum, quia solui tur quando placet 28.quæst. 1 si quis Iudaicæ,§.sed.
Ratum matrimonium apud fideles est, quando sine solemnitate solo affectu contrahitur, quorum matrimonium semel initum vlterius solui solui non potest.v8.q.1.si quis Iudaicæ,§.seq.
Legitimum, & ratum est quando vxor à parentibus traditur, à sponso dotatur,& a sacerdote benedicitur,& mutuo consensu perficitur. 8. quæstione 1.si quis,§ sequẽ.in fi 30. quæst.5.per totum, vsque ad cap nullum
Quod triplex est bonum matrimonij fides,proles,& sacramentum 27.q.2. omne.32.q.2.sicut in fi.
Hoc triplex bonum fuit in parentibus Christi, proles fuit ipse Christus,fides quia nullum adulterium sacramentum quia nullum diuortium. 27. quæstione secunda, omne.
Quod prima causa matrimonij debet esse intentio prolis. 32.quæst. 2. pudor.
Item alia causa vitatio fornicationis 32 quæstione,2.sicut.§.seq.& c.quid qui 1.
Quod propter intentionem prolis coitus excusatur,& propter bonum matrimonij. 32. quæstione. 2. solet quæri.
An in matrimonio dum contrahitur vel exercetur, non confertur gratia, & propter hoc in ipsius contractu prętia interueniunt. 32. qu. 2. conubia.
Quod ipse Deus est defensor, & cultos matrimonij. 32.quæstione.4.ne mo.in fi.
Quod damnans matrimonium anathematizatur.30.distin.si qua mulier,& duobus cap.seq.& ca. si quis nuptias.
Quod secundæ,nuptię dissuadentur.31 q.1.de his,& duobus c.seq.
Quod secundæ,tertiæ,& vltimæ nuptię non condemnantur.31.quæstione 1. aperiant.
Quod secundæ nuptiæ non debent benedici.31.q 1.de his.
Quod olim licuit sacerdotibus in matrimonio ante contracto stare,sicut & modo apud Græcos stant,& filij eorum reputabantur legitimi. 56. dist. Cænomanensem.
Quod ordinatis in matrimonio contracto non licuit, nec apud Græcos licet secundas nuptias facere propter notam bigamiæ. 33.dist.si quis post.
Quod puellam quæ per verba de præsenti alter contraxit,alter ducere non potest.27.q.vlt.c.vlt.
Quod modus contrahendi matrimonium ponitur.30.q.5.aliter.
Quod multa sunt quæ in contractu matrimonij sunt attendenda.30 quæst. vlt.aliter,& capi. qualis,& cap. sequen.
Quod velum,annullus,& alia quæ exhibentur dum fœmina maritatur,singula specialem habent significationem 30.q.5.feminę.
Quod sine dote si potest haberi non debet contrahi matrimonium.30.q. 5. nullum sine dote.
Quod clandestiue non debent matrimonia contrhi:& licet in foro conscientiæ ligent, in iudicio tamen ecclesiæ pro infectis habentur,30.quæst.5.per totum.
Quod matrimonium non potest contrahi ad tempus 32.q.2.solet quæri, & c.seq.
Quod à septuagesima vsque ad octauam paschæ, & tribus hebdomadis ante festum Ioan. Baptistæ, & ab aduentu Domini. matrimonia non debent solemniter contrahi. 33. quæst.4. non oportet. Vide Concil. Trident. de hac re.
Quod in matrimonio constituti certis temporibus debent à coitu abstinere, videlicet tempore communicationis, 33. quæstione.4. cap.1.
Item in die Natiuitatis Christi, & in alijs festinis diebus,33.q.4.quotiecumque.
Item in tempore ieiuniorum. 33. quæstione,4.si causa,& duobus cap. sequen.
Item tempore conceptus.& ablactationis pueri.5.distin.3d.eius vero concubitum.
Item tempore menstruorum.ibi.d
quod tamen continentia non debet fieri ab vno sine consensu alterius. 33. quæstione, 4. apostolus & capi. sequen.
quod matrimonium contraheudum impeditur per errorem personæ,vt si putatur esse Virginius, & est Plato, 29.quæst.1.§.1.
Item per errorem conditionis:vt quãdo putatur esse libet. & est seruus 26.q.1.§.1
Item per iustitiam publicæ honestatis. 27.quæstione,2.qui dispensatam.35. q.3.porro.
quod non debet contrahi cum hæretica,& infideli persona.28 q.1.cauę, & duobus c.seq.
Item nec cum consanguinea,3.q.1.c.1. §.his ita.
Item nec cum affine, 27 q. 2.qui desponsatam,in fine,& 35 quæst.2. nullum,& cap.æqualiter,& pluribus. c. seq.
Item nec cum moniali 27 q.1.hi ergo, & duobus cap.seq.36.quæstio. 1. raptores.
Item nec cum diaconissa.27.quæst.1.diaconissam.
Item nec cum religionem professis, vel in sacris ordinibus constitutis, 27.quæst.1 vt lex.17.distinct. presbyter.
Item nec cum furiosis, & dementibus nisi habeant lucida intervalla. vel nisi furiosus vel furioso contraxerit: tales enim non sunt separandi,32.q. 7.neque furiosus.
Quod vno coniuge viuo quantocumque tempore absente alter contrahere non potest.34.quæst.vlt.si quis necessitate.
quod si recedens mortuum contrahit non adulteratur, sed redeuntem tenetur recipere. 34.quæstione.1. cap.
quod dubitans mortuum.si contrahit,licet non debeat contrahere, debet tamen debitum reddere quousque certificetur,34.q.1.c.1.
quod si non redens mortuum, & tamen est mortuus,contrahit.non separatur, sed pœnitentia tamquam pro adulterio imponitur,arg.22.q.2. homines.
quod si post duorum delium coniunctionem in aliquo ipsorum hæresis superuenerit,alteri propter hoc non potest copulari,28.quæstione, 2. c. vlt.§.vlt.
quod separatus ob fornicationem viuente reliquo non potest cum alte ra copulari.32.q.6.cap. 1. & octo c. seq.& c.hi vero.
quod nemo cogendus est ad matrimonium,& coactus separatur. quæst. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si verum, & cap. sequen. 32. qu. 2. cap. vlt.

quod presbyter vxorem ducens, ab ordine debet deponi. 28. distinctione, presbyter.

quod nec Latini, nec Græci in sacris ordinibus possunt contrahere, sed volentes Græci vxores habere, in minoribus constituti contrahunt, & sic in matrimonio vlterius promouentur. 31. distinctione. Nicæna.

quod ducens in vxorem quam prius habuit concubinam etiam virginem, non videtur posse promoueri 32. di. maritum, & 34. distin. præcipimus, & 30 q. 5. qualis.

quod vxor promori ad sacros ordines ipsa consentiente non potest etiam ipso mortuo matrimonium contrahere, 28. dis. quia sunt.

quod error fortunæ, vt cum putatur, dives qui pauper est, non impedit matrimonium, 29. q. 1. § 1.

Item nec error qualitatis, vt cum putatur quis bonus qui malus est. 29 qu. 3. § 1.

Quod post pœnitentiam cum illa potest contrahere quam prius polluit per adulterium, nisi in morte viri machinatio. vel fides adulteræ data fuit cum effectu, 31. q 1. c. 1. & c. denique, & quatuor cap. seq.

quod fidelis dimissus ab infideli non baptizato non impeditur contrahere cum alio. 28. q. 2. c. vlt.

quod cum filio matris spiritualis potest contrahi matrimonium: & pater cum filia carnali filij spiritualis, sed filius cum filia patris sui non potest, quia cognatio spiritualis descendit à patre in filium, non ascendit à filio in patrem. 30. quæstione, 3. cap. vlt.

quod filij possent contrahere cum filiabus compatrum, excepta illa mediante qua cõtrahitur cognatio spiritualis, 30. q. 3. super quibus.

quod propter incestum efficitur quis indignus ad matrimonium contrahendum. sed post pœnitentiam potest cum talibus dispensari, 32. quæstione, 7. quædam, & quinque capi. seq. 33. quæst. 2. si quis cum duabus, & c. seq.

quod vxoricida sine dispensatione nõ potest contrahere. 33. qu. 2. interfecto es, e. admonere, & c. si quid, & c. ser quę.

quod dispensatur in matrimonio circa gradus à canone prohibitos. 35. qu. 3. quædam lex, & cap. seq. & q. 8. de gradibus.

Quod de consanguinitate gradus distinguitur 35 q. 5. per totum.

quod gradus affinitatis exprimuntur. trigesimaquinta quæstione 5. porro.

DE STATV CONIGVM IMMATRIMONIO. quod prima nocte coniuges debent abstinere propter reuerentiam sacerdotalis benedictionis 23. distinct. sponsus, 30. q. 5. sponsu.

quod non debent se coniuges libidinose diligere. 32. q 4 origo.

Quod cum commiscetur quis in matrimonio causa prolis procreandæ, non est peccatum. 25. dis. vnum, § alias ante si.

Item causa reddendi debitum non est peccatum, 27. quæstione, secunda si tm.

Item causa fornicationis vitandæ. & est veniale peccatum, 32 quæstio. 2. quidquid, 35. quæstione. 2. in adolescentia, & quæstione 4. vir cum propria.

Item cum causa libidinis explendæ tamquam cum adultera, vel cum meretrice est peccatum mortale, 32. quæstione, 4. origo, & capi. liberorum. Alleuiatur tamen pœnitentia propter bonum matrimonij, 32. q. 7. adulterij.

Quod abstinentia imputatur ad peccatum si propter hoc alter coniugum in peccatum labitur. 27. qnæstione, si tu.

Quod vxor marito leproso vel quocumque modo debilitato vel deformato reddere debitum teneatur. 32. quæstione, 5 horrendus & capi. seq.

Quod vnus sine alterius voluntate continentiam vouere non potest. 33. q. 52. c. 1. & 5. c. seq.

Quod nec potest religionem ingredi nisi propter fornicationem vnus ab altero per sententiam episcopi sit separatus, 27. q. 2. sunt qui. & septem. c. seq.

Quod consentiens vouenti, & non vouens, non potest cum altera contrahere nisi post mortem vouentis 27. q 2. si quis coniugatus. 33. b. 5. quod Deo, & c. seq.

Quod ante copulam carnalem vtrique coniugum licet intrare religionem altero inuito, 27. q. 2. scripsit nobis, § ecce, & c. seq.

Quod an dormiens cum sorore vxoris suæ potest reddere debitum, 27. q. 2. qui dormierit.

Quod vxorati non debent in ecclesia, & præcipue circa altare deseruire. 27. q. 2. multorum.

Quod in veteri lege vxore sterili permanente, licite ex ancillis liberos procreabant. 23. q. 4 § 1. & tribus c. seq.

Quod neuter coniugum potest alteri crimen obijcere quando vtrumque crimen constringit, 34. q 2. in lectum.

DE DIVORTIO. Quod diuortium matrimonij fine consensu episcopi non debeat fieri 17. quæ. 2. si vir.

Quod ante causæ cognitionem spoliatus vel spoliata primo debet restitui. 33. q 2. historia. & duobus capi. seq.

Quod matrimonium inter fratres spirituales vel adoptiuos diriminitur, 30 q. 3. c. 1. & quatuor. c. seq.

Item eum matre vel spirituali filia. simile. 30. q. 1. de eo.

Quod diuortium factum propter maleficium si cessat, restituitur. 32 q. 1. si per sortiarias,

Quod affinitas remanet, licet ille moriatur per quem contracta est 35. q. 10. § c. 1.

Quod ante diuortium consanguinei vel propinqui debent citari, & testificari de matrimonio, vel senes, & antiqui quibus nota potest esse consanguinitas. 35. q. 1. & duobus cad. seq.

Quod forma iuramenti testificantium ponitur. 35. q. 6. de parentela & 3. ca. seq.

Item forma iuramenti separationis propter consanguinitatem vel affinitatem, 35. q. 6. ab itto.

Item forma iuramenti illius qui recipit dimissam, 35. q. 6. cap. vlt.

Quod matrimonium nõ diriminitur per eorum simplex antecedens. 27. dil. c. 1. & duobus c. seq.

Item nec propter compaternitatem, vel propter commaternitatem superuenientem. 30 q. 1. nolle. & quatuor c. seq.

Item nec propter seruitutem dominis debitam, 29. q. vlt c. vlt.

Quod qui scienter contraxit cum persona seruilis conditionis, ab ipsa per diuortium separari non potest. 29. q. 2. si quis liber.

Quod cum vterque coniugum seruilis conditionis matrimonium contrahit non separantur, 29. q. vl. c. vlt.

Quod non separatur ab vxore qui ignoranter cognouit vxoris sororem, 32. q. 7 qui dormierit.

Quod extraordinaria pollutio quamuis sit criminosa, non separat matrimonium. 35. q. 3. extraordinaria.

Quod siue propter adulterium, siue proaliud inter coniuges fiat diuortium, non propter hoc rumpitur matrimonium, 32. q. 7. interueniente, & sex c. sequen. 33. q. 5. q. quod Deo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuortio.

Quod matrimonium spirituale est coniunctio Christi, & ecclesiæ 27. q. 2. cõsocietas.

Quod matrimonium per carnalem copulam non perfectum, non est sacramentum Christi, & ecclesiæ. 27. q. 2. cum societas.

Item spirituale matrimonium contrahitur inter prælatũ ecclesiæ, & eius ecclesiam, 7 q. 1. licui vir.

Item spirituale matrimonium est inter Christum, & spiritualem animã. 17. 1. qu. 1. quæ Christo, & c. nuptiarum.

MOECHIA. Quod mœchia est duplex, videlicet spiritualis, & carnalis 28 quæ. 1. non solum.

Quod mœchia spirituali est idola facere vel idolis sacrificare 18 q 1 non solum.

Quod mœchatio est omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum

brorum non legitimus vlus. 32. q. 4. meretrices, in fi.

Quod stricte sumi mœchiam non nisi pro adulterio ponitur, 32. q. 4. meretrices.

Item pro consensu peccati: quia qui vidérit mulierem, ad concupiscendum eam iam mœchatus est eam in corde suo. 32. q. 7. non solum.

Quod mœchus is dicitur qui dimissa vxore ob causam fornicationis, aliam duxit 32. quæstione, 7. quemadmodum.

MEDICINA. Quod medicina est duplex spiritualis, & corporalis, 29. distin necesse.

Quod medicorum consilia diuinæ condition sunt contraria. quia nec reiunare, nec flere, nec consimilia sunt de consecra. distinctione, 5. cõtraria.

Quod medico corporali salarium non est negandum, 14. quæst. one, 5. non sane.

Quod nec clerici, nec religiosi promedicina, munera debent accipere, 23. di his igitur.

Quod medicina spiritualis est pœnitentia, 50. distinct. vt constitueretur 33. q. 1. si per sortiarias.

Item medicina spiritualis est omnia ecclesiastica sacramenta, de pœnit. dist. 1. in actione de consecratione, distinctione, 2. si quotiscumque 23. dis. his igitur.

Item medicina spiritualis, est misericordiæ opera. de pœn. distinct. 1. medicina

Quod Christus est spiritualis medicus, qui paratus est centies cu are, si tonties homo per peccatum infirmatus eum requirit de pœn. 3. Naum prophetam.

Item prælati sunt spirituales medici, qui dant subditis correctionis medicinam, 86. distinctione inferiorum, & cap. seq. pen. 5. quæstione, 1. non vos. 45. distin. recedite 23. qu. 4. quid facit.

Quod magis prælatus occidit quam curat, qui nec pro peccatis suis pœnitentiam agit, nec alios de peccatis reprehendit. 50. distinctione, absit.

Quod sicut medicus peritus non vno collyrio omnium oculos curat, sic prælatus vel prædicator diuersorum hominum vulneribus diuersis doctrinis medetur 29. distinctio. necesse.

MEMORIA. Quod memoria vltionis diuinæ præteritæ in peccatores terrorẽ futurum incutere debet, ne confimilia attentent. 7 q. 1. de nique.

Quod quibusdam in memoriam excessus signa relinquuntur. 19. quæ. 3. mandamus, de conse. distinct. 2 & dixit.

Quod ideo quibudam occasio peccati præteriti vel per loci mutationem vel aliter est subtrahenda, ne culpa ad memoriam replicata incalescat. 15. q. 1, mulier, 81. dis. valet.

Quod nullum inuenitur de lictorum tale remedium, sicut eorum continua memoria de pœn. dist. 3. Iudas pœnituit.

MENDACIVM. Quod mendacium est falsæ vocis significatio cum voluntate fallendi, 22. q. 2. beatus, §. ille.

Quod octo sunt genera mendaciorum quorum quia primum grauius est, tanto minus quisque mentiendo peccat, quanto à primo recedit. 22. q. 2. primum.

Quod primum genus mendacij est in doctrina fidei cum intentione subuertendi.

Secundum est quod prodest nulli, & obest alicui, vt est mendacium detractionis, & falsi testis in causa criminali.

Tertium est quod prodest vni, & obest alteri, vt est mendacium in causa pecuniaria.

Quartum est quod solum mentiẽdi fallendique libidine fit.

Quintum est quod fit placendi cupiditate de suaui colloquio, quod est, adulterorum.

Sextum est quod nulli obest, & prodest alicui, vt cum quis se nescire mentiatur pecuniam esse alterius, quam scit iniuste tollendam.

Septimum est quod nulli prodest, & obest alicui, vt cum quis vult hominem prodere ad mortem.

Octauum est quod nulli obest, & prodest ad hoc vt castitas conseruetur.

quod primum genus dicitur perniciosum, ad quod nulla conditione debet quis aduci.

quod quodlibet aliorum est uel perniciosum. vel officiosum. vel iocosum mendacium, quæ post primum minorem secundum ius, & minus culpam habent. 22. quæstione, 2. ne quis & cap. quod autem ait, & c. si quælibet, 9. distinctione, si ad scripturas.

quod mendacium est graue peccatum: quia os quod mentitur, occidit animam, 22. quæstione, 2. nec artificioso.

quod omne mendacium cauendum est maxime perfectis, 22. q. 2. ne quis. c. omne, c. si quis per vetus testamentum, & 22 q. 5. cauete fratres.

quod perfectus pro nullius vita seruanda debet mentiri. 22. quæstio. 2. ne quis.

quod nullus ducendus est ad salutem mendacio opitulante. 22. qu. 2. primum, in fi.

quod Abraham dicendo vxorem sororem suam esse, & Iacob. dicendo se primogenitum, excusantur de mendacio. 22. q. 2. quæritur, &. §. proximo.

quod mendacium est episcopum vel sacerdotem vel religiosum se profiteri, & contraria suo ordini operari. 22. quæstione, quinta, cauere fratres.

quod nemo causa humilitatis debet mentiri: quia si non erat peccator, ex hoc incurrit quod vitabat. 22. q. 2. non ita.

quod ille mentitur qui putans falsum dicit verum, vel econuerso. 22. quæst. 2. homines. & cad. seq.

quod non omnis falsum dicens, mentitur, 22 q. 2. is autem, & cap. beatus, & c. si quæliber, §. Abraham.

quod facere contra promissum, non semper est mentiri. 22. q. 2. beatus Paulus & cap. ne quis, in fi.

quod aliquod iocosum mendacium nõ videtur esse graue peccatum Exemplum de Ioseph. 22. quæst. 2. quod autem aie.

quod mendacium præcipue in mercatoribus est, quia mercator sine mendacio, & periurio esse non potest dist. 88. ejiciens, & c. seq.

quod qui veritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccant: quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. 11. quæstio. 3. quisquis.

quod mendacium etiam in præsenti inuenitur grauiter punitum 12. q. 1. dilectissimis post medium. Exemplum ibidem de Anania, & Sapphira.

quod mendax debet carere impetratis. & quibus scripta diriguntur, sunt puniendi si precum mendacia non arguunt, 25. quæst. vit. dicenti.

quod circa impetrationem rescriptorũ contingit mentiri tripliciter. 25. q. vl. §. & si legibus.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

MENDICITAS. quod mendicitas clericorum est ignominia episcoporum 93. dis. diaconi.

quod in tantum excreuit auaritia quorumdam episcoporum, vt omnia occupantes cogant clericos egentes mẽdicare.

quod illi qui aliũde habere possunt graviter peccant si mendicant, quia vn de pauper victurus erat, accipiunt. 1. q. 2. pastor.

quod eleemosyna panis egentium est, & qui defraudat eam, homo sanguinis est. 14. quæst. 5 cap immolans.

MENSA. quod mensa clericorum non debent abundare fabularum rerelatioue, sed sacræ scripturæ locutione, 44. dist. pro reuerentia.

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

MENSTRVVM. quod menstrua mulierum sunt ex naturali superfluitate sanguinis, & ideo culpa carent. 5. dist ad eius.

quod menstrua patienti non debet ecclesiæ introitus denegari 5. distinct. ad eius.

quod sicut mulier menstrua patiens Christi vestimentum laudabiliter tetigit, ita ecclesiam mei strua-

ta laudabiliter intrare poterit.
quod ad mulierem mẽstruatam quisq; accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformatur, 5. dist. ad eius.

MENSVRA. Quod mensura miseri-cordiæ Dei non potest æstimari, de pœn. dist. 1. serpens, ante fi.
quod apud Deum non valet tantum in pœnitentia mensura temporis, quantum doloris, de pẽ. dist. 1. mensuram, & c. præced. & c. in actionem.

MERCATIO. Quod mercatio potest esse honesta & turpis, de pœn. dist. 5. qualitas.
quod quælibet mercatio est periculosa, quia difficile est inter vendentis, & ementis commercium non interuenire peccatum.
quod mercatio sine peccato & periurio esse non potest, 88. dist. cæciens, & c. seq.
quod clericis omnino prohibetur mercatio, quia vilius emit vt carius vendat, 14. q. 4. canonum, 16. q. 7. & hoc diximus.
quod qui propter cupiditatem ante tẽpus granum vilius emit vt carius vẽdat, turpe lucrum committit, 14. q. 4. quicunque.
quod in sacro loco vbi est orationibus vacandum, mercationes exerceri non debent. 16. q. 7. & hoc diximus.

De hac materiæ habes vbi agitur de Lucro & Negotiatione.

MERCENARIVS. Quod mercenarius etiam si ab inuito detentore recipit mercedem suam, non committit iniuriam, 14. q. 5. non lane.
quod qui defraudat mercenarium mercede, reus est, ac si ipsius sanguinem funderet, 14. q. 6. immolans.
quod prælatus non diligens propter Deum, sed propter temporale lucrum, mercenarius est, 8. q. 1. sunt in ecclesia.
quod ille rector non pascit, sed mercenarij vice deseruit, qui gratiam humanam amittere formidans loqui recta pertimescit, 43. dist. sit rector.
quod mercenarius est prælatus, qui plus diligens proprium commodum quam ouium, videns lupum, oues relinquit, 7. quæstion. 1. aduersitas.

MERETRIX. Quod meretrix est qua multorum libidini patet. 34. dist. vidua.
quod meretrices esse, & ad meretrices accedere est diuinitus prohibit. 132. q. 4. meretrices.
quod fornicator in eo est magis criminosus, quia tollit membra Christi, & facit eam membra meretricis. 32. q. 4. in eo.
quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore. 32. q. 7. adulterij.
quod contrahens cum meretrice, ad sacros ordines non potest promoueri, 34. distinct. si quis viduam.

METROPOLITANVS. Quod metropolitanus à mensura ciuitatum quibus præest, dictus est. 21. dist. cleros post prim.
Quod metropolitanus debet decem, vel vndecim ciuitates & totidem episcopos sub se habere, 6. quæst. 3. scitote.
quod absq; metropolitani licentia nullus episcopus curiam Imperatoris debet adire, 23. q. vlt. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiscopo.

MICHAEL. Quod Michael qui noluit maledicere diabolo, ponitur in exẽplum, vt à maledicto puri simus, 24. q. 3. si igitur Michael.

MILITIA. Quod militia est duplex, videlicet sæcularis, & spiritualis, 59. dist. si officia, 23. q. 8. reprehensibile.
quod militia sæcularis nõ culpatur. sed abusus, 23. q. 1. per totum.
quod militia instituta est propter duo, videlicet ad iniuriam propulsandum & vindictam inferendam, 23. q. 1. c. 1. in fi.
quod ius militare in multis consistit. j. dist. ius militare.
quod in militia sæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscẽdi, & cupiditas nocendi, 23. q. 1. quid culpatur in bello.
quod hac intẽtione militia debet exerceri, vt mali coerceantur, & boni subleuentur, 32. q. 1. apud, & c. si q.
quod plerique sancti patres sæculatem militiam laudabiliter exercuerunt, 23. q. 1. noli existimare.
quod summa laus est militiæ, communi vtilitati intendere, 23. q. 1. summa.
quod boni milites vltra stipendia sua nil debent vsurpare, 23. q. 1. militare.
quod miles non est reus homicidij, qui legitima auctoritate superioris hominem occidit, 23. q. 5. miles.
quod miles sæcularis grauius peccat simoniam committendo, quam clericus, 1. q. 3. Saluator circa med.
quod miles sæcularis propter periculosum statum quem habet, absque dispensatione Papæ ad sactos ordines non debet promoueri, 50. dist. si quis post.
quod si in militia sæculari gradatim quis promouetur ad honores, multo fortius in militia spirituali, 59. dist. si officia, & c. seq.
quod non dẽt esse ligatus alijs qui spirituali militiæ est aggregandus, 54. dist. nullus.
quod Christus ad seruiendum voluntarium militem habere vult. 15. q. 1. non est.
quod nil beatius quàm vt quomodo Imperator noster Christus iussit, militetur. 40. dist. ante omnia.
quod militum Christi arma, sunt lachrymæ, & oratione, 23. q. 8. reprehensibile, & c. conueniorici ca med.

MINISTER. Quod minister dicitur qui quod superior mandat, exercet, 23. q. 2. dominus noster. 23. q. 5. nõ solum, & q. vltim. quicumque percutit.
quod minister iudicis ẽt damnarum, si ex libidine occidit, homicida est, 23. q. 4. cum minister.
quod minister Christi non debet esse superbus, quia talis diabolo comparatur. 1. q. 1. si iustus fuerit.
quod Christus ministros suos docuit alijs ministrare, non temporalibus lucris intendere. 16. q. 1. nullis.
quod in ministris ecclesiæ sicut est in sacerdote ministratio, sic & in diacono sacramenti dispensatio. 92. dist. diaconi.
quod vbi paterfamilias largus est, minister non debet esse tenax. 26. q. 7. allegant, in fi.

De ministris ecclesiæ habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ecclesia materiali, & vbi agitur de Ordinibus.

MIRACVLVM. Quod miraculum est opus arduum & insolitum supra spem & facultatem consistens admirantis, sicut fuit maris rubri & Iordanis fluuij diuisio, & alia plura quæ ponuntur, de consec. dist. 2. reuera. circa med.
quod miracula facere est speciale donũ spiritussancti, de pœn. dist. 2. si quis semel, 5. quorundam.
quod quantumcumque sunt aliqui sancti, miracula facere non possunt quando volunt, nisi quando speciali dono spiritussancti perfunduntur, de pœn. dist. 2. si quis semel, 5. quæ rectum.
quod miracula sanctorum sunt admiranda, non in exemplum nostræ actionis trahenda. 2. q. 7. nos si. post medium.
quod quidam habent prophetæ spiritum, qui non habent vitæ meritum, 1. q. 1. prophetauit, exemplum ibi de Saul.
quod multi faciunt miracula extra charitatem cõstituti, qui in charitate positi facere non possunt, 1. q. 1. teneamus.
quod magi & dæmones non faciunt miracula, & mira, quia non sunt supra naturam, sed sunt hominibus insolita. 26. q. 4. sciendum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatoribus, & vbi agitur de Incantationibus, & vei agitur de Magis.

MISSA.

MISSA. Quod missa proprie dicitur Eucharistiæ consecratio, confectio: reliqua omnia quæ sacerdos, vel chorus canit, gratiarum actiones sunt, vel certæ obsecrationes, de consec. dist. 2. vttum.
Quod Iacobus apostolus frater domini & Basilius Cęsariensis tradiderunt modum Missam celebrandi, de consec. dist. 1. Iacobus.
qui tamen modus, nec alius in decreto per ordinem habetur, sed tamen ego plura quæ in Missæ officio exercẽtur, propris capitulis assignaui, vt infra patebit.
quod Missa sine sacratis vestibus non debet cantari, de consec. dist. 1. vestimenta.
quod nullus debet Missam sine stola & manipulo cantare, 23. dist. ecclesiastica.
quod in solenni Missa ministri, & præcipue diaconus & subdiaconus debent haberi, de consec. dist. 1. episcopus Deo, & duobus c. seq.
quod in primitiua ecclesia in principio Missæ psalmi legebantur, sed post psalmi cantum sunt conuersi, vnde introitus Missæ, & gradualia, & offertoria. & communio quæ cantantur, pene omnia de psalmis sunt sumpta 92. dist. cantantes, §. ab officio, & c. in sancta. in fi.
quod ille versiculus, Gloria patri, quem Damasus Papa ad preces Hieronymi instituit post psalmos repetendum, qui cantatur post introitum, ponitur de consec. dist. 1. de hymnis.
quod Kyrie eleison, & Pater noster, ponitur, 11. q. 3. cum aliquis.
Quod Gloria in excelsis, & Alleluia, qui duo hymni ab Angelis sunt cantari, & à nobis in solemnitatibus sunt decantandi, ponuntur de consecrat. dist. 1. de hymnus, & c. hi duo.
quod hi duo hymni a septuagesima, quando lapsus primi hominis recitatur, intermittuntur vsque ad Pascha, quando Christus resurgens ex mortuis tristitiam in gaudium vertẽs, Alleluia nobis reddit. de consec. dist. 1. hi duo.
Quod episcopus in Missa ante collectã, ut ostendat se vicarium Christi, sicut Christus apostolus, sic salutat populum dicens, Pax vobis, 2. q. 7. non omnes.
Item vt ostẽdat se de numero aliorum sacerdotum, dicit, Dominus vobiscum, quod ponit, de consec. dist. 1. hoc quoque.
De orationibus siue collectis dicendis habes, de consec. dist. 1. de hymnis, in fin.
Quod post orationes respondẽdum est Amen, habes, 38. dist. sedulo.
Quod epistola & Euangelia legẽda sunt in Missa, habes de consec. dist. 1. omnes fideles.
De offertorio quod debet fieri in Missa, habes de consec. dist. 1. omnis Christianus.
Quod post offertur in calice vinum, & aqua à sacerdote, de cons. dist. 2. in sacramento.

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistitia.

Quod ante præfationem Sursum corda, dicere monemur, & tunc præcipue mentem ad dominum dirigere debemus, de consec. dist. 1. quando autem.
De præfatione, quæ postea primo sequitur, habes, de consec. dist. j. inuenimus.
Quod pax debet dari ante cõionem, habes, de consec. dist. 2. pacem.
Quod post missam si non est episcopus sacerdos qui cantauit, debet dare benedictionem, de consec. dist. 1. Missas.
Quod in Missa siue viui, siue mortui populo possunt recommendari, sed in canone missæ vbi soli Deo loquimur, qui omnium nomina nouit tacitis nominibus, sub generali commendatione orare debemus, de consec. dist. 1. visum & c. de nominibus.
Quod non nisi in sacris locis, vel vbi episcopus permiserit, Missa debet celebrari, de consec. distinct. 1. Missarum.
Quod subdio super tabula consecrata lapidea potest Missa cantari, de consdist. 1. concedimus.
Quod episcopus ne monachos in officio impediat non debet in monasterio suo solemniter celebrare, 19. q. 2. luminoso.
Quod non solum episcopus, sed etiam populus diebus dominicis, & solenibus ab ecclesia sua, non debet se subtrahere, de consec. dist. 3. episcopus, & c. seq.
Quod super altari in quo episcopus cantauit, eo die non debet presbyter celebrare, de consecra. distinct. 1. cap. vlt.
Quod in natiuitate Domini quãdo tres Missæ sunt celebrandæ, prima Missa in profunda nocte solenniter est celebranda, de consec. dist. 1. nocte.
Quod in quadragesima non debet quis manducare nisi audita prius Missa, & vespertinis officijs, de consec. dist. 1. solent.
Quod propter populi deuotionem Missa potest in aurora cantari, de consec. dist. 1. solent plures §. 1.
Quod post clericorum ordinationes in ieiunijs quatuor temporum post meridiem Missa debet cantari, & præcipue in sabbato sancto, quia tunc versus noctem debet cantari, de consec. dist. 1. solent, §. in ieiunijs.
Quod nemo pransus Missam cantare debet, 7. q. 1. nihil.
Quod qui pro pecunijs vel hominum complacentijs vnam, vel plures Missas celebrat, æternam sibi damnationem comparat, de consec. dist. 1. sufficit.
Quod excepta natiuitate Christi vnam Missam cantare sufficit sacerdoti.
Quod valde felix est qui vnam Missam digne potest celebrare.
Quod dominicis & festiuis diebus laici Missam vsq; ad finem debent audire, de consec. dist. 1. Missas, & c. seq. & c. & hoc.
Quod episcopus solenniter celebrando semper debet habere testes, de consec. dist. 1. episcopus Deo, & cap. iubemus.
Quod presbyter nisi duobus ad minus præsentibus Missam non debet celebrare, vt comperat sibi dicere, Dominus vobiscum, & orate pro me. de consec. dist. 1. quoque.
Quod sacerdos propter euentus varios sine adiutore qui possit eum sustentare, non possit Missam cantare, 7. q. 1. illud.
Quod presbyter qui Missam incœpit: nisi infirmitas impediat, debet eam finire, de consec. dist. 1. nullus episcopus.
Quod presbyter propter casualem infirmitatem Missam incœptam finire nõ poterit, alter vbi dimisit perficiat, 7. q. 1. nihil.
Quod laborans morbo caduco, vel consimili Missam non debet cantare, 7. q. 2. in litteris.
Quod presbyter numquam Missam cantet nisi communicet, de consec. dist. 2. relatum, & c. seq.
Quod presbyter in Missa de mortali peccato habens conscientiam, cum contritione & proposito confitendi potest communicare, de consec. dist. 2. quotidie.
Quod Missa mali sacerdotis, vel infamati non est respuenda, nisi sit per sententiam cõdmnatus, & 15. q 8. c. vlt. dist. 32. c. nullus, & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Celebratione, & de Sacerdote.

MISERICORDIA. Quod misericordia est plenitudo & perfecta forma virtutum. 86. distinct. in singulis.
Quod duplex est misericordia, videlicet diuina & humana.
Quod multiplex est misericodia Dei, quæ lapsis hominibus subuenit, de pœn. dist. 1. serpens.
Quod misericordiæ Dei, nec mensuras ponere possumus: nec tempora diffinire: apud quem nullas patitur moras venia conuersi, de pœ. dist. 1. serpens, ante fin.
quod Deus ex misericordia expectat peccatores, vt conuertantur, 93. dist. diaconi sunt, in fi. de pœn. dist. 1. Deus, §. potest ẽt, & dist. 7. circa fi.
Quod misericordia ad proximum est duplex,

duplex, videlicet corporalis, & spiritualia, 45. dist. tria.
Quod spiritualis est triplex, videlicet offensas, vel iniurias dimittere, 48. dis. tria, & 50. dist. consuderandum.
Item delinquentes eos rigere, 45 dist. tria.
Item bona docere, & iusta cõsulere, 45. dist. disciplina.
Quod corporalis misericordia consistit in septem operib. misericordiæ, quæ in hoc versu continentur.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Quorum plura ex his ponuntur, 86. dist. non satis.

De modo habendi, vel exhibendi prædicta officia misericordiæ.

Quod misericordia spiritualis ad proximum debet esse iusta in corrigendo, vt scilicet non desit vinum austeritatis, nec oleum pietatis, 45. dist. sciplina.
Item discreta in docendo, vel consulendo, ne eruditi in errorem deducantur, 53. dist. sit rector.
Item debet esse prompta offensas relaxando: maxime quando pœnitent offendentes, 23. quæst. 4. non potest, §. prox.
Quod misericordia corporalis debet esse iusta in exhibendo: quia debet esse de proprio, non de alieno. 1. q. 1. non est, 14. q. 5. per totum.
Quod debet esse discreta in subuenien do: quia vni omnia non sunt danda, 86. dist. non satis, & c. dominus.
Item ordinata in distribuendo: quia primo dandum est propinquis, & post alijs, 86 dist. est. probanda, & c. in singulis, in fi. excepta necessitate, tunc potius dandum est iustis quàm peccatoribus, 86. dist. frattrem nostrum §. in ipsa.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia.

Quod misericordiæ officia omnib. sunt præcepta, 86. dist. in singulis.
Quod qui negant misericordiam facien dam, ipsum Christum qui est misericordia negant, 7. q. 1. omnis.
Quod misericordia maior est omnibus holocaustomatibus, dis. 50. ponderet. in si.
Quod melius est in causis prætendere misericordiam quàm in clementiam, 86. dist. non satis, 26. q. vlt. alligant.
Quod sententia quæ misericordiam vetat, est effugienda 50. dist. ponderet, in fi. 1. q. 7 exigunt.
Quod capto hosti debetur misericordia; nisi maior turbatio timeatur, 23. q. noli.
Quod crudelis est misericordia parcere vni in discrimen multorum. 45. dist. sed illud.
Quod non est misericors qui parcit vitijs, vt non conturbet delinquentes, 23. q. 5. qui vitiis.
MYSTERIVM. Quod mysterium ex illo dicitur ꝙ secretam & recondi tam habet dispensationem. 1. q. 1. multi, circa med.
Quod ecclesiastica siue diuina sacramenta proprie dicuntur mysteria. 1. q. 1. multi, ante med.
Quod indignis & non intelligentib. secreta mysteria non sunt communicãda. 43. dist. §. vlt & c. in mandatis.
MOYSES. Quod Moyses qui congregauit omnem synagogam, repræsentat, quod in fideli anima omnis multitudo sensuum, & cogitationum ad meditandum de Deo intra sacrarium cordis debet conuenire, 8. b. 1. licet.
Quod in hoc, ꝙ non fuit Moysi permissum à Deo de successore ordinare, datur intelligi, ꝙ ad Deum non ad homines spectat electio prælati, 8. q 1. si ergo.
Quod Moyses negauit se filium filiæ Pharaonis, & ꝙ AEgyptium fabulo obruit, & ꝙ AEgyptum dereliquit, & ꝙ filios Israel de AEgypto eduxit, habes de pœ. dist. 3. vt cognouerunt, § opponitur.
Quod Moyses ponitur in exemplum quòd prælati non armis, sed orationibus contra aduersarios debent pugnare, quomodo ipse pugnauit contra Amalech. 36. dist. si quis vult.
Quod sicut inter Moysen & Aaron fuit quædam maioritatis discretio, sic fuit inter apostolos, 22. dist. sacrosancta, & 21. dist. §. 1.
Quod Moyses cum pro peccato populi orauit, non statim veniam impetrauit, 50. distin. si quis proposterа, in fin.
Quod Moyses potius voluit de libro vitæ deleri, quàm noxiam populo non dimitti, quæstio. 4. quid crudele.
Quod quia Moyses AEthiopissam duxit in vxorem, Maria murmurans lepra percussa fuit, 2. q. 7. plerumq;, c. item objicitur.
Quod Moyses propter reuerentiam loci calceamantum pedis soluit. de pe. dist. 1. sunt qui arbitrantur.
Quod Moyses quandoq; Christum significat, de pœn. dist. 2. inter hæc hircum.
MONACHVS. Quod monachus dicitur à monos Græce, quod Latine dicitur solus: & achos quod Latine dicitur tristis: quasi solitarius & tristis, 16. quæstio. 1. placuit.
Quod monachus ideo singularis dicitur: quia debet vitare hominum multitudinem, 16. quæstio. 1. si cupis.
Quod sicut piscis sine aqua, sic monachus sine monasterio vel cella caret uita, 16. quæstio. 1. placuit communi.
Quod monachus ad hoc debet intendere vt status eius concordet cum nocte, 16. q. 1. placuit.
Quod omnis monachus vel religiosus debet esse vel de regula Sancti Benedicti, vel de regula Basilij, vel de regula Augustini, 18. q. 2. perniciosam.
Quod etiam dicuntur monachi qui regulam Augustini sunt professi, 18. q. 2. pernicio sam.
Quod nullus seruus dẽt esse monachus nisi à domino suo licentiatus, 16. q. 1. qui vere.
Quod monachi & monachæ semper, & vbiq; debent deferre vestes professionis suæ, 33. dist. sanctimonialis, 20. q. 1. vidua.
Item excepta infirmitatem numquam debent carnes comedere, de cons. di. 5. carnem.
Item debent abbatibus suis obedire: ac res laboribus suis acquisitas vel qualescumque sine licentiæ abbatis non debent retinere, 18. q. 2. abbates.
Quod nullus debet monachus spe abbatiæ promissæ fieri, 16. q. 2. g laicos, 18. q. 2. peruenit.
Quod vltra tempus in monasterio stantes & nolentes profiteri debẽt expelli. 16. q. 1. peruenit ad nos.
Quod testamentum facere non possunt, 19. q. 3. quia, & c. seq.
quod sine licentia abbatis vouere non possunt, 20. q. 4. monacho.
quod ad arctiorem vitam petita licentia transire possunt. 20. q. 4. c. 1 & c. monachum.
quod compulsus siue à parentibus, siue ab alijs fieri monachus: nisi prius consentiat, non tenetur, 20. q. 3. præsens.
quod monachi de licentia abbatis ex cã legitima possunt ad solitarias cellas transire, 18. q. 2. nullus monachus, 20. q. vlt. c. vlt.
quod non debent causas, vel negotia secularia agere nisi ex licentia abbatis pro monasterio, 16. quæstion. 1. adijcimus, in fin. & cap. de præsentium, & c. sunt nonnulli, & c. monachi.
quod frequenter loquens de pecunis, potius dicendus est institor quàm monachus, 16. q. 1. si cupis.
quod monachi numquam debent uacare, sed semper vel orationibus, vel lectionibus, uel exercitio operis debent intendere, de conse. dist. 5. numquam.
quod debent ab omni familiaritate monialium & aliarum fœminarũ se alienare, 18. q. 2. peruenit ad nos, & tres c. seq.
quod nec in uno, nec in uicino monasterio cum monialibus debent habitare, 18. q. diffinimus, & duobus c. seq.
quod nec sudariolos, nec zonas, nec alia munuscula à mulieribus debent accipere, 27. quæstione 1. monacho.
quod monachi quamuis recipiendo ordinem

ordinem recipiant officis potestatem, non tamen executionem: nisi occasione populi licentia episcopi, 16. q. 1. monachi, & c. seq. & c. si sic vue, & c. si clericatus, & c. seq.
quod nec pœnitentiam alijs dare, nec prædicare nisi in clausiro suo debẽt, 16. q. 1 placuit omnibus, & c. monachus, & ca. iuxta, & c. adijcimus.
quod nec baptizare debent, nec fieri compatres, 18. q. 2. peruenit ad nos, de conse. dif. 4. non licet abbati, & c. seq.
quod præter confratrem in clausiro, & præter eum qui elegerit, nullum debent sepelire 16. q. 3. c. 1. c. Agapitus, & c. placuit.
quod monachi debent subesse episcopis, inquantum per Papam non sunt exempti, 16. q. 1. peruenit. 18. q. 2. Abbas, & quatuor c. seq.
quod visitandi sunt per episcopos & corrigendi, 18. q. 2. visitandi.
quod iura episcopalia debent episcopis persoluere, 18. q. 2. Eleutherius & c. seq.
quod non debent decimas vel ecclesias à laicis sine consensu episcopi recipere 16. q. 7. decimas.
quod episcopos ex charitate possunt accusare, 2. q. 7. nullus, §. proxi.
quod monachi bonorum operum in clericos, & episcopos promoueri possunt, 16. q. 1 si clericatus, & 7. c. seq. & tribus c præcedentibus.
quod non debent sine abbatum licẽtia episcopatus recipere, 18. q. 2. quam sit, §. nullus, 16 q. 1. si quis monachus & c. legi. § seq.
quod facti episcopi absoluuntur à iugo professionis, 18. q. 1. c. 1.
quod facti episcopi non debent mutare habitum, nec ordinis sui ritum quo ad substantialia, 16. q. 1. de monachis. & § seq.
quod facti episcopi succedunt in bonis paternis, & ecclesiæ suæ relinquunt, 18. q. 1. c. 1.
MONASTERIVM. quod monasterium duplex pro monachis & monialibus in vno loco fieri prohibentur, 18. q. 2. diffinimus.
quod monasteria construenda sunt in solitudine: ne populari accessu deuotio religionis impediatur, 18. q. 2. luminoso.
quod monachorũ monasteria subsunt episcopo in cuius territorio sunt, 18. q. 2. monasteria.
quod monasterium exemptum est à lege diœcesana in pluribus videlicet quantum ad cathedratici præstantionem vel præstationem, 10. q. 3. inter cætera.
Item quantum ad quartæ partis dimissionem, 16. q. 7. cum pro vtilitate.
Item quantum ad grauem exactionem 17. q. 2. quam sit.
Item quantum ad publicæ missæ celebrationem: quia sine consensu abbatis episcopus non debet facere, 18. q. 2. abbas, & c. luminoso.
quod monasteria non debent fieri sine licentia episcoporum, 18. q. 2. quidã, & quatuor c. seq.
quod mulieres monasteria religiosorũ intrare non debent, 18. q. 2. peruenit ad nos.
quod monasteria religiosorum non debent conuerti in habitacula fœcularium clericorum: nec debent regi per fœcularem, 18. q. 2. peruenit ad nos, ad nos, & c. dudum, 19. q. 3. quæ semel, & c. seq.
quod in parochialibus ecclesiæ monasteriorum de consensu episcopi debent presbyteri instituì vel remoueri, 16. q. 1. visis, & c. seq.
quod abbas sine episcopo, & episcopus per se res monasterij alienare non possunt, 17. q. 4. in venditionibus, 18. q. 2. quam sit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & vbi agitur de religione.

MONIALIS. quod monialis est quæ professa est se velle viuere secũdum regulam Benedicti, vel secundũ regulam Basilij, vel secundum regulam Sancti Augustini, 18. q. 2. perniciosam.
quod moniales non debent habere singularia domicilia, 18 q. 2. pniciosam.
quod puella duodecim annos habens si voluntarie monialis effecta est etiam ante consecrationem recedere non poterit, 20. q. 1 puellæ.
quod moniales subsunt ordinationi & correctioni episcopi, 28 q. 2. cognouimus.
quod præponendus monialibus primũ est per episcopum examinandus, 18. q. 2. qui religiosis.
quod conuenientius reguntur per viros spirituales quam fœculares, 18. q. 2. in decima.
quod monasteria monialium non debent esse vicina monasterijs monachorum, 18, q. 2. diffinimus, & 4. cap. seq.
quod monialis numquam debet loqui cum monacho, vel alio viro sine bono testimonio, 18. q. 2. diffinimus, & c. in decima.
quod moniales in vno choro cum monachis vel alijs clericis cantare non debent, 18. q 2. perniciosam.
quod non debent vasa sacra, & pallas, & corporalia contingere, 23. dis. sanctimoniales, §. vasa, c. sacratas.
quod non possunt matrimonia contrahere: & contrahentes sunt per episcopum compellendæ ad votum redire. 27. q. 1. de viduis, & puellis, vsque ad fin.
quod moniales in vitium carnis prolapsæ grauiter puniuntur, 27. q. 1. impudicas. & fere per totum.
quod peccantes cum ipsis ipso facto videntur excommunicati, 27. q. 1. si qua virgo & c. cos.

De consecratione monialium habes supra vbi agitur de Consecratione.

MORS. quod mors est triplex, videlicet corporalis, spiritualis, & gehenna lis, de pœn. dist. vlt.
quod mors corporalis omnibus est cõmunis, 13. q. 2. in ecclesiastico
quod in memoria ab omnibus est semper habenda, ibid.
quod non videntur esse perfecti qui cũ à Domino vocantur, non moriuntur voluntarie, sed inuiti, 12. q. vlt. quam præposterum.
quod sacramenta morientibu concedi debent, 26. q. 1 Aurelius, & c. seq.
quod si volentem confiteri mors antequam ad sacerdotem peruenìat præoccupauerit, non debet sibi denegari ecclesiastica sepultura, 26. q. 6. si aliquis.
quod qui fame morientem non pascit, occidit, 86. dist. pasce.
quod mortem languentibus probatur inflingere qui hanc cum possit non excludit 53. dist. §. 1
quod qui mortui sunt in Dei iudicio non ab hominibus sunt iudicandi, 24 dist. quorundam.
quod post hominum mortem animæ locantur secundum quod meruerunt, 13. q. 2. non æstimemus, & pluribus c. seq.
Item quod fit pro omnibus mortuis tantum valet cuilibet, ac si pro vno solo fieret, de conse. dis. 5 non medio criter.
quod indignus est in morte accipere sacrificium, qui se non cogitauit moriturum, de pœnit. distinctio 7. §. vltim.
quod in morientibus in peccatis mortalibus, nec oblationes, nec orationes uiuorum, nec mortuorum, nec sepulturæ sacrorum locorum prosunt, 13. q. 2. quibus, & septem capi seq.
quod nemo debet contristari de morte suorum charorum, cum ipsos non amittamus, sed præmittamus, 13. q. ult. quam præposterum, & tribus capi seq.
quod illi qui nimis tristantur de morte suorum, videntur desperare de fœlicitate futurorum bonorum, 13. q. ult habent.
quod in hoc quod dominus fleuit Lazarum non fleuit mortuum, sed ad huius uitæ miserias resuscitandum, innuitur, quod pro mortuis plus est gaudendum quam tristandum, 13. q. ult. qui diuina
quod mortui huius mundi facta possunt sciri uel per decedentium relationem, uel per angelorum reuelationem, uel per specialem con-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

concessionem, quia ipsis quandoque conceditur vt post mortem viuis appareant, 13 q. 2. fatendum.
quod quandoque mortui ex diabolica illusione phantastice creduntur apparere, 26.q.5. nec mirum, ante med.
quod ecclesia nec ligare nec soluere potest mortuos de peccatis, quia non sunt de foro eius, 24.q.2. ligatur.
Quod iniuste excommunicatus etiam post mortem potest absolui, 24.q. sane, quod.
Quod hæretici post mortem possunt excommunicari propter facti detestationem, 24.q.2. sane profertur.
Quod fideles non debent excommunicare mortuis, quibus non communicauerunt viuis, 24.q.2. de communione.
Quod mors spiritualis est duplex, bona & mala, bona est quando quis siue per baptismum, siue per pœnitentiã moritur peccato, vt uiuat Christo, de conse. dis.4. vt ostenderet, & c. seq.
Quod species diuersæ huius mortis designãtur per tres mortuos, quos Christus suscitauit de pœn. dis.1. quem pœnitet.
Quod mors spiritualis mala est quando quis moritur per peccatum mortale, sicut per peccatum infidelitatis, 26. q.2. qui sine 11.q.3. non solum, §. idẽ timendo.
Item per hypocrisim, quia hypocrita viuens mortuus est, 12.q.1. nolo, ante fin.
Item per auaritiam, 12 q.4. si quis vsuram.
Itẽ per quodlibet aliud mortale peccatum, de pœn. dis.4 § dicens, c. intermittentes sermonem.
quod mors gehennalis mors dicitur æternalis: quia ibi numquam mors moritur, 26.q.2. qui sine, de pœn. vl. in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Sepulturis.

MORES. Quod mos longa consuetudo est de moribus tracta, 1. dis. mos.
quod legem mores faciunt, & commune ius legibus & moribus constat, 1. dis omnes.
Quod plus facit famosorum morum nobilitas, quam generis dignitas, 40. di. nos, & c. se.
Quod illud quod non est contra fidem & bonos mores, indifferenter habendum est, 12. dis. illa.
Quod multum distant damna morum à damnis rerum temporalium. 6. q. 1. sunt plurimi, §. verum, & ca. deteriores.

De hac materia habes vbi agitur de Consuetudine.

MVLIER. De muliere habes supra vbi agitur de femina.
MVLTITVDO. Quod multitudo inutilium personarum maxime clericorum est vitanda, 23. dis. tales.
Quod pompa multitudinis popularis reprehenditur, maxime in prælatis & clericis, 59. dist. si officia.
Quod non potest esse salubris à multis correctio, nisi cum illi corripitur qui non habet sociam multitudine, 23. q.4. non potest.
quod in correctione multitudinis caute est incedendum, 44. dis. commessationes.
quod cum contagium peccandi multitudinem inuaserit: diuinæ disciplinæ teuera misericordia necessaria est. 23. q.4. non potest.
quod paucitas est aspere corrigenda, sed multitudo leuissimis admonitionibus est frangenda. 44. dis. comessationes.
Quod propter pecantium multitudinem detrahendum est seueritati. 44 dis. comessationes, 40. dis. vt constitueretur, 9 q.1. ordinationes.
Quod non debet deferri multitudini in mali prælati electione vel approbatione, 18 q.2. si quis.
Quod multas medicinas inuenire cogũt multæ experientiæ morborum. 50. dis. vt constitueretur.
Quod non minus ardet qui cum pluribus ardet, 2 q.1. multi, in fi.
Quod tempore apostolorum multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna in Deo, 12. q. 1. dilectissimis, 8. dis. §. 1.
Quod aliquando multitudo propter vnius delictum punitur 45. dis. sed illud 24 q.1. non turbatur.
MVNDITIA. Quod munditia est duplex, scilicet corporalis & spiritualis, 31. dis. lex.
Quod munditia carnalis est quæ inficitur per luxuriam: & ideo clericis in sacris prohibetur, vt competentius valeant diuinis vacare obsequijs & orationibus, 31. dis. c. 1 §. causa.
Quod spiritualiter mundatur qui à sorde peccatorum per pœnitentiam purgatur, 50. dis. & purgabit.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate, vbi agitur de Luxuria, & vbi agitur de Macula.

MVNVS. Quod munus est triplex, videlicet ab obsequijs, quod est seruitus indebite impensa.
Item munus à manu, quod est pecunia.
Item munus à lingua, quod est fauor, 1. q. 1. sunt nonnulli.
Quod munera dantem & accipientem faciunt deuiare à iustitia, 11. q.3. pauper, & c. qui recte.
Quod illa manus asi omni munere excutit, qui non solum pecuniam vel obsequium, sed nec etiam humanum fauorem inquirit, 1.q.1. sunt nonnulli, 11.q.3. qui recte.
Quod non timetur culpa, vbi redemptio speratur per munera, 11.q.3. pauper.
Quod meritorie trahitur quis ad fidem vel ad meliorem statum per munera, 23.q.4. c. vlt.
Quod clericus ecclesiam suscipiens vel spiritualia dans per munera destruitur. 7.q.1. sancitum, 15.q.1. obseruandum, 12.q.2. questa
MVRMVRATIO. Quod murmuratio dissuadetur, quia murmurãs opus quod facit perdit, 90. dist. alienus.
Quod murmurans & contentiosus pari pœna puniuntur, 90 di. si quis monachus.
Quod filij Israel murmurantes à serpẽtibus perierunt, 90. dist. alienus.
Quod Maria propter murmur contra Moysen lepram incurrit 2.q.7. plerũque, §. item obijcitur.
MVTATIO. Quod mutatio non debet in his fieri quæ rationabiliter & vtiliter sunt à patribus diffinita, 25.q. secunda, cum pie, & ca. ecclesiasticæ.
Quod Deus mutabilitatem nescit, omnis autem creatura vitiosa est, quia mutabilis est, de pœn. dis. secunda, circa fin.
Quod licet Deus sit incommutabilis, tamen sæpe mutat promissa, cum misericordia temperat sententiam, 21.q.4. incommutabilis, & capit. non semper.
quod Deus vouit mutare sententiam, quando de malo in melius homines mutantur, de pœnit. dis. 1. si agamus & §. seq. Exemplum de Niniue, & de Ezechia rege, cui quindecim annos addidit.
quod Romana ecclesia statuta sua secundum temporis exigentiam quandoque mutat, 25. q. vlt. postea quam, §. his ita, & §. vlt. & c. ita nos.
Quod illa quæ non sunt contra Euangelica aut sanctorum decreta, pro necessitate temporum quandoque mutantur, 44. distinct. cap. vltim. 26. q. vltim. priuilegia, & cap. amputato.
quod mutantur reges propter negligentiam regiminis, 15.q.6. alius.
Item episcopi vel alij prælati de loco ad locum propter exigentiam temporis mutantur, 7. quæ prima, mutationes.
Item sedes episcopales mutantur: vel duæ in vnam rediguntur, causa hostilitatis vel paupertatis, 35. q.2. §. hostilitatis, & c. ita nos.
Item priuilegia: quia pro necessitate corrigendorum vitiorum dantur, & quæ penitus immutantur, 25. q. 2. §. his c. posteaquam.
Item mutatur incaute promissa, 22. q. 4 in malis, & c. seq.
Item mutantur in melius consilia & proposita, 12. q 1. certe, vbi Augustinus mutauit consilium, 22. q. 2. beatus, vbi Paulus propositum eundi ad Hispaniam mutauit.
Item

Item mutatur pœna in pænam vel pœnitentiam, 22.q.4. innocens, credit ex his. vbi de Iosue, & Gabaonitis. 23.q.5.c.1. circa medium.
quod non sufficit peccatori mores in melius commutare, sed etiam debet de præteritis satisfacere. de pœn. distinct.1. §. Christus.
quod Nabuchodonosor rex non corporaliter, sed mentaliter in bestiam mutatus est: quia credens se bestiam, ab hominibus secedens cum bestijs morabatur. 23. quæstione, 5. remittuntur.
MVTILATIO. quod mutilatio membrorum latronum proficit eis, quia debilitata membra nequeũt exercere consueta. 23.q.3. si quis fortitudinem.
quod mutilatus vel abscissus per se, vel per alium exclusa decenti causa non potest promoueri. 33. distinctione maritum, & 36. distinctione c. illiterato.
quod qui sibi ipsi virilia mutilauerit, non solum non promouetur, sed etiam sui ipsius homicida reputatur 50. distinctione si quis absciderit & c. seq.
quod qui volens partem digiti sui mutilauerit, ab ordinib. abstinebit. 45. distin. qui partem.
quod mutilator alterius non debet promoueri. 55. distin. c. vlt.
quod si quis per medicos castrati vel mutilati essent propter infirmitatem, aut à Barbaris propter infidelitatem, aut à dominis vt eunuchi fierent. si alias inueniuntur digni, possunt promoueri 55. distin. si quis à medicis.
MVTVS. quod mutus per signa baptismum, & pænitentiam, & alia sacramenta petere potest. 26.q.6. qui recedunt, & c. seq.
quod prælatus qui non redarguit vitia subditorum, canis mutus dicitur. 43. dist. sit rector.

NABATH. quod Nabath fuit pater Hieroboam: qui regnum appetens in populo Dei schisma fecit. 7. q.1. denique.
quod Nabath vineam suam in hortum olerum commutare noluit 23. q. 8. conuenior.
NABVCHODONOSOR. quod Nabuchodonosor Danielem de lacu leonum, & persecutionibus liberauit, 23. quæstione, 5 si propterea.
quod Deus malos per Nabuchodonosor flagellauit: qui post propter superbiam mutatus mente in bestiam cum bestijs vixit. 23. quæs. 3. § 1. circa med & q. 5. remittuntur, §. & hinc circa medium.
quod Nabuchodonosor propter superbiam in bouem ex homine est mutatus. 17. q. 4. miror.
quod quia Nabuchodonosor per flagella corrigitur, & Pharao per flagella induratur: innuitur, ꝙ medicinæ salutis non operamur in singulis. 23.q.4. Nabuchodonosor.
NATIVITAS. quod natiuitas triplex est videlicet naturæ, gratiæ & gloriæ.
quod natiuitas naturæ prima est in vtero, iuxta illud. quod enim in ea natum est, de qua natiuitate de conse. dist.4. firmissime.
Item alia est naturæ ex eo vtero: scilicet quando puer innotescit iuxta illud, Natus est homo in mundum. de qua conf. dist.4. quisquis cap. qui in maternis.
quod natiuitas gloriæ est quando deposita vetustate pœnæ nascitur homo ad gloriam. de consecra. distin. 4. post baptismum. Sic mors sanctorum natalis dicitur. 24. quæstione, 2. sane quòd.
quod natiuitas gratiæ est quando nascitur per baptismum, iuxta illud: Oportet nasci denuo. de conf. dist. 4. qui in maternis.
MATVRA. quod natura condidit omnibus nationibus ius commune, sicut est maris, & fæminæ coniunctio puerorum successio, & educatio. 1. di. ius naturale.
quod contra naturam coitus, semper fuit illicitus, & damnabilis. 32. q. 7. vsus. 35. q 3. nec eam §. naturæ, & ca. seq.
quod violatur diuina societas cum natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur. 32. quæst. 7. flagitia.
quod naturali iure omnia sunt communia, & quod consuetudo induxit meum, & tuum. 8. dist. differt.
quod præscia vel prædestinatio diuina nullam naturæ infert necessitatẽ 23. q.4. Nabuchodonosor.
quod in culpam cadere naturale est doluisse virtutis, de pæn distin. 3. ille res.
quod natura demonum in pluribus subtilior, & nobilior est quam natura hominum. 26. q.4. sciendum.
quod sancti cum ex naturæ fragilitate corruerint, acriores ad curẽdum cursum salutis resurgunt. de pœn. distin. 3. ille tex.
NAVIS quod nouis quæ propter Ionæ fugam immergebatur, significat ꝙ propter excessus maiorum contingit afflictio minorum. 1. q.4. ecclesia §. his ita post medium.
Item in hoc quod multa merita apostolorum nauigabant, & proditoris perfidia nauis procellis agitabatur; innuitur, ꝙ propter vnius malitiam multi boni puniuntur. 24. quæst. 1. non turbatur.
quod Paulo causa prædicationis in Italiam veniente nauis concutitur, innuitur, ꝙ aduersitas bonis votis obijcitur, 7.q.1. aduersitas.
quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcussa stetit, constãtiam prædicatoris in aduersitate innuit. 7. q. 1. aduersitas.
quod periculum est prælato qui nauem ecclesiæ regit, & remum t tenere nonnouit 40. dist. ante omnia, in fi.
quod sicut nauigans multis periculis se exponit; sic qui vxorem ducit. 17. q.2. nos.
quod sicut nil interest vtrum nauis vno grandi fluctu, aut per rimas paulatim aqua intrante submergatur, sic parua peccata multiplicata tantum opprimunt, vt vnum grande, de pœn. distin. 1. medicina. circa med.
NECESSITAS. quod necessitas est duplex. videlicet simplex, vt est necesse omnes homines mori. 23. q. 4. Nabuchodonosor
Alia est conditionis, vt cum quis scit aliquem ambulare, necesse est ambulare. Sicut nulla necessitas cogit incedere volentem, tamen necesse est eum incedere: sic quæ ex nulla necessitate naturæ, sed ex libertate arbitrij proueniunt, Deus præuidet, & necesse est ea esse. 23. quæstio. 5. Nabuchodonosor.
quod necesse est prædestinata adimpleri. ibi.
quod non est culpabile, quod necessitas infert 30. q. 1 ad limina.
quod necessitas non habet legem. 1. q. 1. remissionem.
quod necessitas facit licitũ quod aliàs non esset licitum, vt patet in translationibus episcoporum. 7. quæstio. 1. mutationes.
quod trãslationes episcoporum vel cõmunis vtilitas vel necessitas debet persuadere. 7 quæst. 1. scias, & 4. cap. seq.
quod opera necessitate vrgente facta non sunt laudabilia. 57. dis. si quis.
quod adultus necessitate cogente baptizatus non est ordinandus. ibi.
quod id quod ex necessitate cõceditur, cessante necessitate debet solui. de cõsecra. dist. 5. quidquid.
quod illud quod ex necessitate fit non fit ex ordine legitimo, sed vsurpato: vnde cessante cessitate debet cessare & id, quod pro necessitate statutum est. 1. quæs. 7. quod pro remedio. 9. q. 1. ordinationes, in fi.
quod in necessitate extrema pœnitentibus sacramenta non sunt neganda. 26. q. 7. tpa pœnitudinis:
quod in necessitate patrisiue matri siue omnibus alijs baptizare permittitur 30. quæst. 1. ad limina.
quod necessitas facit aliena propria quia tempore necessitatis omnia sũt communia 47. dist. sicut in fi.
quod clericus raptor est, qui vltra necessaria pauperibus non errogat. 16. q. 1 ca. quoniam.
quod tempore necessitatis prius subueniendum est propinquo quam alieno 86. distinct. non satis.
Item alieno prius iusto quam peccatori. 86. dist. fratrem, §. in ipsa, & c. non satis.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione.

NEGATIO. quod negatio Christi non

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti non tantum sit in verbis, sed etiã in factis. 11. q. 3. existimant.
Quod ille negat Christum qui (cum sit) se negat esse Christianum. 11. q. 3. non solum.
quod quoties vitijs vincimur, & peccamus, toties Deum negamus, 11. q. 3. existimant.
Quod qui veritatẽ pro pecunia negant, Deum qui veritas est vendunt. 11. q. 3. abijt.
Quod qui negant misericordiam facien dam patientibus, ipsum Christum qui misericordia est, negant. 7. qu. 1. omnis.
Quod quanta vita est confiteri Christũ tanta mors est negare ipsum 11. q. 3. non solum §. idem timendo.
quod Petrus negauit Christum cum se negauit eius discipulum. 11. q. 3. non solum.
quod illi erãt qui Petrum de negatione Christi excusant. 11. q. 3. non solum, §. idem timendo.
quod de vno negatur, de pluribus creditur ibidem.
quod negatiua probari non potest. 6. q. 5. 6. vlt.

NEGLIGENTIA. quod negligentia est eruditionis nouerca. 85. di. nihil.
quod negligentia arguitur in excusatione boni operis. 84. distinctio. peruenit.
Item in subueniendo miseris, 12. q. 2. aurum. & c. seq. 76. dist. fratrem.
Item in corripiendis peruersis, 83. dist. error. 2. b. 7. sicut inquit. cap. negligere.
Item in eruditione prædicationis. 83. dist. nihil 43. distinct. sit rector.
Item in defensione pauperis. 84. dist. §. 1. & c. peruenit, & c. seq.
Quod negligentia prælatorum cedit in discrimen subditorum. 40. dist. si papa.
Quod negligentia correctionis perdit disciplinam in subditis. 23. qu. 3. iustum.
Quod negligentes rectores multos sæpe nutriunt pestilentias dum dissimulant adhibere disciplinam 86. dist. in feriorum. 45. dist. sed illud.
Quod negligere, & non pertrubare peruersos nil aliud est quam fouere. 83. dist. error.
Quod si negligẽter quæ male vsurpanẽ corriguntur excedendi via alijs aperitur. 93. distinctione. peruenit ad nos.
Quod sufficit clericis turbis negligentibus adæquari. 8. quæstione. 1. capi. vlt.
quod desolatio debet esse prælato vbi vbi clericos videt esse negligentiores in bono quàm laicos. 8. q. 1. quid autem. 25. q. 1. nulli.
quod prælati de negligẽtia arguuntur, & puniuntur. 22. q. 1. si quis. 17. q. 1. si custos.
quod negligentia post admonitionem aggrauatur quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. 12. quæstione. 2. indigne.
quod prælati pœna de negligentia est depositio. 81. distin. dictum. 11. q. 3. placuit.
quod negligentia inferiorum suppleri debet per superiores. 8. q. 3. Artaldus 9. q. 3. cum simus.

NEGOTIATIO. quod negotiatio non est in se mala. 88. dist. quoniam non.
quod duplex est negotiatio: videlicet licita, & illicita. 88. distinctione forni cari.
quod negotiatio sine periculo minime exerceri potest de pœnit dist. 5. qualitas.
quod negotiatorem excusat vel arguit qualitas negotij de pæ. distin. 5. qualitas.
quod de substantia mali negotiatoris nouissime non remanet nisi solum peccatum. 88. dist. eijciens.
Quod negotiatio inhonesta clericis est interdicta. 88. dist. consequens. Nam nemo militans Deo implicat se sæcularibus negotijs.
quod negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosũ. quasi quandam pestem fugias. 88 distin negotiatorem.
quod negotiatio cupiditatis prohibetur clericis. 88. distin decreuit. 14. q. 4. clerici, & cap. canonum.
quod negotiatio pietatis vt inde subueniatur viduis, & pupillis, permittitur clericis. 78. distinctione, decreuit.

NEGOTIVM. quod negotia circa maiora cautius, & diligentius sunt discutienda. 42. distinctione. quiescamus.
quod pleraque sunt negotia quæ sine peccato aut vix, aut numquam exerceri possunt. de pœ. distinctione. 5. negotium.
quod perfectis non est peccatum repetere negotium quod ante sine peccato exercuerunt, de pæn. distin 5. negotium.

NEOPHYTVS. quod neophytus dicitur qui nouiter est in fide vel religione plãtatus. 47. di. sicut.
quod non debet in episcopum ordinari, ne in superbiam erigatur, quia talis nescit humilitatem obseruare. 48. dist. §. 1.
quod simonia neophytorum hæresis dicitur, quia aliquando dabant pecuniam vt citius promouerentur. 1. q. quisquis.
quod neophytis expedit plusquam alijs cibis delicatis, & à vanitatib. abstinere. de conse. di. 5. neophyti.

NECROMANTIA. quod necromantia est quando per incantationes videntur resuscitati mortui, diuinare & ad interrogata respondere. 26. 5. nec mirum.
quod quando necromantia fit, cruor aquæ miscetur, vt colore sanguinis dæmones inuocati facilius prouocentur: ibid.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

NOBILITAS. quod nobilitas morum plus ornat quàm genitorum. 40 dist. nos.
quod nec loci nec generis nobilitate, sed virtute Christi acquiritur gratia. 40. dist. illud. cap. seq.
quod quia Adam nobilitatem Dei peccatum obiecit, nobilitate priuatus fuit 40 dist. Adam.
quod nobilitati defertur in pœnæ impositione pro excessu. 24. q. 1. qui cõtra.

NOMEN. quod nomen aliquando propter facti detestationem deprauatur. 17. dist. multis.
quod nominis interpretatio vel diffinitio diligenter est aduertenda. 12. q. 1. clericus qui, 15. quæs. 1. cap. 1.
quod à Christo Christiani nominãtur de cons. dist. 4 postquam ascendit.
quod sola nominatio non sufficit ad cõdemnationem, quia sæpe innocentes in falso crimine nominantur 2. q. 1. multi. in fi.
quod sophisticatio nominum in matrimonij contractu, cum dicit se Virgilium, cum sit Plato, dirimit matrimonium. 26. q. 1. §. 1.

NOTORIVM. quod notorium nec accusationem, nec probationem requirit. 2. q. 1. de manifesta, & cap. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Iudicio publico.

NOVITIVS. quod nouitij in fide siue in religione austeriores alijs debent uiuere. de consec. distin. 5. neophyti
quod in religionem intrãs tempus probationis vnius anni debet habere. 17 q. 2. Gonsaldus.
quod incognitus ante triennium non debet recipi ad professionem & intra hoc tempus si sit seruus, aut vxoratus, debet repeti. 17. q. 2. si quis, 19. q. 3. monasterijs.
quod nouitij intra tempus probationis non debent ad ordines promoueri 48. distinct. sicut.
quod in multis deferendum est eis, ne ratione nimiæ austeritatis tamquam minus radicati retrocedant 25. quæst. 3. c. quædam lex, §. quod scripsi

NVPTIAE. quod nuptiæ dicuntur à nubendo, eo quod puellæ pudoris gratia caput obnubere vel velare soleant 30. quæst. vlti. nec illud.
quod nuptiæ terram implent, virginitas paradisum. 32. quæst. 1, nuptiæ.
quod velle nubere post uotum castitatis damnabile est. 27. quæst. 1. augustinum.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio, & vbi agitur de Diuortio, & vbi agitur de Bigamia.

OBE-

OBEDIENTIA. quod obedientia est quiquid à superiore utiliter imperatum fuerit obtemperare, 33. q. 1. summa.
quod obedientia sola fide meritum possideri; sine qua quisquis fidelis conuincitur, & infidelis esse iudicatur, 8. quæstione prima, sciendum. in fine.
quod obedientia in scriptis debet permitti. 23. dist. quamquam.
quod obediendo in desideratis, & obediendo in contrarijs præter voluntatem, nulla est obedientia. 8. q. j. sciendum.
quod obedientia propria voluntate mactatur. 8. q. 1. sciendum.
quod obedientia quia cogit esse sub aliena potestate, nihil debet habere proprium. 8 q. prima, non dicatis.
quod obedientia est fructuosa, quia per ipsam in præsenti meremur gratiam Dei 93. distinct. nulla, & cap. seq.
Item futuram per ipsam meremur salutem. 93. dist. si inimicus. 11. q. 3. qui ergo.
quod sine ipsa incurrimus æternam reprobationem. 93. dist. nulla, & cap. seq.
quod propter obedientiam est bonum omittendum, sed numquam malum mortalis culpæ committendum. 11. q. 2. quid ergo.
quod alijs præpositus non debet ferre molestè aliquem sibi prælatum esse, sed obedientiam quam exigit ab alijs, ipse impendat. 23. distinctione quamquam, secunda, quæstio. 6. qui scit.
quod vbi duo superiores mandant, vel præcipiunt opposita, non est obediendum. 11. q 3. si is. 8. dist. quæ contra.
quod in dubijs semper est obediendũ. 23 q. 1. qui culpatur, ante fi.
quod non est semper malum non obedire, quia cum præcipitur aliquid contra Deum, prælato non est obediendum. 11. q. 3. non semper, & octo. seq.
quod seruus obediens domino suo in malo, excusatur pro tanto, quia seruus, sed non pro toto. 22. q. 5. qui compulsus. 86. distinct. quid prodest.
quod superioribus festinanter est obediendum. 93. dist. si inimicus.
quod Deo principaliter obediendum, 8. dist. quæ contra. 11. q. 3. Imperatores.
Item post Deum Romanæ ecclesiæ diligentius. 12. dist. præceptis. 93. dist. obedientiam.
Item episcopis. 7. q. 1. quia frater.
Item sæcularibus potestatibus. 8. dist. quę contra.
Item abbatibus religiosis. 17. q. 2. abbates.
Item quilibet suo superiori, 93. dist. à subdiacono.
quo ideo Deo principaliter est obediẽdum, quia sicut potestas maior minoribus præponitur ad obediendum sic Deus omnibus hominibus. 8 dist. quæ contra.
quod post Deum ideo Romanæ ecclesiæ est obediendum, quia ipsa est caput & mater omnium ecclesiarum. 12. dist. non decet, & c. seq. 93. dist. si inimicus.
quod episcopo à clericis, & sacerdotibus suę diœcesis est obediendum, & reuerentia debet eis exhiberi. 7. q. 1. quia.
quod sæcularibus potestatibus sic est obediendum, vt Deus non offendatur. 8. dist. quæ contra. 15. q 6. nos, & c. seq.
quod abbati monachi & alij religiosi specialius suo prælato in his quæ spectant ad regulam, quàm episcopo tenentur obedire, sicut clericus tenetur plus suo episcopo, obedire, quàm archiepiscopo. 18. q 2. quàm sit, 5. nullus, & c. abbates. 9. q. 3. conquestus.
quod omnibus supērioribus, dummodo non sint hæretici, licet sint aliàs mali, quamdiu tolerat eos ecclesia, est eis obediendum. 2. q. 7. sacerdotes.
quod iuxta obediendo potestati legitimæ si quemquam occiderit, non culpatur 23. q. 5. Miles & cap. cum homo.

OBLATIO. quod oblatio est duplex, videlicet spiritualis, quę est corpus & sanguis Christi, & temporalis, quæ sit ex rebus mundi. de conse. di. 2. tribus. in fi.
quod oblatio Euchatistiæ quæ proprie spiritualis est, omnem oblationem præcellit, de consecr. distinctionl 2. nihil.
quod ab omni sorde purgati debent hanc oblationem offerre, 50. dist. & purgabit, 81. distinct. oportet, in fine.
quod immundi ab hac oblatione prohibentur, 82. dist. proposuisti.
quod licet hæc oblatio sancta sit, non tamen indigne offerens eam sanctificatur, sed plus pollutur, 1. q. 1. prophetauit.
quod in oblatione rerum temporalium Deus plus pensat voluntatem offerentium quam oblatũ, 24. quæst. 1. odi. 14. quæst. 5. scriptum, 45. dist. duæ, 15 quæst. 6. capitulo primo, §. sequen.
quod quilibet Christianus uideatur teneri offerre in festiuitatibus, de consecra. distinct. prima, omnis Christianus.
quod oblatio iniqui est maculata, & ideo infructuosa, 14, quæst. 5. immolans.
quod oblationes iniquorum non respicit Deus: sicut ad munera Cain non respexit 3 q. 7 in grauibus.
quod quicquid in sacrificio Dei exscelere offertur: non placat ipsius iracundiam, sed irritat. 1. q. 1. non est putanda.
quod oblationes discordantium, & pauperes opprimentium, non sunt recipiendæ, 90. dist. oblationes, & c. seq. 17. q. 4. miror.
quod retinentes oblationes defunctorum, necatores sunt pauperum, 13. q. secunda, qui oblationes & duobus c. seq.
quod laici oblationes altarium, & præcipue beati Petri & sanctæ Mariæ rotundæ accipere sub anathemate prohibentur, 10. quæstione prima, quia & capitulo, sequen. 12. quæst. prima, nulli.
Quod olim de oblationibus fiebant quatuor partes. 12. q. 2. vobis, & c. Valeranæ, & septem c. seq.
Quod voluntarie oblata possunt accipi sine peccato, 13. q. 2 questa, & cap. postquam, & c. seq. 18. distin. de eulogijs.
Quod indignum est offerre Deo quod dedignatur homo, 49. dist. c. vltim. in fi.
Quod illi oblationes, non debent percipere, qui vix valent pro se, nec pro alio orare, 10. q. 1. hanc.

OBLIGATIO. Quod obligatio fit propter futuram cautelam, 1. q. 7. quoties cordis.
Quod obligatio quandoque fit sub pœna excommunicationis 1. q. 7. quotiescunque, de conse. dist. 2. ego. Berengarius
Quod coram Deo tantum obligat simplex verbum quantum iuramentum 22. q. 5. iuramenti.
Quod bona ecclesiarum laicis obligari non debent, 85. dist. peruenit.
Quod obligati ad ratiocinia non debẽt ad ordines promoueri, 55. distin. prudentes.

OBSTINATIO. Quod obstinatio est consilijs salutaribus nolle acquiescere, 48. dist. quod ad.
Quod obstinatus est qui inspirationem vel reuelationem sibi factam in eo quod erraverat, perseuerat, 8. di. consuetudo.
quod obstinato in malitia Deus numquam miseratus fuit, nec miserebitur, 44. q. 2. legatur, & ca. damnationis.
Quod ideo obstinati indigni sunt venia, quia peccant ex certa malitia, 8. distin. consuetudo, 82. distin. quia. in fi.

OCCASIO. Quod occasio non est danda alicui per malum exemplum, 12. q. 1. nolo.
Item nec per fauorem, nec per auxiliũ, 14. q. 6. c. 1. circa med.
Quod facerdos dat puero occasionem damnationis cum propter sui auaritiam moritur non baptizatus, 1. q. 1. placuit vt vnusquisque.
quod non omnia quæ bono animo fiunt, licet dent alicui occasionem mala committendi, culpatur, 23. quæstione 5. de occidendis, & c. non frustra.
quod qui in ludo licito, vel alio modo alterius fuerit præter intentionem occasio mortis, non culpatur. 50. distinct. cum qui, & quatuor cap. seq.

OTIVM

OTIVM. Quod otium siue commodum proprium nemo vtilitati ecclesiæ debet præponere: sed vocatus ad regimen miti corde debet obtemperare, 16.q.1.vos.
quod prælatus plus tenetur ouibus cõmissis quam otio contemplationis intendere, 7.q.1.suggestum.
quod nemo debet loco orationis attendere fabulis otiosis, 25.dist.waum, §. alias, ante fi.
quod de omni verbo otioso reddenda est ratio, 22.q.5.quoties.
quod incongruum est otiosum esse, & de alieno labore victum quærere, 13.q.1. ecclesias, §. proximo, in fine.
quod semper aliquid operis facito, vt te diabolus semper inueniat occupatum, de consecrat. distinct.5. numquam.
quod prodest malefactores truncare: quia ab insana vita ad sanandum otium diriguntur, 23.q.5.cap.1.circa med.
quod non licet Christianis in calendis otij vacare, & superstitionibus intendere, 26.q.vlt.non licet.

OCCIDERE. quod occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore, de pœn. distinctione 1. homicidium.
Item odio in corde, ibid.
Item detractione in ore, ibid.
Item panis subtractione. 16. dist. pasce, 14.q.5 immolans.
Item in delinquentium non correctione: quia cum pastor delinquentes nõ arguit, tacendo occidit, 43. dist. Ephesijs.

OCVLVS. quod oculus impudicus impudici cordis est nuntius, 32.q.5. nec solo.
quod non tãtum sufficit oculos castos custodire, sed etiam linguam, 6.q.1. ex merito, in fi.
quod præcipue clerici non debent incedere vagi oculis, nec lingua effreni, 23. dist. his, circa med.
quod qui iniuriose iustos tangit, 2.q.7. accusatio quoque.
quod episcopi sunt oculi Dei, 6.q.1. oues.
quod diaconi, qui nunc dicuntur archidiaconi, sunt oculi episcopi: quia vice ipsius debent totam diœcesim perlustrare, 93. dist. diaconi ecclesiæ.
quod priuatus oculo qualicumque ex causa priuatur sacerdotij iure. 55. di. si Euangelica.

ODIVM. quod odium fraternum & homicidium pari culpa iudicantur, de pœnit. distinct. prima homicidium.
quod odio debent haberi peccata, non homines, 85. distinct. odio, 23.q.4. duo.
quod clerici maxime debent odium & æmulationes fugere, 23, distinct. his igitur.
quod nemo potest veram pœnitentiã agere, nec gratiam baptismi recipere, nisi primum dimittat odium in corde, de pœn. dist. 5. falsas, de consecr. di. 4. quomodo, in fi.
quod qui diurnum odium non dimittit admonitione præmissa per presbyteros, à cœtu fidelium est expellendus, dist. 90 placuit.
quod probatur odisse vitia qui arguit delinquentes, 86. dist. inferiorum.

OFFICIVM. quod officium aliud est sæculare, aliud diuinum siue ecclesiasticum, 59. distin. si officia.
quod officium sæculare aliud est licitum, quod scilicet caret peccato: aliud illicitum, quod sine peccato exerceri non potest, de pœn. dist. 5. falsas.
quod officium illicitum est deserendum: quia existendo in ipso, pœnitentia non potest agi. de pœnit. dist. 5 falsas.
quod occupantes se illicitis officijs, ab ecclesiæ officijs sunt expellendi, 88. dist. consequens est.
quod clericis artificio licet victum quærere absque diuini officij detrimento 91. dist. clericus, & c. seq.
quod officium diuinum siue ecclesiastici cum est diligenter exequendum, 12. dist. de ijs 91. dist. presbyter.
quod officium Metropolitanũ ecclesiæ obseruandum est per prouinciam, 12. dist. de ijs, de consec. dist. 2. institutio.
quod diuinum officium, præcipue missa, securius cum pluribus exequitur, 7.q.1. illud,
quod ordinem officij in matutinis, & in Missa, & in alijs horis conuenit omnibus clericis custodire, de consec. distin. 5. conuenit, & duobus, cap. seq.
quod post matutinas, & post vesperas semper Pater noster. est dicendum de consec. dist 5. id semper.
quod seruitus est clericorum septemhorarum officia qualibet die persoluere 91. dist. presbyter.
quod septem horæ ibidem enumerantur.
quod clerici in sacris & beneficiati tenentur ad horas canonicas, & ad officia diuina 91. dist. c. vlt.
quod prælati officium diuinum, aut per se, aut per clericos debent explere, 91. dist. presbyter.
quod clericus diuinum officium non explens debet deponi, 92. dist. c. vlt.
quod officium diuinum plus corde quã voce est exercendum & exequendũ, 92. dist. cantantes.
quod publicus concubinarius Missam & alia diuina officia exequi non debet, 32. dist. præter hoc.
quod officium simoniacorum, & in fornicatione iacentium scienter non est audiendum, 32. dist. dræter hoc verũ, in fi.
Ministros officia ecclesiæ exercentes, sicut lectores, acolythos, subdiaconos sacerdotes, & archiepiscopos, & episcopos, & alios, habes quoslibet in hoc opere in suo loco cum suo officio declaratos.

Quod officia ecclesiastica singula singulis personis sunt distribuenda, 16. dist. c. 1.
Quod quantumcumque exercitatæ personæ duo officia vno tempore non sunt committenda, 89. dist. singuta.
Quod ecclesiæ officijs vitanda est recõ sanguinitatis successio: ne hæreditatio iure credant se ea vendicare, 8.q.1. Apostolica.

Quod potius sunt danda extraneis bonis, quàm propinquis malis, 8.q.1. Moyses.

De officijs ecclesiæ habes vbi agitur de beneficijs, & vbi agitur de Ecclesia.
De officio diuino habes vbi agitur de Cantu & celebratione, & vbi agitur de Eucharistia, & vbi de Missa, & de Ordine.

OMISSIO. Quod omissio casu vel per errorem contingens caute est supplenda, 1.q.1. spiritus, §. prox. 7.q.1. nihil, 51. dist. solicitudo.
Quod quando substantiale omittitur, non valet quod agitur, de consec. dist. 4. in synodo, 22.q.2. animaduertendi, de pœn. dist. 4. fratres.
Quod quando aliquid propter maius bonum omittitur: non contemptus, sed prouidentia iudicatur, 63. distinctio drianus.

OPERA. Quod opera bona vigilanter sunt facienda, 86. dist. fratrem.
Quod quotiescumque bonum agimus Deum confitemur: sicut e contra malum faciendo ipsum negamus, 12.q.3. æstimant.
Quod Deus in operibus, bonum respicit animum quàm actum, 35.q.6. si quandoque à sacerdotibus, in hac.
Quod vbi Christus non est fundamentum, nullius boni operis potest esse ædificium, 1.q.1.c.cum Paulus.
Quod Deus de malis actibus hominũ, bona operari consuevit, 23.q.5. relegentes.
Quod opera non sunt præcipitanda, sicut necconsilia, 50. dist. ponderet.
Quod non solum respicienda sunt opera, sed etiam circunstantiæ operum: videlicet tempus, causa, voluntas, personarum differentia, 23 q.8. occidit, de pœn. dist. 2. vt cognouerunt, §. ponitur.
Quantum ad tempus respicienda sunt: quia multa permittebatur olim, quæ non modo, & modo, quæ non olim, 32.q.32.q. quis ignoret, & c. seq. 33 q.1.c.1.34. dist. fraternitas.
Quantum ad causam, sicut quia Phinees non occidit propter personæ odium, sed propter legis zelum. 23 q.8. legentes, & c. seq. & q.6. cum homo

Quantum ad voluntatem: quia qui præter voluntatem occidit non sic culpatur sicut volũtatem habens 50. dist. cum qui, & 4.c. sed 15.q.1. non est, & ttibus c. seq.
Quantum ad personarum differentiam, videlicet vtrum sit persona nobilis vel ignobilis, vtrum sit sapiens vel stultus, 34. distin. homo Christianus.
Quod sanctorum filij nõ dicuntur qui tenent loca eorum, sed qui eorum exercerent opera. 46 distin. non est.
Quod bona opera prosunt ad dignitatis sublimationem, 56. distinctione quia.
Item ad irregularitatis dispensationem 1.q.7. tali.
Quod mediocre bonum opus maiori non est præferendum, de consecr. distin. 5. non mediocriter.
Quod culpa, pia operatione solet purgari, 22.q.2. si quælibet. Exemplum ibi de obstetricibus.
Quod aliquando sunt facienda ad quæ non tenemur, & illa sunt gratiosiora, 18.q.1. tam, post medium
Exemplum ibi de Christo qui tributũ soluit cum non teneretur.
Quod bona opera mortificãtur per peccatum mortale, de pœn. dist. 4. finis, circa med.
Quod reuiuiscunt per pœnitentiam,
Quod per opera bona teguntur peccata 43. dist. sed illud.
Quod opera facta extra fidem, & charitatem non valent ad salutem, 24. quodi & c. seq. de consecrat. dist. 5. nihil enim.
Quod licet malis bona opera non prosint ad salutem, nõ tamen sunt omittenda, quia prosunt ad alia. 14 q 5. q haberis, & § seq.
Quod licet quædam opera sint indifferentia, tamen in ipsis quis demereri potest & mereti. 23. q. 5. lex. & quatuor c. seq.
Quod opus male inchoatum bonum finem habere non potest. 1. q. 1. principatus.
Quod sicut peccatum opus sine voluntate non facit, ita & iustitia ex opere non cõsummatur nisi voluntas affuerit, 32. quæst. 5. sicut enim.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna.

OPPRESSIO. Quod oppressio dicitur quæ fit in pauperes contra iustitiam & veritatem, 11. quæst. 3. pauper.
Quod omnis oppressio & iniustitia iudicium sanguinis est. de pœnit. dist. 1. omnis.
Quod oblatio oppressorum pauperum non est recipienda. 90. dist. oblationes, & c. eorum.

ORATIO. Quod oratio est pij animi affectus omnia in Deum prætendens, de consecra. dist. 1. quando autẽ stamus.
Quod non verbis tantum, sed corde oriã dum est domino. de consec. dist. 5. nõ mediocriter.
Quod in oratione nil aliud debet cogitare animus quàm id de quo deprecatur. de consecr. distinctione, 1. quãdo.
Quod eum quolibet verbo orationis debet cõcors esse sensus cogitationis, de consec. dist. 4. nunquam.
Quod orationis voces ad aures Dei nõ diriguntur, nisi cum animi affectu. 38. dist. sedulo.
Quod melius est quinque psalmorum cantio cum deuotione, quam totius psalterij modulatio cum anxietate. de consecr. distinctio. 5. non mediocriter.
Quod versus orientem est orandum, & per consequens oratoria sunt facienda. 11. distinctione ecclesiastica rum.
Quod in signum resurrectionis Christi diebus dominicis & tempore paschali non est orandum cum prostratione 30. dist. si quis presbyter.
Quod oratio dominica scilicet Pater noster, post alias horas semper est dicenda. de consecratio distin. 5. id sem per.
Quod orandum est sine intermissione. de consec. dist. 5. numquam.
Quod prælati præcipue orationi debent esse intenti, quia non tantum pro se, sed etiam pro subditis tenentur orare. 36. distinctio. si quis vult.
Item clerici & religiosi. 12.q.1. duo.
Quod prælatis non sufficit oratio nisi & ad sit eleemosynæ largitio. 86. di. fratrem.
Quod oratio est peccatorum purgamẽtum. 1.q.1. ipsi sacerdotes.
Quod ideo sacerdotes dicuntur peccata hominum comedere: quia ea suis orationibus delent atque consumũt, 1.q.1. ipsi.
Quod oratio est contra visibiles, & invisibiles hostes efficax inuamentum, 36. dist. si quis vult.
Quod per orationem diuina secreta reuelantur, 8.q.1. si ergo.
Quod homines, siue mortui, siue viui orationibus adiuuantur. 23. quæstione, 2. non æstimemus, & quattuor ca. seq.
Quod quia à Papa salus dependet omnium, ab omnibus, pro ipso est orandum. 40 dist. si papa.
Quod pro illis qui seipsos interficiunt, vel pro illis qui pro suis sceleribus interfecti sine cõtritione decedunt non est orandum. 23. quæstione, 5. placuit.
Quod quando oratio à meliori porrigitur tanto citius exauditur. 1 q. 2. ipsi 14.q.5. scriptum.
Quod Deum prouocãs propriis peccatis non bene potest intercedere pro alienis 1. quæstione 1 se. tur. §. vulnerato & quæstione, 6. ego in fi. 3 quæst. 7. in grauibus.
Quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocat. 3.q.7. in grauibus.
Quod orationis tempore ab opere conjugali est abstinendum, 33. q. 4. per totum.
Quod quia sacerdotibus semper est orandum, ideo ipsis à mulieribus semper est cauendum. 31. dist. si laicus.
Quod plus alijs ad orandum obligantur qui aliorum eleemosynis vtuntur. 10.q.1. quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio, & vbi agitur de Missa.

ORDO. Quod ordo est duplex videlicet triumphantis ecclesiæ, & militantis. 89. dist. c. ad hoc.
Quod nullius vniuersitatis gereretur administratio, qua subsistere posset nisi eam magnus differẽtiæ ordo seruaret. 89 dist. ad hoc.
Quod triumphantis ecclesiæ nouem sunt ordines angelorum sub octo generibus lapidum designati de pœn. distinctione 2. principium, §. omnis lapis.
Quod in militanti ecclesia nil debet esse inordinatũ. 61. dist. miramur.
Quod ordo familiæ Dei nutabit, si quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite, 61. distinctione, miramur.
Quod nouem ordinum gradus sunt in ecclesia militanti, videlicet psalmista ostiarius. lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus presbyter, episcopus, quorum nominum deriuationes, & officia ipsis significantia habes 21. dist. cleros. Et in hoc opere habes vnumquodque positum loco suo, secundum ordinem alphabeti.
Quod ordo episcoporum quadripartitus est, vt habes supra vbi agitur de episcopis.
Quod omnes prædicti ordines dicuntur sacri, præcipue tres, videlicet, subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus. 32. dist. erubescant.
Quod antiquitus subdiaconatus non reputabatur sacer ordo. vnde in episcopum eligi non poterat nisi cum dispensatione. 40. distinctione, nullus in episcopatum. 21. dist §. 1. in fi. Vide quod ibi notatur.
Quod modo ordinandus in subdiaconum debet vouere castitatem. 27 dist. diaconus, & 28. nullum, & ca. decerni mus, & c. de his.
Quod pueri nullatenus ad sacros ordines sunt promouendi. 1. quæst. 1. pueri.
quod infantes videlicet septem annos habentes possunt tonsurari in clericos, & beneficia ecclesiastica per consequens habere. 28. dist. de his.
quod ordinadus in lectorem vel exorcistam, xij annorum debet esse. 20 distin. de his.
Item ordinandus in acolythum ad minus debet esse duodecim ann. dist. in singulis.
quod nemo nisi xviij. anno complet-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to & caſtitate promiſſa debet in ſub diaconum ordinari. 28. diſtinctione, de his.
Quod in diaconum ordinandus, xxv. annos debet habere, 28. di. de his.
Quod excepta neceſſitate nec in presbyterum nec in epiſcopum quis debet ordinari niſi triceſimo anno comple 10. 77. diſt. ca epiſcopus, & c. ſeq. 78. diſt. per totum.
Quod à minoribus ordinibus incipiendo debet gradatim aſcendere in presbyterum vel epiſcopum ordinãdus, 77. diſ. c. 1. & c. ſeq.
Quod qui prætermiſſis aliquibus ordinibus epiſcopus efficitur, illos ordines quos non habet, alijs dare non poteſt. 1. q. 1 gratia de conſe. diſt. 3. quando ab Hieroſolymis.
De modo ordinandi epiſcopum habes 23. diſ. epiſcopus.
De modo ordinandi presbyterum habes, 2. diſtin. presbyter, & c. eccleſiaſtica.
Quod epiſcopus ordinando presbyterum dicit hæc verba. Conſecrentur & ſanctificentur domine manus iſtæ vt quidquid cõſecrauerint, conſecratum ſit, & quæcumque benedixerint benedicta ſint, 16. quæſtione, 1. generaliter. in fi.
De modo ordinandi diaconum habes, 23. diſ. diaconus, & c. ſeq.
De modo ordinandi ſubdiaconum habes. 23. diſ. ſubdiaconus.
De modo ordinandi acolythum habes 23. diſ acolythus.
De modo ordinandi exorciſtam habes, 23. diſ. exorciſta.
De modo ordinandi oſtiarium habes, 23. diſ. oſtiarius.
De modo ordinãdi lectorem habes 23. diſ. lector.
De modo ordinand pſalmiſtam habes 23. diſ. pſalmiſta.
Quod in ordinando ſolum diacono & presbytero ab epiſcopo manus imponuntur, 23. diſtinctione, quorundam.
Quod ſi epiſcopus manum tantum ſuper ordinandos ponat, & alter verba conſecrationis proferat, nihil fit, 23. diſt. quorundam.
Quod duos primos ordines minores in ſuo monaſterio poſſunt conferre abbates, 69. diſ. quoniam.
Quod ordinandi ſiue ſint epiſcopi ſiue alij clerici, ſunt prius diligenter examinandi, 24. diſ. per totum, 76. diſ. ſi quis, & c. ſeq.
Quod ordinarius vel per ſe vel coram ſe per fide dignos tribus diebus ante ordinationem ordinandos debet in in fide, moribus, & fama examinare 24. diſ quando epiſcopus & c. ſeq 77. diſ. monachus.
Quod ad ordinationem clerici ſufficit teſtimonium epiſcopi proprij ſine examinatione, 16. quæſtione, 1. ſi quis.
Quod in examinatione monachi, teſtimonium ſufficit proprij abbatis, ſine examinatione ordinantis, 16. b. 1. monachi.

Quod ſine examinatione ordinatus debet deponi, 24. diſtinctione, ſi quis presbyter, 50. diſtinctione, ex pœnitentibus.
Quod tempus ordinationis ſacerdotum & aliorum clericorum eſt ſabbatum quattuor temporum, & ſabbatum præcedens dominicam paſſionis, & ſabbatum ſanctum 63. diſtinctione, litteras, 75. diſ. quoniam, §. cæterum, vſque ad finem 76. diſ. per totum.
Quod mane dominici diei ſequentis continuato ieiunio poſſunt fieri ordinationes, 75. diſ. quod à partib. & c ſeq.
Quod epiſcopi die dominico, & alij clerici die ſabbati, propter dominicam debent ordinari, ſicut ab apoſtolis traditum inuenitur, 75. diſt. quod die.
Quod epiſcopus faciens ordines ſabbato, poſt nonam miſſam decantare debet, quia officium ad dominicam ſpectat. 75. diſ. c. vlt.
Quod propter dignitatem diei domini cæ ſtatutum eſt ordines fieri illoldie, quia Deus illam diem maximis operibus quæ fecit, conſecrauit. 75. diſt. quod die.
Quod ordinantes & ordinandi debent eſſe ieiuni. 75. diſt. quod à partibus & c. ſeq.
Quod ordinandi promiſſionem debẽt epiſcopo facere ſub iuratoria cautione de obedientia & alijs honeſtis, 23. diſt. quamquam.
Quod nullus ſine certo titulo eſt ordinandus, & ſi ordinatur, vacua & irrita eſt quantum ad executionem eius ordinatio, 70. diſt. neminem & c. ſeq.
Quod monachus etiam ſi non profeſſus fuit, vel quilibet alter religioſus ſub titulo monaſterij ordinatus, ad ſeruiendum ibi perpetuo obligatur.
Quod nemo debet coactus ordinari: quia, vt videtur, talis non recipit characterem, 74. diſtinctione per totum.
Quod nullus debet pretio vel fauore, ſed ex vitæ merito ordinari, 1. qu. 1. pueri.
Quod ordinandus debet eſſe ſobrius, non uinolentus, 35. diſtinctione per totum.
Item debet eſſe hoſpitalis. 42. diſtinct. §. primo.
Item debet eſſe prudens in ſacra ſcientia, 36. diſtinct. vſque ad 38. diſt. per totum.
Item debet eſſe domui bene præpoſitus, vtpote qui familiam ſuam beneducauerit. 47. diſtinct. ſicut hi. §. neceſſe, & c. ſeq.
Quod multi faciunt ſe ordinari non propter deuotionem, ſed propter ſupplendam penuriam, 77. diſtin. monachus.
Quod beneficiati vt ordinentur per epiſcopum ſunt compellendi. 60. diſt. in nouamus.
Quod ſicut inuitus qui ordinari renuit ſacris altaribus eſt amouendus, ſic ambiens vltro ſe offerens eſt repellendus. 1. q 6. ſicut.
Quod nolentes ordinari ad illos ordines quos ſtatus requirit per epiſcopum honore ſunt priuandi. 60. diſt. innouamus.
Quod non debet ordinari niſi diaconus in archidiaconum, & presbyter in archipresbyterum, & in decanum, non niſi presbyter. 60. diſt. 5. 1. & tribus c. ſeq.
De multis generibus hominum nõ ordinandorum habes 34. diſt præcipimus & quatuor cap. ſequen. 50. diſtinct. ex pœnitentibus. 51. diſtinctio. ipse totum.
Item de bigamis non ordinandis habes 33. diſ. per totum & habes ſupra vbi agitur de Bigamia.
Quod habens vxorem ante baptiſmum, & aliam poſt ſiue vxorem, concubinam, non eſt ordinandus, niſi cum diſpenſatione. 33. diſtinctione, ſi quis, & capi. maritum, & cap. habuiſſe. & 43 diſtinct. c. fraternitatis.
Quod bigamus ad ſubdiaconatum & ſupra ordinari non poteſt. 34. diſt. ſeriatim.
Quod nemo coniugatus ordinari debet niſi vxore requiſita, & caſtitate præſente epiſcopo promiſſa. 77. diſt. epiſcopus.
Quod in orientali eccleſia ordinandi etiam ad ſacros ordines licite contrahunt, ſed non in occidentali, vbi ad continentiam obligantur, 31. diſt. aliter.
Quod corrumpens virginem & poſt contrahens cum eadem, videtur quòd non poſſit ordinari. 34. diſ. curandus & cap. ſeq.
An in ordine lapſus poſt peractam pœnitentiam in ſuo ordine valeat remanere, aut ad vlteriores ordines conſcendere, 50. diſtinctione, per totum.
Quod vſurarij & cupidi. quia raro de facili à verò deuiant, ordinari prohibentur, 47. diſ. per totum.
quod homicidium ſine pagani, ſiue Chriſtiani, ſiue publicum, ſiue priuatum, etiam poſt peractam pœnitentiam impedit ordinandum, & ordinati officium exequendum 50. diſt. minor & c. ſeq.
quod ſerui niſi libertati fuerint dati, non ſunt ordinandi. 54. diſtin. per totum.
quo mulier non debeat ordinari. 32. diſ mulieres.
Item illegitimi, niſi ſint in religione, abſque diſpenſatione non debent ordinari, maxime ad curam animarum, 56. diſt. per totum.
quod prdinãdus debet recipere litteras ſuæ ordinationis 2. q. 1. legum.
quod non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt. 85. q. 1. ſi quis.
quod ordinatus in presbyterum prætermiſſo ordine vno de minoribus, non debet exequi officium. 59. diſ.

diſt. ſi officia, & duobus c. ſeq.
Quod ordinari ab hæreticis ſuſpenſis & interdictis in forma eccleſiæ, recipiũt characterem, ſed irrita dicitur eorum ordinatio quantum ad executionem qua carent, 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.
Quod ordinatus ab hæretico non eſt re ordinãdus, 1ª diſt. ſecundum.
Quod ordinati ab hæreticis, ſi alias digni ſunt, tolerantur, niſi ſe fecerint reordinari ab ipſis, 1. q. 7. ſaluberrimum, in fi.
Item niſi ſe ſimoniace à ſimoniaco fecerint ordinari, 9. q. 1. excommunicati.
Item niſi ſe fecerint rebaptizati, de conſe. diſt. 4 eos quos.
Item niſi in contemptum fidei & eccleſiæ ſe fecerint ab hæreticis baptizari, 1. q. 7 conuenientibus, Vnde verſus.

Ciue bis ordo datur, ſeu baptiſmus repetatur.
Vel ſi præſtatur, vt vtrumque Simon operetur.
Seu vt euertatur fidei ſtatus, ordo petatur.
Vt diſpenſetur, ſpes irrita prorſus habetur.

Quod qui coactus ab hæretico, vel ſimoniaco ordinem receperit, conſequitur executionem, 1. q. 1. conſtat.
Quod ficte ordinatus vel in mortali peccato, non eſt reordinandus, 64. diſt. ſicut.
Quod ordinati ad ſacros vxor poſt mortem eius non poteſt contrahere, 28. diſt. quia ſunt culpæ.
Quod epiſcopus ordinans ſcienter indignum punitur, 34. diſt. quando, in fi. & 50. diſt. ex pœnitentibus, & 59. diſ. qui eccleſiaſticis.
Quod indignus dicitur ad ordines promoueri quis multipliciter, videlicet ratione conditionis; vt cum ſeruus alterius ordinatur, & tunc ordinans condemnatur in duplum. 54. diſ. ſi ſeruus.
Item ratione ætatis: & tunc ordinatus deponitur, 77. diſt. ſubdiaconus.
Item ratione temporis, ſicut quatuor tempora, & quæ ſunt legitime ordinata, & tunc ille ordinatus deponitur, & ordinans ordinandi poteſtate priuatur, 77. diſt. ſubdiaconus.
Item ratione carentiæ beneficij: & tũc ad iniuriam epiſcopi deponitur, 70. diſt. neminem.
Item ratione bigamiæ, vel alterius irregularitatis, & tunc epiſcopus ordinã di poteſtate priuatur, & ordinatus ordine ſpoliatur, 50. diſt. ex pœnitentibus.
Item ratione publici criminis, & tam ordinator quàm ordinatus deponitur, 51. diſt. aliquanto s.
Item ratione inſcientiæ, & tunc ordinator ordinandi poteſtate priuatur, & ordinatus ordine ſpoliatur, 36. diſt. qui eccleſiaſticis.
quod ordinatus à non epiſcopo, debet reordinari, 68 diſt. per totum.
quod epiſcopus alterius diœceſis clericum ſine dimiſſorijs ordinare non debet, 9. q. 2 per totum, 71. diſt. clericos 21. q. 1. quoniam.
quod epiſcopus clericum ſuum ab alieno epiſcopo ſine conſenſu ſuo ordinatum, ante executionem officij recipere poteſt, & ſecum diſpenſare, dummodo ſententiam contra tales non tulerit, 1. q. 2. Lugdunen §. ſeq.
quod illi furtiue dicuntur ordinem recipere, qui abſque conſcientia epiſcopi & abſque examinatione ordinati ſunt, 64. diſt. extra conſcientiam, 24. diſtin. quando.
quod tales ipſo iure ſunt irregulares: & prohibiti vel excommunicati ſunt promoti, ſunt deponendi, 24. diſt ca. vlt.
quod exceptis minoribus ordinibus, vt eſt conſuetudo, nulli licet plures ordines vno die accipere, 77. diſ. monachus.
quod accipiens duos ordines ſimul, maxime poſt examinationem, eſt deponendus, 77. diſtinctio. ſubdiaconus.
ORNATVS. quod ornatus hominis eſt duplex, videlicet interior, & exterior, 41. diſt. 1.
quod ornatus Chriſtianorum verus eſt non in ſplendentia veſtimenti, ſed moris boni, de conſec. diſtin. 5. fucare.
quod nihil in cocona epiſcopi ſplendidus eſt quàm humilitas, 100. diſtinctione contra noram poſt medium.
quod ornatus epiſcopi, vel clerici exterior in multis conſiſtit, videlicet, vt comam non nutriat, 23. diſt. clerici qui.
Item vt veſtes religioſas habeat. 21. q. 4. omnis, 41. diſt. §. 1.
Item vt ſine operimento decenti, non incedat, 21. q 4. epiſcopi.
Item vt numquam guttur vel fauces vel faciem vnguento liniat 92. diſt. cantores.
Item vt in religionis habitu, & cibo cũ quibus viuit, conueniat, diſtin. 41. §. vlt.
Item ut inceſſu graui maturitatem mentis oſtendat, 41 diſt. clericus.
Item in cibo & potu temperantiam, & ſobrietatem prætendat, 41. diſtin. §. vlt.
quod in ornamento ſummi pontificis rationale deſignat, quia in pectore pontificis debet eſſe cognitio veritatis, 36. diſt. qui eccleſiaſticis, §. ecce.
quod clerici debent eſſe ornati exterius, videlicet inceſſu & habitu, vt nõ ſordidis, vel fulgidis veſtibus ſe ornent, 40. diſt. §. 1.
quod tunc inceſſus ſacerdotis eſt ornatus quando grauitate itineris mentis maturitatem oſtendit, 41. diſ. perſimoniam.
quod exterior ornatus tolerabilior eſt in fœminis quam in viris, de conſe. diſt. 5. fucare.
quod ornatus meretricius non eſt ad placendum hominibus, ſed ad placendum dæmonibus, de conſe. diſt. 5. fucare, in fi.
quod prælati debent intendere vt ſtem pla Dei ornatã reſplendeant, 86 diſt. non ſatis, § item perfecta.
quod nullus ornatus eccleſiæ ſic debet eſſe carus quin pro neceſſitate pauperum & captiuorum ſit expendendus 86. diſt. non ſatis, §. item perfecta, 12. q. 2. aurum, & c. gloria.
OSCVLTM. quod oſculum pacis in miſſa ante communionem eſt dandũ de conſe. diſt 2 pacem.
quod oſculum laſciuũ, libidinis eſt in citamentum. 27. q. 1. nec aliqua.
quod quid monachi ſemper debent eſſe puri, fœminas non debent oſculari de conſe. diſt. 4 monachi.
quod excommmunicatis non eſt cõmunicandum in oſculo, 11. q. vlt.
OTTO quod Otto Imperator primus iurauit Ioanni *Papæ* fidelitatem, & omnia iura papalia de fenſare, 63. di. tibi domino.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus.

OVIS. quod oues Chriſti vocantur omnes Chriſtiani, 23 q. 4 diſplicet.
quod is qualet Chriſto oues, & renuerit paſcere oſtendit ſe paſtorem ſuum minime amare, 6. q 1. in ſcripturis. 16 q 1 vos.
quod ouis perdita ſcilicet genus humanum per Chriſtum ad ouile cœleſte eſt reportata, 12. q. 1. 1. quia tua, ante fi. 16. q. 7 pœnitentem.
quod vulnerato paſtore, ideſt, prælato, & oues infirmantur, 1. q. 1. fertur, §. vulnerato.
quod oues contra paſtorem, niſi in fide erraverit, inſurgere non debent 2. q. 7. oues, 6 q 1. oues.
quod ſcabioſa ouis ne pecora & etiam ne tota domus inficiatur, eſt repellẽda, 24. q 3 reſecandæ.
quod ſicut ab vna oue morbida vniuerſus grex inficitur, ſic ab vno peccatore populus inficitur, 45, dit ſed illud in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PABVLVM. quod pabulum à fure quandoque auertendis pecoribus ſpargitur, vt abigantur, 6. quæſtio 5. nen omnis, in fine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PATIENTIA. quod patientia est suas & suorum iniurias æquanimiter tolerare, 23 q. 1. circa medium.
quod non reddere mala pro bonis, sed reddere bona, p malis, signa sunt pfectæ patientiæ, 23. q. 3. sex differentiæ.
quod iniuria propriæ personæ cum patientia & gaudio est sustinenda: sed iniuria Dei vleiscenda 23. q. 4. quod Christus, § proxi.
quod vbi hostis non personam, sed sedem ecclesiæ quærit, si sibi non resistitur, non patientia, sed negligentia iudicatur, 23. q. 3. Maximianus, & capro membris.
quod laudabilior est fraudis passio quam vindictæ actto. 23. q. 1. nisi, circa med. & c. seq.
quod præcepta patientiæ non tam in ostentatione corporis quàm in præparatione cordis sunt seruanda, 25. q. 2. nisi, §. his.
quod in aduersitate in secreto seruanda est in animo patientia: in manifesta exhibenda sunt persecutorum saluti expedientia, 23. q. 1 paratus.
quod prælatorum est pestifera patientia per quam nutriuntur in subditis vitia 23. q. 5. iustum.
quod vbi non timetur maius periculum multitudo delinquentium per patientiam ad pœnitentiam est expectanda, 23. q. 4 quid facit, post medium, & c. seq.

De hac materiæ habes vbi agitur de Tolerantia, & vbi agitur de Persecutione.

PACTA. quod pacta contra bonos mores, vel leges contra honestas consuetudines, nullius sunt momenti, 8. dist. quæ contra.
quæ pacta licita sunt, 10 q. vlt. relatum.
quod ardua pacta in scriptis sunt redigenda propter formam pacti & temporis, 10. q. 2. cafell. s, §. vltimo.
quod generale pactum est societatis humanæ, regibus suis obtemperare, 8. dist. quæ contra.
quod pacta cum dæmonibus per magicarum artium molimina fœderata, sunt ab omni Christiano fugienda. 26. q 3. igitur.
quod mandatum Dei dicitur super omne pactum: nec contra ipsum potest fieri pactum 8. dist. quæ contra, 10. q. 2 puella, in fi.
quod in spiritualibus videtur posse fieri pactio sine peccato, 18. q. 1. Eleutherius, & 18. q. vlt. c. nec numerus, in fine, & c. seq.
quod in spiritualibus nulla potest fieri pactio inhonesta, sed si postmodum aliqua subsidij gratia conferuntur, licite recipiuntur, 1. quæst. 2. quàm pio. in fi. & 100. dist. in ea synodo.
PALLIVM. quod pallium quod dat archiepiscopis repræsentat specialem dignitatem & honorem. 100. distinctione prisca, & c. contra, ante fi.
Quod petens pallium, antequam accipiat, debet profiteri articulos fidei: & debet promittere se seruare statuta conciliorum, & pontificum Romanorum, 100. distinctio. nouit, §. causarum, & cap. optatum.
Quod confirmatus in archiepiscopum intra tres menses debet à sede apostolica pallium quærere, 100. dist. quoniam.
Quod antequam habeat pallium, licet episcopus, non potest episcopos consecrare, 100. dist. quoniam.
Quod pro paltio nihil dari vel accipi debet, 100. dist. nouit.
Quod pallium non debet negari vbi est petentis, meritorum exigentia, & feruens instantia, 100. dist. prisca.
Quod cum pallio semper conceditur aliquod speciale priuilegium, & renouatur antiquum, 100. distin. rationis.
Quod in pupillo significatur, quod archiepiscopus cum augmento honoris debet excrescere in ornamento actionis, 100. dist. rationis.
Quod archiepiscopus non debet vti pallio nisi intra suam prouinciam & hoc non in processionibus, sed tantum in missarum solemnijs, 100. dist. pallium tibi, & c. contra.
Quod quia pallium sigillatim traditur, innuitur quod est personale, & ideo alteri commodari non potest, nec in morte relinqui, sed cum habente sepeliri, 100. distin. scriptorum.
PALMA. Quod palma, quæ in imo est strictior, & quanto plus ascendit est grossior, designat perfectionem bonorum, qui inferius sunt parui, sed sursum se erigendo in cœlestibus desideijs sunt ampli. 47 dist. omnes.
PANIS. Quod est panis eleemosyne, 86. distinctio. pasce. & 5. q. 5. non omnis.
Item Eucharistiæ, de consc. dist. 2. fere per totum.
Item panis tribulationis siue pœnitentiæ, 23. q. 4 Guilisarus.
Item panis doctrinæ, 8. q. 2. audacter. in fine.
PAPA Quod Papa aut sanctus eligitur aut ex promotione clarus efficitur, 40. dist. non nos.
Quod in cultu Dei maiorem zelum debet habere quàm alij Christiani, 23. q. 1. officij.
quod propensius est pro ipso orandũ, quia ex ipso. dependet salus omniũ, 46 dist. si Papa.
Quod aliorum causas Deus commisit hominibus terminandas, Papam vero suo iudicio reseruauit. 9. q. 3. aliorum.
quod non necessitate, sed prnptia voluntate de obiectis se criminibus purgat, 2. quæstio. 4. mandatis. Exemplum ibi de Sixto Papa, & cap. audi-

tum. Exemplum de Leone Papa, q. 7. nos si, in fi. Exemplum ibi de Damaso Papa.
quod Papa nisi à fide errauerit, à nemine est iudicandus, 40. distinct. si Papa.
quod quia Papa est vicarius Petri, non de facili debet de eo haberi præsumptio mali. 40. distinctione non nos.
quod non omnis Papa est sanctus, sed quandoque à Deo tamquam reprobatus punitur, 19. dist. Anastasius. Vide quod ibi notatur.
quod bonitas ipsius salus est omniũ, & pernersitas eius cedit in damnationem innumerabilium personarum, 40. dist. si Papa.
quod Papa est iudex omnium etiam si non appellatur ad ipsum, 9. q. 3. conquestus.
quod auctoritate eius conciliorum statuta roborãntur, 17 distinct. concilia.
quod Papa potest absoluere quos concilium male damnauit, 9. q. 3. ennecta, & quatuor c. seq.
quod potest vbique iudices delegare, 2. q. 6 ideo.
quod sententiæ ipsius ab omnibus debent seruari, 93 si inimicus.
quod sic debet reputari statutum Papæ, ac si de ore Dei vel beati Petri esset prolatum, 19. distinctio sic omnes.
quod non licet alicui de ipsius iudicio disputare, 17. quæst. 4. si quis suadente.
quod adimplendum est eius mandatũ, etiam si viderit vix ferendum, 19 di. in memoriam.
quod omnis noua religio per ipsum debet confirmari, 12. dist. præceptis.
quod sententia quæ per se non tenet, per confirmationem Papæ efficitur valida, 3. q. 6. hæc quippe, ante finem.
quod potest restituere famæ infamem, 3. q. 3. Euphemium, §. prox.
quod Papa licet de iure non sit ligatus ad ea quæ statuit, tamen honestum est vt ea præ cæteris seruet, 25. q. 1. 6 fidimus, & c. ideo.
quod ordo iustitiæ requirit ut Papa antecessorum statuta custodiat, quia sua à successoribus vult custodiri, 25. q. prima, iustitiæ, & q. secunda, in Galliarum, c. fin. ea. & cap. quod vero.
quod non dat priuilegia ecclesiæ in damnum alterius, 25. q. 2. de ecclesiasticis priuilegijs.
quod olim de sacerdotibus in matrimonio nati licite promouebantur in Papatum, 56. dist. Cœnomanen. §. cum ergo.

De ecclesia habes vbi agitur de ecclesia Romana, & vbi agitur de Electione Papæ, & vbi agitur de Sede apostolica.

PARENS. quod primos parentes princeps vitiorum gratuitis expoliauit de pœn. dist 2. §. Romanos.
quod parentes carnales sunt ex debito honorandi, 30. dist. si qui filij, 86. di. in singulis, in fi.
quod si se à Christo auertunt, sunt oĩno dimittendi, 32. q. 1. si infidelit.
quod tpe necessitatis magis succurrẽdũ est parẽtib. q̃ aliis, 86. d. ĩ singulis, ĩ fi.
quod dispiciens parentes necessitatis tempore, meretur mortem temporalem, & æternam.
quod potius debet quis parentib. egenis maxime fidelibus prouidere, quã religionem intrare, 30. dist. si qui filij.
quod nec parentes debent deserere filios egentes, 30. dist. si quis reliquerit.
quod illi qui aduersus parentes atmantur, vbi quę notam infamiæ incurrũt, 6 q. 1. infames.
quod ex malis parentibus vt plurimum mala proles generatur, 56. dist. nict. si genus.
quod de meretrice natus, si propria decoratur virtute, non dẽt parentum decorari opprobrijs, 51. dist. numquam & c. seq.
quod non parentum, sed propria culpa quemq; condemnat, 56. di. vndecumbue, & 3. c. seq
quod frequenter leguntur filij pro peccatis parentum puniri, etiam in quar tam generationem, 24 q. 3. §. 1.
quod parẽtes suos pueros ante ætatem legitimam religionem intrantes possunt reuocare, 20. q. 2. puella.
quod si a parentibus religionis habitũ susceperint, nisi consenserint, eum de ferere possunt, 20. q. 1. puellæ.

De hac materia habes vbi agitur de Filijs, & vbi agitur de Patre & Filijs.

PARENTELA. De hac materia habes vbi agitur de alijs.
PASCHA. quod pascha die Dominico semper debet celebrari. de consec. dist. 3. nosse, & c. seq.
quo meuse, & quota luna debet celebrari, abes de consec. dist. 3. celebritatem.
quod in hoc quod quadraginta dies ante pascha cum labore peragimus, & post pascha quinquaginta dies cum lætitia: præsens labor, & futura lætitia designatur, de consec. dist. 5. ieiunium.
quod pascha intra 14. lunam, & 21. diem mensis Aprilis inclusiue est celebrandum, de consec. dist. 3. celebritatem.
PASSIO. quod passio Christi fuit multiplex, & grauis, 7. quæst. 1. sugge stum.
quod Christi passio fuit præfigurata & prænuntiata in veteri testamento, de consec. dist. 2. in calice.
quod ipsius passionis fuit multa efficacia, 7. q. 1. suggestum, de consc. dist. 4. proprie, in fi.
PASTOR. quod pastor dicitur Christus, 7. q. 1. in scripturis, 2. q. 7. testes, §. Christus.
quod pastor dicitur cuiuslibet ecclesiæ prælatus, §. 1. scisitaris.
quod pastor ecclesiæ nisi diligenter pascat oues, Christum pastorem eorum videtur amare, 8. quæst. 1. in scripturis.
quod pastor debet oues pascere instructionis verbo. 43. dist. Ephesus, q. 8. 1. aduaster in fi.
Item conuersationis exemplo. 11. q. 3. præcipue.
Item Eucharistiæ sacramento. de consc. dist. 2. non prohibeat.
Item temporali subsidio, 16. q. 1. nulli episcoporum.
quod exemplo Christi opportuno tempore debet animam suam pro ouibus exponere, 7. q. 1. suggestum, & c. scisci taris, & c. aduersitas.
quod languente pastore gregi semper est timenda, 11. q. 3 non solum, & c. seq.

De hac materiæ habes vbi agitur de Grege.

PATER quod pater dr Deus creatione, 12. q. 2. qui abstulerit. 24. q 1. omnibus.
Item dr diabolus pater criminis imitatione. 1. q. 1. cum ordinaretur.
Item dr pater auctoritate, sicut episcopi & prælati patres sunt, 17. di. synodum, & quattuor c. seq.
Item dicitur pater temporis antiquitate: sicut veteris testamenti dicuntur patres 23. q. 4. cum in lege.
Item dr pater spiritualis sacramenti collatione, sicut baptismi, vel confirmationis, vel pœnitentiæ, 30. q. 1. de his, & c. omnes.
Item dicitur pater carnalis generis propagatione, 48. dist. sicut his, §. necesse.
quod filius carnalis à patre non est semper osculandus, sed quandoque castigandus, 5. quæstio 5. non osculatur.
quod illi dicuntur filii abominationũ, ad quos carnalium patrum flagitia descendunt, 56. dist. Cœnomanensem, §. cum ergo.
quod plus vĩ peccare patrem spirituale contemnens quam carnalem, 2. q. 7. qualis.
PATRIARCHA. quod Patriarcha Græca lingua summus patrum interpretatur, 21. dist. cleros.
quod Patriarcha est post Papam primus in dignitate, & auctoritate. 80. dist. vrbes, & c. seq.
quod Patriarchæ, & primates licet sint diuersa nomina; idem tñ sunt quantũ ad officium, 99 dist. prouinciæ.
quod Patriarchæ primo ab apostolis accipue beato Petro vbi Gentiles conuersi ad fidem Protosiamines habuerant, sunt instituti, 80. dist. vrbes, & c. seq.
quod post papam quatuor sunt patriarchæ principales, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, & Antiochenus, 22. dist. renouantes, §. prox. & c. seq.
quod patriarchis subsunt archiepiscopi & causas ab ipsis ad eos perappellationes deuolutas possunt diffinire, 9. q. 3. conquestus.
quod archiepiscopus inconsulto patriarcha non debet aliquem in episcopum ordinare, & propter necessitatem ordinatum, debet post consecrationem patriarchæ præsentare, 65. dist. placet, & c. & quoniam, §. seq.

De patriarchis habes vbi agitur de Sedibus.

PATROCINIVM. Quod patrocinium viduis, & orphanis episcopi in necessitate non debent negare, & 87. distinct. §. 1. & duobus c. seq.
Quod qui in malo patrocinium dat malis, socius est criminis, 14. q. 1. circa med.
PATRONATVS. quod patronatus inattenditur per fundationem. & ædificationem, vel possessionem ecclesiæ, 16. q. 6. piæ mentis. & c. seq. & 18. q. 2. abbatem.
Item in rebus ecclesiæ conferendis, & manumittendis, 16. q. 7. filijs, & quatuor c. seq.
Item in personis quæ præsse debent ecclesijs episcopo offerendis, 16. quæstio. 7. decernimus, & duobus cap. seq. & quæstio si quis episcoporum.
Item tempore necessitatis à sua ecclesia in subsidijs recipiẽdis, 16. q. 7. quicumque.
Item patroni habent ius in monasterijs suis in electione abbatis, 18. q. 2. abbatem.
Item in monasterijs habent ius aduocationis, 17. quæstio. secunda, Gonsaldus.
quod patroni ecclesias vel monasteria sine consensu episcopi de loco ad locum mutare non possunt, 16. q. vlt. cõsiderandum.
Item ab eis ecclesiæ (nisi de consensu episcopi) non sunt recipiendæ, 16. quæstio. 7. si plures, & duobus cap. seq.
Item patroni ecclesias nec auferre, nec conferre possunt sine consensu episcopi, 16. quæstion. 7. inuentum
Item renuntiatio beneficij ecclesiastici in manu patroni non tenet sine consensu episcopi, 17. quæst. 2. Gonsaldus.
Quod non patronus, sed episcopus

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet dotem ecclesiæ ordinare,110.b. 1. nouerint.

Quod quem patronus præsentat, sufficit si non probetur malus: & tenetur eum episcopus recipere, 16. q. 7. monasterium.

Quod spreto patrono episcopus nullũ debet ad ecclesiam ordinare, 16. q. 7. decernimus.

quod vbi plures patroni super conferendo contenderint vt in vnum consentiant, sunt per episcopum cõpellendi 16. quæstione vltima, si plures.

PAVLVS. quod Paulus apostolus non ideo se fellit, quia melioris negotijs occupatus ad Hispaniã quo ire promiserat non iuit 22. q. 2. beatus.

quod Magum prædicationem suam impedientem cæcitate percussit, & Corinthium satanæ tradidit 23. quæst. quarta, capitu. quod Christus, §. potest.

Quod propter incentiua vitiorum corpus suum vigilijs, orationibus, & flagellis castigando in seruitutem redegit, 32. quæstione 5. si Paulus.

Quod aurum, & argentum non concupiuit, 16. quæstione prima, prædicator.

Quod quia flagellis fidem recipit, plus omnibus vocatis verbo laborauit, 13. q. 4. quis non potest, & quæstione 6. c. 1.

Quod Paulus homicida non fuisset si armati quos ipse impetrauerat aliquos in ipsos insilientes occidissent, 23. q. 5. de occidendis.

Quod in hoc quod cum Christianos persequi vellet prostratus fuit, innuitur quod mala voluntas non est permittenda luæ libertati, 23. q. 4. displicet, circa.

Quod cum ecclesiam Dei persequeretur, in itinere cæcatus ad Deum conuerti coactus est, 23. quæstione 6. §. primo.

Quod se abortiuo similem testatus est, dicens, nouissime autem omnium tamquam abortiuo visus est & mihi.

Quod sicut primo fuit horrendus vastator ecclesiæ, ita postea magnus ædificator extitit, 23. quæstione 4. quis nos.

Quod ad manus impositionem Ananiæ tamquam squamæ ab oculis eius (quibus clausi erant) cecidерunt.

Quod postea Paulus vocatus est, qui primo Saulus dicebatur, 83. quæst. 4. nimium.

quod Paulus prostratus est, vt cæcaretur, cæcatus vt mutaretur, mutatus vt mitteretur, missus vt qualia secerit in errore, talia pro veritate pateretur, 22. quæstione 4. displicet.

Quod paulus dicitur vas electionis, 21. dist. quamuis, 22. dist. sacrosancta, 43 distinctione dispensatio, 32. quæst. 5. si Paulus, & de pœn. dis. 2. si enim inquit.

Quod prædicaturus ad Italiam veniẽs naufragium pertulit, 7. q. 1. aduersitas.

Quod arte & manibus victum quærebat, 10. quæstione 3. cauendum, de consec. dist. inctione quinta, numquam.

Quod à sumptibus abstinebat ne aliquod offendiculum Christi euangelio præstaret, 23, quæstione 3. §. 1. ante si.

PAVPERTAS. Quod paupertas non est contemnenda, quia eam Christus dedicauit, 12. quæstione 2 gloria episcopi.

quod dominnus loculis quos habebat necessitates pauperum subleuabat, 23. quæstione quarta, duo, ante finem.

quod verus pauper nil quærit habere extra Christum, 12, quæstione 1. clericus.

quod pauper dicitur, qui se amore paupertatis in numero pauperum constituit, vt ibi tamquam pauper voluntarius viuat, prima, quæstione 1. facerdos.

quod paupertas rerum non est mala reputanda, 15. q. 1. illa.

quod nimia paupertas religionis infringit quandoque robur cõuersationis, 12. q. 1. c. vlt.

quod Deus paupertatem esse voluit vt sustinentes per patientiam coronarẽtur, & druites in ipsis mererẽtur, 47. dist. sicut hi.

quod prefectius est omnia ppter Christum relinquere, quam pauperibus distribuenda seruare, 12. q. 1. expedit & q. 2. §. Crates.

quod oneratus pondere auri Christum pauperem non potest sequi. 12. q. 2. §. Crates.

quod episcopus pauper debet esse victu, diues meriti s. 51. distine. episcopus.

quod prædicatores pauperes esse debẽt, & alij tenentur ipsis necessaria ministrare, 1. q. 2. sacerdos, 10. q. vlt. cauendum.

quod gloria episcopi est pauperum opibus prouidere, sed fraudare quod est pauperum, sacrilegium est committere, 12. q 2 gloria episcopi.

quod religiosus qui professus est paupertatem, si episcopus efficitur, non frangit votum: quia sit rerum ecclesiæ dispensator, non vsurpator, 12. q. 1. expedit.

quod bona ecclesiarum sunt bona pauperum, 12. q. 2. indigne. in fi. 16. q. 1. cap. vlt. 23. q. 7. quod aurem, post medium.

quod præcipue pauperibus qui laborare non possunt, est subueniendum, 82. dist. episcopus.

Item nobilibus, & diuitibus depauperatis qui mendicare erubescunt 86. dist. non satis, & c. considerandã.

quod pauperibus magis attendenda est religio quam paupertas, 16. q. prima, c. vlt.

quod non minus crudelis est qui à paupere vsuras exigit, quam qui diuiti subtrahit, 14. quæstione 4. quid dicam.

quod pauper si non habet dare, non solum contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, 11. quæstio. 3. per.

quod nemo pauperi in mala causa debet esse misericors, 14. q. 6. si rex.

quod qui ea quæ pauperibus debentur accipiunt, grauiter delinquunt 1. q. 2. pastor.

PAX. quod pax humana sit tam dulcis est pro temporali salute, quanto dulcior pax diuina pro æterna salute, 23. q. 1. noli. existimare.

quod Christus veniens docuit, pacem dedit pacem, reliquit pacem, 23. q. 1. nisi bella.

quod pax non quæritur, vt bellum geratur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur, 23. q. 1. nosti.

quod bonorum bella non crudelitate, & cupiditate; sed pacis studio geruntur, 23. q. 1. apud.

quod qui prædicat pacem, debet eam habere secum, 3. q. 6. hæc quippe, in fine.

quod pax inter discordantes per episcopos debet reformari 90. dist. studendum, & c. præcipimus.

quod mala quandoque sunt tolerãda pro pace seruanda, 23. q 4. c. 1. & c. ecce inquiunt.

quod pacificus dicitur qui corrigit quod potest, & quod sãluo pacis vinculo corrigere non potest, æquanimiter supportat, 23. quæstione 4. quicquis.

Quod diuersis pœnis sunt puniendi pacem ecclesiæ perturbantes, 24. q. 3. qui contra.

quod non omnis qui dicit pax vobis, est quasi columba audiendus, 1. q. 3 omnis.

quod qui dicit, pax vobis, plerumque quasi non columba, sed coruus reputatur, secunda, q 7. secuti, §. quæ ergo.

quod ante communionem pax debet dari in missa de conse. dis. secunda, pacem.

PECCATVM. quod peccatum est duplex, videlicet originale peccatum & actuale, de pœn. dist. 4. fere est totum.

quod originale peccatum dicitur infirmitas carnis, languor naturæ, & concupiscentia carnis, 15. q. 1. illud scitum, § itaque.

quod omnis homo per concubitum conceptus nascitur cum originali peccato, de conse. distinct. 4. si mirum me.

quod in veteri lege contra originale valebat circumcisio, sed baptismus in nouo testamento, de consecratione distinctione 4. ex quo.

quod licet baptismus deleat peccatum originale, & omne aliud peccatum, tamen reatus siue fomes, non tollit 21, de consec. distinctione 4. ex quo,

Quod

quod cum originali peccato patris poluitur filius & non actuali, quia in originali vnum cum patre fuit, sed in actuali alter effectus non polluitur si non consentit. 1. q. 4. iam itaque, 24. q 3. §. 1. ane si.

quod actuale est duplex, videlicet mortale, & veniale, de pœn. dis. 1. medicina. §. tres sunt.

quod peccatum mortale est voluntas retinendi vel consequendi quod iniustitia vetat. 15. q. 1 ante si.

quod nemo peccatum mortale committere appetit propter ipsum peccatum sed propter illud quod ex eo consequitur. 15. q. 1. merito.

quod inter duo peccata vbi vtrunque vitari non potest, minus est eligendum 13. dist. duo.

quod mortalia peccata dicuntur criminalis & capitalia, & quæ sunt illa habes. 25. dis. vnum orarium, §. aliàs.

De criminali peccato habes vbi agitur de crimine.

quod tribus modis impletur omne peccatum mortale, videlicet suggestione, delectatione, & consensu. 6. dist. testamentum. post medium.

quod aggrauatur ex circunstantijs. 40. dis. homo 50. dis. quia tua. de pœn. di. 5. §. in princ.

quod quandoque alleuiatur ex circunstanntijs. 15. q. 1. inebriauerunt. Exemplum. bi de Loth

quod habet gradus inæqualitatis, quia adulterium vincit fornicationem, incestus adulterium, vitium contra naturam incestum, & sic de similibus, 32. quæstio. septima quemadmodũ. & quattuor cap seq.

quod quantitas ipsius pensatur secundum qualitatem peccantium, 24. quæstione 1. qui contra. 26. quæs. 5. cõtra idolorum.

Item cõsiderata qualitate pœnæ, 24. quæstio. non offeramus, vbi dicitur sceleratius cõmissum quod grauius est punitum.

Item considerato exemplo quod inde sumitur. 11. q. 3. præcipne. vbi dicitur quò prælati grauius peccant, quia subditos prauo exemplo occidunt.

Item considerata qualitate peccati. 32. q 7 quemadmodum. vbi dicitur, quod grauius peccat adulter quam fornicator, & adulter vincitur, ab incestu.

Item considerata diuturnitate & frequenti iteratione, de pœn. dis. 5 §. 1. vbi multa aggrauãtia ponuntur.

Item in eodem genere peccati grauius peccat Christianus quàm paganus, 33 q. 4 in eo.

Item aggrauatur ratione personæ, vel rei in qua peccatur, 12. quæst. 2. glotia. 22. quæst. 1. mouet, 27. quæs. 1. nuptiarum.

Item ex temporibus diuturnitate augetur 24. quæstione, prima, schisma, de pœnit. dist. 5. §. 1.

Item voluntarium grauius est inuoluntario quod procedit ex infirmitate, vel ignorantia, vel coactione. 15. q. 1. §. 1. c. seq. vsque ad cap. mulier.

Quod si non est voluntarium, non est peccatum, 20. q. 1. §. 1. 32. q. 5. sicut enim.

Quod peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur. 6. quæstione, 1, quæro.

Quod quæ ex ignorantia vel infirmitate committuntur, facile dimittuntur 25. distin. vnum orarium. §. crimis.

Quod aliena peccata nemini præiudicant. 23. q. 4. si quis.

An minus malum committendum sit, ne alter grauius peccet. 14. disti. qđ ait. Exemplum ibi de Loth.

Quod peccata suos auctores tenere debẽt. 24. q. 1. non turbatur de pœn. di. 1. qui puero.

Quod indecens videtur crimen suum alienis criminibus impendere. 46. dis. sicut non.

Item videtur, quòd nec venialiter quis debet peccare, vt alter vitet mortale 23. q. 5. cũ homo. in fin. 22. q. 2. faciat.

Quod peccatum vnius frequenter multiluunt 24 q 1. non turbatur. 45. dis. sed illud.

Quod alterius peccatum non imputatur illi qui fecit quod debet. 47. dist. quod ad nos, 7. qu. 1. aduersitas. post medium.

Quod nullus debet gaudere de multa locietate peccantium, quia non minus ardebit qui cum multis ardebit, 2. q. 1 multi, in fi.

Quod occulta peccata non sunt publice codemnanda. 2. q. 1. si peccauerit 23. q 4. si. quis potestatem. exemplum ibi de Christo, & de Iuda 15. q. 5. cavlt.

Quod occultum peccatum dicitur quod nec confessione, nec probatione publicatur. 15. q. 5. c. vlt.

Quod publicum peccatum coram omnibus puniendum est, 2 qu. 2. si peccauerit.

Quod prælatorum peccatum vel religiosorum propter maius scandalum est celandum, 95. dis. in scripturis.

quod peccata incorrigibilium licet nõ possint probari, sunt prælatis denunciandа. 5. q. 5 nõ vos, 22. q. 5. hoc videcur.

quod peccatum in spiritum sanctum committit qui ex proposito bonum deserit. & malum vsque ad mortem facit. de pœnit distin. 1. §. Deus quis similis. & dis. 3. inter hæc.

De peccato in spiritum sanctum habes vbi agitur de Spiritu sancto.

quod in peccatis perseuerantes necà Deo, nec ab homine absoluuntur. 24. q. 2. legatur. & c. damnationis de pœn. dist. 5. falsas,

quod qui numquam peccare desinunt dum viuunt, ostendunt quia in peccato semper viuere cupiunt, de pœn. dis. 1, voluissent, §. siue autem.

quod assidue peccantium non miseretur Deus, 93 dist. diaconi sunt, la fi.

quod qui in uno peccato mortali offendit, sic vita æterna priuatur, ac si omnium esset reus. de pœnit. dist. 5 fratres.

quod pluribus modis peccata remittũtur, 23. q 5. remittuntur. de consec. dis. 4. ecclesiæ charitas. de pœn. dis. 1. mediciua. §. tres sunt.

quod sine pœna non dimittuntur. quia aut Deus punit, aut homo. de pœniten. dis. 1. medicina. §. proxi.

quod dimissum vltra non punitur de pœn. dis. 3. sunt plures, §. auctoritas, 23. q. 5. quid ergo.

quod dimissa quando; redire dicuntur de pœnit. dis. 4. fere per totum.

quod dimissa non sunt recogitanda ad dilectionem, sed ad pœnitentiæ amaritudinem, de pœn. dist. 3. Iudas pœnituit.

quod in pluribus peccatis manens, de vno peccato pœnitentiam veram agere non potest, quia Deus partem condemnare non nouit de pœn. distin. 3. sceleratior. §. hic auctoritatibus. Vn, de versus.

Summa Deipietas veniam non dimidiabit.
Aut totum, aut nihil pro certo proptiabit.

quod peccatoribus tamen consulendũ est, vt in statu peccati bonũ facere nõ omittant. de pœn. disti. 5 falsas, in fi. Nam propter hoc Deus, aut cor ipsorum ad pœnitentiam illustrat. de pœ. dist. 5. falsas, aut ipsos temporaliter in præsenti remunerat, de pœ. dist. 3. pium est credere. §. ex hoc sensu. Aut ipsis æternum supplicium toleribilius fiet. de pœn. distin. 3. quid ergo. §. potest etiam referri. Vnde versus.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terra,
Cor faciunt habile, minuunt tormenta gehennæ.

quod Deus non obliuiscitur paucorum bonorum factorum in multitudinem peccatorum de consec. dist. 3. pium est credere, §. ex hoc sensu.

De mortali peccato habes vbi agitur de culpa.

Venialia peccata quæ sint, habetur 25. distinctione, vnum orarium. §. aliàs.

quod nemo mundus est a peccato veniali. de pœn. distin. 2. vt cognouerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt,§ opponitur,circa medium
quod venialia peccata non sunt contē ptibiliter committenda, quia non re fert siue naues per fluctus, siue per guttas paularim subintrantes sub mergantur,de pœn dist.1.medicina. post med.
quod nullum peccatum est adeo venia le quod non fiat mortale dum pla ceat.25.dist. vnum oratium §. crimi nis,& vide quod ibi notatur,
quod quia venialia ex fragilitate huma na committuntur,nullus homo ea vi tare potest de pēn.dist. 1. medicina. §.tres sunt. & dist.2. in cassum,§. sed verba.
Quod excepto Deo omnes peccare pos sunt de pœn.dist.2.sic enim in quit. in fi
Quod posse peccare non est posse. de pœn dist.ante fi 45 dist.sed illud.
Quod venialia delentur per dominicā orationem,per eleemosynæ largitio nem,& pectoris tunsionem,& per ie iunij castigationem,de pēn.dist.1.me dicina,§ proximo.
Item delentur per aquæ benedictæ a sperſionem,de consec.disti.3 aquam sale.
Item per Eucharistiæ dignam sumptio nem de pœn.dist.2 ante fi.& ca.pané de altaeri.
Item per episcopi vel presbyteri bene dictionem.28.dist.presbyrum.

PECVNIA. Quod pecunia dicitur à pecoribus,quia antiqui hoc quod habebant,ex pecoribus habebant. 1. q.3 per totum.
Quod largo nomine quidquid homines in terra possident, pecunia vocatur. 1.q.3.per totum.
Quod amor pecuniæ contrariatur iu stitiæ.11.quæstio.3.qui recte. & ca. pauper.
Quod simonia non debet committi p pecunia,1.q 3.per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitijs.

PEDAGIVM. Quod pedagium no uum imponentes sunt excommuni candi. 24.q 3.si quis Romipetas.
Quod maxime à peregrinis & à fideli bus mercatoribus non sunt pedagia accipienda 24.quæstio 3.si quis Romipetas.

POENA. Quod pœna est duplex videlicet temporalis, & æterna. de pœn.distinct.3 sunt plures, §.auctoritas.
Quod pœna temporalis est duplex vna in hac vita,alia post hanc vitam. 25. dist.qui in aliud.
Item in hac vita temporali,aut instigitur à Deo,aut ab homine.45 dist.sed illud.
Quod pœna in hac vita temporaliter ter à Deo inflicta pro peccato, sicut ægritudo , paupertas , mors, non est mala dicenda, 15.quæstio. 1.illa.
Quod pœna AEgyptiorū fuit à Deo, in correctionem eorum.15.qu.1.nec is qui.
Quod Deus temporaliter punit quenque vt in æternum non cruciet.23.q. 5.quid ergo.de pæn.dist.3.sunt plures.§ auctoritas
Quod Deus quandoque in præsenti grauiter,& subito punit propter crimi nis detestationem,19.dist.Anastasius Vide quod iqi notatur.
Quod quandoque pœna temporalis trāsfertur in posteros, de pæn.distinctione,3.illud vero,§.ecce.Exeplum. ibi de Achab.
Quod puniuntur quandoque multi propter vnum.45. distin. sed illud. 47 dist.si gens 23.q 4 si ea.24.q.1.nō turbatur.
Quod nemo debet mutari de afflictione bonorum,& de prosperitate malorum in præsenti: quia afflictio est bonis in iudicium salutis , & prosperitas malis in iudicium reprobationis de pæn.dist.3.si quando.
Quod frequenter qui non meruerunt sunt à Deo propter alios puniti.42. dist.§.1.
Quod punitur quis pro alio à Deo temporaliter,æternaliter nullus. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur.24.quæstio.3.§.primo post medium.
Item punitur quis à Deo pro alio temporaliter, iustus pro iniusto, vt Petrus pro Iuda.24 quæstio.1.non turbatur.
Item punitur à Deo iniustus propter iustum,sicut Maria murmurans pro Moyse lepra percussa est.2.q.7.plerū que,§ hoc etiam.
Quod punitur quis ab homine pro alia corporaliter, vt in crimine læsæ maiestatis vel hæresis.6.q.2. quæro ergo,§.verum,& §.seq.
Item punitur quis spiritualiter pro alio,vt in excommunicatione, 17. q. 4 miror.
Quod punitur quis pro alio spirituali ter,vt in priuatione diuinorum officiorum, familia propter dominum priuatur.11.q.3.si quis episcopus dānatur.& c.seq.
Quod illi non puniuntur à Deo bis in idipsum,qui in flagellis pœnitentiam egerunt,de pœn.dist.3.sunt plures,§. auctoritas,
Quod pluribus de causis Deus flagellat homines temporaliter.de pæn. dist. 1.sunt plures.§.auctoritas.
Quod qui in pœnis duriores efficiūtur. temporalem supplicium sit eis ad æternæ damnationis supplicium de pēn.distinct.3.sunt plures.§. auctoritas.
Quod Deus quandoque punit pauperes vt ex hoc multitudo ad pœnitētiam prouocetur.23.quæstio.4. Guilisarius.
Quod pœna temporalis meritorie infligitur ab homin,quia nisi sic fieret multiplicarēt malefactores.23.q. 4. est iniusta.
Quo pœna criminis ex tempore legis est quæ crimine inhibuit.32.q.4.dixit Sara.
Quod culpa est non punire culpam 28. dist.quia sunt.
Quod ad innocētis spectat officium nō solum culpam cauere, sed etiam punire peccatum 33.q.5.non est innocentiæ.
Quod maxime prælatus grauiter offendit qui culpam impunitam dimittit. 23.q 4.si is qui.
Quod in quo quis peccat,est puniēdus 94 dist.si quis.
quod pœna quandoque par debet esse in vno peecato delinquentium sicut in simonia,vbi accipiens, & dans æqualiter punitur.1.q.7 p illiciram, §.sancimus.in fi.
Quod par pœna agentes, & consentientes debet comprehendere. 17. q.4. omnes.
Quod quandoque in eodem peccato varietas personarum consequitur varietatem pœnarum 12.q. 2.fraternitas.14.q.6.c.1.in fi.
Quod pœnæ non sunt exasperandæ. de pæn.dist. 2. hæc autem verba.§ pœnæ.
quod pœna non est vlterius protrahēda quam delictum fuit in eccedente repertum.
quod pœnæ aggrauantur secundum qualitatem delicti. 24. q 1. non afferamus.
quod quandoque aggrauantur, vt ceteris metus incutiatur.17.q.4 frater.in fi.in fi.27.q.2.qua propter.
quod ex causa variatur pœna.29. distinc. necesse.
quod aliquis punitur sine culpa, sed non sine causa. si quis contrahens cum corrupta,quam credit esse virginem,& bigamus efficitur.51.dist.qui in aliquo.
De tribus generibus hominum, quorū pœnæ sunt dissimulandæ, & diuino iudicio reseruandæ 24.q.4.num in lege,§.his ita.
quod stultus in culpa,sapiens sit in pœna.38 distin.qui ea.27.q.1.si custos circa fi.
quod puniuntur animalia cum quibus homines peccauerunt , ne refricetur facti memoria. 15.quæs.1.mulier.
quod rigor pœnarum canonicorum tēperatur propter necessitatem temporis & vtilitatem,1. quæs.7 requiritis.
quod vna pœna est maior altera diuersimode,videlicet ratione effectus vt excommunicatio quæ maior est omnibus,24.quæstione 3.corripiantur.occidit enim animam.24 quæstione 3.si habes.11.q 3.nemo episcoporum.
Item ratione durationis,vt degradatio quæ maio est propter durationem quam excommunicatio.50 dist.si episcopus presbyter.
Item ratione asperitatis,vt pœna corporalis , quæ maior dicitur, quia actualiter sentitur,24.quæs.4.si habes.

Item

Item ratione opprobriositatis,vt pœna suspensionis in patibulis,verberatio nis per ciuitatem,23.quæstio. 5.capit.1.
Quod in inferenda pœna multa sunt cōsideranda,videlicet dignitas,quia talis punitur per dignitatis subtractionem,50.dist.contumaces,2.q.8.quisquis.
Item diuitiæ siue nobilitas , quia talis plus punitur pœna pecuniaria q̄ corporali,24.1.qui contra.
Item paupertas,quia talis plus punitur pœna corporali quàm pecuniaria,24. q.1. qui contra.
Item ordo,qa in ordine constituti sunt moderate flagellandi,alias excommunicatio incurritur,45.dist. cum beatus.
Item religio,quia regulares aliter sunt puniendi,quàm alij,18.q.2. quidā monachorum.
Item mentis insania,quia talium excessus non imputatur ad pœnam , 15.q. 1.si quis insaniens.
Quod pœna ecclesiastica est dignitatibus priuare,16.q.6.si episcopus.
Item in monasterijs pro pœnitentia recludere,16.q.6.de lapsis, & c.episcopo.
Item carceri uel exilio deputare. 17.q. 4.attendendum
Item in pecunia, & etiam in alijs rebus condemnare,17.q.4.si q̄s contumax. & c.si quis deinceps,21. q. 5. si quis cuiuslibet.
Item corporaliter flagellare , 23.q.5.c. 1. post medium , 32. q. 1.de benedicto.
Item excōicare,15.q.4.nullus,c,siqs deinceps,& c.seq & c. diffiniuit.
Item contumacibus penam augere, 74. dist. honoratus in fi 23.q.5. de Liguribus,31.dist.quoniam,in fi.34. dist. quorumdam.
Quod pœna purgatorij,& si non sit æterna,tamē grauis est, excedens omnem pœnam præsentis vitæ,25.dist.qui in aliud.

De Officijs ecclesiæ,habes vbi agitur de Purgatorio.

Quod pœna æterna in peccato perseuerantibus & fidei trangressoribus, 12. q.1.scimus.
Quod iuste punit Deus malos æternaliter, vt qui in hac vita numquam voluerunt peccato carere,numquam careant supplicio,de pœ.dist.1.si sacerdos,§ potest etiam.
Quod grauius ibi puniunt Christiani quam pagani,12.1. scimus.
Quod in pœna æterna non minus ardebit qui cum pluribus ardebit. 2.q.1. multi,in fi.
Quod quidquid est ptra conscientiā,s. præcepti vel prohibitionis , ædificat ad gehennam,28.q.1. omnes , §. ex his.

POENITENTIA, Quod pœnitētia est duplex,videlicet Dei, & hominis, 22.q.4.incommutabilis.
Quod pœnitentia Dei est à seipso ordinata, cum voluerit immutare , 22.q. 4.incommutabilis.
Quod pœnitentia hominis est quædam dolentis vindicta,semper puniens in se quod dolet admisisse,de pœn.dist. 3. quamuis caute , §. hac auctoritate.
Quod pœnitentia, est perpetrata mala plangere , & plangenda non perpetrare , de pœn.dist. 3.§ 1.circa principi.
Quod pœnitere est quasi semper pœnam tenere,de pæn dist. 3.circa prin.
Quod pœnitētia,est secunda tabula post naufragium,de pæ.dist.1.§. secunda, ante c.medicina.
Quod pœnitentia alia est priuata,alia solennis siue publica,5.di.si quis post, 6.seq.
Quod priuata diuersas habet species,de pæn.dist.1.medicina.
Quod alia est ineipientium, alia proficientium,alia perfectorum, de pæn. dist.3.quamuis caute,§. hac auctoritate.
Quod ante ipsam peccatori non datur à Deo misericordia,50.dist.quia sanctitas.
Quod sicut vera pœnitentia veniam pmeret,ita falsa Deum irritat,de pæn. dist.3.c.intantum.§ siue in fi.c. inter hæc,2.circa finem.
Quod falsa pœnitentia est cui numquā venia promittitur,de pæn.dist.3.intātum,§ siue.
Item falsa pnīa est cum res aliena p quā contractum est peccatum , non restituitur,14.q 6.si res.
Item falsa penitentia est, qñ de pœnitētia agitur pœnitentia , 17. q. 4.sunt qui.
Item falsa dicitur quæ non secundum auctoritatem patrum iuxta qualitatē criminum imponitur,de pæn.dist 5. falsas.
Item falsa est cum spretis alijs peccatis, de vno solo pœnitentia agitur,de pæ. dist.5.fratres,& dist. 3.sceleratior,§. his auctoritatibus.
Nam de vno pnīam & non de aliis agere, est quasi crudum latere lauare de pæn.dist 3.ille pœnitentiam.
Quod vera pnīa est cui numquam venia denegatur,de pæ.dist.3. in tantum,§. siue, 5 dist.§.1.in fi.
Quod per ipsam omne peccatum deletur , de pæn. distin. 3. §. siue, c.inter hæc,2.
Item opera per peccatum sordidata facit Deo accepta , 50. dist. & purgabit, in fi.
Item facit surgere ad opera fortiora.30. dist.quid est,in fi .& tribus c. seq.
Item restituit dignitatis officia,50.dist. quia sanctitas tua , in fine . Exemplum ibi de Petro Apostolo , 2.q.5. quanto.
Quod Deus peccatores ad pœnitentiam inuitat,93.dist.diaconi sunt.
Quod Deus numquam spernit pœnitentiam , etiam si ad summum quis malorum perueniat,de pæn.dist 3.illud, §.ecce.
Quod quantumcumq; paruam pœnitentiam , & quantocumque paruo tempore factam Deus non respuit, de pœnitentia, distinctio. 3. illud,§.ecce.
Item sæpius iteratam Deus non contēnit,de pæn.dist. 3.§.hac,& §.quod autem,& c.septies.
Quod pœnitentia in vltimo momento vitæ potest esse vtilis ad salutem. 26. q.6.si presbyter,& c.seq. Exemplum ibi de latrone.
Quod dubia est pœnitentia ad vltimam necessitatem dilata,de pæn.dist.7.§.1. dist.3.§.siue.
Quod facilius est inuenire qui recte seruauerit innocentiam,quàm qui congrue egerit pœnitentiam , de pœnitent. distinctio. 3. reperiuntur, §. at ego.
Qui sunt digni fructus pœnitentiæ , 50. dist.quia tua , de pœnit. dist.5.§.1.in fin.
Quod vere pœnitens semper dolet,& de dolore gaudet,de pæ.dist.3.circa ptin. c.si apostolus.
Quod qui pœnitet,non est dicendus peccator.32.q 1 quod autem.
Quod discretum debet quærere confessorem , de pæn. dist. 1. quem pœnitet.
Quod pœnitens debet considerare multa de quibus debet pœnitere , & quæ aggrauant peccata,de pēn. dist. 5.§.1. quæ in his versibus continentur.

Aggrauat ordo,locus,peccata,scientia, tempus:
Aetas,conditio,mora,motus,copia,status

Quod pœnitens dēt promittere vlterius se talia non facturum, 12. q.2. de viro,23.b.vlt pessimam.
Quod vere pœnitens omnia quæ ei imponuntur sustinere debet libēter, de pœn.dist.2.circa prin.
Quod pœnitēti prosunt oones, eleemosynæ,& alia bona ecclesiæ,de pœ.dist. 6.§.1.
Quod pœnitentia Nabuchodonosor dicitur fructuosa, 23.q.4. Nabuchodonosor.
Quod nullus debet pœnitentiam alteri imponere , vel absolutionem facere sine episcopali licentia,nisi sit priuilegiatus auctoritate apostolica, 16.q. 1.peruenit.
Quod confessor cum gaudio & pio affectu debet suscipere pœnitentes exemplo Christi , 26. q. 7. pœnitentem.
Quod per pœnitentiam contrahitur filiatio spiritualis sicut per baptismum , 30.q.1.omnes.
Quod nulli pœnitenti venia debet denegari,2.q.5.quanto.

Quod

Universidad de Deusto Biblioteca

quod pęnitenti ne homines deſperent quandoque eſt mitiganda, quia melius eſt reddere rationem de miſericordia quam de crudelitate, 26.q.7. de his,& c.alligant.
quod indiſcrete impoſita nocet, quia ex hoc pręcedens contemnitur, & futura fugitur, 26. quæſtion. alligant.
quod in extremis nulli eſt deneganda, 26.q.6 ſi quis de corpore, & ſeptem c.ſeq.
quod in articulo mortis ſi pænitens, loqui non valens per ſigna petit pęnitentiam, debet abſolui, 16. qui recedunt,& tribus c.ſeq.
quod clericis petentibus pænitentiam non eſt neganda, 26. q. 6. qui recedunt.
quod clerici quidam peius agunt pęnitentiam quam laici, de pæ. diſt. menſuram.
Quod clerici quidam prōpti ſunt alijs pondus pænitētiæ imponere, ſed ſuo digito non curant tangere, 36.q.7.alligant.
Quod imponenda eſt pœnitentia ſecundum qualitatem delicti, 15.q.1.ſi q.s. 23.q.5,circa fi.
Item ſecundum qualitatem delinquentis, 26. q. 7. tempora pęnitudinis, & quinque c.ſeq.de conſe.diſt.4. de pęnitentibus. de pœn. diſt. 1.in actione.
Quod imponitur pœnitentia ad cautelam, 15.q.1.ſi quis inſaniens, 23.q.5. excommunicatorum.
Quod criminoſi ſunt compellendi ad pænitentiam agendam, 23.q.4.diſplicet.
Quod pænitentia eſt arbitraria iuxta diſcretionem imponentis, 26 quæſt.7. hoc ſit, de pæn. diſtinct. 1. menſuram.
Item eſt arbitraria ſecundum exigentiā ætatis, ægritudinis, & neceſſitatis. 26. q.b.7.tempora pænitudinis, & c.hoc ſit.
Quod licet pænitentia ſit arbitraria, pro quibuſdam tamen culpis modi pænitentiæ, à canone ſunt impoſiti, de pę. diſt.1.menſuram.
Quod epiſcopo ſiue presbytero fornicāti cum filia ſpirituali eſt quindecim annorum pænitentia imponenda, 30. q.1.ſi quis ſacerpos.
Quod decennis pro matricidio, 33.q.2. latorem.
Item pro fornicatione religioſi, vel religioſæ, 27.q.1.deuotam.
Quod ſeptēnis imponitur pro eccleſiæ inuaſione, 12.q.2.de viro.
Item pro inceſtu, 30.q.4.ſi pater.
Item pro vxoricidio, 33.q.2.admonere.
Item pro homicidio, adulterio, & periurio, ſed differenter, 22.q.1.prædicandum.
Quod quandoque periurantis pænitentia ſunt ſeptem anni, quandoq; tres. quandoque vnus quandoque minus, ſecundum iuramenti differentiam, 22.q.5.qui compulſus. & tribus cap. ſequen.
Quod eccleſia conſueuit pro quolibet peccato mortali ſeptennem pænitentiam iniungere, ſed magis & minus agrauare. 33.q.2.hoc ipſum.
Quod ab hæreticis ſacramenta recipientes diuerſimode puniuntur, 34. q.1. ſi quis dederit.
Quod pnīa rebaptizatorum diuerſificatur, de conſec.diſt.4.qui bis, & c.eos quos.
Quod pænitentia incendiariorum eſt, quod poſt damni reſtitutionem in terra ſancta per vnum annum demorentur, 23.q.vlt.peſſimam.
Qualiter penitentia ſolennis, & publica eſt imponenda, & aſſumenda eſt, 50.diſtinct. pænitentes, & cap. ſeq.
Quod imponitur pro magnis criminib. de pæn.diſt.1.in actione.
Quod iuuenib. non eſt facile imponenda, 50.diſt. pænitentes.
Item nec clericis niſi prius ſuis ordinibus degradatis. 50.diſt.confirmandū. & duobus c.ſeq.
Quod non debet iterari, 50.diſt.ſi quis poſt remiſſionem, §.prox.
Quod facientes eam non dēnt interim communicare, niſi in articulo mortis, 25. q. 6. ſi quis, & tribus capit. ſeq.
Quod non debent malitiam ſæcularem vel pompam exercere, de pæ. diſt. 5. contrarium, 50.diſt.c. vlt.
Quod tales non poſſunt ad ſacros ordines promoueri, 50.diſt. ex pænitentibus, & quatuor c.ſeq & c.illud, & c. placuit.
Quod quamdiu ſunt in pænitentia actu non poſſunt in curia ſæculari aliquem accuſare, 11. quæſtio. 1. aliud.
Quod poſt pænitentiam matrimonio poſſunt vti, & de licentia cōtrahere, 33.q.2.audiuimus. vſq; ad finem quæſtionis.

De pœnitentia habes vbi agitur de Contritione, & vbi agitur de Confeſſione, & vbi agitur de Satisfactione.

PENTECOSTE. Quod Pentecoſte in eadem letitia, & reuerentia eſt ſicut feſtum Paſchæ, 76. diſtinct. uoſſe.
Quod in vigilia Pentecoſtes diaconi propter aduentum ſpiritus ſancti dalmaticis debent vti, & flectamus genua non debet dici, 76. diſtin.de ieiunio.
Quod à paſcha vſque ad pentecoſtem ſi qui ieiunare voluerint, non ſunt prohibendi, 76. diſtinctio. poſt paſcha.
PERCVSSIO. Quod percuſſio eſt duplex, videlicet ſpiritualis, & corporalis. Spiritualis quæ fit verbo, Corporalis quæ fit facto, 45.diſ.cum beatus.
Quod ſpiritualis percuſsio fit quando doctor inutili ſermone conſcientiam percutit infirmorum, 45.diſt.c.vltimo.
Quod corporalis percuſsio fit aut à Deo, aut ab homine, 6. q.1.cum percuſsio.
Quod percutitur quis corporaliter diuino iudicio, 19 diſt.Anaſtaſius, 15.q.1. nec his, & c.ſeq.
Quod diuinæ percuſsioni percuſsio hominum non debet ſuperaddi. 7 q.1. cum percuſsio.
Quod percuſsio corporalis ab homine qui præeſt ad correctionem, eſt meritoria, 45.diſt.cum beatus, §.Salomon. & c.ſeq.
Nam qui emendat verbere in quem ei poteſtas datur, miſericordiam facit, 45.diſt.& qui emendat.
Quod beatus Benedictus percutiendo corporaliter quendam monachum ſanauit ſpiritualiter, 45.diſt. cum beatus, §.Salomon.
Quod pcuſsio ex odio vel ira, mala eſt, 45.diſt.quid autem.
Quod prælati debent eſſe paſtores non percuſſores gregis, 45.diſt.c.1.
Quod prælati qui percuſsione non vitia corrigunt, ſed timeri quærunt, culpātur, 46 diſt.duæ, §.prox.
Quod epiſcopus nullum ſuis manibus. ſed per alium debet percutere, 86.di. non liceat, & 5.q.5.
quod epiſcopus vel presbyter percuſſor debet deponi, 1.q.7.ſi quis omnem, in fi.45.diſt.duæ.§.ex his.
quod minores clerici ab his qui pro ſunt, pro ipſorum exceſſibus poſſunt percuti. 45 diſt. cum beatus, §. Salomon.
quod illud, qui te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei, & alteram. non ad litteram intelligitur, quia nec Chriſtus, nec Paulus apoſtolus hæc ad litteram impleuerunt, 23.q.1.paratus.

De hac materia habes vbi agitur de Diſciplina, & vbi agitur de Correctione, & vbi agitur de Flagellatione.

PEREGRINATIO. quod peregrinatio ad loca ſanctorum non eſt contemnenda, quia à ſanctis patribus eſt approbata, 30. diſt. ſi quis per ſuperbiam.
quod nulli religioſo, vel clerico licet vouere peregrinationem, vel aſſumere ſine licentia ſui prælati, 20. q. 4.c. vlt.& § ſeq.de conſe.diſt.5.non oportet.
quod peregrini ſanctorum, & præcipue Apoſtolorum vbicumque ſine pedagijs, & ſine aliis nocumentis debent tranſire, 23. quæſtion. quarta ſi quis Romipetas, & cap. illi qui.

Quod

quod non eſt laudabile peregrinum fuiſſe Hieroſolymis, ſed ibi bene vixiſſe, 12.q.2.§.Crates.
Quod peregrini clerici abſque formata in alia diœceſi non debent recipi, 71. diſ.c.vlt.
Quod tranſmarini vel alij clerici peregrini non debent niſi cum quinque ſigillis epiſcoporum ad ordines recipi, 98.diſ.per totum.
Quod peregrini epiſcopi vel presbyteri in via peregrinationum poſſunt occulte celebrare, 7. q. 1. epiſcopi vel presbyteri, 9.q 2 per totum.
Quod poſſunt tabernas ingredi, 44. diſ. clerici.
Item licet eis mutare habitum, 21.q.4. epiſcopi.
Item licet eis excommunicatis in cibis communicare, 11.q.3.quoniam.
PERFECTIO. Quod perfectio nō admittit perſonalem rerum repetitionem, 13.q.1.per totum, 11.q.3.te qui dem.
Quod omnes epiſcopi debent eſſe inſtar perfectorum, 14.q.1. epiſcopus, & §.ſe.12.q.1.expedit.
Quod perfecti debent temporalia contemnere, 12.q.1.clericus.
Item nil debent extra Chriſtum quærere, 12.q.1.cui portio Deus eſt.
Item totaliter contemplationi intendere, 12.q.1.duo ſunt.
Item iniurias patienter tolerare, 14.q.j quod debetur.
Quod perfectis nec mentiri, nec dicere falſum eſt permiſſum, 22.q.2. ne q.s.
Quod illi perfecti dicuntur in charitate qui pro fratribus parati ſunt mortē ſubire, de pœn.diſ.2.§.hæc quæ.in fi.
Quod perfecta non videntur quæ perfectionis ordine non complentur, 7. q.1.nihil. Exēplum ibi de Miſſa per alium complenda.
PERIVRIVM. Quod periurium eſt nequiter decipere credentem, 22. q. 2.c.1.
Item periurium eſt falſa iuratio ignorāter facta, hoc non eſt peccatum vbi non temere iuratur, 22.q.2.beatus.
Item periurium eſt falſa iuratio ſcienter facta, i. actus firmandi mendaciū iuramento, hoc ſemper eſt mortale, 22.q.2.homines.
Item periurium eſt indiſcretum iuramētum, licet non ſit mortale, 22.q. 4. q. ſacro, 25.d.vnum orarium, §.alias.
Item periurium eſt tranſgreſſio iuramēti: hoc quandoque eſt peccatum, quādoque nullum, 22 q.4.inter cetera, & c.ſe.
Quod vbi tres comites, videlicet veritas, iuſtitia & iudicium deſunt, nō eſt iuramentum, ſed periurium, 22.q. 2. animaduertendum.
Quod etiam ſi non iuretur ſuper ſacra, & iuratur in communi locutione, in curritur periurium, 22.q.1.habemus.
Quod minus malum eſt incurrere periurium quàm noxia promiſſa adimplere, 13.d.duo, 22.q.4. vnuſquiſq;.
quod periurium ſine deliberatione vel iocoſe commiſſum reputatur veniale peccatum, 25. diſ. vnum orarium, §, quæ, autem.
Quod pœna periurij eſt ſicut homicidæ, 22.q.4.inter cætera, circa med.
Quod periurus eſt infamis, nec admittitur ad ordines ſacros, 6.q.2 infames.
Item non admittitur ad teſtimonium ferendum, 6.q.1.quicumque, 22.q.5. ſi quis conuictus.

De Periurio habes vbi agitur de Iuramento, & de pœna periurij vbi agitur de pœna.

PERMISSIO. Quod eſt permiſsio prouidæ conceſſionis, vt matrimonij contractus, cauſa vitandæ fornicationis, 13. diſ.nerui, & hæc ex toto facta excuſat.
Item eſt permiſſio indifferentis actionis, quæ non præcipitur, nec prohibetur, vt dum vir fortis petit præmiū, 3.diſ.omnis.
Item eſt permiſſio rationis, vt cum permittitur minus malum & illicitum ne committatur grauius, 13. q. diſt. nerui.
Item eſt permiſſio obligationis, vt cū vir permittit vxorem aliquo voto ſe adſtringere quod poſt de neceſſitate eſt implendum, 33.q.5.manifeſtum.
PERMVTATIO. Quod permutatio eccleſiarum vel monaſteriorum poteſt fieri, ſed non per ſæculares, 16. q 6.nemini.
Quod talis permūtatio non debet fieri cauſa leuitatis, ſed cauſa meliorandi, 16.q.7.ſi quis vult.
Quod permutatio eccleſiarum non debet fieri ſine conſenſu epiſcopi, 16. q.7.ſi quis vult.

De hac materia habes vbi agitur de Mutatione.

PERSECVTIO. Quod perſecutio eſt duplex, videlicet carnalis qua malus perſequitur bonum: & ſpiritualis, qua bonus malum propter bonum perſequitur, 23.q.4. qui ſecundum, 6.q.1.quieſcite.
Quod ſemper mali bonos perſequūtur, 3 q.1.nulli dubium.
Quod perſecutio fit inuidia cordis, detractione oris, & inflictione operis, 6.q 1.ſunt plurimi, §.verum, & 3. q. 4.detractores.
Quod Deus permittit perſequi bonos, vt exceſſus eorum ex hoc ſuffocētur, 6.q.1.ſunt plurimi.
Quod diabolus præcipue prælatis perſecutionem à ſubditis procurat, vt capite langueſcente facilius membra ruant, 6.q.1.ſunt plurimi, §.verum.
Quod perſequi prælatum eſt perſequi Chriſtum, quia vicarius ſuus eſt, 7.q. 1.omnis.
Quod prælati exemplo Chriſti debent perſecutores patienter tolerare, 7. q. 5.ſuggeſtum, & duobus c.ſeq.
Quod prælatorum eſt duplex perſecutio, vna exterior, quæ reſpicit paſſionem, alia interior quę reſpicit cōpaſſionem, 7.q.1.aduerſitas, ante med.
quod exterior perſecutio cum prælato infertur ratione perſonæ, eſt exēplo Chriſti fugienda, ſed cum ratione gregis vel fidei eſt conſtanter ſubeunda, 7.q.1.aduerſitas.
Quod prælatos iniuſte perſequentes ſunt infames, & exilio relegantur, 3. q.4.clericus, & c.ſeq,
Quod malos perſequi propter correctiones eorum non eſt malum, 23.q.4.ille porro, vſque ad c.ſi nō, §.breuiter.
Quod boni laudabiliter perſequuntur malos, & mali damnabiliter bonos, 23.q.4.ſi non, §.breuiter.
quod Chriſtus non eſt iniuſte perſecutus flagellando, quos expulit de templo, 23.q 4.ille, §.porro.
quod non eſt iniquitas, ſed potius pietas, criminis eſſe perſecutorum 13.q. 5.non eſt iniquitatis, & c. ſi propterea, & c.non vos.
quod hæreticos & alios infideles perſequi non ratione zeli, ſed ratione vindictæ vel rapinæ, non eſt ſine crimine, 23.q 4.remittuntur, & q.7.quicūque.

De hac materia habes vbi agitur de Aduerſitate, & vbi agitur de Patientia.

PERSEVERANTIA. Quod perſeuerantia bona eſt ex uirtute patientiæ, 7 q.1.ſuggeſtum.
Quod perſeuerantia habenda eſt in bono propoſito conſeruando, 16. q. 1. nos tutem.
Item mala pręterita ne redeant ſolicite cauendo, de pœn.diſ 2.c.quærendū, poſt med.
Item tribulationem uſque ad finem ſuſtinendo, 7.q.1.ſuggeſtum.
quod qui perſeuerauerit uſque in finē, hic ſaluus erit, 7.q.1.ſuggeſtum, de pœni.diſ.2.non reuertebantur.
quod illud quod uoluntate fit perſeuerat: quod neceſſitate, cito ſoluitur, de conſe.diſ.5.quidquid.
quod retro poſt aratrum reſpicit, qui in incæpto bono non perſeuerat, de pęnit.diſ.2.pennata animalia.
quod perſeuerantia in bono eſt donum Dei de pœn.diſt.3 ſi quis, circa fin.
quod multis Deus dat dilectionem ſui quibus non dat perſeuerantiam, de pœ.diſ.2.c.quærendum, in fi.& §.non autem, ante fi.
quod incaſſum bonum agitur ſi ante uitæ terminum deſeratur, quia & fruſtra uelociter currit qui prius quàm ueniat ad metas deficit, de pœnit. diſtinctione, 3. §.primo, in fin.c.incaſſum,

PER-

Universidad de Deusto Biblioteca

PERSONA.quod persona vna tantum est in Christo licet diuersæ naturæ,15.dis.canones,ante med.
Quod Arius damnatus est quia ponebat inæqualitatem in diuinis personis,15.dis canones,ante med.
Quod personarũ acceptio non est apud Deum,32 q.4.sicut, de consec. dis. 4. nec quemquam.
Item nec debet esse apud homines, videlicet in prælatorum electione, 63. dis.sacrorum.
Quod personatum trinitas semper est exprimenda in baptismo,de consec. dis.4.de trina,& quinque c.seq.
Item in sententiæ executione, 2. q.2.si quis presbyter,11.q 3. summopere.
Item in pœnitentiæ impositione,26.q. 7.sacerdos.

De hac materia habes vbi ponitur Acceptio.

Vtrum plures personatus vnus possit tenere 21.q.1.& 2.per totum.
PETITIO.Quod petitio est duplex, videlicet iusta,& iniusta,23.q,3. sex differentię ante si.
Quod iuste petitur à Deo,& ab homine auxilium,vt tribulatio remoueatur,sed iniuste petitur,vt voluptuosus status conseruetur,ibi.
Quod Paulus vt conseruaretur,non ad voluptatem,sed ad aliorum vtilitatẽ iuste petiuit auxilium armatorum.

De hac materia habes infra vbi ponitur plus petitio.

PETRVS. Quod Petrus à petra Christo nomen accepit,21.dis.§.decretis, ante si.
Itẽ dictus est cephas,idest, caput: quia principium tenebat apostolatus, 22. dis.sacrosancta,21.dis,§.decretis.
Quod à Domino princeps apostolorũ constituitur, vt ab Ipso velut à capite in membra,velut à fonte in riuos omnis vigor spiritualis descenderet, 19.dis.ita Dominus,21.dis. in nouo, 80.dist.in illis,24.q.1.loquitur,c. manet ergo.& tribus c.seq.
Quod super ipsum Dominus velut supra firmam petram totam ecclesiam omnino inseparabiliter collocauit, 19 dis.ita Dominus,22.dist. omnes, 24.q.1.non turbatur.
Quod in eo quod aurem Malchi præscidit,innuitur,quod sua professione fidei,auditum infidelitatis amputauit 24.q.1.si Petrus.
Quod ipsum Dominus cadere permisit, vt & fortior post casum resurgeret,& ex culpa sua disceret qualiter cadentibus misereri deberet, 50. dis. considerandum,& c.seq.
Quod ter negauit,& ter confessus est amare,innuitur quod satisfactio debet fieri iuxta quantitatem delicti, 6.q.1 imitare.
Quod in hoc, quod dictum est Petro, Conuerte gladium tuum in vaginã, prælatis & clericis vltio inhibetur, 23.q.8.§.1.
Quod Tabitham suscitauit & Ananiam cum Sapphira morti tradidit,13 q.8. Petrus
Quod in hoc non repulit reprehensionem subditorum, exemplum dedit prælatis idem faciendi,2.q.7.Petrus, & c.seq.
Quod in hoc, quod Dominus Petrum post trinam negationem non statim iudicauit,exemplum dat,quod prælati non statim sunt iudicandi, sed potius corrigendi,45. dis. licet plerumque.
quod Christus respiciens Petrum fecit eum suum deflere peccatum,23.q 4. sicut non est.
Quod Petrus Linum & Cletum in administrationem exteriorem assumpsit.Ipse vero Petrus orationi, & prædicationi vacauit,8.q.1,si Petrus.
Quod Petrus & Paulus fuerunt pares quo ad meritum,non quo ad dignitatem, in qua præcessit Petrus, 2. q. 7. Paulus Petrum.
Quod ambo simul in vno die in vrbe Romana sunt occisi à Nerone,21.di. quamuis,22.dis. sacrosancta,2.q.7. beati.
PHILOSOPHIA. Quod philosophia liberalium artium non reprobatur,salubrior tamen est sacra scriptura,37.dis.si quis artem.
Quod scientia Philosofia sicut Astrologia,& huiusmodi non ducit ad salutem,sed mittit in errorem,37.dis legimus,§.sed & contra.
Quod non Dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnum Dei in simplicitate fidei est,26. di,omnẽ.
Quod garrulitas Philosofica garrulitati ranarum comparatur,27.dist.legimus,§.hinc etiam.
Quod in illis præcipue Philosophia vituperatur,qui ipsa vtuntur ad delectationem,non ad fidei vtilitatem, 37. dis.turbat,§ cum ergo.
quod sancti quandoque vsi sunt Philosophia 37.dis.turbat,& c.qui de mensa,& 1.q.1.Dominus declarauit.
quod dicta Sibillæ,& aliorum Philosophorum valent ad conuincendum paganorum vanitatem,37.dis.si quid.
quod sacra scriptura,nec sub uenustate nec sub Philosophicis terminis est proferenda,38 dis.ecclesiastica.
PIETAS.Quod pietas est mater boni operis,22.q.2.si quælibet.
quod culpa purgatur pietate,22. q 2. si quælibet.
Item meretur temporaliter,& æternaliter remunerari.
quod scientia est pietatis ueteris, & noui testamenti intelligentia,37. dist.si quis artem.
quod non est mentiendum in doctrina pietatis,22.q.2.primum.
quod sub specie pietatis peccatum mortale non est committendum,22.q.2. ne quis.
quod crimina punire non est crudelitas,sed pietas,23.q 8.legi.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna,& vbi agitur de Misericordia.

PISCES Quod pisces ad manducandum à carne abstinentibus concedũtur,4 dis.denique.
quod pœnitentes,non piscibus, sed pisciculis uti debent,82.distin.presbyter.
quod cum à carnibus abstinetur,à carioribus cibis piscium est abstinendum, 4.dis denique.
Quod propter pisces malos retia prædicationis non rumpuntur,23.q.7.c.1. in si.
PLACENTIA.Quod placentia malorum à prælatis non est appetenda 83.dis.nihil.
quod placendi causa hominibus ueritas non est annuncianda,22.q.1.primum.
quod pastor quærens lupis placere,pernicies est ouium.86.dis.nihil.
quod sicut Abraham placuit in coniugio,sic nunc placent uirgines in castitate,de pęn.dis.2. si enim inquit, ultra medium.
quod secundum carnem uiuentes Deo placere non possunt,82.dis. proposuisti circa fin.
PLANCTVS.quod planctus conuenit pœnitentibus, qui debent mala perpetrata plangere, de pœnit. dis.3. §. 1.
Item cõuenit bene monachis,quia monachus non habet Doctoris officium sed plangentis,16.q.1.monachus.
Item conuenit compatientibus,sed discrete:sicut quando mortui plangũtur,13.q.2.quam præposterum, & c. seq.§.hoc autum.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu,& de Lachrymis

PLVS PETITIO.quod plus petitur multipliciter,uidelicet re,ut quã do pro decem uiginti petuntur,14.q. 1 quod debetur.
Item plus petitur tempore quando ante tempus petitur,78.dis.c.1.2. & 3.
Item loco plus petitur quando nõ ubi soluere conuenit petitur,sed alibi, 33.q.2 siue 7.q.1.si quis episcopus.
Item causa, ut ubi duo promittuntur sub alternatione, & alterum petitur quod fieri non potest, uel non debet 13.distin nerui.22.q.4.unusquisque. Exemplum ibi de Herode & saltatrice.
POLLVTIO.quod pollutio carnalis lasciuiæ,plus inquinat homines inter 7 septem peccata mortalia 32. q.7. non solum.

quod

Quod dupliciter contingit pollutio carnalis,videlicet dormiendo,& vigilando,6.dist.testamentum.
Quod dormienti quatuor de causis contingit, aut ex crapula : aut ex naturæ superfluitate,aut ex infirmitate, aut ex cogitatione,6.distinct. testamentum.
quod pollutio contingens ex crapula vel cogitatione mala,peccatum generat,sed differenter, 6. dist. testamentum.
An taliter pollutus debeat celebrare vel communicare, habes vbi agitur de Eucharistia.
quod vigilando contingit pollutio ordinarie sicut cum vxore propria propter quam olim aqua lauabantur, nunc autem per aquam benedictam mundantur 33.quæst.4.vir cum propria.
Item extraordinarie,& hoc multipliciter, videlicet per concubinatum 36.q. 1.lex illa,§.cum ergo.
Item per adulterium,32 q.5.puto.
Item per incestum 35.q.2.& 3.de incestis,& duobus c.seq.
quod extraordinaria dicitur pollutio quando fit extra vas debitum mulieris, quæ tamen non impedit matrimonium, 35. quæst. 3. extraordinaria.
Item extraordinaria pollutio dicitur quando peccatur in eadem specie cõtra naturam,32.q.7.flagitiia, & cap. vsus.
Item extraordinaria est quando peccatur contra naturam in alia specie : sicut cum brutis,16.q.1.mulier.
quod caro quandoque polluitur sine mentis pollutione,sicut contingit in oppressione 32.q.5.§.ille.
quod mens quandoque polluitur si nec corporis inquinatione,32.q 5.nec solo.
POPVLVS. quod decem faciunt populum,10.q.3.vnio,in si.
quod propter peccatum populi quandoque Deus dat malum prælatum 8. q.1.audacter.
POSSESSIO.quod possessio rerum multiplex reperitur,quia vel est de iure humano,23.q.7.c.1.
quod possessio terrena non lege diuina quæ vult omnia esse communia, distincta est,sed lege hũmana quæ statuit meum,& tuum,7.dist. quo iure.
quod hæretici,& infideles nec iure humano res possident,23 q.7.c.1.
quod laici licite possident temporalia, dummodo licite vtantur,12.q.1.duo in si.
quod labores suos bene possidet, qui non dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possidet,23.q.7.quem admodum.
quod iniuste possidentur male acquisita,& male detenta, 14. q. 4. quid dicam.
quod qui conquisitis vti nesciunt, aliena possidere conuincuntur, 24.q 4. quid dicam.
quod bonæ fidei possessor dicitur quãdiu quis ignoranter possidet alienũ, 34.q.2.si virgo.
quod bona fides non ad tractum medij temporis,sed ad initium possessionis refertur,17.q.3.placuit, §. potest.
quod possessor deficiente actore titulũ suæ possessionis probare non cogitur,2.q.5.§.1.
quod non possident aliena fideles qui bona hæreticorum,& infidelium exceptis Iudæis tenent,23.q.7.si de rebus,& duobus c.seq,
DE POSSESSIONE PERFECTORVM.quod perfectorum nõ est possessio,aurum, & huiusmodi, sed ipse Deus,12.q.1.clericus,& duobus c.seq.
quod in communi possidere non est cõtra statum perfectionis,12.q.1 expedit,& c. videntes,& c. habebat.Exemplum ibi de Christo, qui loculos habuit.
Quod cum Iuda cadit damnabiliter à statu perfectionis qui vsurpat possessionem proprietatis,12.q.prima,ex ẽplum,& cap.certe,& capitu. si priuatum.
Quod res in communi possessæ fideliter sunt dispensandæ,12.q. 2. res, & duobus c.seq.
Quod possessio ecclesiæ communi præscriptione non potest alienari, 16. quæst 4.possessiones, & §. se. & cap. seq.
Quod ecclesiæ non est danda sterilis possessio.19.q.secunda,casellas,§.hoc ius.
POSSE. Quod posse peccare.non est posse,de pęn.dist. 2.ante si.
Quod excepto Deo omnes peccare possunt, de pœn. distinct. 2. si enim inquit,distinctio. 3.siue capitu. inter hæc 1.
Quod Deus vocatur omnipotens, quia omnia potest quæ posse est aliquid posse,de pœn.distinct.secunda, circa fin.
Quod lex non statuit aliquid contra posse humanum,4 dist.erit,14.q.6.si res.
Quod est posse iuris quando istud possumus quod de iure possumus,2.q.3. nos in quemquam,50 distin. si quis præpostera.
Item dicitur posse naturæ, vltra quod natura non potest de consec.dist. 4. numquam.
Item dicitur posse facultatis,vbi illa deest,repetitio non competit, 14 q. 6. c.1.
Item dicitur posse officij,vbi quantum committitur tantum potest,2.q.6. decreto.
Item est posse pietatis,quod pro salute aliorum impẽditur,22 q.secunda, faciat.
Item est posse diuinæ voluntatis, quod sanctorum patrum,& omnium hominum statuta transcendit,25.q.1.contra.Vnde versus.

Posse quidem rebus dant ius, naturæ, facultas.
Officium.pietas,sextum diuina voluntas.

De hac materia habes vbi agitur de Potestate.

POSTVLATIO. Quod postulatio dupliciter accipitur, vel pro aduocatione,vel pro petitione 3.q.7. infames61.dis.Osius,§.sed alius.
Quod postulatio primo modo est desiderium suum vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere,3.q.7.infames.
Quod quidam prohibentur omnino postulare, vel propter ætatem,vt minores 17. annis vel propter causam, vt surdus,vel propter sexum, vt fœminę,vel propter notam turpitudinis, vt hermaphroditi, vel cæci qui sunt vtroque lumine priuati,3.q. 7. infames.
Item nulli criminosi, & infames nisi prius restituti, non possunt postulare.
quod in alieno negotio numquam postulare siue aduocare debet episcopus 14.q.1.c 1.
Quod episcopus pro pœnæ remissione miserorum postulare potest.14. q.6. hi qui in furtis,& 13.q.5.c.1.
Item pro se,& ecclesia sua,& miserabilibus personis postulare potest, & hoc nõ sæpe,ne vilescat dignitas,88. dist.perlatum.
Quod alij clerici in causa criminali forensi postulare non debent nisi intercedendo pro reis, 23.q.5.c.1.
Quod in causa ciuili sæculari diaconus & superiores postulantes repelluntur,11.q.1.se quidem.
Quod in ciuili ecclesiastica diaconus,& superiores admittuntur,sed salarium nequeunt petere, 15. q.2. obseruandum, 11.q.1.experientiæ,& c.seq.
Quod monachi vel claustrales non nisi pro domo sua,& hoc de licentia abbatis sui possunt postulare,16.q.1.monachi à monasterio,& c. placuit communi.

De hoc habes vbi ponitur, Aduocatus.

Quod postulatio siue petitio fit de laico,vel alterius ecclesiæ clerico propter probitatem personæ,71.distin. Osius,& §.sequen.& c. nullus inuitus 71.dist. primatus,
Quod aliud est postulari,aliud eligi 61. dist.Osius.
Quod postulatur laicus vel alterius diœcesis clericus, sed eligitur clericus nulum habens impedimentum, 61. dist.Osius §.sed aliud est.
Quod postulatio fit simpliciter petitione vel electione cum solemnitate decreti omnium,subscriptione roborati.61.dist.Osius,§. sed aliud est, & c. seq.
Quod laicus primo est postulandus,

demum

Universidad de Deusto
Biblioteca

demum eligẽdus: sed clericus primo eligendus, demum postulandus, 61. dist. Osius. § sed aliud est.
Quod in postulatione omnium eligentiũ requiritur consensus, 61. d. episcopus dum, 63. dist. litteras, 76. dist. dilectionis.
Quod postulatus per suum prælatum debet concedi, 76 dist. dilectionis, 7. q. 1. episcopus de loco.
Quod vacante ecclesia capitulum non potest concedere postulatum, 71. dist. fraternitatem, 24. dist. c. 3. & 4.
Quod episcopus non potest compelli ad dandum clericum postulatum, 85. dist. archidiaconum Florentinum, in fine, 76. dist. dilectionis, 63. dist. litteras.
Quod episcopus videtur posse compelli ad dandum clericum postulatum per superiorem, 12. q. 1. omnis, in fi.
Quod postulatio non iuri, sed gratiæ innititur 63. dist. litteras.
Quod postulatio vitiatur, si postulantes diffidunt de iure suo nisi sit iam superiori præsentata, 28. dist. de Syracusanæ.
POTESTAS. Quod potestas Dei precedit omnium hominum potestatẽ, 8. dist. quæ contra.
Quod potestas non est nisi à Deo siue iubente siue sinente 23. q. 1. quid culpatur in bello.
Quod potestati Dei resistit qui ordinationi Dei resistit, 11ũ. q. 3. qui resistit.
Quod illud quis potest quod de iure potest, 8. q. 1. nos in quemquam 22. q. 2. faciat.
Quod aliud est iniusta potestate iuste vti, & aliud iusta iniuste vti 14. q. 5. neque. in fi.
Quod meretur potestam amittere quisibi concessa abutitur potestate, 11. q. 3. priuilegium.
Quod potestas est duplex, videlicet pontificalis, & regalis, 96. dist. duo. 23. q. 5. principes.
Quod Christus actibus suis officia potestatis tam pontificum quam Imperatorum discreuit, 96. dist. cum ad verũ.
Quod vtraque potestas se debet iuuare mutuo, 23 q. 5. principes, & quattuor c. seq.
Quod sicut antecedunt diuina humanæ & cælestia terrena, & spiritus carnem, sic antecedit pontificalis potestas regalem, 10. dist. suscipitis.
Quod Imperator debet subesse potestati Papæ, 96. dist. si imperator, & c. sicut vsque ad finem.
Quod potestas Papæ in concilijs excipitur, & statuta concliorum sua potestate confirmantur, 17. dist. per totũ.
Quod potestas Imperialis siue regia nõ est vituperanda, 14. q. 5. neque.
Quod personæ ecclesiasticæ ratione prædiorum tenentur potestatibus sęculares obedire, 23 q. 8. conuenior. & c. tributum Exemplũ ibi de Christo.
Quod potestas sæcularis non habet ius in spirituali, 23. q. 8 tributum.
Quod cum præcipitur, quod non licet, ibi potestas est contemnenda, 11. q. 3. qui resistit.
Quod alia est potestas officij, alia executionis 24. q. 1. miramur. § prox.
Quod suspensi habent potestatem, sed non executionem, potestatis, 1. q. 1. quod quidam, § ex his, circa prin 24. q. 1. miramur, § prox.

De Potestate Imperatoris habes vbi agitur de Imperatoribus, & principibus, & de Potestate episcopi, vbi agitur de episcopis, & sic de alijs vbi agitur de singulis.

PRAEBENDA. Quod præbendæ in duabus ecclesijs vni non sunt dandæ, 70. dist. sanctorum 89. dist. singulæ.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficijs, & vbi agitur de officijs.

PRECARIAE. Quod precariæ dicũtur quædam precationes vsus fructus in recompensatione proprietatis, 10. q. 2. precariæ. 12. q. 2. precariæ.
quod precarium vtendum conceditur quamdiu patitur qui concessit, 12. q. 2. sæpe.
quod precariæ cum fiunt, sunt in scriptis redigendæ: ne per rententionem diutinam prejudicium generetur. 12. q. 2. sæpe.
quod precariæ de quinquennio in quinquennium debent renouari, 10. q. 2. precariæ.
quod precariæ irrationabiliter factæ præcipue ecclesiarum successori non præiudicant, 10 q. 2. de precarijs.
quod præcario possidentes præscribere non possunt, 16 q. 3. clerici, & c. seq.
PRAECAVERE. quod præcauendũ est futuris periculis, 13. dist. in nomine, circa princ. 51. dist. designata, 28. dist. de Syracusanæ 82. dist. proposuisti. circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Cautelæ.

PRAECEPTVM. quod præceptum Dei omnibus præceptis antefertur 8. dist. quæ contra. 11. q. 3. si is qui, & c. se.
quod decem generalia sunt præcepta Dei, quæ decalogus dicuntur, 32. q. 4. meretrices. Vnde versus.

Idola sperne, Dei tibi non sit nomen inane.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non occisor eris, fur, mechus, testis iniquus.
Non alij nuptam, nec res cupies alienã.

quod præceptum Dei facit licitum vbi aliàs esset illicitum, 14. q. 5. dixit.
An Deus non vult vt semper fiat id quod præcipit, 22. q. 1. non est.
quod præcepta patientiæ non tam exhibitione corporis quam præparatione cordis sunt retinenda, 23, q. 1. nisi. §. his ita, & c. paratus.
Item quod præcipitur imperatur: & qđ imperatur, necesse est fieri, 14. q. 2. c. vl.
quod præceptum papæ propter obedientiam beati Petri cuius successor est, diligenter est obseruandum 19. dist. in memoriam.
quod iniustum præceptum superiorum non est implendum, 11. q. 3 si episcopus forte, & c. seq.
quod præcepta etiam sanctorum prælatorum antequam imoleantur sunt discutienda, videlicet si sunt iusta, & licita, si non sunt contra Deum. 59. dist. si quis præpostera.
quod nec papa vult vt impleatur quod per surreptionem præcipit, 16. q 3. ireoet.
quod qui iustis præceptis non obtemperat, debitor est pœnæ, 14. q. 1. quisquis. 50. dist. si quis præpostera.
PRECES. quod preces hominum Deus non semper exaudit, 50. dist. si quis præpostera.

De hac materia habes vbi agitur de Oratione.

quod preces canonicæ disciplinæ contrariæ non sunt exaudiendæ, 50. dist. minor, 14. q. 6. c. 1.
quod rescripta expressam debent habere conditionem hanc, si preces veritate nitantur, 26. q. 1. rescripta.
quod iudices sunt puniendi qui præscriptam dacia non arguunt, 25. q. 2. rescripta, vsque ad cap. vniuersa.
Vtrum per preces suas vel aliorum possit quis sine simonia promoueri, habes vbi agitur de simonia.

De hac materia habes vbi agitur de Perditione.

PRAECIPITATIO. Præcipitatio qualiter, & in quibus non sit bona, habes supra vbi ponitur Acceleratio.
PRAECISVS. quod præcisus de Christi corpore etiam si figuram membri teneat, vitæ, spiritum non habet. 23. q. 7. quemadmodum.
De præcisis an sacramenta confectre possint, habes 1. q. 1. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreticis, & Schismaticis.

PRAEDA. quod præda secundum militem disciplinam regibus est seruanda, 23. q. 5. dicat.
quod propter prædam militare, est peccatum, 23. q. 1. militare.

quod

quod omnis illicita præda furti nomine in decalogo est prohibita, cum dicitur, non furaberis. 32. quæst. 4. me retrices.
quod prædones peregrinorum, & pauperum sunt excommunicandi 24. q. 3. si quis Romipetas & duobus cap. seq.
PRAEDESTINATIO. quod prædestatio Dei semper in bono est. 23. quæstione. 4. Nabuchonosor ante med.
quod prædestinatio ita est à Deo dispositа, vt electi meritis & precibus ad ipsam perueniant, ibidem.
quod nequaquam obtineri possunt quæ prædestinata non fuerunt, 23. q. 4. obtineri.
quod prædestinatio proprijs meritis & sanctorum precibus adimpletur. 23. q 4. obtineri.
quod prædestinatus, inquantum prædestinatus, non potest damnari depenit. dist. 4. peccatum, §. verum post med.
quod licet nemo possit saluari nisi prædestinatus, omnia tamen delinquenti adhibenda est correctio, sicut medecina adhibetur omni languenti, licet sciatur neminem vltra terminum à Deo præfixum victurum. 23. quæstio. 4. Nabuchodonosor.
quod prædestinatio multis est causa stãndi, sed nemini est causa labendi. 23 quæstione, 4 Nabuchodonosor, §. item qui.
quod non inducit necessitatem correctionis vel obdurationis, cum boni per gratiam corrigantur, mali libero arbitrio pereant, 23. quæstione. 4. Nabuchodonosor, §. non ergo.
quod licet prædestinatio Dei, vel præscientia falli non potest, non ideo omnia prædestinata necessario eueniunt: sed quia bona absque eius gratia, & mala præter eius scientiã euenire non possunt.
quod multi videtur prædestinati merito præsentis iustitiæ, nõ autem prædestinatione claritatis æternæ, de pe. dist. 4. §. hoc ergo.
PRAEDICATIO. quod prædicatio verbi Dei non est contemnenda. 1. q. 1. interogo.
quod non minus est reus qui prædicationem negligenter audierit, quam qui corpus Christi in terram cadere permiserit.
quod ad prædicationem siue sit fidelis siue infidelis, etiam est in ecclesia admittendus, de consec. dist. 1. episcopus nullum.
quod contemptoribus, ne margaritæ spargantur ante porcos, est subtrahẽda. 43. dist. in mandatis.
quod prædicationi proponenda est alia quando contemplatio, & aliquando postponenda. 2. q. 1. in scripturis. Exẽplum ibi de Hieremia.
quod sicut vtilius est habere prudentiores, quam formosiores amicos, sic vtilior est sermo verior quam disertior, 38. dist. sedulo.
quod prædicatio suscitat spiritualiter mortuos, 8. q. olim.
Quod prædicator debet esse in vita & scientia irreprehensibilis. 8. q. 1. oportet 26. distinctione, §. 1. & §. ecce. 38. dist. c. 1.
Quod prædicator purus debet esse à peccato. 50. dist. quid est hoc. & c. cum exaudiero, & 35. q 6 in fi.
Quod fructum Christi non suum debet intendere, 8. qu. 1. olim, & c, in scripturis.
Quod secũdum capacitatem audiẽtium sermonem debet formare 8. q. 1. oportet.
Quod nec propter Christi cultum ampliandum, nec propter aliud vlla debet mentiri ratione. 22. quæ. 2. primum.
Quod prædicator debet esse actiuus & contemplatiuus, & non de suo sensu, sed illa docere quæ didicit in contemplatione. 36. distinctione, si quis vult.
Quod nec propter æmulationem, vel detractionem aliorum à recta prædicationis intẽcione debet recedere. 44. dist. scimus.
Quod prædicator ad vtilitatem populi prædicans consequitur à Deo vberiorem gratiam 1g quæstione 1 reuertimini.
Quod nullus laicus, vel religiosus absque Papæ, vel episcopi licentia, nec mulier quantumcunque docta & sancta sit, debent prædicare, 16. q. 1. adijcimus, 23. dist mulier.
Quod qui prædicatorem veritatis contristat, in Christum peccat. 11. q. 4. qui cumque constristauerit.
Quod vitiosi fermo non est contemnendus: quia sicut lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, non lauatur, sic bona doctrina per malum sacerdotem credentes à peccatis lauat. 83. distinctione, §. vltimo.
Quod infelix est prædicator qui alios illuminando ipse tenebrosus & repromus efficitur. de pœn. distin. 2. §. opponitur.
Quod prædicator bene docendo, & male uiuendo Deum instruit qualiter eum debeat condemnare 40. distinct. multi.
Quod prædicatores qui ab auditoribus non metiguntur, non audientium vtilitatem, sed suam ostentationem quærunt. 43. distinctio. dispensatio.
quod inconuenienter prędicat qui patrem Christum pingui ventre & rubentibus buccis annunciat. 35 dist. ecclesiæ.
Item qui arroganter & cum fastu annunciat 46. dist. hoc habet.
Item qui fabulas immiscet, quia in vnore cum inuis laudibus se Christi laudes non compatiuntur, 86. dist. eum multa.
PRAEFATIO. Quod præfatio B. Virginis nouem antiquioribus præfationibus per concilium addita est, 70. dist. sanctorum in fi.
Quod excepta præfatione B. Maria nouem sunt quæ per circulum anni decantantur, de consec. distin. 1. inuenimus.
Quod ante præfationem ideo Sursum corda dicitur. vt tunc præcipue ad Deum mentem erigere plebs moneatur, de consec. distinct. 1. quando autem.
PRAEIVDICIVM. Quod præiudicium committitur quando lite pendente pro altero sententiatur. 11. q. 1. quia res.
Item præiudicium committitur quando vna parte absente altera auditur 3. q 9. c. vlt.
Item præiudicium committitur quando quis contra iustitiam condemnatur. 2. q. 1 in primis.
Item præiudicium generatur quando quid furtiue vsurpatur, 63. distinct. illud.
Item præiudicium dr quodlibet factũ iniuriosum. 11, q. 1. quia res.
PRAELATIO. Quod prælatio nõ est instituta contra bonos, sed ad coercendum malos. 22. distin. de Constãtinopolitana.
Quod prælatio ecclesiastica quæ est à Deo, non est contemnẽda. 11 q. 2. nemo contemnat
Item nec auide suscipienda, nec propter dissidiam respuenda. 16. q. 1 vos autem 8. q. 1. olim. & tribus. c. seq. 40. dist. multi.
Quod ambitiosus ad prælationem (etiãsi sanctus sit) reprobatur. 1. q. 1. principatus.
Quod fugientes eam magis sunt assumendi, quam se ingerentes. 1. q. 6. sieut. 8. q. 1. in scripturis.
Quod non consanguinitas, sed iuris & scientiæ congruitas est attendenda in ipsa. 8. q. 1. licet. & c. seq.
quod non prælatio, sed bona conuersatio nos iungit Deo. 40. distin. non loca.
quod omnis sanctitas præsumenda est de prælato 40. dist non nos.
quod ille prælatus dicitur maior, qui vita est sanctior. 2. q. 7. Paulus Petrũ. & duobus cap. seq. 40. dist. multi, in fin.
quod absurdum est prælatum peiorem esse populo. 1. q. 1. vilissimus.
quod prælati debent esse litterati. 39. dist. qui ecclesiasticis, & duob. c. seq. & c. si quis vult.
quod vita pastoris debet esse exemplar subditis. 2 . q. 7. cum pastoris.
quod prælati debent esse duces gregis & pastores. 7. q. 1. scisciatis.
quod integritas prælatorum salus est subditorum, & ordo nutabit si quod inuenitur in corpore, nõ inueniatur in capite. 41. distinct. miramur.
quod prælatus debet in conuersatione & sermone præire. 8. quæstione, 1. qualis. 40. dist. non nos, & tribus c. seq.
quod minorum exempla ad imitandum, & doctrinam ad discendum,

sperne.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſpernere non debet,22.diſtin.de Cõſtantinopolitana.24.quæſtione, 3.ſi. habes.
quod debet etiam erga ſubditos ſolicitam curam gerere.8.q.1.in ſcripturis.
Item nunc actioni,nunc contemplationi vacare.88.diſt decreuit. & c. epiſcopus nullam 2.q.7.epiſcopi.8.q.1. in ſcripturis.
Item erga infirmos compatiẽs dẽt eſſe 45.diſt.recedite.
Item diſcordãtes concordare. 90.diſt. c.1.& c.ſtudendum.
Item de ſubditis non facile debet crede 86.diſt.ſi quid vero.
Item non debet ex vindicta corrigere. 86 diſt.ſi quid.& c.ſeq.
Item nec iuxta velle debet ſubdictum punire 45. diſ.cum beatus Paulus. 11.q.3.ipſe.
Item promptior debet eſſe ad miſerendum quàm ad puniendum.45.diſt.licet.quia tutius redditur ratio de miſericordia,quam de crudelitate. 25. q.7.alligant.
Item ſeuerus debet eſſe contumacibus ſed benignus pœnitentibus.q. 5.quãto.
Quod ſi in corrigendo exceſſerit,à ſubditis veniam petere non tenetur.86. diſt.quando.
Quod contra prælatum non de facili eſt præſumendum,11.q.3.abſit.
Quod prælati plus alijs aduerſitatibus ſunt expoſiti.3.q.1.nulli.7.q.1.ſuggeſtum.& duobus c ſeq.
Quod peccata ſubditorum eis imputantur.1.quæſt.1.quidquid.9.quæſtio.3. epiſcopo.
Quod ſuperbia & auaritia in ipſis præcæteris reprobantur.93.diſt.diaconi ſunt circa med.
Quod prælatus ſine temporalibus non proficit,ſicut anima ſine corpore non viuit.1.quæſtione 3. ſi quis obiecerit.
Quod nihil in hac vita laborioſius, & apud Deum gratius, quam eſſe bonum prælatum,40. diſt. ante omnia 96.diſt.dua.
Quod bonorum prælatorum Deus facilius orationes exaudit 1.q.1 ipſi ſacerdotes.
Quod malus prelatur quandoque datur propter peccata populi.6.q. ex merito.8 quæſ.1.audacter.Exemplum ibi de Saule.
Quod toleratur quamdiu per ſententiã non deijcitur,16.quæſtione,8 c.vlt. 23.q.4.tres.
Quod incongrue ſanctorum locum tenet,ſi facta bonorum non ſectatur. 40.diſt.non eſt.& c.ſeq.
Item honor adeptus vel ei exhibitus cedit ei ad culpam, & ad pœnam 40. diſt.multi.2.q.7.ſecuti,in ſi.
Quod ſuo exemplo multos trahit ad inferos.40.diſt.ſi papa.
Quod apud Deum nihil miſerabilius quam prælatus malus 40.diſtin.ante omnia.
Quod mali prælati tot mortibus digni ſunt quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt.11.q. 3.præcipue.
Quod in eodem genere peccati grauius cadunt prælati quàm ſubditi. 40.di. homo.
Quod ſunt ipſorum opera,ſed doctrina attendenda.1.q.1.non quales.
Quod licet prælati ſint mali, tamen à ſubditis non ſunt contemnendi.1.q.1.multi,& duobus c.ſeq.6 q.1.ſacerdotes.& c.oues.
Quod Chriſtus malis deferendo prælatis cum alapa daretur. Exemplum ſubditis humilitatis & patientiæ erga prælatos relinquit. 93. diſtinct. dominus.
Quod illi prælati ſunt mercenarij, qui honores & temporalia quærunt,nõ ea quæ ſunt Ieſu Chriſti. 8.q.1. ſunt in eccleſia.

De hac materia habes vbi agitur de Epiſcopis, & de Abbatibus, & de poſſeſſione, & de Electione.

PRESBYTER. Quod presbyter Græce,Latine ſenior interpretatur 21.diſt.cleros.
Quod presbyteri ſeniores non propter ætatem,ſed propter honorem, & dignitatem nominantur.
Quod presbyteri ijdem ſunt qui & ſacerdotes.
Quod olim epiſcopi dicebantur preſbyteri.93.diſt.legimus.& 95.diſt. olim & cap.olim.
Quod præſente epiſcopo presbyter nõ debet deſignare infantes.95.diſt.preſbyter.
De differentia epiſcopi & presbyteri, habes 95.diſt.per totum.

De presbytero habes vbi agitur de Sacerdote.

PRAESCRIPTIO. Quod præſcriptio non fauore malæ fidei poſſeſſoris,ſed odio rem ſuam proſequi negligentis introducta eſt.16.q.3 placuit.§.poteſt etiam.
Quod præſcriptio eſt vnius anni.54.di. per totum,vbi agitur de ſerui(ignorate domino)ordinatione.
Itẽ eſt præſcriptio vnius anni, & diei. 20.q.2.puella vbi agitur de profeſſione.
Item eſt præſcriptio vnius anni & dimidij.3.q.3.de inducijs, vbi agitur de epiſcoporum excuſatione.
Item eſt præſcriptio biennij. 19. q.2. monaſterijs,vbi agitur de incognito tum in monaſterijs ſuſceptione.
Item eſt præſcriptio triennij.17 q. 2.ſi quis incognitus vbi agitur de incognito ad profeſſionem ſuſcepto.
Item eſt præſcriptio quadriennij.16.q. 3.§.quas actiones.vbi agitur de vſucapione.
Item eſt preſcriptio ſex annorum.7 di. § 1.ſi emeris ſeruum.vbi agitur de ſerui dimiſſione.
Item decem annorum.16.q.3. placuit. §.poteſt ante med. vbi agitur de præſcriptionis diſpenſatione.
Item eſt præſcriptio duodecim annorum 20.q.1.puellæ, vbi agitur voti obligatione.
Item eſt præſcriptio quattuordecim annorum,20.q.2. ſi in qualibet, vbi agitur de maſculorum ad religionem obligatione.
Item eſt præſcriptio decem & octo annorum 28.diſ.de his, vbi agitur de ſubdiaconorum ordinatione.
Item eſt præſcriptio viginti annorum. 16.q.3.placuit,§.poteſt. vbi agitur de præſcriptione.
Item eſt præſcriptio vigintiquinque annorum 20.q.1. placuit, vbi agitur de diaconorum ordinatione,
Item eſt præſcriptio quadraginta annorum.16.q.3 placuit §. poteſt etiam poſt medium, vbi agitur de libertate ꝙ ei nullo tempore præſcribitur.
Item eſt præſcriptio centum annorum 20.q.1.iuuenculas,vbi agitur de abbatiſſarum velatione.
Item eſt præſcriptio ſexaginta annorum.16 q.3.nemo,vbi agitur de Romanæ eccleſiæ præſcriptione.
Item eſt præſcriptio vnius menſis 4.q. 5.quiquis.
Item eſt præſcriptio duorum menſium 5.q.3 ſi ęgrotans.
Item eſt præſcriptio trium menſium. 54.diſt fraternitatem.
Item eſt præſcriptio quatuor menſium 76.diſt.ieiunium,§.non autem.
Item eſt præſcriptio ſex menſium 3.q. 3.de inducijs.
Item eſt præſcriptio nouẽ menſium,3. q.3.induciæ.§.ſpatium.
Item eſt præſcriptio decennalis, & vicennalis,quæ eccleſijs obijci non poteſt.15. quæſtio.3. placuit, §. poteſt etiam
Item præſcriptio communis eſt tricennaria, religioſorum quadragenaria, Romanæ eccleſiæ centenaria, 15.q.3. §,& 16.q.3.placuit.§.poteſt etiam.
Quod quęlibet perdictarum præſcriptionum debet habere bonam fidem, & iuſtũ titulum poſſeſſionis,16.q.3. placuit.§.poteſt etiam
Quod nõ currit præſcriptio contra res eccleſiæ precarie, vel ratione hoſtilitatis poſſeſſas.16.q.3.clerici.& duobus cap.ſequen.12.q.2.ſæpe.
Item non currit præſcriptio tempore prælati male alienantis 16.q.3 ſi ſacerdotes
Item non currit tempore captiuitatis & hoſtilitatis,16.q.3.ca. vlt.& cap. porro.
Item non currit tempore pueritiæ. ſcilicet intra xiiij.annum.16. q.3. placuit,§.ſi autem
Item non currit in decimis à laicis detẽtis.16.q.3 placuit vt.poſt med.
Item non currit contra libertatem ibidem.
Item non currit contra publicas functiones,§.porro.ibid.
Quod an vna eccleſia poſſit iura alterius eccleſiæ tollere per præſcriptionem, habes. 16.q.3. per totum.
Quod

quod monaſteria contra eccleſias non poſſunt præſcribere niſi ſpatio xl. annorum,16.q.4 per totum.
quod præſcriptio tricennalis non præiudicat eccleſijs,16.q.3.ſi ſacerdotes, & q.4.c.1.
quod laici non poſſunt præſcribere decimas,16. q.3. placuit, §. poteſt etiam.
quod limites diœceſium vel parochiarum præſcribi non poſſunt,16. q.3.licet,§. hoc multipliciter. & c. ſeq,
quod ius diœceſium præſcribi poteſt, 16.q.3.c.1.& tribus c.ſeq.
quod in illis quæ quis ſua auctoritate vſurpatiue poſſidet, præſcribi nõ poteſt,16.q.3.dilectio,§ poteſt etiã aliter.
quod ille qui aſſerit ſe præſcripſiſſe, ſi dubitatur,debet iuratoriam præſtare cautionem quòd bona fide & conſcientia bona poſſideat, 16.q.3. dilectio.
quod interruptio præſcriptionis dat ius agendi,16.q.3. c.1.& q. 4. volumus.
quod interruptio fit dupliciter: videlicet naturaliter: ideſt, contra ius naturæ:quando ſcilicet contra conſcientiam poſſidetur,16.q.3.placuit,§.poteſt etiam.
Item ciuiliter fit vel per libelli oblationem:vel per litis conteſt.16.q.3. placuit,§.poteſt,ante medium,& c. quicumque
Item fit per proteſtationem coram epiſcopis vel alijs bonis viris, 16. q.3. placuit vt,poſt medium.
Item per ſynodalem proclamationẽ, 16.q.3.c.1.tribus c.ſeq.
Item fit per tabellionum vel teſtium ſubſcriptionem,16.q.3.placuit vt,§. is autem.
quod longæua vſurpatio non facit præſcriptionem. 100.di. contra morem, 24.q.1.ſchiſma.
PRAESCIENTIA.quod præſciẽtia Dei continentur futura quæ hominibus ex libertate liberi arbitrij debent prouenire,23.q.4. Nabucodonoſor,circa ſi.
quod præſcientia ſolum in malis operib.eſt intelligenda ibid.
quod præſcientia Dei nullã neceſſitatem infert libero arbitrio ibid.
quod ſecundum præſcientiam Dei ſcribũtur in libro vitæ qui præſciti ſunt iuſtificati: delentur de libro vitæ ꝙ præſciti ſunt damnati de pœn. diſt. 4.§.finis,vſque ad ſi.
PRAESVMPTIO.quod præſumptio concipitur ex circunſtantia facti,32.q.5.nec ſolo.
quod pręſumptio violenta oritur ex propinqua facti circunſtantia,34.di. quorundam.
quod præſumptio eſt multiplex,videlicet vſurpatoria, quando ſ. alieni termini vel officium vſurpantur, 9. q.1.c.1 & q.2.nullus alterius, & q. 3.ſi autem.
Item præſumptio diabolica cum bona eccleſiarum inuaduntur, 12 q. 2.de viro.
Item præſumptio ſacrilega quãdo Deo dicata humanis vſibus applicantur, 12.q.2.prædia.
Item præſumptio conſpiratoria quæ fit contra prælatos, 11.q.1. ſi qui clericorum.
Item præſumptio pernicioſa cum ſerui fugitiui ad ordines vel ad religionẽ recipiuntur. 54. d. generalis.
Item præſumptio nefanda quando eccleſiæ officia propinquis minus dignis committuntur, vel ab illegitimis perſonis pertractantur, 89 diſtin.decenter,16.q.1.placuit communi.
Item præſumptio ambitioſa eſt quando minor præſumit exequi quod eſt ſuperioris,7.q.1. pontifices, & c.nihil contra.
Item præſumptio fatuoſa eſt cum prælati crimino ſi nolunt reprehendi,2.q.7.præſumunt.
Item eſt præſumptio deordinata cum vltra ſtatutum aliquid attentatur. 10.q.1.inter cetera,21. q.4. epiſcopi.
Item præſumptio negligentiæ quando prælatus ſubditos malos non coercet,2,q.7.ſicut inquit.
Item præſumptio blaſphemiæ, ſicut cum canones ſanctorum patrum violantur,25.q.1.violatores.
quod præſumptio crudelitatis,hoc eſt prælatorum deſęuientium in ſubditos,10 q.3.quia cognouimus.
quod quantumcunque perfectus de ſuo ſtatu non debet præſumere, 6. q.1.imitare. Exemplum de Apoſtolo Petro.
quod Deus bonorum præſumptionẽ deprimit per aduerſitatem, 6. q. 1. oues,§.ipſa
quod in dubia rebaptizatione non eſt temeritas præſumptionis, ſed diligentia pietatis,de conſe.di.4.ſi nulla.
quod præſumitur quis citius mori quanto ſenior eſt,7.q 1. petiſti,86. diſt.tanta nequitia.
quod præſumitur pro ſenectute, ſcilicet dignior probitas,59.diſt.ſi officia.
Item in iuſtitia exeminatio,86.diſt.ſi quid vero.
Item præſumitur ſapientia,84.diſtin. porro
Item morum grauitas, 12. q.1. capitu.1.
Item ſermo veracior,35. q. 6.conſanguineos.
Item eleemoſyna dignior 86.diſt.non ſatis.
quod quandoque præſumitur ex præſenti circa præteritum.34.q. 2.cum per bellicam.
Item quandoque præſumitur ex præſenti circa pręſens,6.q.1.qui crimẽ.
Item præſumitur ex præſenti circa futura,47.diſt. ſicut hi.§.neceſſe, circa ſi.
quod quandoque præſumitur ex præterito circa præteritum,28.diſ.quia ſunt, vbi præſumitur vxor diaconi non fuiſſe, quia virgo ad eum non peruenerat.
Item ex præterito circa præſens, 87. diſt.quicunque.
Item ex præterito circa futurum,23.q. 5.ſi apud.
Item ex cauſa,23 q.occidit, vbi ponitur qualiter ſancti patres ex cauſa meritorie occiderunt.
Item ex perſona,89.diſt,decenter. vbi præſumitur de epiſcopo, ꝙ ſi res eccleſiæ conſanguineis committit, ꝙ illis,non eccleſiæ,lucrum quærit.
Item in loco,17 q.4.quiſquis,ſ. vbi ſacrilegium præſumitur ratione ſacri loci.
Item ex tempore,1.q.1.conſtat.vbi ex breuitate temporis præſumitur color excuſationis.
Itẽ ex facti qualitate,12 q.2.bonæ rei.
Item ex dignitate 11.q.3.abſit. vbi dicitur,quod de ſacerdotibus eſt bonum præſumendum.
Item ex taciturnitate,28.diſt.diaconi, vbi dicitur quod qui diaconatum recipit, etiam tacendo ſe ad caſtitatem adſtringit.
PRAEVARICATIO. Quod præuaricatio eſt vera crimina abſcondere,2.q.3.ſi quem,§.notandum.
Item pręuaricatio eſt votum caſtitatis vel religionis poſtponere, 20. q. 1. puellæ.
Quod non eſt præuaricatio incauti & temerarij iuramenti emendatio, 22. q.4.diffinitio
Quod præuaricator fidei ad teſtimonium non admittitur,2.q.7.non poteſt.
PRIMAS.Quod primas eſt maior archiepiſcopo,99 diſt.c.1.§.1.
quod primatus officium ſumptum eſt à Gentilibus:ad quos oppreſſi qui ad Imperatoris aulam venire non poterant,tanquam ad primam iudiciariam poteſtatem confugiebãt,99. diſt.prouinciæ,& c.ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Patriarchis.

PRINCEPS.Quod princeps ſæcularis diuina ordinatione ad regendum populum inſtituitur,7.q.1 ſi ergo.
quod debet eccleſias & prælatos earum defendere,63 diſt. Valentinianus,in ſi 23 q.5 principes.
quod de electione epiſcopi & aliorum Prælatorum non debet ſe intromittere,63 diſt. Hadrianus.
Quod princeps debet reuereri epiſcopos : quia principum colla debent ſubmitti genibus ſacerdotum,63.diſtin Valentinianus,96.diſt. duo, in ſi.
Item de bono ſtatu eccleſiæ debet prouidere,96.diſt.boni.23. q.5. principes,& c.inceſtuoſi.
Item debet intendere ad tuitionem viduarum, & pupillorum protectionem, & raptorum refrenationem, 23.q.5.adminiſtratores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod leges principium non possunt infringere statuta pontificum, 10. dist. per totum.
Item iudicantur & excommunicantur ab episcopis, 96. dist. duo & duo stus c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus & de Potestate, & de Regibus

PRINCIPIVM. Quod principium malum difficiliter bonum finem consequitur: quia difficile est vt bonope ragantur exitu, quæ malo inchoata sunt principio, 1. q. 1. principatus, & duobus, c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

PRIVILEGIVM. quod priuilegium dictum est eo quo in priuato seruatur, 3. dist. priuilegia.
Quod priuilegia sunt leges priuatorũ.
Quod priuilegium speciale derogat generali, 25. q. 1. c. vlt. circa fi.
quod priuilegium quandoque concedi tur vni prouinciæ, 35. q. 3. quædam lex, § quod scripsi.
Item conceditur vni ecclesiæ, 16 q. 1. hinc est.
Item quandoque vni personæ 7. q. 1 petisti.
quod personale priuilegium ad alium non extendit, 7. q. 1. petisti, post me.
quod priuilegium sigillatim concessũ, omnibus non conuenit, 16. q. 1 hinc est.
quod priuilegia paucorum non faciunt legem communem, 25. q. 1. c. vlt. post med.
quod semper cum pallio conceditur priuilegium speciale, 100. dist. rationis
quod priuilegia concessa per superiores, per inferiores non possunt nec debent infringi 9. q. 3. cõquestus, 12. q. 2. Vulternæ, 25. q. 2. priuilegia.
quod ecclesia Romana aliarum ecclesiarum priuilegia debet conseruare, 25. q. 2. per totum.
quod an posteriora priuilegia derogẽt prioribus, 25 q. vlt. priuilegia, & 6. c. seq.
quod Romana ecclesia potest alijs concessa vel commutare vel penitus reuocare, 26. q. vlt. posteaquã § his ita.
Vtrum priuilegium valeat contra statuta patrum, & dicta sanctorum, 25. q. 1. per totum, & q. 2. postea, § his ita.
quod qui allegat priuilegium, debet monstrare quod allegat, 110. dist. cõtra morem.
quod priuilegium meretur amittere qui concessa abutitur potestate, 11. q. 3. priuilegium, 25. q. vlt. posteaquã § his ita.
quod priuatur quis priuilegio propter scandalum, 3. q. 5. hæc quippe.
Item propter fauorem alterius loci vel personæ, 22. dist. renouantes.
Item propter atrocitatem criminis, 11. q. 3. ite 9. q. 3. conquestus.
Item propter renuntiationem expressam. 7. q. 1 quàm periculosum.
quod abutitur quis priuilegij potestate multipliciter, videlicet quando quis superior inferiorem totaliter in uitum compellit ad dignitatem, 47. dist. vbi.
Item qui eam exercent non ad subditorum vtilitatem, sed ad suam voluntatem, 1 q. 3 priuilegium.
Item qui eam non habet, sed assumit propria temeritate, 25. q. 2 posteà, § his ita. in fi. & c. seq.
PROBATIO. Quod probatio est duplex, videlicet diuina & humana, 26. q. 5. nec mirum, ante medium & post.
quod Deus permittit mala vt boni qui videntur probentur virum vere ipsum diligant, 26. q. 5. nec mirum ante fin. & in fi
quod aduersitas, quæ bonis viris obijcitur, probatio virtutis est, non iudicium reprobationis, 7. q. 1. aduersitas
quod mortem probatur infligere qui hanc cum possit non excludit 83. dist. § 1.
quod in humanis iudicijs onus probationis eo non incumbit, 6. q. 1. quod autem.
quod si reus laborat infamia, & si non potest probari propter scandalum retinetur se purgare, 6. q. 5. § vlt.
quod accusatus non negationem, sed exceptionem probare debet, 6. q. 5. quod autem, 6. item accusatus.
quod probatur crimen siue aliud factũ multipliciter, videlicet per confessionem, 15. q. 5. presbyter.
Item per rei euidentiam: vt cum quis in crimine deprehenditur & comprobatur, vt 50. dist. si quis diaconus 81. dist. si quis clericus, & c. presbyter.
Item cum quid ita notorium est vt nulla possit tergiuersatione celari, 2. q. 1. de manifesta & duobus c. seq.
Item per famam, 4 q. 3. placuit, §. item in criminali.
Item per præscriptionem, 18. dist. peruenit, & 44. dist. multis.
Item per iuramentum, 76 q. 3. dilectio.
Item per instrumẽtum, 16. q. 3 placuit, § potest.
quod per vnum testem nil probatur nisi cum mirsculo, 4. q. 3. in fi. §. sed obijcitur. Exemplum ibi de sancto Bricio.
quod proponens calumniam & non probans punitur, 5. q. 6. quia iuxta & c. seq.
quod probationis tempus & religionis, habes vbi agitur de professione, & vbi agitur de monachis.

De hac materia habes vbi agitur de Testibus.

PROCVRATIO. Quod procuratio episcopi archidiaconi tempore visitationis non debet esse grauis, sed modesta 10. q. 3 cauendum, & duobus c. seq.
quod procuratio non debet fieri nisi vno die, & hoc cum moderata societate, 10. q. vlt. inter.
quod si episcopus vel archidiaconus prõ visitat, nomine procurationis nil debet exigere, 10. q. 1. relata.
PROCVRATOR. quod procurator dicitur defensor ecclesiæ, 1. q. 3. Saluator, circa med.
quod infamis non possit esse procurator, 3 q. 7. infames.
quod in capitali siue in criminali causa non per procuratorem, sed per se agendum est, 2. q. 6. c. si quis in quacunque, §. cum autem, & ca. si quando.

De hac materia habes vbi agitur de Aduocatis.

PRODITIO. quod proditio ad mortem maius peccatum est homicidio, de pœn dist. 1 periculose.
quod qui veritatem non defendit vel pronunciat, proditor est veritatis, 11. q. 3. nolite timere.
quod qui nulli cognitum peccatum publicat, non correptor, sed proditor est, 2. q. 1. si peccauerit.
quod qui hominem prodit, ipsum interficit, de pœn. dist. 1. periculose.
quod clericus proditionibus vacans degradatur, 46. dist. clericus.
PROFESSIO. quod professio religionis facta ꝯ annos discretionis non tenet, 20. q. 1. c. 1. & §. seq.
quod professio regularis fi per scriptum vel per aliquod signum fuit scriptum, 20. q. 1 c. vlt. 27. q. 1. omnes.
quod nemo debet recipi ante annum probationis ad professionem, 17. q. 2. Gonsaldus, 19. q. 3. monasterijs.
quod laicus incognitus ante professionem probari debet per triennium, ne forte sit seruus, vel ratiocinijs obligatus, 17. q. 2. si quis incognitus, 53. dist. legem.
quod clericus incognitus probari debet per biennium, 19 q 3. monasterijs.
quod noti est tempus probationis annus, vt 17. q. 2. Gonsaldus, & 20. q. 2. puellæ.
quod regularis semper & vbique professionis vestibus debet vti, 20. q. 1. c. vlt. 27. q. 1. omnes.
quod religiosus si ordinatur sub titulo monasterij: etiam si anter non est professus, hoc facto tanquam professus illi monasterio perpetuo obligatur, 70. dist. sanctorum.
PROHIBITIO. quod prohibitio Dei est diligentius seruanda quàm hominum, 10. distinct. lege.
quod prohibitio prælati si propter necessitatem rumpitur, non culpatur, 11. q. 3. antecessor, & cap. sequen.

quod

Quod illud quod non est prohibitum videtur esse concessum, 30. quæstione. 3. post vxoris.
Quod non oẽ quod non prohibetur cõceditur, 30. q. 4. quod autem.
Quod illud officium non est prohibitum pro quo licet accipere salarium, 23 q. 1. militare.
Quod prohibetur simpliciter bonum prorer multa, videlicet propter lapsus cautelam, 27. quæstione, 2. sunt Nota ibi de matrimonio, & de religione.
Item propter vitandam iactantiam 21. dist. denique, vbi prohibetur sacerdos benedicere episcopo præsente.
Item propter mali occasionem, sicut frequẽter iura, quia talis peierat 22. q. 1. non est, & c. ita ergo.
Item propter scandalum, 27. q. 2. si qs ponsam
Quisod prohibentur Christiani ne figmenta poetarum legant, quia prouocant ad luxuriam, 37. dist. ideo.
PROMISSIO. Quod promissio est impia quæ scelere adimpletur vnde in malis promissis fides est rescindenda, 22. quæstio. quarta in malis.
Quo in honestum non est promittendum, 22. q. 4. nusquisque.
Quod pejus est implere illicitum promissum, quàm peierare. 22. quæst. 4. vnusquisque,
Exemplum ibi de Herode & saltatrice. 12. dist. duo.
Quod non est mendacium venire contra promissum. 22. q. 2 beatus Paulus.
Quod cum noxia promissa complemus, Dei iussa contemnimus, 13. distin. duo.
Quod non est transgressor promissi qui vt ne impleat necessitate prohibentur, 11. quæstione, 3. antecessor. &c. seq.
Quod in promissis plus est subintelligendum quam quod exprimatur, 22. quæst. 2. beatus Paulus, & 21. q. 2. antecessor.
Quod à Deo non statim conceditur mittitur, 52. dist. si quis præpostera,
Exemplum ibi de Moyse, qui orans p populo non impetrauit
PROMOTIO. Quod promotio est de minoribus ad maius 93. dist. legimus, in fi. & 59. distin. si officia. &c. ordinatos,
Quod in spirituali promotione quandoque possunt interuenire pacta honesta, 18. q. 2. Eleutherius 10. q. vl. cap. vlt.
Quod in promotione inhonesta pacta prohibentur, 1. quæst. 2. quam pio, in fine.

De hac materia habes vbi agitur de ecclesijs, & ordinibus, & de Simonia.

PROPHETA. Quod propheta largo nomine dicitur prædicator, & doctor, 43. dist. sit rector.
Quod propheta dicitur qui futura denunciat, 22. quæst. 2. si quælibet, §. Abraham.
Quod propheta de futuris quandoque pronunciat quod ignorat, 22. q. 2. si quælibet, § Abraham.
Quod quantumcumque sit verus propheta: si annunciat aliquid quod est contra deum, non est ei credendum, 26. quæstione, 5. nec mirum, ante fin.
Quod mali quandoque prophetizat, 1. q. 1. prophetauit, Exemplum ibi de Saul.
Quod mali prophetæ habent spiritum prophetiæ, sed non meritum.
Quod mali prophetæ donum prophetiæ vendebant, 1. q. 1. iudices. & c. nũquam.
Quod veri prophetæ populum propter malitiam eius non deserebant, sed ipsum de malitia arguebant, 23. q. 4. tolerandi sunt
PROPRIETAS. Quod proprietas indicta est propter iniquitatem hominum cum prius essent omnia cõmunia sicut aer & lux, 12. qu. 1. dilectissimis,
Quod proprietas personalis non dicitur esse in facultatibus ecclesiæ, quia sunt communes, 12. q. 1. expedit & c. res ecclesiæ.
Quod de rebus ecclesiæ nullus potest dicere, hæc res mea est, 12. q. 1. nulli §. si ergo.
quod an episcopi vel clerici dicantur proprium habere, 12. quæstione, 1. p totum.
quod ignominia est episcopi, studere proprietati, 12. q. 2. gloria,
quod episcopi in rebus ecclesiæ sunt pauperum dispensatores, 12. q. 1. expedit.
quod clerici in rebus ecclesiasticis nil habent proprietatis, 12. q. 1. duo sunt
quod clerici facientes proprium de rebus ecclesiæ, delendi sunt de tabula clericali 12. q. 1. nolo.
quod regulares nil debent habere pro prium, 12. q. 1. nolo.
quod qui nihil habent proprium, nõ possunt facere testamentum,
quod licet perfectis non conueniat habere proprium, possunt tamen esse rerum ecclesiasticarum dispẽsatores, 12. q. 1. expedit.
quod regularis habens proprium viuẽs mortuus est.
PROSPERITAS. quod prosperitas malorum resilat in caput eorum de pœn dist. 3 §. quamquam, &c. qd ergo terbamur.
quod boni non debent perturbari de prosperitate malorum, sicut nec de aduersitate bonorum.
quod nihil infœlicius prosperitate peccantium, 23. q 1. paratus, in fi.
quod mali propter bona quæ faciunt, præsentem prosperitatem in retributionem recipiunt, de pœnit. distinctione, 3. §. quamquam, &c. quid ergo turbamur.
PROVINCIA. quod prouincia dicitur quæ habet decem, vel vndecim ciuitates, & vnum regem, 6. q. 3 scitote
quod nõ licet habere iudicem alterius prouinciæ, nisi detur per superiorem. 6. quæstione, 3. §. 5. 11. quæst. 1. iudices,
quod reus non debet trahi extra prouinciam nisi ratione rei quæ debet discuti vbi contingit, 3. q. 6. neminem.
Item ratione appellationis, 3. q. 6. peregrina, 6. quæstione, 3. scitote, 2. q. 6. qui se scit.
Item ratione mandati maioris iudicis 3. 6. vnaquæque,
Item ratione criminis, 17. q. 4. si quis suadente,
Item ratione quæstionis & dubitationis circa fidem vbi recurritur ad papam, 24. q. 1. quoties,
Item ratione personæ, sicut est episcopus de quo non est diffinitiuandum sine papa, 3. quæstione, 6. quamuis, 11. q. 1. iudices,
PROXIMVS. Quod proximus diligitur cum à malo retrahitur, & ad Deum colendum perducitur, 23. q. 4. c. vlt.
quod prælatus non debet secretum suum præponere vtilitati proximorum, 8. q. 1. scripturis, & cap. qui episcopatum.
quod nos proximos Deo loca non faciunt, sed merita. 40. di non loca.

De Proximo habes vbi agitur de Dilectione proximi.

PRVDENTIA. quod prudentia maxime debet esse in prælatis, 36. distin. §. 1.
quod prudentia prælatorum debet esse non solum in litterarum peritia: sed etiam in negotiorum sæcularium solertia. ibid. & 38. dist. 5. 1.
PSALMISTA. quod psalmistæ à psalmis canendis dicti sunt. 25. dist. perlectis, 21. dist. cleros.
quod psalmistæ officium est canere responsoria, & quidquid pertinet ad cantandi peritiam 25. dist. perlectis,
PVBERTAS. qđ pubertas masculi sunt xiiij an. & fœminæ duodecim. 20. q. 1. puellæ, §. cum ergo. & q. 2. si in qualibet.
quod infra pubertatis annos, nec ad religionem, nec ad matrimonium quis obligatur 20 q. 1. addidistis, & q. 2. si in qualibet, &c. puella.
quod propter publicam honestatem nemo potest sponsam alterius consanguinei ducere & ducens separatur. 35. q. 1. §. porro.
PVDICITIA. quod pudicitia est animæ virtus, quæ plus vult quæque mala tolerare, quàm malo consentire. 32. q. 1 ita ne. Exemplum ibi de Lucretis 2.
Quod nemo pudicitiam seruat in corpore nisi prius spiritui insita castitate. 32. q. 5. ita ne.
quod pudicitia si mente seruatur propter corporis violentiam non violatur. 32. q. 5. magis & c. ille autem.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quod animus pudicus, non habet oculum impudicum, 32. q 5. nec solo.
Quod pudici filij paternam verecundiam contegunt, 96. dist. in scripturis. Exemplum ibi de filijs Noe.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate.

PVNITIO. Quod punitio parentũ, qui deliquerunt, in quartam generationem dilata, est signum diuinæ clementiæ, dum semper expectat ad pęnitentiam, 1. q. 4. homini qui: §. e contra.
Quod Deus punit peccata per nescientes sicut per Sennacheribus, vnde propheta. Virga furoris mei Assur.
Quod quis non Deo, sed viribus suis attribuit, dictum est ei. Numquid gloriabatur securis, & cap. 23. q. 5. §. vlt.
Item per Nabuchodonosor. vnde dominus, quid dabo ei qui seruiuit mihi apud Tyrum? & tamen idem postea inde superbiens factus est bos.
Item per Antiochum, qui suis viribus hæc ascribens audiuit. Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt.
Item per Romanos qui necem Christi in Iudæis vindicauerunt, quod quia sibi ascripserunt, dictum est eis. Eleua manus tuas super gentes quæ te non nouerunt.
Item punit Deus per scientes, scilicet filios Israel qui ex mandato occiderunt Amorrhæos, ibidem, post med.
Item punit quoscumque vbi iustum bellum geritur, & vires Deo ascribũtur, ibi circa fi. & c. sunt quædam 15. q. 1. non est.
Quod punitur sola attentatio. 36. q. 2. si quis virginem.
Quod punitur sola voluntas, 27. q. 1. nuptiarum.
Item punitur sola spes vel expectatio, 14. q. 3. si fœneraueris.
Item punitur sola cogitatio, 47. dis. quoniam multi.
Item punitur sola intentio, de pæn. di. 1. q. 1. s.
Item punitur sola aggressio, de pęn. dis. 1. si quis necandi.
Item punitur solus ausus, de pœ. dist. 1. si quis pulsatus.
Item punitur sola solicitatio, 36. q. 2. si quis non dicam.
PVRGATIO. Quod purgatio est quadruplex: videlicet spiritualis, canonica, vulgaris, & purgatorij ignis.
Quod spiritualis purgatio quæ est a peccatis, fit per fidei feruorem, 15. q. vlt. c. vlt.
Item fit pe baptismum & pœnitentiã de consec. dist. 4. non potest.
Item fit per Eucharistiæ & aliorum sacramentorum acceptationem.
Item fit per quælibet opera pietatis. 22. q. 2. si quælibet.
Item fit per aduersitatem & tribulationum tolerantiam 50. distin. & purgabit.
Item in hoc quod Esaias fuit purgatus calculo ante quam missus, innuitur quod non nisi purgatus debet secreta cęlestia alijs nunciare, 8. q. 1. in scripturis.
Quod canonica purgatio fit per iuramenti sacramentum, 2. q. 5. presbyter vel quilibet.
Item indicitur quando quis infamatur apud bonas & graues personas, siue per inimicos, siue per alios, 2. q. 5. presbyter. si. & c. omnibus, 6. q. vlt. per totum.
Quod non indicitur purgatio, quando apud viles personas quacumque præsumptione infamatus fuerit. 2. 5. omnibus.
Quod cum certo numero manuum debeat fieri purgatio, iudicis tamen arbitrio relinquitur, 2. q. 5. presbyter si & c. omnibus.
Item debet fieri purgatio apud quos est infamatus, vt ibi moriatur malum vbi contingit, de consec. disti. 2. ego Berengarius, in fi.
Quod purgatio in manifestis & notorijs non requirit, 11. q 3. curæ sit.
Quod canonica purgatio diuersimode exercetur in clericis, 2. q. 5. per totum.
Quod summus Pontifex propter scandalum sedandum sine præiudicio aliorum pontificum purgat quandoque semetipsum, 2. q 5. auditum, & §. seq.
Quod Leo papa purgauit secum duodecim episcopis, 2. q. 5. omnibus, circa fi.
Quod Sixtus papa purgauit seipsum in concilio, 2. q 4. mandastis.
Item Damasus papa cum quadraginta duobus episcopis in concilio se purgauit, 2. q. 7. nos, circa fi.
Quod episcopus vel electus infamatus cum quinque vel septem episcopis debet se purgare, 23. distinct. illud.
Quod episcopus vel presbyter potest se purgare per iuramentum super altare vel Euangelia, 2. q. 5. habet, & cap. Mennam, & omnibus ca. seq.
Quod purgatus coram superiori sine litteris expurgationis, non debet redire. 2 q. 5. quilibet.
Quod clericus infamatus si non potest conuinci, tenetur se per iuramentum purgare, 2. q. 5. presbyter, c. omnibus, & cap. seq. vsque ad finẽ quæstionis.
Quod clericorum purgatio debet fieri coram episcopo vel coram datis ab episcopo, 15. q 5. c. 22. q. 5. presbyter si.
Quod suspicio episcopi contra presbyterum vel clericum inducit purgationem, 2. q. 5. omnibus, post medium.
Quod presbyter cum septem sacerdotibus debet se purgare, 2. q. 5. si legitimi. & duobus c. seq.
Quod episcopus numerum expurgantium potest minuere vel augere 2. q. 4. presbyter si. & c. omnibus, ante fi.
Quod purgatio religiosorum super furtis, fiebat olim per Eucharistiæ receptionem. 2. q. 5. sæpe.
Quod purgatio vulgaris, quæ fit per aquam frigidam, vel feruentem, vel ignitum ferrum, vel per duellum, firmiter prohibetur: quia ibi tentatur Deus, 2 q 5. & Mennam & cap. consuluisti. & cap. monomachiam.
Quod purgatio zelotypiæ, quæ olim in lege veteri fiebat, modo non obseruatur, 2. q 5. consuluisti.
Quod purgatorij pœna licet non æterna, excedit tamen omnem præsentem pœnam 25. dist. qui in aliud. de pœnit. dist. vlt. circa fi.
Quo venialia peccata, quæ deportantur illuc, ibi purgantur, 25. distinct. qualis.
Item de grauibus hic per pœnitentiam dimissis, sed non plene satisfactis ibi grauissime purgantur, de pœn. dist vlt circa fi. c. nullus.
PVRIFICATIO. Quod purificatio mulieris post partum in lege descripta seruabatur. 5. distinct. §. 1.
Quod modo si mulier non completo tempore purificationis vult intrare ecclesiam, non est prohibenda. 5. distinct. cum enixa. & cap. si mulier.

QVADRAGESIMA. Quod quadragesima est decima dierum totius anni. nam qui vnum diem vel plures frangit, decimam dierum non exsoluit, de conse. dist. 5 quadragesimæ.
Quod excepta causa necessitatis est ab omnibus seruanda, de conse. distin. 3. non liceat, & duob. c. seq.
Quod quadragesimam abstinentiæ bene celebramus cum bene viuimus de conse. dist. 5. ieiunium.
Quod in quadragesima sicut à cibis, ita & ab alijs nociuis animæ est abstinẽdum. 4 dist. denique.
Quod clerici in obseruatione eius laicos debent præcedere, 4. distinct. statuimus.
Quod non solum à carnibus, sed etiam à casto, & ouis est in ea abstinendũ, 4. dist. denique.
Quod sumptuosiora cibaria, quam carnium in quadragesima non sunt pręparanda 4 dist. denique, in fi.
Quod in quadragesima nisi dictis vesperis non est comedendum. de consec. dist. 1. solent.
Quod nuptiæ & conuiuia non sunt in ea exercenda, 33. q 4. nec vxorem, & tribus c. præced.
Quod in capite quadragesimæ pœnitẽtes debent se episcopo præsentare, 50 dist. in capite
Quatuor tempora quomodo olim seruabantur, & quomodo nunc, habes vbi agitur de ieiunio, & de Missa.
QVAE-

QVAESTIO. Quod quæstio criminalis præiudicat ciuili, 3. q. 3. nõ est credendum.
Item criminalis quæstio aliquando præiudicat ciuili, & etiam criminali.
Item vbi est perplexa quæstio de sacra scriptura ad sanctorum scripta vel ad plurium seniorum responsum recurrendum est, 20. distin. de quibus.
Quod facilius inuenitur quod à pluribus senioribus quæritur.
QVAESTVS. Quod quæstus est duplex videlicet honestus, & turpis. de pœn. dist. 5. qualitas.
quod prælati quæstum pietatem putãt qui pro structuris ecclesiarum lucris illicitis vacat, 16 quæst. 7. & hoc diximus.
quod promotio ad ordines principaliter non debet intendi propter quæstum 74 dist. consuluit.
quod illi sunt sua quærentes, qui non Deum propter Deum, sed propter temporalia quærunt, 8. q. 1. sunt in ecclesia.
QVIES. Quod quies oratio, & labor manuum, debet esse in monasterio, 16. q. 1. de præsentium.
Quod prælatis quies contemplationis corde est appetenda, & tamen pro lucro animarum quandoque postponẽda, 8. q. 1. in scripturis.
QVINQVAGESIMA. Quod quinquagesima pars census ecclesiæ potest dari episcopo pro monasterij cõstructione: & centesima pro ecclesia, 12 q. 2. Bonæ.
Quod sacerdotes, & clerici ante quadragesimam à quinquagesima ieiunium debent inchoare, 4. dis. denique.
quod à quinquagesima vsque ad octauas paschæ causæ non sunt audiendæ, 15. q. 4. placita.

RATIO. Quod ratio sana exemplis est ante ponenda, 9. distinct. sana.
Quod rationem prælati tutius reddent de misericordia quã de crudelitate, 26 q. vlt. alligant.
quod illud quod caret ratione, necesse est extirpare, 63. distinct. chorepiscopi.
Item quod ratione constat, lex est, 1. dist. consuetudo.
quod ij qui carẽt ratione de factis suis non reddent rationem, 15. q. 1. firmissime §. ex eo.
quod homo qui rationalis est, de factis suis reddet Deo rationem.
Item de omni verbo otioso, 22. q. vlt. quoties.
Item de negligenter commissis, 23. q. 4. quando.
quod à principibus sæcularibus, & prælatis ecclesiasticis grauis à Deo exigitur ratio, 23. b. 5. principes.
quod inferiores superioribus de cura commissa tenentur reddere rationem, 16. quæstio. secunda, sacro.
RADIX. Quod radix arboris sicut vigorem dat multis ramis, sic ecclesia in beato Petro fundata cæteris apostolis, & alijs prælatis virtutem administrat spiritualem, 24 q. prima, loquitur, & 23. q. 5. ipsa pietas, post medium.
quod radix omnium malorum est auaritia. 47. dist. bonorum.
quod sicut radix omnium malorum est cupiditas: sic radix omnium bonorum est charitas & simul ambæ esse non possunt, de pęn. dist. 2. §. ex præmissis.
quod nisi vna radix euulsa fuerit, alia plantari non potest: quia frustra ramus inciditur, si radix non euellatur.
RAPINA. Quod rapina dupliciter dicitur fieri, vel quando res rapitur, vel quando vsus rei violenter eripitur, 36 quæstio. 1. c. vlt. circa fi. §. ex hac.
Quod rapinam non permisit qui furti prohibuit, 14 q. 5 pœnale.
quod rapina prohibetur, 14. q. 5. pœnale.
quod raptor proprie dicitur qui violenter, & publice tulit aliena.
quod raptor est vsurarum fœnerator, 14. q 4. si quis vsuram.
Item raptor dicitur inuentarum rerum detentor, 14 q. 5 si buid, & c. seq
Item raptor est prælatus, rerum, ecclesiasticarũ dilapidator, 10. q. 2. si quis episcopus.
quod raptor dicitur qui vltra sibi necessaria retinere probatur, 42. dis. hospitalem 47. dist. sicut hi.
Item raptor dicitur famæ alterius deprauator, 6. q. 1. deteriores.
quod raptor magis delinquit quàm fur. 14. q 5. pœnale.
quod raptores sunt infames, 3. q. 4. consanguineorum, & quæst. 5. constituimus.
RAPTVS. Quod raptus dicitur vbi puella de cuius nuptijs nil ante constiterat, violenter abducitur, 27. q. vl. lex illa.
Item raptus est illicitus coitus à rapiendo, idest, corrumpendo dictus, 27. q. vlt. raptus, & 36. q. 1. c. 1.
Item raptum committit qui florem virginitatis puellæ violenter eripit, 36. quæstio 1. de raptoribus, §. seq. in fine.
An raptum committat qui fœminam promissionibus abducit, 36. q. 1. per totum.
An raptor raptam possit ducere vxorẽ, 36. q 3. eos qui.
Quod si raptor cum rapta ad ecclesiam confugerit, ab ipsa debet tueri, 36. q. 1. lex.
qund raptor publica pœnitentia punitur, 27. q. 2. raptor.
quod si rapta non redditur, excommunicatur, 27. q 2. Agathosa, 26. q. 2. per totum.
RARITAS. Quod raritas facit pretiositatem, 59. dist. si officia. in fi. 93. dis. legimus.
quod rarum dicitur omne quod magnum est, 2. q. 7. in sancta.
quod omne quod est rarum plus appetitur, 93. dist. legimus post medium, exemplum ibi de pulegio, quod apud Indos carius est pipere.
RATIHABITIO. Quod ratihabitio confirmat male possessa. 16. q. 1. quoniam quidquid, 16. q. 3. placuit, §. potest etiam, 3. q. 6. hæc quippe.
RECESSVS. Quod recessus bonorũ à malis mente semper debet esse, licet quandoque non fiat corpore 23. q. 4. tolerandi, & octo c. seq.
quando prælatus debet recedere à malis subditis, & quando non habes 7. q. 1. aduersitas.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

RECIDIVATIO. Quod recidiuatio est de bono redire ad malum de pœn. dist. 2. per totum, & dist. 3. per totum.
Quod post bonum castitatis vel religionis recidiuare est sacrilegium committere, 28. dist. de his.
quod recidiuare post votum castitatis est incestum committere, 27. dist. virgines.
quod recidiuãs comparatur illi qui manum mittit ad aratrum, & retro aspicit, de pœn. dist. 2. quærendum.
An aliquis vere pęnituit, & recidiuauit vide de pœn. dist. 2. & 3. per totum.
An recidiuanti post pœnitentiam iterato sit pœnitentia iniungenda, dx pęnit. dist. 3. scelerator, §. his auctoritatibus.
RECONCILIATIO. quod recõciliatio est ad primum statum restitutio, 2. q. 1. notum sit.
quod reconciliatio solennis in scriptis fieri debet, 2. q. 1. legum. 1. q. 7. si qui voluerint.
quod episcopi officium est reconciliare pœnitentes, 27 q. 6. c. 1. & c. qui recedunt, & c. seq.
quod excepta vltima necessitate presbyter non debet reconciliare solenniter pœnitentes, sed episcopus, 26. q. 6 c. vlt.
quod quem episcopus excommunicat, presbyter sine consensu episcopi reconciliare non potest, 26. q. 6. ministrare §. proxi. & omnibus c. seq. vsque ad fi.
De forma solenniter excommunicatõ habes 11. q. vlt. debent, & duobus c. sequen.
quod perseuerans in malitia reconciliari non debet, 24. q. 2. legatur, & c. damnationis.
quod in extrema necessitate nulli pęnitenti reconciliatio est deneganda, 26. q. 6. his, & c seq.
quod ecclesiæ per sanguinem vel fornicationem pollutæ sunt reconciliãdæ de cons. dist. 1. si motum, & c. seq.

De forma reconciliationis coniugum habes 35. q. 6. c. vlt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RECONVENTIO. Quod reconuentio inhibetur accusato in pari crimine priusquam se de crimine quo accusatus est, exuerit. 3. q. 11. neganda, & c. seq.

Quod secundum canones condemnatus de crimine, amodo non potest cõuenire nec suum nec extraneum. 5. q. 1. qui. crimen.

Quod maiori crimine potest accusatus reconuenire, puta accusatus de fornicatione potest de homicidio vel simonia reconuenire. 3. quæstio. 11. non est. § hoc autem. vbi ponitur modus reconuentionis inter ciuilem, & criminalem quæstionem.

REDEMPTIO. Quod Christi passio fuit redemptio viuorum, & mortuorum. de consc. dist. 2. semel.

Quod pro opere misericordiæ peccata propria redimuntur 86. dist. est probanda.

Quod multa sunt alia bona, quibus possunt homines peccata redimere de pœn. distinctione, 1. medicina. in prin.

Quod captiuos, & oppressos tenemur redimere. 86. distinctio. non satis. in fine.

Quod etiam ornatus ecclesiarum redẽptio est captiuorum. 12. quæstione 2. aurum.

Quod vasa ecclesiæ, & res propriæ spectant ad redemptionem captiuorum 12. quæstione 2. apostolicos. 86. distinct. pulchra.

REDDERE. Quod reddenda non sunt mala pro bonis, 23. q. 3. sex differentiæ.

Quod debemus reddere, pro malis bona. 23. q. 3. sex differentiæ,

Quod reddẽda est Deo ratio. 25. q. 1. firmissime, § ex eo.

Quod serui sine cõsensu domini clerici vel monachi facti, reddendi sunt 54. dist. generalis.

quod pro rebus Deo consecratis, licet fuerint alienatæ, nõ illæ sed aliæ reddantur. 14. q. 6. comperimus.

quod ecclesiæ ablata reddi debent, & ipsa sine augumento debet recipere 12. q. 2. fraternitas.

quod quandoque simpliciter, quandoque in quadruplum, quandoque amplius ablata reddantur. 14. q. 2. in antiquis, & tribus c. seq.

quod res ecclesiæ propter delictum episcopi, ablatæ, reddendæ sunt. 16. q. 6. si episcopum.

quod ecclesia potissime debet redderp aliena, quia nihil petire credimus ecclesiasticis vtilitatibus, sibi ea, quæ sunt aliena, reddatur 94. dist. generalis

quod non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

quod fingitur pœnitentia vbi, cum possit, non redditur alienum. 14. q. 6. si res.

quod qui rem ecclesiæ precarie possidet, si non reddit eam, repetitur, & anathema incurrit. 12. quæst. 2. apostolicos.

quod qui inuentam rem non reddit fur, & raptor existit. 14 q. 5. si quid.

quod commune ciuitatis tenetur cogere ciuem ad reddendum aliena. 23. q. 2. dominus noster.

quod non habens vnde reddat, non tenetur. 14. q. 6. si res.

quod qui non est reddendo, maior proculpa imponenda est ei corporalis afflictio. 14. q. 6. c. 1.

Quod particeps est criminis qui fouet alienã non reddentem. 14. q. 5. c. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Restitutione.

REDIRE. quod pœnitens non debet redire ad peccatum, sicut, & canis ad vomitum, & sus ad luti volutabrum, de pœ dist. 3. irrisor est.

An peccata dimissa redeant propter peccatum aut non. de pœn. dist, 3. fere per totum.

REGENERATIO. quod regenerãtio est duplex, videlicet carnalis, p quam peccatum originale contrahitur: & spiritualis, per quam non solum originale. verumetiam voluntarium peccatum deletur. de cõse. dist. 4. regenerante.

De hac materia habes vbi agitur de Generatione.

REGIMEN. quod in creatutis sine regimine recta non potest consistere administratio 89. di. ad hoc.

quod cælestis militia, in qua angelis archangeli præsunt, nobis etiam exemplificat, q̃ nulla alia vniuersitas sine regimine põt consistere.

quod etiam bruta animalia sub regimine viuunt 7. q. 1. in apibus.

quod etiam omnis ordo ecclesiasticus suis inuittitur rectoribus, sicut apibus, & gruibus vnus rector est 7. q. 1. in apibus.

quod qui non sunt alienius regiminis. sunt acephali 93 dist. nulla, 18. q. ab batibus.

quod non solum necessarium est regimen episcopo regenti plebem suam vel etiam pauperi regenti domum suam; sed diuiti regenti familiã suã. & regi regenti gentẽ suã 23. q 4. duo

quod episcopi maiores sunt presbyteris tamen vtrique in communi regimine ecclesiæ debent intendere. 95. dist. olim. in fine.

quod talis ponendus est in regimiue, qui non solum de salute animarum, verum etiam de exterioribus sit solitus. 39. dist. Petrus.

Item talis qui valetudinem habeat corporis ad exequendum quod debet. 89. dist. archidiconum Floretinum.

quod regimini derogatur, cum prælati ad subditos, nimia humilitas mõstratur. 86. dist. quando.

De hac materia habes vbi agitur de Prælatis.

REGVLA, quod regula dicitur eo quod recte agat vel normam recte viuendi præbeat, 3. dist. regula.

quod omnis ecclesia est regulanda secundum romanam ecclesiam, ex qua habet principium, 12. dist. conseques & c. seq.

quod iustum est vnusquisque sumat regulas magistri vnde honoris conferrationem accepit. 12. distinctione de ijs.

quod ad regulam seruandam cogendi sunt subditi. 12. distinctione. de ijs. in fi.

quod regula apostoli. quæ debet in ordinandis seruari, incipit 25. dist. vnusorarium, §. nunc autem.

REX. quod prauus rex non dicitus veraciter rex. 2. q. 1. scelus.

quod regis officium est iusta præcipere. illicita prohibere, 23 q. 4. si ecclesia, in fi.

quod rex aliter seruit quia homo, aliter quia rex est nam vt homo seruit fideliter viuendo, vt rex seruit leges iustas exequendo. 23. q. 4. si ecclesia in fi.

quod regia potestas est instituta vt mali a malo coerceantur, & boni quiete inter malos viuant. 23. qu. 5. nõ fruſtra, & c. regum, & q. 4. qui peccat. ante fin.

quod Nabuchodonosor, qui prius adidololatriam compulit, & post idololatras puniuit, duplicem statum, videlicet ecclesiæ primitiuæ, & modernæ repræsentat, 23. q. 4 non inuenitur, & c. quando.

quod regum est proprie facere iudicium, & iustitiam. 24. q. 5. regum officium est.

Item debet ecclesiam defendere. 23. q. 3 Maximianus, & duobus c. se.

Item personas ecclesiasticas. 11. q. 1. Christianis.

item debet hæreses repellere. 23. q. 4. quando, & cap. si ecclesia, in fine.

item debet oppressos releuare. 23. q. 5. regum.

quod generale pactum est societatis humanæ suis regibus obtemperare. distinctin quæ contra.

item regibus debetur fidelitas. 23. q. 5. si apud.

item debetur eis subiecto, & tributi solutio 11. q. 1. si tributum. & cap. magnum, & q. 3. si dominus. & c. seq. 23. q. 8. tributum.

quod debent præcipue Deum blasphemantes punire. 23. quæ. 4. non inuenitur.

quod salubre est eis epis & presbyteris sua colla subdere. 10. dist. certum est. 63. dist. Valentinianus.

quod reges dicuntur clerici, se, & alios bene regentes 12. q. 2. duo.

quod peccatum dicitur regnare in homine 12 q. 7. non solum.

RELIGIO. quod intrantes religionem diligenter sunt animandi super conditione generis, & super statu præterito. 55 dist. prisis.

quod pro ingressu religionis non sicet pecuniam exigere: sed potest recipi voluntarię oblata. 1. quæst. 1. §. 1. & c. placuit vt nullus & c. seq. & c. placuit vt. de consec. dist 1.

Quod intrans religionem vel monasterium, si habet hæredes, & est illectus totum suum datur hæredib. 20. q. 3. constituit.

Item si habet hæredes, & non est illectus, hæredes legitimam habebunt partem, & monasterio det tantum quantum vni ex filijs, 19. quæst. 3. si qua.

Item si non habet hæredes & non est illectus, totum cedit monasterio. 19. q. 2. peruatum.

Quod non sufficit parentum oblatio ad religionem, si in adulta ætate pueri non consenserint, 20. q. 1. 5. 1. & q. 2. si in qualiber.

Quod non licet pueris resilire ab oblatione parentum ad religionem postquam in ætate legitima mutuum adhibuerunt consensum, 20. q. 1. firma. & quatuor c. seq.

Quod quilibet intrans religionem absolute intra annum & diem potest exire, 20. q. 2. puella.

Quod coactus quandocunq; vult potest recedere, si postea suus non accesserit consensus. 20. q 1. sicut.

Quod adolescentes eam intrantes non possunt a parentibus extrahi. 20. q 2. puella.

Quod promissionibus ad religionis ingressum illecti, religiosi esse tenentur, licet res propinquis sint restituenda. 20. quæstio. 3. prælens, in fine.

quod ante annos xiiij. masculus, vel ante xij. puella, cam intrans potest à parentibus reuocari, 20. q. 2. si in qualibet, & c. seq.

Quod nullus tenetur ad religionem ad cuius introitum nunquam consenserit, 20. q. 3. prælens.

Quod vt non sequatur contradictio, ipsam intrantes non furtiue, sed sub presbyterorum testimonio sunt recipiendi 20. q. 2. oportet.

Quod seruus sine consensu domini sui ad religionem non debet recipi, 16. q. 1. qui vere.

Quod coniuges ad religionem intrare volentes sunt coram episcopo separandi, & in diuersis monasterijs ponendi 27. q. 2. si vir. 18. q. 2. diffinimus.

Quod religio non liberat a iugo seruitutis inuito domino, 54. dist. generalis, & c. si seruus scienter, 17. q. 2. si quis incognitus.

Quod nulli licet aliam religionem, vel aliud monasterium, nisi petita licentia sui prælati intrare, 20. q 4. monachum.

Quod sine licentia sui prelati canonicus regularis monachus effectus redire compellitur, & grauiter punitur, 19. q. 3. nullus. & c. seq.

Quod ideo de religione ad religionem transeuntes licentiam debent petere, ne leuitas animi vel euagationis ausu, eis imponatur. 20. q. 4. §. vltimo.

Quod religiosi ad austeriorem vitam primo petita a prælato licentia etiã non obtentat, possun transire, 20. q. 4. monachum, & 19. q 2. duæ. in fin.

quod canonici siue clerici etiam episcopo contradicẽte possunt religionem intrare: quia vbi spiritus Dei, ibi libertas, 19 q. 2. duæ.

quod religiosi præ alijs diuinis officijs debent inuigilare, 12. quæst. 6. quia tua.

quod propter pecuniam receptus ad religionem, tenetur qui dem in ipsa remanere, res vero hęredibus sunt restituendę, 20. quæstio. 3. constituit.

quod intra tempus probationis potest quis probari in habitu laudabili, 54. dist. multos, 17. q. 2. si quis.

quod post ingressum religionis, & tempus probationis potest quis liberis suis, & propinquis bona diuidere, 19. q. vlt. si qua muller.

quod recedẽs a religione intra tempus probationis, omnia quæ ecclesiæ tradidit potest deportare. 17. quæst. 2. si quis.

quod clericus religionem intrans, & intra annum exiens potest suum reperere beneficium, 17. q. 2. Gonsaldus.

quod religio tollit proprietatem, & priam voluntatem, 12. q. 1. non dicatis, & c. expedit, & c. cui portio.

Item astringit ad castitatem, 27. q. 1. im pudicas.

quod communem vitam debent habere, nec denarium, nec aliquam rem priuatam debent possidere, si cum Anania nolunt interire, 12. q. 1. dilectissimis, & c. scimus, & c. nolo, in fine.

Item non debent assumi ad officia ecclesiastica: vel ad sacros ordines promoueri sine licentia prelati, 58. dist. p totum, & 16. q. 1. si quis monachus & tribus c. seq.

Item non licet eis sine prelato vouere: & vota talia per prælatos eorum frangutur, 20 q 4. monacho.

Item religioso sine licentia sui prælati non licet aliquid accipere, 12. q. 1. nõ dicatis.

quod religiosi testamentum facere non possunt, 12. q. 1. nolo, in fin. 19 q. 3. quia.

quod fęmina in religione caput & faciem debet velare, 7. q. 1. omnis.

quod officia clamosa & litigiosa non conuenit eis exercere, 16. q. 1. de præsentium.

quod quantumcumq; religiosa sit congregatio, inueniuntur in ea mali 47. dist. quantumlibet.

quod qui i religione sæculariter viuit, non sæculum fugit sed imitatur, 53. dist. legem.

quod detestabile est pauperem in sæculo delicatum esse in religione, & ibi mella fastidire, 12. q. 2. gloria.

quod mali religiosi quia nomen sancti tatis habent, peruerse agẽdo, amplius nocent in ecclesia, q̃ alij. 83. dist. nemo, 19. q. 3. monasterijs.

Quod deficientes in religione sunt pessimi, & proficientes optimi. 47. dist. quantumlibet.

quod quandoq; mutatio loci prodest religiosis: quia plerumq; dum mutatur locus, mutatur & mens & affectus 81. dist. valet.

Quod excessus religiosorum propter maius scandalum sunt occultandi. 86. dist. in scripturis.

quod religiosi vere præ alijs sunt honorandi. 16. q 1. qui uere.

quod facilius dispensatur cum religiosa person. quàm cum alia. 66. dist. monachus.

quod in fauorem religionis potest q̃s sine interstitio ad ordines promoueri. ibid.

An alias ad ordinem indigni. propter religionem admittuntur, 56. dist. presbyterorum 77. dist. c vlt.

quod religiosi nisi per Papam fuerint exempti, tenentur episcopo subesse, 16 q. 1. qui vere.

quod locus religiosorum sine consensu episcopi non debet mutari, 19. q. 7. si quis vult.

quod episopi & alij prælati religiosos consilio & auxilio debent fouere, 12, q. 2. religiosam.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & de Monasterio.

REMISSIO. Quod remissio peccati fit non tantum in præsenti, sed etiã in futuro, 25. dist. qualis hinc, & cap. seq.

quo remissio peccati fit per auctoritatem: & sic fit à solo Deo, 1. q. 1. ita fit & c. euidenter, de pœ. dist. 2. §. opponitur.

Item fit per officium, sic fit ab omni prælato tam bono quàm malo, 23. q. 5. remittuntur.

Item fit per ministri meritum, sic fit tãtum per bonum, 1. q. 1. remissionem. de consc. dist. 4. quomodo.

De remissione iniuriarum habes vbi agitur de Iniuria.

REMOTIO. quod episcopus, vel superior prælatus non remouetur de episcopatu, nisi per solum Papam, 7. q. 1. mutationes.

Item remouetur pp crimen, 50. dist. si episcopus, & c. seq. 7. q. 1. remoto.

Item remouetur propter vtilitatem, 7. q. 1. mutationes.

Item propter senectutem, 7 q. 1. petisti.

Item propter necessitatem. 7. q. 1. pastoralis.

Item pp simplicitatẽ, 74. dist. eõrum.

quod remouet se quis de loco ad locũ propter leuitatem. 7. q. 1. non oportet & pluribus c. seq.

Item propter ambitionem, 7. q 1. si quis de pluribus c. seq.

REMVNERATIO. quod quilibet remuneratur à Deo secundum merita, 15. q 1. firmissime. §. ex. eo. in fin. 23. q. 5. displicet, ante finem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod Deus temporaliter & æternaliter remunerat 22.q.2.si quælibet.
Quod nemo debet quærere pro bono quod agit, temporalem remunerationem, de pœ dist 4. § quamquam.
Quod qui pro bono quod agit temporaliter remunerari non quærit, illius Deus merces erit, 31.q.4.dicat. Exemplum ibi de Abraham, de cons. dis. 5. ieiunium.
Quod indignus æterna remuneratione pro bono quod agit, temporaliter remuneratur, de pœn. dis. 3. §. ex hoc, & §. seq.
Quod mali qui pro paucis bonis quæ faciunt, in præsenti remunerantur in futuro plenius punientur, de pœn. dist. 3. §. quamquam.
RENVNCIATIO. Quod quilibet potest suo iuri renuntiare, 7. q. 1. quam periculosum.
Quod furiosus nisi habeat lucida intervalla, renuntiare non potest, 7. q. 2. quamuis sit triste.
Quod non tenet renuntiatio nisi illi fiat cuius est institutio. 17. quæst. 2. Gonsaldus.
Quod prælati non possunt renunciare nisi de licentia superioris, 7. q. 1. si quis presbyter.
Quod renuntiatio episcopatuum tantũ debet fieri domino Papæ. 7. q. 1. quã periculosum, &c. qualiter.
Quod renuntiatio prælaturæ non debet admitti de facili, 7. q. 1. quã periculosum, &c. quamuis.
Quod quando renuntiatio admittitur, debet fieri pro magna vtilitate vel infirmitate, 7 q. 1. qualiter, & capit. seq.
Quod renuntiatio prælationis fienda est in scriptis, 7 q. 1. sicut, §. ecce.
Quod renuntians vlterius non potest repetere illud quod renunciauit, 7. q. 1. quam periculosum, & c. hoc nequaquam, 22. q. 2. si quis.
Quod renuncians videtur posse repetere, 22. q. 4 magnæ.
Quod ecclesia vel superior potest repetere renunciantem, 7. q. 1. non oportet, & c si qui vero, & c. seq.
REPETITIO. Quod debitum benigne remissum non inique repetit. 14. q. 2. quod debetur.
Quod cum dominus dixit, si quis abstulerit tibi tunicam, non reperas: non præcipiendo, sed exhortando dixit, 14. q. 1. episcopus, §. is ita, in fi.
Quod episcopus vel alius prælatus res transitorias tumultuose & litigiose non debet repetere, 14. q. 1. c. 1. & c. seq. 88. dist. inutile.
Quod prælati quantumcumque perfecti tenentur res ablatas modeste repetere, quia res pauperum sunt quas possident, & episcopi tantum sunt dispensatores, 14. q. 1. episcopus, §. his ita.
Quod vbi non potest esse redditio, supersedenda est repetitio. 14. q. 6. c. j.
Quod pro iudicio vel pro alio quod venale esse non debet pecunia iniuste repetitur, 14. quæstio. 5. non sane.

Quod res ecclesiæ pro captiuis, & pauperibus erogatæ non debent aberogatore repeti. 12. q. 2. sacrorum.
REPREHENSIO. Quod reprehensio tunc est iusta quando primo fit in se, & postea exercetur in alium, 33. q. 7. qui sine, & c. iudicet, & c. postulatus.
Quod est reprehensio auctoritatis, quæ solum maioribus conuenit, & hæc debet fieri cum beneuolentia 44. dilicet 86. dist. quando.
Item est reprehensio zeli, quæ minorib. conceditur in minores: & hæc debet fieri cum reuerentia, 21. dist. nolite: 2. q. 7. si quis super his. § proxi.
Item est reprehensio temeraria, quæ vergit ad infamiam, & hæc, nec prælato ad subditum, nec subdito ad prælatum conceditur, 21. dist. nolite, 2. q. 7. plerumque. & c. quæritur.

De hac materia habes vbi agitur de Accusatione, & Correptione.

REPVLSIO. An repellere vim sit peccatum, 23. q. 1 § 2.
Quod perfectus debet patienter iniuriam sustinere ab his, quos optat bonos esse, 23. q. 1 paratus, 11. q. 3. ita sepe.
Quod perfectis licet iniuriam verbis & non verberibus repellere, 23. q 1 paratus. Exemplum ibi de Christo.
Qualiter cuilibet licet iniuriam repellere, & qualiter non habes 23. q. 3. sex differentiæ, scd.

De hac materia hẽs vbi agitur de Patientia et de Tolerãtia, et de iniuria.

RESCRIPTVM. Quod rescriptum principis quamuis præcipiat reprehensibile, dummodo non fiat contra fidem, est recipiendum, 100. dist. contra morem, 19. dist in memoriam.
Quod rescriptum apostolicum contra euangelium & contra Apostolos nõ admittitur. 2. q. 1. sunt quidam, & c. seq.
Quod rescriptum contra ius commune factum, ab omnibus est refutandum, 25. q. 2. rescripta.
quod rescriptum posterius arctat eos ad dirigitur. 19. distinctio. in memoria.
quod in arduis non scripta, sed ipsa originalia manu principis subscripta debent monstrari, 25. quæst. 2. §. sancimus.
quod rescripta personalia sine die, & consule facta carent auctoritate, 24. q. 2. § si qua.
quod rescriptum cassatur si a curia non emanauit, 19. dist. in memoriam.
Item cassatur si tacita veritate fuit impetratum, 25. q 2. dicenti.
Item cassitur si non fuerit honestũ, iustum, possibile, tempori & loco conueniens, 4. dist. erit autem lex.

Item cassatur si non habet subscriptionem petitionis, 81. dist. Maximianus.
Item si expresse non continet in se, si preces veritate nitantur, 25. q. 2. § vniuersa.
Item si non expresse continet nomen eius, qui vult contineri, 2 q. 8. quis.
Item si obscurum fuerit, ita vt plene intelligi non possit, 4. dist. erit autẽ.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

RESIDENTIA. Quod episcopi qui curam gregis debent gerere, præcipue debent residere, 7. q. 1. pontifices.
quod non licet beneficiato vltra tres hebdomadas a se esse, 7 q. 1. si quis in clero.
quod propter negotia ecclesiæ, vel propter ægritudinem de residentia quilibet excusatur, 7. q. 1. præsentium.
quod in ecclesia sine legitima causa nõ residenti, iuste alter substituitur, 7. q. 1. præsentium.
RESISTENTIA. quod posse resistere peruersis & nõ facere, est ipsis consentire, 23. q. 3 qui potest.
quod rusticitas sancta quantum ex vitæ merito ecclesiam Dei ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistit, 2. q. 7. sancta quippe.
quod resistere malis manu armata maxime perfectis sit peccatum, 23. q. 3. per totum.
quod de prælatorum prouisione principes sæculi persecutoribus pauperum debent resistere, 23. quæstion. 3. ab Imperatoribus, & c. Maximianus.
quod cum dicitur resistere malo: non mali coactio, sed propriæ vindictæ executio prohibetur, 23. q. 5. de occidendis.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, & vbi agitur de Iniuria & vbi agitur de Tolerantia.

RESPONDERE. Quod bonum est quandocumque respondere auditoribus, ne æstiment nos responsionis penuria declinare certamen, 43. distinct. in mandatis, & tribus capseq.
Quod propter hoc nemo debet respondere, vt plus videat scire quam sciat, quia esset iactantia, 44. dist. dispensatio. § pariter.
quod garrulos, & procuratores prudentia est responsionibus eludere. 43. dist. in mandatis.
RESTITVTIO. quod restitutio in integrum est, quando qui honoribus & ordinibus & cæteris restituitur, 2. q. 3. c. vlt. in fi.
quod cum princeps in integrum restituitur, infamiam tollit, 2. q. 3. c. vlt. in fin.

quod ante litis ingressum spoliatus est in integrum restituendus, 2. 2. q. 2. per totum.
quod etiam prædo est ante iudicium restituendus. 3. q. 1. Deus.
quod antequam in causa iudicij procedatur, mulier est primo restituenda, 33. q. 2. siue de coniugij.
quod sex mensium dantur inducię restitutis antequam respondeant. 3. q. 2. electis.
quod restitutio rerum quandoque fit in simplum, 14. q. 5. non sane.
Item quandoque in duplum, 89. dist. decenter. 12. q. 2. in legibus.
Item quandoque in quadruplum, 12. q. 2. cum deuotissimam.
Item quandoque in nouem partibus, 17. b. 4 quisquis.
Item quandoque in decuplum, 12. q. 2. in legibus.
quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. si res.
quod non vere pœnitet qui ablata non restituit cum potest. 14. q. 6. si res. 25. q. 8. pessimam.
quod non est super restitutione molestandus, cui non est vnde soluat. 14. q. 6. sures.
quod qui rem alienam Deo consecrat, non rem sed æstimationem restituat. 14. q. vlt. comperimus.
De restitutione lapsorum habes 50 dicere per totum. Et in hoc opere vbi agitur de Lapsis.
In restitutione lapsorum consideranda est quantitas criminis vtrum sit enorme, vel mediocre: quia quanto minus tanto facilius restituitur. 50. dist. quia sanctitas.
Item qualitas criminis, vtrum scilicet sit publicum, vel occultum: nam publicatio multis impedit restitutionem. 50. dist. sacerdos si. & c. seq.
Item modus redeundi, scilicet vtrum sit conuictus, vel sponte confessus: nam mitius agitur cum sponte confessus est. 50. distinct. si quis præposters.
Item modus satisfactionis, an scilicet sit verus, vel fictus: nam vere contritis facilius parcitur. 50. distinbene.
quod restituitur quis vt possit ad omnia promoueri. dist. 50. considerandum, vbi agitur quomodo Petrus apostolus post negat onem restitutus fuit.
Item restituitur quis, vt maneat tantum in susceptis, vt reuertentes ab hæreticorum errore. 7. q. 7. saluberrimum.
Item restituitur quis vt tantum ministret in minoribus, vt scienter sinoniaci. 15. q. 3. c. 1.
Item restituitur quis vt laicam tantum habeat communionem, vt doctor, & auctor hæreticorum. 1. q. 7. c. 1.
RESVRRECTIO. quod ecclesia vt gaudium resurrectionis insinuet à Pascha vsque ad Pentecostem non ieiunat. 30. dist. si quis presbyter. 76. dist. scire debet.

quod olim baptismus ideo tempore resurrectionis fiebat, vt sicut Christus resurrexit a mortui s: sic nos in nouitate vitæ ambulemus, de consec. dist. 4. proprie.
REVERENTIA. quod reuerentia alicui exhibetur ratione dignitatis vel superioris potestatis. 16. q. 2. visis.
quod inutili prælato quamdiu sustinetur reuerentia est exhibenda. 16. q. 6. si fortasis.
quod subditi debent prælatos reuereri cum affectu dilectionis. 97. dist. esto. 2. q. 5. habet.
Item ipsis obediendo. 93. dist. §. 1. & c. seq. 2. q. 7 sacerdotes.
Item ipsis subsequendo 95. dist. non oportet.
Item eorum officium temerarie non vsurpando 93. dist. presbyter.
Item eorum statuta seruando. 7. q. 1. quia.
Item eos temerarie non arguendo, vel iudicando. 21. dist. nolite.
Item defectus eorum non reuelando: sed potius cooperiendo 93. distin. in scripturis.
REVELATIO. quod reuelatio diuina instruit in agendis. 8. q. 1. si ego.
Item reuelatio diuina dirigitin scriptur is, 9. di. noli.
quod confessio peccati occulti nulli penitus est reuelanda. 2. q. 1. si peccauerit.
quod fraudulentus est qui reuelat arcana. 5. q. 5. qui ambulat.

De reuelatione diuina habes vbi agitur de inspiratione.

RIGOR. quod ex consideratione temporum & ætatum rigor canonũ quandoque temperatur 14. dist. sicut quædam.
Item vbi strages multorum timetur, detrahendum est rigori. 50. distin. vt constitueretur, 1. q. 7. quoties à populis.
quod multi canones constituti sunt in in rigorem disciplinæ 50. dist. vt constitueretur.
ROGATIO. quod rogationum tres dies ieiunandi sunt & feriandi. de consec. distin 3. Pronunciandum, & c rogationes.
quod tribus diebus rogationum seruii & ancillæ ab opere seruili debent esse liberi de consec. dist. 3. rogationes.
quod in triduo rogationum, quadragesimali cibo est vtendum.
ROMA. quod Roma caput, & principatum obtinet nationum. 21. quæst. 7. beati.
quod iura Romanorum aliis gentibus non conueniunt. 1. distinctio. ius quiritum.
In quibus iura Romanorum consistunt habes. 1. distinctione. ius quiritum.
quod qui Romanam ecclesiam annihilat ipse se hæreticum insinuat. 22. dist. omnes.

quod Romana ecclesia est principium omnium ecclesiarum, 21. distin. quãuis.

De ecclesia Romana habes vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Sedibus.

SABBATVM. quod die sabbati non est festiuandum, ne Iudaizare videamur. de consec. distin. 3. peruenit.
quod antichristus ideo faciet sabbatum & diem dominicum obseruari, vt propter obseruationem sabbati Iudæos: & propter obseruationem dominicæ Christianos sibi attrahat. de consecr. distinctione, 3. peruenit.
quod sabbatum non vbique, sed secundum aliqua loca ieiunatur. 12. distin. illa Exemplum ibi de matre Augustini.
quod die sabbati nisi propter festiuitatem, aut propter infirmitatem à carnibus est abstinendum. de consec. di. 5: quia.
SACERDOS. quod sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrum dans. 21. dist. cleros. ante med.
quod sacerdotalis ordo incæpit à sancto Petro 21. dist. in nouo.
quod maiores sacerdotes in Apostolis, minores in septuaginta duob. discipulis sunt degnaci. 21. distin. §. 1 post medi
quod sacerdotes angeli & dij nuncupãtur. 11. q. 1. sacerdotibus.
quod ordo sacerdotalis præeminet dignitati regali 96. distin. duo, in prin. & in fi.
quod ipse Christus ei reuerentiam exhibuit, dum ad eos leprosos remisit. 11. q. 1. nonne.
quod etiam exempla gentilium inducunt Christianos ad reuerentiam sacerdotum, 11. q. 1. sacerdotibus.
quod ministerio sacerdotis & non alterius Christi corpus consecratur. 95. dist. ecce ego. circa med.
Item benedictio populis & gratia diuina datur. 1. q. 1. dictum est. 6. q. 1. sacerdotes.
item peccata delentur. 1. q. 1. ipsi sacerdotes.
item merito officij eorum futura reuelantur. 1. q. dictum est à Domino. Exẽplum ibi de Caipha.
item sacerdotes sunt lumen mundi. 92. dist. sacerdotes.
item sunt omnium patres & magistri, 80. dist. quis dubitet.
quod debent esse corpore & mente mundi: quia diuino officio & sacrificio debent esse intenti. 1. q. 1. necesse. 3. q. 7. in grauibus, & duobus c. seq.
item sobrij. 35 dist. vinolentum.
item discreti & docti 37. dist. per totũ. 38. dist. in pluribus capitulis.
item debent esse in officio suo cauti. 14. q. 6. c. 3. in fi.
item in vestibus & gestu debent esse maturi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

maturi.41.distin.clericus.
Quod sacerdotes instituuntur ad laudā dum Deum, & ad exemplum bonæ actionis.5.q.3. quia episcopus.
Quod sacerdotes ratione oblationum tenentur orare pro populo. 1. q.1.sacerdotes.
Quod sacerdotes dicuntur comedere peccata populi pluribus modis, videlicet precibus,& orationibus peccata consumendo.1.quæst.1.si ipsi sacerdotes.
Item oblatis pro peccatis vtendo. 1.q. 2 pastor.
Item aliena peccata per consensum in corporando,in fi.
Quod sacerdotes horas canonicas hospitalitatem & visitationes infirmorum solicite exercere debent.91.dist, presbyter.
Quod non facili est suspicandum malum de sacerdotibus ex quo corpus Christi conficiunt.11.quæstio.3. abſit.
Quod ordo sacerdotalis non datur propter ordinatum tantum, sed etiam propter alios quorum minister esse debet : & ideo mundius est suscipiendus quam alij ordines,1. q.1.si qui episcopi talem.§. rox.
Quod sacerdos membrorum deformitatem notabilem habere non debet. 49.dist.§.1.
Quod sacerdotes propter multitudinē sunt contemptibiles.39.dist.legimus in fin.
Quod multi sunt sacerdotes nomine pauci opere.40.dist.multi.
Quod non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram.
Quod nemo in ecclesia Dei nocet plus, quam qui peruerse agens nomen sacerdotis habet.83.distinct. nemo.
Quod malus sacerdos de ordine suo crimen & iudicium acquirit.
Quod multi sacerdote nomen Dei inquantum in eis est, despiciunt: & panem pollutum offerunt. 49. dist. sacerdotes.
Quod magnum inconueniens est sacerdotem corpus Christi conficientem immundum esse.1.q. 1. sacrosancta. & c.seq.
Quod ignominiosus est sacerdos qui studet diuitijs.12.q.2.gloria.
Quod sacerdos qui aliorum debet audire confessiones debet esse in scientia discretus,& in vita bonus de pēn. dist.6.§.1.
Quod malus sacerdos comparatur fimiæ.1.q.1.si quis in quit.
Quod mali sacerdotes sunt audiendi, non imitandi.1.q.1.significastis,& c. seq.
An promotus in sacerdotem in mortali peccato,possit exequi officium suū 15.q.vlt.per totum.
Quod peccatum est detrahere sacerdotibus.6 q.1.sacerdotes.
Quod graue peccatum est inuidere sacerdotibus.6.q.1.sunt plurimi.§.proximo.

Quod nemo debet audire Missam à sacerdote,quem scit in dubitanter habere concubinam. 32. distin. nullus, vbi exponit glossa.Ioann. q hoc est indubitanter scire, quod scitur scitia iuris,& non facti: & ad hoc expresse faciunt multa iura,vt 15. q.8. scisciitantibus.83.nihil.§.quamquam. 1.q.1.multi.30.quæst.5. cap. nec illud.§.is ita.& cap.nullum, Nam ante scientiam à nullo est recedendum 8. q.4.nonne.
Quod autem sacramenta à malis sacerdotibus tradita quamdiu tolerantur non sunt contemnenda. plura docent capitula: quia ipsi non suis sed Christi verbis sacramenta conficiunt de consecra. dist. 2. panis est. 1 quæst.1.significastis, &c. Christus, & c.seq.
Quod sacramenta à Iuda proditore tradita non fuerunt reprobata.1.q.1.dedit.
quod sibi iudicium tantum manducant & bibunt,1.q.1 per Esaiam.
Quia sacramenta,sicut nec sol, à locis immundis,per quæ transit, ab ipsis non inquinantur. 19.dist. secundum ecclesiæ.
Quia ipsi sicut fax accensa alijs lucent,quamuis sibi noceant.15. q. vl. c.vlt.
quod ipsi veluti lixiuium lauant, & nō lauantur.83.dist.nihil.§.seq.
quod sacerdos licite potest operas suas alijs locare, 10.q.2.præcariæ,1.
quod sacerdos non debet alijs irrogare supplicium,22.quæst.5. hoc videtur.
quod promotus in sacerdotem tenetur vxori necessarijs prouidere: non tamen tenetur debitum reddere.31 dist.omnino.

De Sacerdotibus habes vbi agitur de Clericis, & vbi vgitur de Ordine.

SACRAMENTVM. quod sacramē tum inuisibilis gratiæ est visibilis forma,de consc. dist.2. sacrificium.
quod sacramenta dicuntur quia subtegmento corporalium rerum diuina virtus eorumdem sacramentorum salutem operatur; vnde à secretis virtutibus, vel sacri sacramenta dicuntur,1.quæstio.1.multi. circa med.
quod inter septem sacramenta ecclesiæ quædam dicuntur necessitatis, vt baptismus de consecra,dist.4. nulla præter
Item confirmatio,de consec.dist.4.nullus ministrorum.
Item Eucharistia de consec.dist.1.omnis Christianus.
Item extrema vnctio.26.q.7 c.1.
Item pœnitentia,de pēn.dist 1.nō pōt.
quod alia duo sacramenta sunt voluntatis,videlicet ordo.74.distinctione vbi ista.
Item matrimonium,30.quæst.8.vbi nō est.

quod baptismus est sacramentum initiantium, de consecra. dist. 4. nulla præter.§.porro ante fi.
quod confirmatio est sacramentum pugnantium de consec. dist.5. spiritus sanctus.
quod Eucharistia est sacramentum progredientium,propter quod & viaticum dicitur.26 q.6.qui recedunt,& c.de his.
quod pœnitentia est sacramentum redeuntium.26.q.7.his qui.de pœ.di. 3 c.2.
Quod extrema vnctio est sacramentum exeuntium.26. quæst. 7. c. ab infirmis.
Item subiecto,vt Eucharistia.95.distia. ecce.
Item significatione,vt matrimonium, 27 q.2.cum societas.
Item ministri dignitate, vt confirmatio de consecra, distinct.5.de his & duobus c.seq.68.distin.quamuis.Vide versus.

Maior in effectu baptismus, corpus in esse.
Coniugium signo,maiori chrisma ministro.

Quod sacramenta à suis parochianis sunt recipienda. 16. q. 1. interdicimus.
Quod per presbyterum non per minorem cleri cum debent sacramenta exhiberi.de consecra.distinct.4.presbyteri qui.
Quod spiritus sanctus dat sacramentis efficaciam per quoscumque ministrētur.1 q.2.multæ,& c. ita fit.& quatuor c.seq & cap. non nocet.
Quod sacramenta ab immundis ministris coinquinari non possunt.1.q.1. remissionem.
Quod hominum malitia sacramenta nō profanat.1 q.1 nonne.
Quod sacramenta à malis ministris sunt accipienda quamdiu tolerantur,1.quæstio.1.neque.& c.omnia & cap.multi.& cap.pet Esaiam. 15. quvlt.c.vlt.
Quod sacramenta ab hæretico scienter non sunt recipienda, 23. quæstio.1. cap.vlt.
Quod ab ipsis in forma ecclesiæ data sacramenta virtutem habeant. 19. dist. secundum.1 q.1.si autem. & tribus c.seq.& c,sicut,& c.quod pro.
Quod sacramenta ab ipsis in forma ecclesiæ non data virtute careant.1.q.1.hi qui,§.sed notandum.
Quod virtutem amittunt si per malum ministrum in forma ecclesiæ exhibentur.32.distinctione præter hoc §.verum.
Quod sacramenta collata in forma ecclesiæ ab hæreticis, & schismaticis, simoniacis. & depositis, interdictis,excommunicatis. rata sunt quoad charactrem, sed non quoad executionem.32.distin.ca.præter hoc,§ porro,1.quæstio.1.si quis à simoniacis.

Quod

quod sacramentum datum ab hæreticis non est iterandum, sed virtus sacramenti dabitur per manus impositionem,32.dist.§ ad hoc vero, & §. porro,24.q.1.miramur,§.his auctoritatibus
quod Deus in administratione sacramētorum non pensat merita administrātium,1.q.1.cum scriptura.
Quod sacramenta affectum suscipientium,& mentis deuotionem exigūt, 1.q.1.licet post med.
quod sacramenta contra interdictum prælatorum suorum accepta,damnosa sunt,32.dist.ad hoc vero,§.porro.
quod non sunt danda impœnitentibus 26 q.7.fere per totum.
Item non sunt dandala grauibus peccatis subito reuertentibus,de pēn.dist. 1.in actionem.
Item non sunt danda illis qui non sub sunt alicui,18 q.2.abbatibus.
quod non est vera conuersio ad Deum vbi sacramenta ecclesiæ contemnuntur de consc.dist.4.baptismi vicem.
quod sacramentum quod in se bonum est,cedit malo in malum,1.q.1.quod quidam,§.opponitur, ante medium, vbi exemplum,de Iuda.
quod sacramenta Christi pretiosum extrinsecum ornatum non requirunt, 12.q.2.aurum,ante mc.

De sacramentis habes supra vbi agitur de Sacerdotibus, & de quolibet Sacramento habes specialiter positum secundum ordinem alphabeti.

SACRIFICIVM. quod sacrificiū altaris orationum, & eleemosynarū est,13.q.2.non æstimemus.
Item est sacrificium cordis contribulati,de pœn,dist. 1. in actionem, post medium.
quod magnum Deo sacrificium offertur cum mali, qui in sua & aliorum pernicie dilatantur, compescuntur 23.q.5.quali.
quod omnia sacrificia præcellit corpus & sanguis Christi,de consc. dist.2.nihil.
quod non sacrificiorum magnitudinē, sed merita offerentium,Deus diiudicat,24.q.1.odi.
quod illud sacrificium solum Deus acceptat,quod intra ecclesiam catholicam sibi offertur,24.q.1.quia ex sola
quod mortui multiplici sacrificio iuuari possunt videlicet altaris, orationum,& eleemosynarum 13.q.2. non æstimemus,& c.p.o obeuntibus,&c. animæ.

De hac materia habes vbi ponitur Oblatio.

SACRILEGIVM. quod sacrilegium committitur auferendo sacrū de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sactum de non sacro,17.q.4.quisquis.
quod sacrilegium est inuadere aut auferre res ecclesiæ,12.q.secunda, prædia,& c.indigne,& c. hęc, 13. q. prima qui oblationes,16.q.1,in canonibus,17.q.4.qui rapit,& capitu. quisquis.
quod sacrilegium committit qui in clericum manus violentas mittit. 17.q. 6 si quis contumax.
quod sacrilegium est si quis quod venerabilibus locis datur, sibi studuit retinere,17.q.4.sacrilegium.
SACRILEGVS. quod sacrilegus dicitur qui res ecclesiæ indebite vendit,50.dist.si quis presbyter.
Item qui habens sufficiens patrimoniū re" ecclesiæ ad superfluitatem recipit,16.q.1 quoniam.in fi.
Item sacrilegus dicitur qui personam ecclesiasticam lędit,37.q.4 sicut,&c. quisquis
Item qui fugientem violenter de ecclesia trahit,17 q.4.nullus,& c.si quis contumax.
Item qui constitutiones sanctorum patrum infringit,17.q.4.si quis suadente,§.si qui autem.
Item qui arti magicæ intendit,26.q.2. illud,in fi.
Item qui alios temerarie rebaptizat, 23.q 5.si vos.
Item qui infringit ecclesiam, 16.q. 4. quisquis.
quod vendere & comparare spiritualia sacrilegium est,1.q.3.audiuimus.
quod dubitare de illo quem princeps elegit,an dignus sit,sacrilegium est, 37. q. 4. si quis suadente, §. proximo.
quod sacrilegium Christiani committunt,cum Iudæorum cibis vtuntur, 28.q.1.omnes.
quod sacrilegium cōmittit qui Iudæis publica officia committit,17.q.4. cōstituit.
quod sacerdos sacrilegium committit qui pro matrimonio adulterium benedicit,27.quæst.vltim. de coniugali.
quod qui cum ea quæ castitatem vouit contra hit vel coitum facit, sacrilegium incurrit,27 q.prima impudicas.
quod sacrilegus in rebus ecclesiæ,Iudę proditori comparatur, 23. q. 4. quid ergo.
quod sacrilegi pœna est infamia,6. q.3. infames.
Item excommuuicatio minor, 17. q. 4. quisquis.
Item anathematizatio,12.q.2.indigne.
Item depositio,17.q.4.si quis deinceps 12.q.2.indigne.
Item publica pœnitentia,17.q 4.si quis contumax.
quod imponitur sacrilegio pœna legalis,scilicet decapitatio,17.q.4.si quis, §.qui autem.
quod aliquando imponitur sacrilego pœna legalis & canonica,scilicet pœna pecuniaria & infamia,17.q.4 attendendum,& c.si quis.
SACRISTA. quod sacrista idem est quod thesaurarius cuius officium exprimitur.25.dist.perlectis.
SAL. quod Christus dicens, Salem habere in vobis,sapientiam verbi designauit,44.distinct.si rector,post medium.
quod prælati,& sacerdotes dicuntur sal terræ,93.dist.sacerdotes.
quod malus prelatus dicitur sal infatuatum,3.q.7.sacerdos,§.item in euangelio,1.q 7.non omne.
quod sal infatuatum à porcis conculcatur,2.q.7.secuti,§.quia.
quod sal sapientiæ in cunctis nostris sacrificijs offerri debet, de consc. dist. 4.sal.
quod aqua sale aspersa, & per sacerdotem consecrata sanctificat populum, de consc.dist.3.æqualem.
SALOMON. quod Salomon Rex tēplum domino constituxit & illud consecrando magnum festum fecit,de cō se.dist.1.§.1.
quod Salomon non diuitias, non longa tempora vitæ, sed sapientiam à Deo petijt,36.dist.qui,§.ecce.
quod regina venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis,8. q. 1. vereor.
quod Salomon ad expellendum dæmones de corporibus,quosdam exorcismos inuenit.21.dist.§.1.
quod Salomon amore mulierum Deos gentilium coluit,& idolis templa cōstruxit,3.q.7.§.vltimo, 32. q.4. Salomon..
SAMVEL. quod Samuel qui sancte vixit,& sanctus de hac vita exiuit nō sic potuit esse sub diaboli potestate vt arte diabolica per pythonissam scitaretur, 26. q. 5. nec mirum post medium.
SANCTITAS. quod est sanctitas innocentiæ quæ tantum bonis conuenit:& sanctitas sacramentalis quæ quādoque malis conuenit, 1.q 1. dominus post med. Exemplum ibi de Saul.
quod non ex generis nobilitate vel dignitate sanctitas innotescit,sed ex fidei puritate,& morum honestate,40. dist nos qui.
quod vbi Christus per boni operationem infunditur,& abominatio peccati aboletur sanctitas consecratur, 14 q.1.nec is qui.
quod sanctum illum credere qui non est sanctus periculosum est, 11.q.3.si quis hominem.
quod sanctus non debet dubitari,quem apex papalis dignitatis attollit, 40. dist.non nos.
quod omnis sanctificatio est in spiritu sancto, 75. distinct. ordinationes.
SANITAS.quod sanitatem corporis efficit moderata refectio, de consec. dist.5.nihil.
quod excessus ciborum putrescere faciunt corpus ibid.
quod impossibile est illos sanos esse, & diu viuere, qui carnium adipibus conti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

continue inuoluuntur, de conse. di. 5. ne tales.

Quod abstinentia sanat morbos, quos superfluitas ciborum contraxit, de conse. dist. 5. legimus.

SAPIENTIA. Quod si sine vera sapientia quis æstimat se prudentem posse fieri, non prudens, sed stultus est, 3. q. 7 qui sine.

Quod sapientia cum sobrietate est habenda: quia non oportet, plus sapere quàm oportet, sed sapere ad sobrietatem, 53. distin. sit rector, post med.

Quod tunc iustificatur sapientia à filijs hominum, quando ostendit, nec in manducando, nec in abstinendo esse iustitiam: sed in æquanimitate tolerandi inopiam, 41 distin. quod dicit

Quod sapiens nulli nocere intendit, 6. q. 1. sapiens.

Quod sapiens sine peccato pretiosis vti cognouit 41. dist. quisquis.

Quod sapiens prælationi & gubernationi competit, 84. dist. porro.

Quod stultus in culpa sapiens erit in pœna, 38 dist. qui ea.

SATISFACTIO. Quod satisfactio pœnitentiæ est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere, de pœnit. dist. 3. uirca princ.

Quod satisfactio est: vade, & amplius noli peccare, de pœn. dist. 3. quamuis caute, §. hac auctoritate.

Quod peccator tunc satisfacit dum pœnam iudicio ecclesiæ impositam factis exquirat, de pœ. dist. 1. c. facilius, §. hoc idem.

Quod tres sunt partes satisfactionis eleemosyna, ieiunium, & oratio, de pœn. dist. 6. §. de quibus tribus habes in suis locis.

Quod secundum quantitatem delicti satisfactio debet imponi, 12. q. 2. fraternitas, de pœn. dist. 5. falsas.

Quod publice peccates publice satisfacere debent, 11. q. vlt. canonica.

An quis possit satisfacere de vno peccato sine satisfactione aliorum, de pœn dist. 3. sceleratior, §. his auctoritatibus.

An sola contritione sine confessione quis possit Deo satisfacere, de pœn. dist. 1 si cuit etiam, & multis, §. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Pœnitentia.

SAVL. Quod Saul licet fuerit à domino reprobatus, tamen Dauid sanctus reuerebatur eum, 2. q 7. plerumque, §. de his.

Quod per Saulem intelliguntur prælati: & per Dauid subditi, 2. q. 7. c. plerumque, §. item per Saulem.

Quod in hoc quòd Saul reprobatus populum iudicabat, innuitur q̃ prælatus malus non est contemnendus quamdiu toleratur, 3. q. 7. c. vlt.

SCANDALVM. Quod propter scandalum consuetudines terrarum (dummodo non sint contra animæ salum) sunt seruandæ, 12. distin. illa. Exemplum ibi de matre Augustini.

Quod Christus soluit tributum p̃p scãdalum, 11 q. 3. inter verba.

Quod aliquid aliquando conceditur propter scandalum, quod aliàs non concederetur, 95. distinct. presbyteros.

Quod propter scandalum quandoque aliquid omittitur, quod de iure esset faciendum 51. distinct. aliquantos.

Quod scandalum quandoque surgit ex doctrina sana, 11 quæst 3. inter verba.

Quod potius est à qualibet esca abstinẽdum, quàm cum aliorum scandalo edendum 23 q 3. §. 1 ante fi.

Quod quandoque propter scandalum inconsueta tolerantur 95 dist. peruenit.

Quod grauiter peccat qui proximum indebite scandalizat, 10. q 3. cauendum.

Quod qui prælatum suum scandalizat, Deum cuius vicarius est scandalizat 93. dist ille proculdubio.

Quod dantes occasionem scandali sunt rei eorum qui pereunt scandalo, 2. q. 1. hi quoscumque.

Quod mystice loquendo membrum scandalizans sicut vxor, vel propinquus est amputandum, 24. q. 3. illud. 28. q. 1. vxor.

Quod peruersus prædicator & doctor in Deum scandalizatur, 93. distin. ille proculdubio.

Quod infames prælati sunt propter populi scandalum remouendi, 50. dist. de his vero.

An perfectis liceat repetere sua propter scandalum, 23. q. 3. §. 1. ante finem.

SCIENTIA. Quod vera scientia est, per quam Christus inuenitur & nocitur, 37. dist legimus

Quod omnis ratio supernæ scientiæ, vel terrenæ creaturæ in Deo est, qui est earum caput & auctor, qui hunc inuenit, nihil vltra quærat: quia quidquid alibi quæritur, in ipso perfecte inuenitur, 37. dist. legimus post med.

Quod scientia pietatis est scire & intelligere nouum & vetus testamentum 37 dist. si quis autem.

Quod quia sacerdotes sunt duces aliorum, eis scientia summe necessaria est: & quæ sunt, quæ præcipue scire debent, habes 38 dist. quæ ipsis.

Quod scientiæ quæ curam animæ non habent, mittunt in errorem, & non valent ad salutem, 37. dist. legimus, in fi.

Quod licet scientia triuij & quadriuij habeat in se veritatem, non tamen est scientia pietatis, 27. dist. si quis autem.

Quod in vanitate sensus ambulant qui scientijs sæcularibus tantum intendunt, 37. distinct. c. nonne, circa medium.

Quod scientia liberalium artium valet ad sacram scripturam intelligendã, 37 dist de quibusdam, & c. turbat.

Quod scientia philosophorum, & poetarum non est legendi propter delectationem vel ornatum verborum, 37. dist. turbat, §. cur ergo.

Quod illud dicitur quis vere scire quod audiuit, vel vidit, vel aliàs conscius fuit, & talis potest ferre testimonium, 22. q. 5. hoc videtur.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

SCHISMA. Quod schisma nomen Græcum est, & scissuram sonat, 24 q. 1 schisma.

Quod si quis ab apostolica sede diuisus est, schismaticus est, 23. q 5. non vos ante med.

Quod schismatici ecclesiam Dei lacerant 23. q. 5. de Ligutibus, 24. q. 1. aduocauit, & c. vbi.

Quod schismaticus indiscissam dominicam tunicam in frusta dirumpit, 23 q. 1. quoniam.

Quod hæc est differentia inter schisma & hæresim, quia schisma ab ecclesia recedit, sed hæresis peruersum dogma defendit. 24. q. 3. inter hæresim.

Quod schismatici sunt æquales paganis & etiam peiores, 7. q. 1. denique, post med 24 q. 1 non afferamus.

Item sunt in statu perditionis, 25. q. 1. quicumque.

Item sunt extra ecclesiã & corpus Christi, 7. q. 1. scire.

quod schismatici non habent sui officij executionem, quia non habent ecclesiæ, vnitatem, 7. q. 1. factus, & duobus c. seq 24 q. 1. didicimus.

quod schismatici infructuose sibi corpus Christi conficiunt 24. q. 1. Schisma, & c. pudenda.

quod schismatici quia spiritum sanctũ non habent, remissionem peccatorũ dare non possunt, 24. q. 1. dicimus

quod schismatici sunt damnandi & excommunicandi, 23. q 5. de Liguribus.

Item per principes sæculares coerceri debent, 23. q 5. non vos.

Itẽ vt ad vnitatem ecclesiæ reuertantur sunt cogendi 23. q. 4. ipsa, in fi.

quod de schismate reuertentes non sunt ad ordines promouendi, sed in susceptis tolerandi, 1. q. 1. omnis.

quod schismatici dignitate & officio priuantur, 11. quæst. 3. si quis presbyter, 23. quæst. 5. non vos, circa med.

Item remporalibus spoliantur, 23. quæstio. prima, qui contra, 23. quæstione quinta, de Liguribus.

Item pœnis corporalibus puniuntur, 7. q. 1. denique, circa fi. 23. q. 5. de Liguribus.

Item

Item in exilium relegantur, 23. q. 5. de Liguribus.

Item non est eis communicandum, 24. q. 1. omnis, & c. seq. 7. q. 1. denique, 1. q. 1. si quis inquit.

Quod vnitati non communicat qui schismaticis communicat, 24. qu. 1. schisma.

Quod fautores schismaticorum eadem pœna, qua & ipsi sunt plectendi, 24. q. 1. didicimus,

SCRIPTVRA. Quod scriptura sacra est nouum, & verus testamẽtum, 9. dist. quis nesciat.

Quod in ea nil est improbandum vel reprehendum, 4. distin. denique,

Quod non est trahenda ad eum sensum ad quem sibi quisque præsumit, sed ex ipsa scriptura sensum oportet capere veritatis, 37. distin. relatum, & c. vinno.

Quod scripturam sacram debet quis intelligere ex causa, ex persona, ex loco, & ex tempore, si non vult in labyrinthum impingere, 29 dist. scien dum, & c. seq.

Quod distinguenda sunt tempora vt concordetur scriptura, 2. q. 1. si peccauerit.

Quod scriptura, qua quis scribitur in libro vitæ, sit secundum præsentem iustitiam vel præscientiam, de pœn. dist. 4. § finis.

Quod secundum præscientiam scribi est ad vitam æternam prædestinari, ibidem.

Quod secundum iustitiam merito sit ea operari, quorum merito sit dignus æterna salute, de pœn. dist. 4. §. potro.

Quod scriptura sacra accipienda est, & exponenda secundum proprietatem linguarum, in qua est edita 38. dist. locutio.

Quod non arctatur sub regulis grammaticæ artis, 38 dist. locutio.

Quod non semper ad litteram, sed quãdoque est mystice intelligenda. 23. q. nisi.

Quod scripturæ sensus est quadruplex, videlicet historicus, quando scriptura intelligitur sicut littera sonat, sicut sunt Iudæorum historiæ 24. q. 1. nisi.

Item allegoricus, quando per id quod dicitur, significatur quod iam factũ est vel futurum est. ibid.

Item tropologicus vel moralis quando scriptura ad mores cõuertuntur, 37. dist. vino.

Item anagiricus, quando scriptura ad superiora, & ad cælestia reducitur. 79 dist. ieiunium, circa finem.

Quod scriptura conciliorum, & Romanorum Pontificum pro authentica est habenda, 25. dist. sancta. 19. dist. p totum

Quod multa seruar vsus ecclesiæ licet inscriptura non inueniantur. 11. dist. ecclesiasticarum.

Quod Deus quandoque reuelat aliter quam scriptura sanctorum tradidit. 9 dist. noli. in fi.

Quod amans scripturas sacras, carnis vitia non amabit. de conse. dist. 5. numquam:

quod omnis splendor theoricæ eloquẽtiæ, omnes modi poeticæ elocutionis, quælibet varietas decoræ pronunciationis ornata à diuinis scripturis sumpsit exordium, 37 dist. legimus, §. 2.

An liceat clericis studere in scripturis philosophorum, & poetarum, 37. dist. per totum,

quod qui aliter sacram scripturam intelligit quam spiritus sanctus flagitat, hæreticus est, 24. q 3. hæresis,

Item ipsam male exponentes dicuntur falsi prophetæ, 37. dist. vino.

quod secundum eam grauia vel leuia pensantur, quia est statera, 2. q. 1. non afferamus,

quod scriptura requritur in multis videlicet, in hæresis abiuratione, de conse dist. 2. ego Berengarius, 3. q. 1. legum,

Item in legatione, vbi requiritur scriptura missionis, 97. distin. nobilissimus,

Item in electione quæ debet fieri in scriptis, & proferri, 63. distin. quanto 2. q 1. legum.

Item in excommunicatione, quæ debet fieri in scriptis, 11 q 3. curæ. c. q q. 1. legum.

Item sententiæ prolatione, quia aliter sententia non habet vigorem 2. q. 1. in primis, §. si quis, in fi. & c. statutis, & c. legum.

Item in publici criminis accusatione, 2. q. 8. quisquis, & q. 1. legum.

Item in ciuili conuentione, 2. q. 3. §. offeratur:

Item in appellatione, 2. q. 6. post appellationẽ,

Item in extraneorum clericorum susceptione, 98. dist. nullus, & c. transmarinos,

Item in rerum ecclesiasticarum venditione, 12. q 2 sine exceptione, 10. q. 2. casellas,

Item in baptizandorum susceptione vbi nomen in scriptis dari debet, 2. q. 1. legum, de conse. dist. 4. baptizandi.

Item in regularis voti professione, 27. q. 1. oẽs fæminæ, 20. q. 1. vidua.

Item in expositorum puerorum collectione, 87. dist si expositus,

Item in pœnitentiæ datione, 36. q. 5. qualis, in fi.

Item in prælatorum ad synodum non venientium excusatione, 18. dist. placuit.

Item in illorum qui impetuntur citatione, 5. q. 2. §. 1. & c. 1.

Item in prælaturæ renunciatione, 7. q. 1. sicut vir, §. ecce.

Item in seruorum ordinatione, 54. dist. null i.

Item in reconciliatione, 2. q. 1. legum,

Item in ordinatione, quia ordinati debent scripturam quæ formata dicitur, ab ordinatore accipere, 73. dist. per totum,

Item in constitutionis promulgatione, 35. q. 9. quod quis, 96. dist. bene quidem, circa medium,

Item in seruorum ab episcopo manumissione, 12. q. 2. episcopus qui mancipium,

De scriptura habes vbi agitur de Sententia, & de Subscriptione.

SCRVTINIVM. De scrutinio habes vbi agitur de examinatione.

SECVRITAS. quod vbi est perfecta dilectio, ibi est securitas, 24. q. 1. non turbatur.

quod securitas conscientiæ in tribulationib. releuat, 24. q. 1. non turbat.

quod in vltimo fine pœnitentibus, de consecutione æternæ felicitatis securitatem dare non possumus, de pœn. dist. 7. circa prin.

SEDES. quod sedes apostolica est prima auctoritate, & dignitate, licet, Antiochena sit prior tempore, 21. di. nunc autem, 24. q. 1. rogamus, 9 q. 3. nemo. & cap. seq.

quod ipsa est maior in iudicijs auctoritate, 9 q. 3. patet, & c. ipsis sunt.

quod constitutiones huius sedis ab omnibus sunt seruandæ. 11. dist. consequens,

quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare. 17. q. 4. nemini. 21. dist. nunc autem.

quod Christianus peccatum infidelitatis incurrit, qui sedi Apostolicæ obedire contemnit, 81. dist. si qui, in fi. 93. dist. qui cathedram,

quod in dubijs & arduis ad sedem apostolicam est recurendum, 17. dist. nec licuit. & duobus cap. seq. 16. q. 1. frater, post med. 24. q. 1. rogamus,

quod in libris & opusculis quidquid approbauit sedes apostolica, est tenendum, 19. dist. si Romanorum, usque ad c. ita.

quod sine auctorite sedis ipsius generale non celebratur concilium 17. distinctio per totum,

quod immediate sedi apostolicæ subiecti (maxime qui propinqui sunt) annuatim se debent præsentare. 93. dist. iuxta, & §. præced.

quod sine sedis huiusmodi iudicio episcopi non possunt condemnari, 3. q. 6. accusatus, & capi. seq. 9. q. 3. antiquis

quod male damnati per ipsam restituũtur, 9. q. 3. fuit & c. fratres,

quod sine sedis Apostolicæ auctoritate nullus episcopus sedem suam audet mutare, 7. q. 1. mutationes,

De hac materiæ habes vbi agitur de Ecclesia Romana, de Papa, & apostolica sede.

Item hæc sunt quæ seruantur ecclesiæ Romanæ, & apostolicæ sedi.

Iudicium episcoporum, 3. q 6. dudum.

Item restitutio depositorũ, 2. q. 6. ideo huic.

Item congregatio conciliorum, 3. q. dudum.

Item restitutio clericorum, 1. q. 7. conuenientibus,

Item exemptio episcoporum, 16. q. 1. frater, 18. q. 2. luminoso.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item quæstio fidei, 24. quæstione 1. quoties,
Item abrenunciatio episcopus, 6 q.3.denique.
Item mutatio episcoporum, 7.q.1.mutationes.
Item episcopatuũ diuisio & vnio. 16. q.1.& temporis.
Item pallij datio 100. dist. quoniam.
Item absolutio excommuuicationis factæ ex sede a 1.dist.inferior. 16.q 1. fratres.
Item antiquorum canonum,& scripturarum interpretatio.17. distinct.nec licuit.
Item factæ restitutio. 2. q.3.paulum,§. hinc autem colligitur.
Item cum simoniaci dispensatio, 2.q. 3.Paulum.
Item maiorum, & difficilium quæstionum discussio.17.dist.multis.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia Romana,& de Papa, & de Dispensatione.

quod sedes quatuor patriarchalium ecclesiarum sunt istæ, Constantinopolitana,Alexãdrina, Antiochena, Hierosolomitana, 22.distin.renouantes,
quod Constantinopolina sedes licet vltima fuerit tempore, tamen propter dignitatem translati imperij ex statuto concilij post Romanam sedẽm primum obtinet locum, 22.dist.sacrosanctam,§.hac,& cap.seq.§.hinc. & §.dif finimus,
quod Alexandrina sedes,quam beatus Marcus euangelista ad honorem sancti petri instituit olim post Romanã prior fuit, & post illam secunda fuit Antiochena, in qua resederat beatus petrus antequam Romam veniher,22.dist.sacrosancta.
quod sedes episcopales non in vilis vel castellis,sed in maioribus locis debent constitui. 80.dist.per totum.
quod B.petrus apostolus vbi pagani habebant archiflamines, fecit instituti archiepos, 80.dist.in illis
quod sedes episcoporum non longo interuallo debent distare, vt ad consecrationem archiepiscopi citius possint venire 80.dist.non debere,§. sedes.& c.seq.
quod vbi non fuit sedes episcopalis de nouo non debet institui,nisi fidelium excreuerit multitudo,16. q.1.§ cipimus,& c.falsæ.
Item nisigens noua ad fidem conuertatur, 99.dist.nulli
quod episcopales sedes ex causa auctoritate apostolica mutantur de loco ad locum, videlicet propter Barbaricam incursionem, 7. quæstione, 1. temporis.
Item ex causa vniuntur videlicet propter alterius loci desolationem, 16. q.1.& temporis,& c.seq.
Item ex culpa auferuntur videlicet propter episcopi occisionem.25.qu. 2.c.vlt.

SENES. Quod senes in scriptura sacra dicuntur sapientes. 84 distinctione porro.
Quod primitus Abrahã dictus est piesbyter,idest,senior.
Quod non propter senectutem vel decrepiam ætatem, sed propter sapientiam presbyteri dicuntur senes,
Quod gloria senum est canities: & canities sapientiam designat.
Quod quadruplex est senium,videlicet naturæ.& hoc tendit ad defectum, 86.dist.tanta,13.q.2.illud.
Item senium gratiæ,84.dist.porro vbi dicitur,q canities senum prudentia est,& hoc senium ad profectum ducit,20.distinct de quibus,42.q.2.an cilam.
Item est senium culpæ,& hoc ducit ad interitum 2.q.7.Paulus dicit.
Item est senium æternæ gloriæ, & hoc ducit ad æternum præmium: de quo dicitur,Cogitaui dies antiquos,& annos æternos in mente habui.
Quod senes quanto morti vicniores tato debent esse puriores,86.dist.tanta nequitia.
Quod mali senes à suis prælatis sunt durius arguendi,86.dist.tanta.
Quod præsumendum est de sene bono, bonum,18.q.2.diffinimus,
Quod senectus aufert incontinentiæ suspicionem,34.dist. fraternitatis.
Quod senectus decrepita reddit ad episcopatum inhabilem,85.distin.archi diaconum Florentinum.

De Senio,& Senectute habes vbi agitur de de Antiquitate.

SENTENTIA. Quod sententiam papa cum magna deliberatione debet proferre,35.q.9 apostolicæ,
Quod sententia aut pro consideratione temporum,vel ætatum, vel propter subreptitionem,vel grauem necessitatem potest in melius commutari. 34.q 9.sententiam,& cap. veniam.
Item Papa sententiam suorum prædecessorum potest in melius commutare,35.q.9 loci,§.his ita,in fi.
Quod sententia quæ in se non valet,cõfirmata per superiorem valet. 16.q. 6.si episcopum.
Quod sententia dẽt dari in scriptis, 2. q.1.in primis,in fi.& c. legum.
Quod ad sententiam dandam pro modicis causis non requiritur scriptura. 11.q.1.si quis cum.
Quod non secundum propriam voluntatem,sed secundum leges est profe renda,11.q.3.summopere.
Quod etiam præsentibus partibus ante plenam negotij discussionem non est sententia ferenda,39.q.vlt. Iudicantem.
Quod re dubia non debet dari certa sententia,11.q.3.graue.
Quod non est danda sententia nisi post plenam inuestigationem veritatis,11. quæstione 3. summopere, & capitulo graue, & quatuor cap.seq.
Quod sententia rite data ab omnibus est tenenda,6 q. 4. si Metropolitanus,§ sed & c.si quis episcopus, 35. quæstione,9.c.1.& quæst.3.nemo contemnat.
Quod iudex debet eam ferre cum metis tranquillitate, non in furore. 11.q.3 illa,& tribus c.seq.
Quod sententia sub conditione non est proferenda,2.q.6.biduum.
Quod sententia diffinitiua obtinet auctoritatem rei iudicatæ,2.q.6.biduũ ante fi.
Quod sententia plurium debet præualere,79.dist. si transitus.
Quod sententia quandoque est iniusta ex animo proferentis, sed iusta est ordine,& causa: & aliquando iusta ex animo,sed non ordine vel causa: & aliquando est iusta ex animo, & ordine,sed non ex causa,11.q.3. episcopus presbyter,§.seq.
Quod sententia lata quandoque non tenet,videlicet quando per appellationem intra certum tempus relenatur 35.q 9.loci,§.seq.
Item quando in arduis causis in scriptis non datur,2.q.1.in primis,in fi.
Item quando à non suo iudice fertur 3.q.8.accusatores 9.q.2.c.1.& c.episcopum. 11.q 1.in clericorum.
Item quando ab vno solo iudicum, dũ duo fuerint delegati. fertur,2.q.6.si quando,§.diffinitiua.
Item si contra ius scriptum fertur.
Item si iudices fines statuti vel mandati excedunt.
Item si contra prius iudicata lata fuerit.
Item si iudex pretio corruptus eam tulerit.
Item si parte non contumaciter absente lata fuerit,3 q.9 per totum.
Quod non debet sustinere pœnam canonicam in quem non est prolata canonica sententia,11.q.3. non debet
Quod iniqua sententia est reuocanda 24.q.2.sane profertur.
Item si per falsas probationes, & per surreptionem lata est, est retractanda,35.q.9.veniam,& tribus c.seq.
Quod sententia excommunicationis siue iusta siue iniusta, timenda est 11.q.3 quibus,& cap.episcopus,& §. si ergo.
Quod iniusta nocet potius ferenti quã patienti, 11.quæst.3.illud 24.q. vl.si quis non,& quatuor c.seq.
Quod non est ferenda sententia quando multitudo est in causa.23. quæst. 4.capitulo si quis potestatem.§.similiter-
Quod est sententia suspensionis quantum ad officium & beneficium, 7.q. 1.si quis in.

De qua materia habes vbi agitur de Suspensione.

Quod differtur sententia, & executio er triginta dies, cum princeps vel aliquis alter aliquem ad mortem condemnant.11.q.3.cum apud.
Item differtur per decem dies quoties appellatio admittitur,2.q.6. anterio rum.
Item quousque grauida ad mortem cõdemnata pariat,quia aliter committeretur homicidium,2.q 4.consulu i fli,in fi.32.q.2.quod vero non formatum.
Item quousque princeps assignauerit insuiam illi,qui in exilium debet relegari,2.q.6 biduum, post medium .
Item quousque condemnatus seruus reddat Domino suo de peculio rationem,54.dist generalis.
quod Deus nouit mutare sententiam, 22.q.4.vnusquisque
quod Deus non mutat sententiam in homines,sed in opera,quia hominibus non irascitur,sed vitijs, de pœn. dist.1 si agamus.

De hac materia habes vbi agitur de excommunicatione,& de Iudicio.

SEPARATIO. quod hæretici & schismatici,ab ecclesia sunt separati, & ideo non habent spiritum sanctũ 24.q.3.de illis.
quod mali Christiani corporaliter sunt in ecclesia,sed per pessimam vitam se parantur.
quod tunc peccatores à Christi corpore separantur cum per excommunicationem traduntur Satanæ in interitum carnis,vt spiritus saluus fiat,11. q.3.audi
Item aliqui separanter ab ecclesia per sententiam,qui sunt extra,24.q.vlti. cum aliquis.
quod nil sic debent formidare Christiani quam separari à corpore Christi, quia hoc non est membrum eius, 11. q 3.nihil.
quod separati à corpore Christi sicut membrum præcisum virtum spiritualem non habent,1.q 1. corporalia. Notent hoc obstinati in militia.
quod nos debemus separari à malis præcepto Domini, qui dicit, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus,2. q.1. si peccauerit.
Item mandato apostoli qui dixit,hæreticum post primam & secundam correctionem deuita,24 q 3.dixit.
Item consilio Moysi qui dixit:Separamini à tabernaculis impiorum, ne pereatis, 1. q. 1. fi quis inquit,ante fi.
Item statuto concilij quod separat Iudæos à Christianis,28,q.1 Iudæi.
Item exemplo Cypriani,qui separatus fuit à lucifero hæretico,24.q.1.adquo cauit.
Item exemplo Polycarpi martyris, qui à Cerintho, & Marchione separatus fuit,24.q.1.omnes qui.

De hac materia habes vbi agitur de Excommunicatione.

SEPVLTVRA. Quod nomine sepulturæ aliquando significatur terra pro ampliatione cœmeterij, & sepulturæ,& licet pro ea accipere, 12. q.2.aurum,24.q 8.secundum canonicam.
Item nomine sepulturæ quandoque significatur officium sepeliendi, & nõ licet aliquid accipere, 13.q.3. præciendum.
Item nomine sepulturæ quandoque significatur terra cœmeterij, & pro illo non licet aliquid accipere,13.q. 2.questa,& tribus c.seq.1.,q.1. dictũ est solere in quibusdam.
Quod ius sepulturæ est ius competens ecclesiæ ad sepeliendum in cœmetero suo,& prouenit ex episcopi assignatione, 13. quæstio. 1. ecclesias.
Item in infligendis pœnis. 45. dist. disciplina. vbi dicitur, quod de nitate & de seueritate debet fieri quoddam temperamentum.

TEMPORALIS. Quod Deus largitur temporalia propter eleemosynæ largitionem, 16. quæst 1. reuertimini.

Item propter pietatem factam. 22. q 2 si quælibet Exemplum ibi de obstetricibus.

Item propter decimarum solutionem. 16. q. 1. decimę.

Quod subtrahuntur temporalia cũ ex ipsis non fiunt eleemosynæ, 16. q 1 reuertimini.

Item cum non soluuntur decimæ. 16 q. 1. decimę.

Quod contemplatiui ab omni strepitu temporalium quiescere debẽt. 12. q. 1. duo.

Quod temporalia dẽt possideri, sed non. nisi ad vsum. ibidem, post med.

Quod de omnibus tẽporalibus Deo ab hominibus reddenda est ratio. 15. q 1. firmissime. § ex eo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitijs.

TEMPVS. Quod tempora propter diuinationem non sunt seruanda, 26. q vlt non licet.

Quod tempus merendi non est, nisi in præsenti 13 q 2 in præsenti.

Quod temporis qualitate res mutãtur 10. q 3. priscis. & c. seq. 35. dist. ab exordio.

Quod Christus veniens in fine temporum traxit finem ad principiũ. 35. dist. ab exordio.

De quattuor Temporibus habes vbi agitur de Ieiunio.

Quod tpalibus nostris non solũ corpora, sed ẽt merita in hominibus defecerunt. 34. distin. fraternitas.

Quod multi toletantur propter temporum necessitatem vel vtilitatẽ, vel scandalum 1 q 6. requiritis. & c. seq 4 q 1 pudenda, in fi.

De Tẽporibus habes vbi agitur de præscriptione, & in multis locis vbi agitur cũ tẽporis adiũctione.

TENTA-

TENTATIO. Quod tentatio est multiplex, videlicet Dei, hominis, & diaboli. de pœniten. distinct. 2. §. opponitur, & §. econtrario.

Quod tentat Deus ad instruendum. 1. q. 1. prophetauit. §. quinque.

Item ad pugnandum 6. q. 1. sunt plurimi. de pœn. distin. 2 §. opponitur post med. vbi agitur de Tentatione tribulationis.

Quod tentatio est vita hominis sup terram. de pœn. dist. 2. §. opponitur.

Quod humana tentatio est cum in animo de illicitis tentamur etiam nolentes: sed diabolica, cum quod caro suggerit, animus cõsentit. de pœn dist. 2. §. econtrario.

Quod sunt quidam qui non expectant tentationem, sed præueniũt voluntate. de pœn. distinct. 5. §. 1. circa prin.

Quod cum tentatio in corde non reprimitur etiam in actione dominatur 59. distin. hinc etenim.

Quod nemo debet tentare Deum dum habet, quod consilio rationabili faciat 22. q. 2. quæritur.

Quod iudicium per duellum, & per ferrum calidum, siue per aliquam aliam probationem prohibetur, quia Deus tentari videtur. 2. q 4. monomachiam, & c. consuluisti.

Quod Deum tentat qui habet quod faciat vnde suam, & aliorum salutem præcauere quæat, & non procurat. 23 q. 8. si nulla.

Quod tentat hominem diabolus de pœn. dist 2. §. opponitur, ante fi.

Item tentat bonos, ut laceret, & deuoret. 3. q 1. nulli.

Item tentat dormientes. 6. dist. testamentum.

Quod mille modos habet tentandi. 6 quæst. 2. c 1.

Item tentat sub specie boni mala suggerendo 14. q 3. forte.

Quod præcipue sancti a peccato mũdi sustinent tentationes diaboli de pœn. dist. 2 §. opponitur.

Quod maxime illos tentat qui Deo sunt familiariores, & in eius seruitio feruentiores 3. q. 1. nulli.

TERGIVERSATIO. Quod tergiuersatio est verborum cuiusta prolatione peccata sua leuigare. de pœ dist. 1 § econtra. 2. in fine.

Quod tergiuersati est ab accusatione desistere 2. q 3. si quẽ, § notãdũ.

TESTAMENTVM. Quod testamẽtum vetus differt a nouo in pluribus: quia in veteri pœna, & in nouo venia peccati promittitur 23 q. 4. c. hæc autem §. prox.

Quod illud terrorem, istud mansuetudinem inducit. ibid.

Item in veteri pro culpa morte moriebantur, in nouo pœnitenti misericordia promittitur. ibidem.

Item differt in matrimonij coniunctione 35. q. 1 § 1.

Item plurium vxorum, & concubinarum permissione 32 q. 4. recurrat, § his ita.

Item differt in multorum cęremonialium obseruatione 5. distin. § 1. sexta distinctio. non est peccatum, § his ita.

Item differt, quia vetus requirit opera, nonum autem non tantum opera, sed voluntatem 15. quæst. 1. si quis non.

Item testamentum vetus virginitatem non approbat, quam nouum commendat 32. quæst. 4. recurrat, § his ita.

Quod concordat nouum testamentum cum veteri in moralium obseruatione, quia obseruat decalogum. 32. quæstione quarta meretrices.

Quod in testamentis decedentium vltima uoluntas testatoris est seruanda 13 quæstione 2. vltima. 16. quæstione 1. admonere & c. consideratio.

Quod eremitæ, quia proprium habent, possunt testari 19 q. 3. peruatum, § prox.

Quod religiosis proprium non habentibus non licet testari. 19 quæstione 3. quia, & cap. seq.

Item seruus (quia omnia sunt Domini) testamentum condere non potest 13 q 2. illud.

Quod vtrum liceat episcopis, & clericis condere testamentum, habes 12 q 1 episcopi.

Quod nõ licet eis de rebus ecclesiæ, sicut agris, & frugibus, siue oblationibus, siue de quibuscumque alijs testari 12 quæstione 1 episcopi. ibidem, & quæstione 2. per totum, & quæstione 4. nulli, & cap. sequen.

Item bona propria decedentium ab intestato si non habent filios, vel nepotes, sunt ecclesiarum in quibus ministrant 12 q. 3. quicunque & quæst 5. cap. vlt. & q. 2. episcopus qui filios.

Quod in testamento Christus semper pro vno filiorum reputandus est 23 q 2. si quis ita scitur.

Quod testamentorum non executores sunt sacrilegi fures 13 q 2 qui obiationes 17. q. 4. sacrilegium.

Item sunt egenorum homicidæ 13. q. 2. clerici.

Item sunt excommunicandi. ibid.

Quod successor non seruans defuncti testamentum est exhęredãdus. 11 q 1. Siluester.

TESTIS. Quod triplex est testis, videlicet superior, scilicet Deus. 11 quæst. 3. inter verba, vbi dicitur. Ecce in cœlo testis meus, & 21. q. 1. si peccatum.

Item est testis interior, videlicet conscientia 11. q. 3 inter verba, vbi dicitur: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, & c. custodi.

Item est testis exterior, scilicet proximus. de consec. distin. 1. iubemus. 11. quæst. 3. non sunt 12. quæst. 1. nolo ut.

Quod est testimonium non solum verbale, sed etiã reale, scilicet facti euidentia 28. dist. priusquam. 82 dist. propulsuisti 33. quæst. 2. de his vero.

Quod Apostoli, verbo, & opere sunt testes Christi in Hierusalem, & in omni Iudęa 11. quæst. 3. existimant. in fi.

Quod voluntas morientis etiam sine instrumento probari potest ex circumstantium testimoniis. 29. quęstione sexta, his qui tempore.

Quod in testimonio est attendenda diuersitas locorum, & temporum 35. quæstio 6. de parentela.

Quod ad probationem ingenuitatis soli testes non sufficiunt nisi instrumentis, & argumentis adiuuẽtur 4. q. 3. placuit, § item in criminali post med.

Quod nullus potest esse iudex, & testis 4 q 4. nullus vmquam.

Quod testibus non testimonijs per scripturam delatis credẽdum est. 3. q. 9 testes. § proximo & c. hortamur.

Quod de illo est uerum testimoniũ quod in pręsentia testificantium contigisse perhibetur 3. quæst. 9. testes, § de his.

Quod etiam non rogati, dummodo interfuerint, testes esse possunt. 4. q. 3. placuit, § item in criminali.

Quod testes super uno facto in tempore & loco diserepantes tepellũtur 3. q. 9 testes. § seq.

Quod illi testes sunt grauiter puniẽdi quos temporum diuersitas simul facto non interfuisse ostendit 3. q. 8. nihilominus.

Quod in causa criminali testimonium debet esse de visis, notis, & auditis 3 q 9 testes.

Quod in testibus attendenda est status dignitas, fidei puritas, & morũ grauitas 4 q. 3. testes. §. seq.

Quod illi præcipue recipiendi sunt in testes, de quibus præsumitur, q veritatem facti magis sciant. 35. q. 6. cap. 1.

Quod licet simpliciter verbo iudicis credendum sit, tamen si ab ipso appellant, non potest esse testis in causa appellationis. 16 q. 1. statuendum.

Quod ad vnius testimonium nemo condemnatur nisi forte fama publica contra eum laboret. 3 q. 3. testes, § seq. 35 q 6 § vlt. 33 q. 2. admonere, 2. q. 3. si mala.

Item nec ad testimonium vnius, ẽt si sit episcopus. 6. q 2 per totum 4. quæstio. 3. testes, § sequen. versicu. unius.

Quod ex hoc episcopo, uel alteri prælato iniuria non infertur, cum sibi soli in testimonium non creditur. 6. q 2. c. vlt.

Quod ad probandum duo testes sufficiunt, uel tres, nisi in aliquibus casibus singularibus ubi plures requiruntur. 4. q. 3. testes. §. seq post med. 2. q. 4 § 1.

Quod præsul non damnatur nisi 72.

Universidad de Deusto Biblioteca

testibus presbytér autem nisi. 44. diaconus vero Cardinalis nisi viginti tribus inferioris autem gradus clerici nisi septem testibus cõuicti, nõ debent condemnari. 2 q. 5. præsul.

Quod nullus est idoneus testis in causa propria 15. q. 3. sane, in fine.

Quod nec in re nec in causa propria quis ad testificandum admittitur. 4. quæstio. 3. testes. §. sequen. post med.

Quod contra se quisque testari põt, pro se vero minime 14. q. 2. §. 1.

Quod propter inimicitias põt quis repellere testes contra se, quos ad misit pro se: aliàs non 4 q. 3. testes. §. seq. ver. si quis.

Quod qui agit, non potest à reo petere testimonium 4. q 3. testes. ver. item qui intendit.

Quod testes non videntur idonei, quibus potest imperari 4 q. 3. testes. §. seq. ante med.

Quod testis videtur suspectus si sit de domo iudicis 4. q 4. contra.

Quod nullus debet cogi, ut ferat testimonium contra consanguineũ, affinem 4. q. 3. testes. §. seq. versicu. item lege Iulia.

Quod nec parentes, nec liberi inuicem aduersus se testificari possunt 4 quæstio. 3. testes. versi. item codicem.

Quod pater & filius, & duo fratres in eadem causa testes esse possunt. 4. q. 3 testes. §. sequen.

Quod in alieno negotio plures testes produci possunt ex eadem domo 4 quæst. 3. testes, §. sequen. circa med.

Item testis domesticus admittitur in causa ecclesiastica 14. quæstio. 2. super.

Item in causa matrimoniali. 35 q 6. de parentela.

Item admittitur in causa ciuili, sed non in criminali 4. q. 3 testes, §. sequen. ver. quos accusator 14 q. 2. per totum.

Quod hæreticus pro Christiano potest testificari contra hæreticum, sed non contra Christianum 24. q. 1. miramur. § seq.

Quod inhabilis ad sacerdotium, cõtra sacerdotem non potest testificari in causa criminali 2. q. 7 ipsi Apostoli.

An clericus ad testificandum possit compelli. 2. q 6 statutum.

Quod episcopus, vel presbyter nisi in causa quæ aliter sciri non possit adducatur in testem: quia ex hoc sacerdotium dehonestatur. 11. q 1 testimonium.

Quod episcopus, vel presbyter in necessitate testimonium perhibens non debet iurare sicut alij super librum, sed tantum videre librũ, in fi.

Quod episcopus, uel presbyter potest loco iuramenti per sanctam consecrationem dicere 2. q. 4. si quis presbyter.

Quod omnes alij testes debent primo iurare de veritate dicenda tactis sacrosanctis Euangelijs. 3. q. 9. hortamur 4. q 3. testes. §. prox.

Quod iudex debet testibus prouidere de loci securitate 3. quæstio. 9. hortamur.

Quod testibus expensæ sunt ministrandę 4. q 3. testes §. seq.

Quod episcopus siue presbyter pro ecclesiæ suę negotio potest ferre testimonium 14 q. 2. super.

Quod clericus non debet esse testis contra laicum in criminali causa, sed in ciuili 11. q. 1. testimonium. 14. q 2 super.

Quod in conficiendis instrumentis secularium, presbyteri non debent ferre testimonium nisi de mandato episcopi 14. q. 2 super. in fi. ibid.

Quod testi honestiori maior fides est adhibenda 4. q. 3. testes. versic. item iurisiurandi.

Quod vtrum hermaphroditus possit fieri testis, qualitas incalescentis sexus declarabit 4. q. 3. testes. versi. item hermaphroditus.

Quod mulier potest esse testis pro parentibus, & amicis, & consanguineis, & pro crimine læsę maiestatis, & contra hæresim & simoniam 15 q. 3. de crimine.

Quod de vnoquoque minus est dubitandũ ubi prior uita qualis fuerit testimonium reddit 61. distin. miramur.

Quod testes debent esse bonæ opinionis 2 q 1. in primis circa med. 3. q 5. suspectos 4. quæstio. 3. testes, §. primo.

Quod ad testificandum non admittuntur aliàs inimici 2. q 1. in primis circa med.

Item nec serui pro domino suo, nec minor viginti annis 4 q 3. testes.

Item nec infideles 2 q 7. non potest. 3. q. 5. suspectos.

Item nec a fide apostatantes. 2. q. 7. non potest.

Item nec infames 2. q 7. testes 3. q. 5. similiter. & c. seq. 6. quæstio. 1. qui crimen.

Item criminosi 2 q. 7 testes 3. q. 5. constituimus.

Item nec complices in crimine quã do illud de se confitentur 15. q. 3. c. vlt. 4. q 3 testes, §. sequen.

Item nec nimia paupertate laborantes 4. q. 3. testes, §. seq.

Item nec consanguinei, uel propinqui nisi cum contra seipsos mutuo testificari voluerint. 3. quæst. 5. cap. 1.

Item nec familiares scilicet de propria domo prodeuntes 3. q. 5. ca. 1. & c. accusatores.

Item nec affines 3. quæst. 9. absens & q. 5. similiter.

Item nec litigiosi 3. q. 5. suspectos, & cap. seq.

Item nec impuberes qui intra quartumdecimum annum consistunt. 4. q 3. testes, & §. seq.

Item nec liberi contra ecclesiã, vel contra dominum, cuius fuerunt serui 12 quæstio. 2. episcopus qui mancipium, §. vlt. 4. quæst. 3 testes, §. seq ver. item patroni. & versicu. item liberi.

Itẽ nec serui, nisi dũ aliqui testes deficiũt 4. q. 3 testes, § seq ante fi.

Item nec ille qui iudex, uel assessor vel aduocatus fuerit in eadem causa 16. q. 2. statuendum.

Item quicunque ad accusandum nõ admittitur, nec ad testificandum. 4. q. 4 c 1.

Quod testimonium numquam est vendendum 14. q. 5. non sane.

Quod non testificans ueritatem grauiter peccat 11 q. 3. vnicuique. §. sic quoque.

Quod falsus testis est, qui etiam cõtra seipsum falsum dicit, & per hoc Deum, qui est veritas vẽdit. 11 q 2. abijt.

Quod presbyteri, uel diaconi in falso testimonio inuenti, per tres annos ab officio suspensi in monasterio debent pœnitere 5. quæst. 6. quia in fi.

Quod quilibet falsus testis septem annorum pœnitentia punitur. 22. q. 5. si quis peierauerit.

Quod infamis fit, & a testimonio repellitur 12. q. 5 si quis cõuictus.

Quod inducens ad falsum testimonium grauiter peccat, & consimili pœna punitur 22. quæstio. 5. si quis peierauerit, & capitu. si quis conuictus.

TIMOR. quod timor est multiplex, videlicet seruilis, quando quis timore pœnę facit quod facit 23. q 4 hæc autem, § seq. in fi.

Item est timor initialis, si qui sicut seta introducit filium, ita & ipse charitatem, de pœniten. dist. 2. sicut seta.

Item est timor filialis, qui etiam timor sanctus, vel castus dicitur, & hic est perfectorum 23. q. 6. schismatici, & § vlt. in fi.

Item est timor naturalis, quem et ipse Christus habuit, & alij perfecti 7. q 1. c. vlt. circa fi.

Item est timor mundanus, quando peccatur timore temporalium 47. dist. sicut 11. q 3. quisquis.

Item est timor mundanus quo quis peccat timore pellis proprię 11. q. 3. nolite.

Quod humanum est timere eũ qui potest opprimere, uel eripere. 16 q. 2 c. 1 post med.

Quod timendum est de sero pœnitente. de pœn. dist. 7. post med.

Quod amor carnalis & timor atque auaritia sensum hominis hebetãt. 3. q. 5. accusatores, uel testes. 11. q. 4 quattuor.

Item ibi væ est vbi timoratus periit a terra 16. q. 7 & hoc diximus. post med.

TITVLVS. Quod titulus dicitur principium possessionis, sine quo nemo vere possidet 16. q 3. dilectio

dilectio. § potest, ante med. & 17 q. 4. questi.

Item dicitur titulus vexillum vel signum pro re vendicanda positũ 16. q 6. consuedo 12. q 2. non habenti.

Item dicitur titulus breuis adnotatio sequentis operis. 15. dist. sancta & c. in primis ante med.

Item titulus dicitur beneficium ecclesiæ sub quo quis ordinatur, & vbi tenetur seruire quamdiu vixit 70 dist. sanctorum.

Quod nemo sine titulo ordinari debet. ibid.

TOLERANTIA. Quod tolerantur a bonis infirmi ipsis consueta non denegando quarta distinctio. denique.

Item debilitati quantum ad labores condescendendo. 47. dist. omnes in fi.

Item ipsorum defectus ad infamiã non detegendo. 95. distinctio. in scripturis.

Item commissa eorum propter spẽ correctionis patienter supportando 45 dist. licet.

Exemplum ibi de Petro quem dominus post negationem non damnauit & c. recedite. & 50. dist. considerandũ. vbi dicitur ꝙ ideo dominus Petrum tolerauit, vt postea aliorum defectus toleraret.

Item tolerantur a bonis mali ipsorum detractiones, & falsa iudicia. æquanimiter tolerando 6. q. 1. deteriores & c seq. & c. ex merito.

Item tolerantur a bonis ipsorũ verba, & alias persecutiones patienter sustinendo. 6. q. 1 quiescite.

Item tolerantur de omnibus ipsorum iniurijs se non vlciscendo. 23. q. 3. sex differentiæ. & quæst 8. conuenior.

Quod qui malos non tolerat ipse sibi per hoc testis est, quia bonus non est 23. q 4. hæc autem.

Quod mali a bonis quandoque tolerantur, quia corrigi non possunt. 23 q 7 c 1. in fi.

De Tolerantia malorum habes vbi agitur de Malis.

TONSVRA. Quod tonsura clericalis in circuitu & in sũmitate capitis in modum sphæræ debet radi. 23. dist prohibete.

Quod tonsura designat in clericis contemptum temporalium. 12. q 1. duo.

Quod hæc tonsura prius debet fieri per episcopum, nisi sint regulares, quibus per abbatem suum, si est presbyter, potest dari. 69. dist. quoniam.

Quod prima tonsura facit clericum. 23. dist. clerici. & est ordo, qui dicitur psalmistatus. 23. distinctio. psalmista.

Quod non habentes tonsuram clericalem lectiones in ecclesia publice in pulpito non debent legere. 69. dist. quoniam.

Quod tonsura clericalis sic dẽt tonderi vt sit super aures. 23 dist non liceat cuilibet.

Quod ad eam deferendam clerici per archidiaconum sunt compellendi 23. dist si quis.

Quod etiam vxorati clerici contrahentes cum virgine debent tonsuram portare, si clericali priuilegio volunt gaudere. 84 dist. quisquis.

Quod clericus contrahens cum corrupta, quia videtur renũciare priuilegio clericali, communem cũ laicis tonsuram deportabit. ibid.

TORMENTVM. quod tormentum quandoque verberibus infertur. 12. q 2. fraternitas.

Quod quilibet iudex etiam ecclesiasticus potest torquere suspectos, vt veritatem facti possit exquirere. 5 q 5 illi qui.

Quod quilibet superior malefactorem sibi subditum, secundum magis & minus excedentem potest tormentare 23 q. 5 cap. 1. in fine.

Quod prælatus non debet per se, sed per alios delinquentem tormentare 86. dist. non liceat.

TRANSACTIO. Quod transactio est cum aliquo dato vel retento, vel promisso ab actione litigij recedere. 54. distinct. generalis, circa fi.

Quod transactio debet fieri de scire iudicis vel superioris 23. quæst. 4. si illic.

Quod proprie loquendo transactio, non potest fieri in spiritualibus. 1. q. 2 quam pio. 14. quæst. 5. denique. 16. q 7. decimas 13. q 2. in ecclesiastico.

Quod quando seruus diaconus effectus aliam personam pro se restituat, in tali transactione nõ committitur simonia: non pro ordine, sed pro seruitio fit restitutio. 54. distinct antiquis. in fi & capit generalis.

TRANSITVS. Quod in successores res transit cum onere suo 11. q 1. Siluester.

Quod spiritualis transitus est de peccato ad vitam, de culpa ad gratia, de terrenis ad cælestia. de consecr. dist. 4. per aquam.

De Transitu religiosorum ad aliam religionem habes vbi agitur de Religione.

TRANSLATIO. Quod transferri possunt prælati de ecclesia ad ecclesiam propter necessitatem, vel vtilitatem. 7. q. 1 mutationes. & tribus c. seq.

Quod sicut vir ducens alteram præter suam vxorem, dicitur adulter: sic prælatus qui ꝓpria temeritate se transfert ad aliam ecclesiam 7. q 1. sicut.

Quod translatio fit de minori ecclesia ad maiorem, & non econuerso. 93 dist. legimus. circa med. 7. q. 1. mutationes.

Quod petrus de Antiochia Romam tamquam ad maiorem ecclesiam est translatus, 7. quæstio 1. mutationes.

Quod ambitio præsumitur vbi de minori ecclesia ad maiorem sua temeritate quis transfertur. 7. q. 1. si quis episcopus. & c. seq.

Quod translatio vtilitatis plurimorum, vnius vtilitati præferenda est. 8. q. 1. scias.

Quod translatus nihil iuris in priori ecclesia retinet. 21 q. 2. si quis.

Quod translatus non priuatur prima ecclesia nisi possessionem habeat in secunda 92. dist. si quis episcopus & cap. si qui episcopi.

Quod translatus causa necessitatis, cessante necessitate debet ad primum locum redire. 7. q. 1 pastoralis 1. q. 1 quod pro necessitate.

Quod solius papæ est transferre episcopos. 7. q 1. mutationes. & c. sicut alterius in fi.

Quod presbyteri siue inferiores prælati de ecclesia ad ecclesiam non debent transferri nisi auctoritate episcopi. 7 quæstio. 1 episcopus de loco.

Quod ad aliam ecclesiam sua temeritate se transferentes frustrantur habita & non habita 7. q 1. si quis episcopus. & c. seq.

Quod in trãslatione clericorum, vel rerum ecclesiasticarum episcopus debet requirere consilium capituli: quia fit quędam alienatio. 12 q. 2. sine exceptione.

De Translatione habes vbi agitur de Mutatione, & de Permutatione.

TREVGA. Quod treuga est securitas præstita rebus & personis discordia nondũ finita 24 q vlt. illi.

Quod archiepiscopi & alij prælati ad faciendũ treugam debent intendere. 24. q. vlt illi. 90. distin. per totum.

Quod frangentes treugas sunt excommunicandi. 24. q. vlt.

TRIBVTVM. Quod licite datur tributum etiam ab ecclesia, videlicet intuitu pacis. 23. quæstio. prima. quid.

Item datur intuitu subiectionis. 11. q 1 magnum. Nota exemplum de Christo, qui dedit tributum.

Item intuitu solius quod quis possidet. 23. q 8 tributum & c. seq.

Item datur intuitu impensi officii, vel impendendi. 18. q. 2. Eleutherius.

Item datur intuitu cathedratici. x. q. 3. per totum.

Item datur obtentu longæ consuetudinis. 1. quæstio. 3. quæsitum. ante finem.

Quod nulla ecclesia construenda est sub tributaria conditione de consec. dist 1. si quis basilicam.

TRIBVLATIO. quod tribulatio patienter est toleranda, ne per impatientiam meritũ mutetur in culpam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

culpam 7 q.1. cum percussio.
Quod Deus læpe suis mordacissimũ genus tribulationis immittit ad animæ medicamentum.5.q.5.non omnis. Exemplum ibi de stimulo carnis pauli.
Item mittit ad virtutis augmentum 7.q.1. aduersitas. Exemplum ibi de naufragio petri 11. quæst.3. in cunctis.
Item mittit ad puniendum crimen commissum.6.q.1.sunt plurimi. 7 q 1.cum percussio.
Item mittit ad consequendum æternum præmium. 7. quæstio. 1. suggestum.
Quod facit mundi honorem contẽnere.13 q.4.displicet, ante med.
Item facit ad bonum festinare. 23. q 4 c.vlt.in fi.
Item tribulatio facit peccata deserere 23 q 5 qui peccat.in fi.
Quod quando non grex,nec fides, sed pastor quæritur,tribulatio est declinanda,7.q.1. scisitatis.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate.

TRISTITIA. Quod nullus pro sua nec suorum morte tristari debet.13.q.2 quam præposterum.
Quod illi qui de morte contristantur, videntur de spe resurrectionis dubitare.13.q 2. vbicumque, § seq.& c.seq.
TVTOR. Quod tutor proprie dicitur pupilli vel orphani: vel a parentibus emancipati.87.distin.defensionis.
Quod triplex est tutela,videlicet testamentaria,quæ testamento constituitur: & legitima, quæ propter propinquitatẽ assumitur, & datiua, quę cuicunque confertur. 16.q 1.generaliter.
Quod tutela pupillorum in duobus consistit, videlicet ut vita a crimi nibus,& res ab iniuria impiorum seruetur 12 q.1.c.1.
Quod ipse Deus iussit pupillis & egenis tuitionem impendi.87.dist. defensionis.
Quod episcopus tamquam iudex tuitionem testamentariã non debet suscipere , & susceptã propter necessitatem, nõ per se sed per archipresbyterum debet agere 88. dist. episcopus. & duobus c.seq.
Quod licet clerici & etiam monachi non teneantur ad tutelam testamentariam vel legitimam vel datinam,ad cautelam tamen miserabilium personarum omnes tenentur 86.dist.pernenit.87. dist.licet.16.q.1.generaliter.
Quod clerici per episcopum possunt cogi, ad egenorum tutelæ susceptionem.88.dist. decreuit.

VOCATIO. quod ecclesia cathedralis vltra tres menses non ,debet vacare pastore. 50. distinct. postquam. 14. distinctio. obeuntibus.
Quod propter gregis periculũ post tres menses electionis alii tres mẽses dantur pro petenda consecratione.50.dist.postquam.
Quod percipiendę atque intuendæ veritati vacandum est. 8. q. 1.qui episcopatum.
Quod clerici qui diuinis officijs debent esse obligati, non debẽt terrenis actibus vacare. 21. quæst 3. malitijs.
Quod vocatio contemplationis cor de appetenda est, sed aliquando pro multorum salute ponenda est.8.q.1.in scripturis.
Quod diabolus per incuriam vacãtes facilius opprimit,& in ima vitiorum prosternit. de pœn. dist. 4. quæcumque.
VAGARI. Quod episcopus vagabundus nisi resipiscat, primo excommunicatur, postea in monasterium retruditur. 7. q.1. peruenit.& c.seq.
Quod clerici ab ecclesia nõ sunt habendi qui vagando sub nullius episcopi diligentia consistunt. 93. dist.nulla.
Quod monachi vagari prohibentur.16.q.1.iuxta & c.seq.
Quod religiosi vagantes, vt ad monasteria sua redeant, sunt compellendi.16.q.1.quidam.18 q secunda abbates.
Quod vaganti religioso sine sui superioris licentia non licet ordines recipere, nec diuina officia celebrare 16.q.1 monachi.& c.seq.
Quod si quid religiosus vagando acquisierit, totum monasterij ubi professus fuerit, erit.18. quæst.2. abbates.
Quod vagabundi religiosi post contemptum admonitionis, auxilio episcopi sunt carceribus tradendi,18 q 2. abbates.
VANITAS. Quod nomen Dei non est in vanum assumendum. 22. q. 2.animaduertendum.
Quod vanitas gentilium poetarũ, vel philosophorum, ipsorum auctoritatibus redarguitur, 37. dist. si quid.
Quod in prædicatione postponere auctoritatem prophetarum, & ad ducere auctoritatem philosophorum, vanitas est & curiositas sacrilega,37. distin. si quis artem & cap.seq.
Quod omnis scientia quæ ad tropologiam, ideſt mores non conuertit,in vanitatẽ & in sensus obscuritatem deducit,37.dist.nonne.
VAS. Quod in ecclesia ad baptizãdum & ad corporalia & pallas luãdum specialia vasa debent haberi,de consec.distin.4.omnis,& quattuor c.seq.
Quod vasa sacrata non debent haberi de consc.dist.4.omnis presbyter,& distin.1. nemo per ignorantiam,& quattuor c. seq.
Quod vasa sacrata non debent moniales nec inferioris gradus clericis tractare,23 dist.sacratas, & cap. non oportet.
Quod vasa,sacra & ecclesiastica inueterata debent cõburi : & cineres vbi conculcari non possint, reponi,de consec.dist.1. altaris.
Quod vasa ecclesiæ pro liberatione captiuorum & egestate miserorũ sunt exponenda : quia melius est vasa uiuentium seruare, quam metallorum,12.q 2.aurum.
Quod Paulus dicitur vas electionis. 22 q 5 si Paulus.
Quod vasis irę Deus nunquam redderet interitum si non inuenitur homo spontaneum habere peccatum,23 q 4.Nabuchodono sor.
VATES. Quod vates a vi mentis appellatur : qui modo sacerdotẽ: modo prophetam : modo poetam significat, 21. dist. cleros.
Quod illud quod vates gentilium de Christo prædixerunt, valet ad conuincendã paganorum vanitatem : sed non dat auctoritatem. 37 dist.si quid.
VELVM. Quod est velum professionis , quod datur fœminis anno duodecimo 20.q.2. puella.
Item est velum cõsecrationis quod datur anno vicesimoquinto.20 q. 1. placuit.
Item est velum prælationis, quod datur anno sexagesimo, 20. q. 1. iuuencular.
Item est velum ordinationis : & qđ datur anno quadragesimo.27.q.1. diaconissam.
Item est velum continentię obseruationis : & hoc est viduarum. 27.q. 1.viduas.
Quod ad episcopos spectat uirgines velare.20.q.1.deuotis.
Quod excepta ægritudine episcopus virgini velum non debet imponere,nisi in festo Epiphaniæ, & per totas octauas Paschæ: & in festis Apostolorum.
Quod nec abbatissæ nec alteri moniali aliquam velare licet,20.q 2. statuimus.
Quod viduam nullus pontifex velare debet 20.q 1.deuotis.
Quod vidua ab altari velamen continentiæ potest suscipere, 27. q. 1. viduas.
Quod velatę voto professionis siue virgines siue viduæ matrimoniũ non possunt contrahere,& cõtractum dirimitur. 27. q .1.si quis sacro & c.hæ vero.
VENATIO. Quod aliqua venatio prohibetur, & aliqua permittitur & aliqua conceditur.
Quod venatio arenaria,qua quis pugnat cum bestia detenta in arena, prohibetur non solum facientibus, sed etiam aspicientibus 86. dist.qui venatoribus,& c.seq.
Item hanc venationem exercens nõ solum infamis efficitur,sed etiam ab actione in iudicio repellitur. 13.q.7.c 1.§ tria.post princ.
Quod venatio saltuosa, quæ fit in saltibus,vel syluis: si fit tempore debito,non prohibetur : si fit propter vtilitatem nõ delectationem laicis non clericis permittitur,86. dist.quid prodest,24.distin.quorũdam.
Quod maxime Germaniæ atq; Galliæ prælati,venationi saltuosæ implicantur,ibi.
Quod uenatio, quæ fit sine strepitu, sicut ponere rete vel laqueum, nõ solum laicis sed etiam clericis cõceditur, quod similis est piscationi,76.dist. Esau.de consecr. numquam.
Quod venator, inquantum venator non legitur sanctus 34 dist. quorũdam,86.dist. Esau.
Quod qui videt venationem ad delectationem , videbit Christum ad contristandum,86 distinctio,vident.
Quod parum prodest ieiunare in cibis,& delectari in uenationibus, 86 dist.quid prodest.
Quod fouere venatorem, propter artem suam,est peccatum, 86.distin. qui venatoribus.
VENDITIO quod emendi vilius & vendendi carius studium maxime clericis prohibetur,14 q. 4 canonum.
Quod clericis permittitur ut p mutuatis ab ipsis denariis res alias statuto tempore prout venduntur, recipiant, 14 q 4.si quis clericus.
Quod turpe lucrum sequitur , qui ex cupiditate tempore messis vilius emit vt carius vendat, 14 q. 4 quicumque tempore.
Quod qui falsum iurando pro pecunia ueritatem vendit , Christum, qui veritas est,sicut Iudas vendit, 22 q 3.abiit .
Quod sicut iudex non debet vendere verum iudicium,sic nec testis uerum testimonium, 14.q 5. non sane,11.q 3.non licet .
Quod sicut iurisperitus potest uendere iustum consilium,sic aduocatus iustum patrocinium, ibid.
Quod nullum diabolus tamquam seruum possidet , nisi qui se sibi peccatorum ære vendiderit, 15.q. 1.non est .

De uenditione spiritualium habes vbi agitur de Simonia .

Quod Christus eiecit de templo uẽdentes & ementes,16. q.7.& hoc diximus.
VENIA.Quod apud Deum nulla patitur moras,veniæ conuersio,de pœnit.dist.1 serpens, in fi.
Quod Deus non dat ueniam in errore durantibus, sed se corrigentib. 24.q 2.legatur .
Quod cum in cõfessione peccati erubescentiam vincit timor Dei , fit uenia criminis,de pœn.dist.1. quẽ pœnitet .
Quod fit dignius uenia ex desiderio sacerdotis, quem habere non ualens socio confitetur turpitudinẽ criminis,de pæn.dist.6.§ 1.
Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, 23.q.4.est in iusta in fi.& cap si ea & capit. sequen.36.q.6.loci,36. distin.inferiorum .
Quod non oportet prælatum, si excidit in correctione a subdito ueniam quærere,86.dist.quando.
VENIALE. Quod uenialia peccata dicuntur quotidiana, quia quotidie subrepunt,de pœnit.distin. 1.medicina,§. tres sunt actiones.
Quod fit veniale in cõfessione quod fuit criminale in operatione,de pœn.dist.1 quem pœnitet .
Quod quę sunt venialia peccata habes 25.dist.unum orarium,§.alias autem.
VERBERA. Quod fides verberibus non est exigenda, 45.dist.c.1.
Quod ecclesia quosdam dãnis, quosdam verberibus castigat, 12. q.2. fraternitas.
Quod ad correctionem subditorum virgarum verbera meritorie infliguntur,23.q 5.c 1. in fi.
Quod siue monachi, siue alii clerici de suis excessibus possunt verberibus coerceri,20.quæst.ult.monachum .
Quod episcopus nullum suis manibus debet uerberare , 86.distin.non liceat.
Quod miseri sunt prælati,qui uerberibus tantum volunt timeri, 45.distin.c.1.

De hac materia habes ubi agitur de Tormentis , & de Correctione.

VERBA. Quod omnium rerum creatio & hominũ recreatio fuit in verbo 1. quæst 1. intra catholicam.
Quod in uerbis sacramenta Christi conficiuntur.ibi & c.detrahe.
Quod accedit verbum ad elementum,& fit sacramentum,1 q.1.detrahe.
Quod an non minus est reus qui negligenter uerbum Dei audit, quam qui corpus Christi in terram cadere permittit 1.q.1. interrogo.
Quod qui exit dum uerbum Dei proponitur, excommunicetur,de consec.dist.1.sacerdotes.
Quod uerba ideo sunt instituta ut homines cogitatione in notitiam aliorum proferant, 22. quæstio.2. his autem.
Quod uerba non semper sunt accipienda sicut sonant, 13. q 1.paratus,ante med.
Quod Deus uerba secundum proferentium intentionem accipit, 22. q.5.humanæ.
VERECVNDIA.Quod est uerecundia uirginalis,quæ est naturaliter in uirginibus, 30.q 5.nec illud.Exemplum ibi de Rebecca.
Item est uerecundia uidualis , quæ uerecundiam promittunt antequam iterato nubant 33. q.2. non omnis.
Item est uerecundia semiconfitentis dum quis erubescit aliqua pec cata confiteri,de pæn.dist.3.§ siue autem uer. inter hæc 1.
Item est uerecundia plene confitentis, & hæc est magna pars satisfactionis, quia de mortali facit ueniale de pœn.dist.1. quem pœnitet, & c.quamuis.
Quod propter uerecundiam bonum non est dimittendum, de pœ.dist. 1.in actionem,in fi.
VERITAS. Quod ueritas est, cum illud asseritur,quod est,22.q 2.cum humilitatis.
Quod tunc exit aliquis a ueritate Dei,cum a fide, & charitate exit, 25.q.3.cum aliquis.
Quod ueritas sacramentorum in sola ecclesia habetur catholica, 14. q 1.quia.
Quod in quibus nil interest ad habendum regnum Dei, utrum uera putentur uel falsa , non refert, 22 q 2.in quibus.
Quod ueritas præferatur etiam consuetudini: quia Christus non dixit,Ego sum consuetudo, sed ueritas,58.dist.ueritate, & quattuor c.seq.
Quod ille non solum proditor est ueritatis qui mendacium dicit,sed etiam qui ueritatem libere non pronunciat, 11.quæst.3. nolite timere.
Quod ueritatem pro pecunia negantes Deum negant,11.q.3. nolite timere.
Quod ueritatem pro pecunia negãtes Deum negant,11.q.3.abiit.
Quod qui ueritatem non defendit quam defendere conuenit proditor est ueritatis, 11.quæst 3.nolite timere
Quod ueritas non est in homine cũ quis dicit se peccatorem esse cum non est,21.q 3.cum humilitatis,& duob.c seq.
Quod non est sic uitanda arrogantia,ut ueritas relinquatur, 22.q 2. non ita.
Quod non potest ueritas occultari, 22 q.2 si quis
Quod ubi de fide uel salute agitur,q ueritatem occultat, tam Dei sup se pronocat, 11.q 3.quisquis,& c. nolite timere.
Quod melius est pro ueritate pati supplicium,quam pro adulatione consequi beneficium , 11. q.3.nemo peritorum.
Quod ueritas cum non defenditur, opprimitur,84 dist.error.
Quod tria solent impedire ueritatẽ uidelicet carnalis amor,timor,atque auaritia,3.q 6 episcopus .
Quod a sacerdotibus & a prædicatoribus ueritas libere est prædicanda, 11 q 3. nolite timere circa med.

Quodi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod vetitas bonæ uitę propter nullum est dirimenda,32.q. 5.ita ne & c seq.

VESTIS Quod vestes sunt multiplices,videlicet episcoporũ,quæ tam in veteri lege quam in noua variæ sunt, & ex multis virtutibus debet resplendere vita pontificis 40. disti. § 143.distin.sit rector, post medium.

Item sunt vestes ministrorum ecclesiasticorum & hæ sunt variæ,designantes varias virtutes quas debent habere 40.dist.§.1.

Quod cultui vestium ministrorum ecclesiæ primo ornatus actionis debet conuenire 100 dist.rationis.

Item sunt vestes clericorũ, quæ nec sordidæ nec fulgidæ debent esse 41.dist.§.1. & c.parsimoniam & c. clericus & §.seq.21. quæst.4.per totum.

Quod clerici siue intra siue extra nõ laicalibus,sed clericalibus debent vti,& non seruantes grauiter debent puniri 21.q 4. nullus eorum, & tribus c.seq.

Item sunt uestes religiosorum, quæ debent esse humiles & despectæ, non diuersi & nobilis coloris,20. q 1.c.vlt.41.q 4. c.1.

Quod religiosi uestem professionis suæ numquam debent deponere, 21.q.1.vidua.

Item nec existens in scholis uestem debent mutare religionis, 21.q.4. nullus eorum.

Item sunt vestes laicorum,quæ cum secundum consuetudinem terræ deferunt,a superstitiosis non sunt iudicandi,30.distinct.si quis uirorum.

Item sunt uestes pœnitentium,sicut cilicium & similia,dist.50.pœnitẽtes.

Item sunt uestes sacræ ecclesiarum, quæ debent honeste seruari, & alteri usui non sunt applicandæ, de consc.dist.1.uestimenta.

Quod uestibus sacris non debẽt alii homines uti quam sacrati ibid.

Quod nullus prętextu pietatis inuoluat mortuum uestibus sacris,de consecra.distin.1. nemos ignoranter iam.

Quod uetera uestimenta ecclesiæ debent cõburi, & cineres in pariete uel alibi ubi conculcari non possunt,debent poni, de consec.dist.1. altaris.

VIA.Quod uia excellentior est charitas,quia sine ea ambulare nõ possunt homines,sed errare,de pæn. dist.c.si quis semel,§.hæc est charitas.

Quod uiam absque ductore non ingrediatiis, quam numquã ingressus es,16.q 1.si clericatus.

Quod Deus docet mansuetos uias suas,16.q.1.uos autem.

VIATICVM. Quod uiaticum dicitur eucharistia, 50. disin. de his uero.

Quod uiaticum nulli pœnitenti in morte est denegandum,50. distinctio.pœnitentes,27 quæst 1.uirginibus.

De hac materia habes ubi agitur de Eucharistia.

VICARIVS. Quod uicarius cuiuscũque prælati in loco capituli;tamq̃ eius uices gerens debet honorari, 94 dist c.ult.

Quod subdiacono uices prælati possunt committi,94.dist. c.1.

Quod nõ debet esse laicus uicarius, quia indecorum est laicos uiros ecclesiasticos iudicare,16.quæst.7. in nona.

Quod omnes episcopi sunt uicarii Apostolorum,73. distin. quorum vices.

Quod qui contemnit uicarium, contemnit & illum qui posuit eum, 21.dist.in nouo.

VICEDOMINVS. Quod in quolibet episcopatu debet esse uicedominus, qui & hospitibus & casibus superuenientibus loco casibus loco episcopi possit satisfacere,89 dist.uolumus.

Quod episcopi interest uicedominũ constituere, ibid.

Quod officium uicedomini debet esse de episcopatu disponere, 89.distin.diaconum.

VITIVM.Quod multiplex est uitium,uidelicet morum, uerborũ, & corporum.

Quod vitia morum,quia obsunt animæ,sunt euitanda,38.distin.quamuis errare,§.sed licet & capit.sedulo.

Quod uitia non morum dependent a uoluntate,56.distinctio. nasci,in fine.

Quod nitia sæpe se uirtutes esse mentiuntur 41.dist.sæpe.

Quod uitia uerborum sunt toleranda,sicut in sanctis hominibus corruptio grammaticalis, quia non sunt uoces ad aures Dei, sed animi affectus,38.distin.sedulo,& ca. seq.

Quod uitia corporum sunt discurrienda,nec debent esse in sacerdote,& maxime in prælato, 49 disti. hinc.

Quod quidam uitiati corpore non debent promoueri ad sacros, 55. dist per totum.

Item uitiati corpore qui remouentur ab ordine, intelliguntur proprie abscissi,non casu sed propria voluntate 55. distinct.si quis absciderit.

Item uitiati corpore propria abscisione homicidæ sui iudicantur,& suæ conditionis inimici ibid.

Quod seipsos in corpore uitiantes, non promouentur,sed etiam promoti dicuntur, 55. dist.si quis propter ægritudine,& c.seq.

Quod carens quocunque casu oculo, quia est membrum notabile, non debet promoueri, 55.distin.si Euangelica.

Quod eunuchus per insidias factus, uel ita natus, potest promoueri uitio corporis non obstante,55.dieunuchus.

Quod cum propter ægritudinem, uel uiolentiam,vel casu, quis corpore uitiatur, dummodo non sit cum magna deformitate, non priuatur ordine habito,uel habendo 55.dist.qui partem,& c.si quis propter ægritudine.& c.seq.

De hac materia habes ubi agitur de Mutilatione.

VICTVS.quod utiliter uincitur cui licentia peccandi tollitur, 23 q.1. paratus in fi.

Quod victo debetur misericordia, dummodo non timeatur turbatio futura,23 q 1.noli.

De hac materia habes ubi agitur de Bello,de Patientia,& Hoste.

VIDVA. Quod uidua est quæ post solenne fœdus nuptiarum morte interuenientẽ à uiro suo diuisa fuerit,34 dist.presbyteri.

Quod debent uiduæ assidue ecclesiã Dei bonis operibus & orationib. adiuuare 81.dist c.ult

Item debent stipendiis ecclesiæ sustentari,81 dist.uiduæ.

Quod clericis & religiosis non debent esse multum familiares, 88. dist clericus, & c.seq.

Quod episcopi & aliarum ecclesiarum prælati, præcipue uiduarum sustentationi, & protectioni debent intendere,87.distinct per totum.

Item debent uiduis Imperatores, & reges idem facere,23 q 3.ab Imperatoribus,& q.5.regum.

De uiduis habes ubi agitur de Bigamia, & in multis alijs locis.

VIGILIA.Quod uespera sanctorum uigilia dicitur, quia olim pro reuerentia solennitatis in orationib. pernoctabant,76.dist.nosse

Quod in seruitio etiam diuino uigiliæ immoderatæ quæ sensus integritatem diminuunt, non laudantur,de contecr.disti.4.non mediocriter.

Quod uigilia natalis domini cum ieiunio quattuor temporum ante celebrari debent,76.dist.de ieiunio, in fi.

Quod uigilia Pentecostes sicut uigilia paschæ in ieiunio est obseruãda 77.dist. nosse.

VINCVLVM.Quod est uinculum curæ pastoralis, quod non soluitur nisi per superiorem,7.q 1.sicut alterius ibid.

Item est uinculum status matrimonialis, quod non soluitur nisi per mortem alterius.

Item est uinculum sententiæ excommunicationis, quod soluitur ab alligante,11.q.3.nemo contemnat uincula,& pluribus c.seq & capit. cępisti.

VIN-

VINDICTA. Quod triplex est vindicta, videlicet spiritualis, vt est excommunicatio,degradatio, suspensio,depositio,in monasterium & in carcerẽ detrusio, & a publicis actibus repulsio: hęc locum habent in ecclesia.23 q 4.forte.

De hac vindicta habes vbi agitur de Pœna.

Item est vindicta pecuniariæ actionis: hæc etiam habet in ecclesia locum vbi bannum præcessit. 16. q.1.statuimus. vbi secundum æstimationem iniurię pecunia recipitur, 17 q. 4 quisquis. &c. si quis contumax.

Item est corporalis vindicta punitionis: hęc conuenit iudicibus ecclesiæ & sæculi: sed non æqualiter: 23.q 5.c.1.q.5 illi.

Quod vindicta corporalis detruncationis & occisionis est tantum sæcularium.23.q. 5. reos. & c. seq. & quæst. 8. præterea. & duobus cap.seq.

Quod vindicta non est inferenda. 23 q 4 § 1.

Quod omnis militia, vel propter ꝓpulsandam iniuriam, vel propter vindictam inferendam, instituta est,23 q.1 §.1.

Quod vindicta aut fertur animo corrigendi,aut animo vlciscendi: si animo corrigendi, licite infertur malis,nisi forsitan habeant multitudinem;quia tunc non potest salubris esse vindicta. 23 q.4. non potest.50.dist.vt constituetur. in fine.

Item si timeatur obstinatio. 7. q.1. aduersitas.§.cum autem.

Item si timeatur schismaticum pericultum. 23. q 4 quisquis, vel quod.

Item si timeatur maius malũ ex vindicta 50.dist.vt constituetur.

Item si reatus occultus non est manifestatus per iudicium, 23. q. 4. forte.

Item si crimen soli iudici sit notũ, quia tunc ex vindicta fit proditor.2.q.1.si peccauerit.

Quod vindicta animo vlciscendi omnib. prohibetur.23.q.4.ita plane. 46. dist. seditionarios. 24 q.1. quod debetur.

Quod vindicta priuata Deo est seruanda, qui dicit, Mihi vindicta, & ego retribuam. 23 q.1. §.1. post medium

Quod vindicta propria prohibetur, quæ est ad vltionem 23. q 1. nisi. & c.paratus. & q.4 hęc autem §. ex his.

Quod illa quæ est ad correctionem, iudicibus exequenda præcipitur. 23 q 4.est iniusta. & c seq. vsque ad c.ea vindicta.

Item exequenda est ab eis vindicta non zelo propriæ iniuriæ,sed zelo iustitiæ. 23. q. 4. & ita plane. & q 5.prodest.

Item non exequentes vindictã correctionis grauiter offendunt. 23. q.4.si s qui & c. si ecclesia.& c.est iniusta.

Item non vindicando dant aliis incentiuum delinquendi. 23. q.4.est iniusti, in fi.

Item prouocant non solum contra se,sed cõtra populum flagellum. 45.dist.sed illud.23. q. 4.si quos.& c.si ea.

Quod quandoque in paucos vindicta exercei, vt multitudo timeat 23.q.4 quid faciet. in fi. & c. seq.

Quod episcopi & prælati non de facili debent ad vindictam accẽdi. 76 dist.f quid.

Quod non debet nos delectare uindicta quæ animum pascit alieno malo.23q 5 de occidendis.

Quod in eo quod Christus compescuit discipulos a uindicta Samaritanorum: innuitur quod nõ semper procedendum est ad uindictam peccatorum.23. quæst 4.c. Christus.

De hac materia habes vbi agitur de pœna, & de punitione.

VINVM. Quod uinum est luxuriæ incentiuum. 35.dist. luxuriosa. & per totam dist.

De vino habes vbi agitur de Ebrietate.

VIOLENTIA. Quod uiolentia est legibus inimica.11.q. 1. Christianis.in fi.

Quod clerici a laicis per uiolentiã opprimi non debent ibid.

Quod ecclesiæ res non uiolentia,sed ratione debent exquiri.16 q 6 c.1. & c.placuit.

Quod uiolenta confessio uel ꝓmissio non obligat.16 q.1. c.1.& 2.

Quod uiolentias præcipue personales in eodem instanti licet repellere & clerico non euadendo, sed defendendo 23.q.1. quid.

Quod uiolentia absoluta excusat a toto.34 q.2.non satis 32. q 5.§ 1. & c.seq.

Quod violentia conditionalis excusat a tanto,sed non a toto 2 q 1.in primis. ante medium.uer.gloriosus.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione & de Repulsione.

VIR. quod uir aliquando ponitur pro sexu.32.q.7.uxor.

Item uir aliquando ponitur pro uirtute 30.dist si quis uirorum.

Item aliquando ponitur pro ætate. 76 dist. episcopus Vnde uersus.

Vir notat ætatem, vir sexum, vir probitatem.

Quod quia caput mulieris est uir, melius debet uiuere uir, & præcedere in omnibus bonis uxorem, 32.q 6.c.vlt.

VIRGA. Quod Christus sine pecunia & sine uirga misit apostolos ut incentiua litis,& ut instrumenta eriperet ultionis. 11. q. 3. ira.in fine.

Quod ideo dominus uirgam nõ ferendam apostolis in uia præcepit, ut nulli uiolentia inferatur.20.q. 3.presens,post med.

Quod disciplina patris uel magistri non debet esse in aliis tormentis, quam in uirgarum uerberibus 23. q.5.c.1.ante fi & q. 4.displicet circa med.

Quod Assur fuit Virga furoris domini:quia per eum innumerans gentes diuina iustitia flagellauit. 13. q.5.remittuntur.§.proximo.circa princip.

